



ORDINES
EXCELLENTISSIMI
SENATUS MEDIOLANI.

ORDINES
EXCELLENTISSIMI
SENATUS MEDIOLANI

Ab Anno MCDXC. usque ad Annum MDCXXXIX.

COLLECTI, ET SCHOLIIS ORNATI

AB OLIM

J. C. ANGELO STEPHANO GARONO

Additis Ordinibus supra centum viginti Eidem incompertis;

Ab Anno verò MDCXXXIX. usque ad Annum MDCCXLIII.

COLLECTI

AB EGREGIO

J. C. DON JOANNE PETRO CARLIO

REGIO DUCALI A SECRETIS

APUD EUNDEM PRÆCELSUM ORDINEM

ET

A SOCIIS MEDIOLANENSIS ATHENÆI;

NEC NON

PERUTILIBUS ANNOTATIONIBUS

ILLUSTRATI

AB EGREGIO J. C. ET ADVOCATO

PIO ANTONIO MOGNO FOSSATO

EJUSDEM ATHENÆI


CONSOCIO.



MEDIOLANI, MDCCXLIII.

In Curia Regia, sumptibus Joseph Richini Malatestæ Regii Ducalis Typographi.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.





ILL.^MO ET EXCELL.^MO VIRO
COMITI D. CAROLO PERTUSATO
S. R. M.
MARIÆ THERESIÆ
REGINÆ HUNGARIÆ, ET BOËMIÆ &c. &c. &c.
A PENITIORIBUS CONSILIIS
MEDIOLANENSIS SENATUS PRÆSIDI,
ET MAGNO CANCELLARIO.

Joseph Richinus Malatesta Regio-Ducalis Typographus

F.



Editanti mihi quemnam novo huic potissimùm Operi, quod Mediolanensis Excellentissimi Senatus Ordines complectitur, propediem è mea Typographia prodire festinanti Auspicem, ac Patronum darem, menti

illico adfuit EXCELLENTIA TUA; *siquidem animis omnium tam altè insident, atque oculis quodamodo obversantur præclarissimæ Tuæ Dotes, & ea maxima, quæ ex tuomet sapienti regimine in omnem hanc Mediolani Provinciam beneficia redundant, ut instar Solis quaquà circumspectanti statim occurras.*

Verebar tamen ne munusculi hujusce tenuitas magnitudinem munerum, ac dignitatum, quibus fulges, offendere videretur posse; aut excelsæ mentis aciem bellicosa hac præsertim tempestate, gravissimis defixam curis à bono publico quidpiam abducerem; aut etiam tanti Mecænatis ambitu viderer mihimet nimium sumere. Fore tamen confido, ut qua minimum quemque soles incredibili humanitate complecti, ac facillimos aditus præbere cuivis etiam de ima plebe, me ultrò digneris paterno affatu, dum tuis sistere oculis Opus istud nulli potiùs, quàm Tibi offerendum, gestio.

Porrò celeberrimus ille Cardinalis de Tornon Gallus, dum peragratâ omni fermè Italiâ, Alexandriæ in Urbe consisteret, teste Garono, (*) *nil se se uspiam in Italia comperisse est effatus suo invidendum Regi, præterquam talem hunc Mediolani, tantumque Senatum. Ergo ejusdem eximii Ordinis sacratissimæ Sanctiones in hoc Volumine*

(*) In Comment. N. C. tit. de Senatoribus in prælud. cap. 4. sub nu. 16.

lumine continentur. Eccuinam potiori dedicentur jure, quam Tibi, qui ipsiusmet Excellentissimi Consessus Caput es, ac Præses? Sanè recognosces, quæ Tu itidem, quæ Pater Tuus, qui gradum eundem pari cum laude occupavit, saluberrima decreta condidistis itura in ævum omne, nec hujus modo Provinciæ, sed gentium omnium, ac ætatum commodo futura. Itaque vides mihi non Auspicem adlectum esse, nobilitate, virtutumque omnium genere præstantissimum; verum potius, ut justitiæ leges observarem, Tibi devovisse, quod planè est Tuum.

Sane Pertusatam Domum jam omnes suspicimus tamquam scientiarum omnium sedem, quæ comites, & administræ Jurisprudentiam assectantur. Quanta ibi, & quam exquisita librorum supellex? Hercle ab ineunte ætate Academiam tuis in hortis, jam etiam in penetralibus Bibliothecam admirantur Advenæ, sed quod miraculo majus est, idem ipse tot muneribus par, Magnus idem Cancellarius, ac Senatus Præses, hoc præsertim tempore, quo alterutrum munus tot curis gravissimis complicatum capacissimas quasque plurium virorum mentes absorbeat.

Salve igitur, euge Mecænas optime. Parce aliquando, & laboribus tempera. Vive non quidem Tibi, qui jam mori nullatenus potes

immortali ætatum omnium memoria comendandus. Vive nobis, ac Reipublicæ Te diutiùs serva. Dum tacita cogitatione dimetior singulos Quæstoris, Senatoris, atque ad Viennensem Aulam Regentis gradus, queis ad hoc geminum summæ dignitatis culmen es evectus, video Te divinitus servatum, ut collectam ex tot muniis, optimarumque artium assidua exercitatione prudentiam bono communi impenderes longiore vitæ cursu. Spero igitur fore, ut pacatis tandem rebus, belloque exacto, dum pacis adoreâ frui tandem licuerit, tum etiam possim, alia, quæ nostri moliuntur Volumina Te eodem Auspice magni ad publicam rem interfutura perficiam. Vale. Mediol. Pridie Idus Junii MDCCXLIII.



LECTORI HUMANISSIMO

PIUS ANTONIUS MOGNUS FOSSATUS MEDIOLANENSIS.

S. P. D.



N lucem edito ab Athenæo Mediolanensi generali Indice, seu Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum Recentiorum Compendio, quod pluries ab aliis inceptum, nondum fuerat absolutum, & universo Foro apprimè utile, ac gratum cessit, ejusdem Athenæi Socii animo volvebant novum Opus aggredi, quod ni universo, Mediolanensis saltem Dominii Foro perutile evaderet; hinc animadvertentes Excellentissimi Senatus nostri Ordines supra Seculum conditos, undique sparsos, & adhuc inordinatos existere, decreverunt illos colligere, ordinatim in Volumen redigere, ac prælo committere ad publicam militantium in Foro utilitatem.

Collectionem Ordinum præfati Excellentissimi Senatus ab Anno millesimo quadrigentesimo nonagesimo usque ad Annum millesimum sexcentesimum trigesimum nonum perfecit, ac Scholiis exornavit olim J. C. Angelus Stephanus Garonus, aliosque nonnullos Ordines ad materiam Sportulariam spectantes congessit Hieronymus Peronus, qui typis excussi in lucem emissi sunt Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, & postmodum usque in præsentiarum curata hujusmodi collectio à nemine est.

Ad novam itaque collectionem omni sedulitate, assiduoque labore adornandam incubuerunt Socii Mediolanensis Athenæi, & revolutis iterum antiquitatis ruderibus Ordines supra centum viginti comperuerunt incompertos Garono, plures è latebris erutos, multosque plures sine ulla serie adhuc degentes in loculis penitissimis, ac retrusioribus in hoc Volumen sunt complexi;

plexi;

plexi; atque idipsum Operis ut gratius in lucem, & utilius prodiret, Annotationibus illustrandum duxere, quam provinciam mihi injunctam explere curavi, prout maxima mei tenuitas ingenii tulit.

Uberrimam Ordinum messem summo studio, ac labore collegerat, & ad publicam utilitatem prælo tradere meditabatur Egregius J. C. Don Joannes Petrus Carlius à Secretis Excellentissimi Senatus, Vir sanè præclara eruditione, omnique litterarum doctrina apprimè excultus, ac de gesto munere optimè meritus; certior verò factus de consimili Ordinum collectione typis evulganda à Sociis Athenæi Mediolanensis amicas junxit palmas, ut utraque Ordinum messis in unum Volumen conferretur, atque ita perfectius evaderet.

Quanta ex hac nova Ordinum Editione utilitas universæ Jurisprudentiæ, Reique publicæ sit futura, verbis assequi potest nemo; in omnibus quippè rebus prospiciendis ad publicam, privatamque incolumitatem Senatus semper opportunis Sanctionibus adeò præsto fuit, ut nulla major providentia tum in maximis desiderari, tum in minimis etiam queat.

Hercle revolutis hisce novis Legibus admirabitur quisque constans Excellentissimi ejus Ordinis studium pro tuenda Regia Jurisdictione, curandaque in Judicibus recta Justitiæ administratione, atque in cæteris queiscunque Administris exacto proprii muneris adimplemento. Admirabitur summam vigilantiam pro celeri causarum expeditione tum civilium ad impendia præcavenda; tum criminalium pro sublevamine Innocentium, & salubrioribus Reorum suppliciis, quorum pavor quosque alios in officio contineat. Admirabitur opportuna remedia Epidemiæ (quam Deus avertat) opposita, singularem quoque sapientiam tum pro reducendis Apothecarum, Domuumque pensionibus ad metas Justitiæ, & Æquitatis; tum in detegenda fraudum calliditate circa morientium testamentarias dispositiones, quæ cuncta ad infelicem pestis epocham spectant.

Demum planè intelliges vera esse; immo etiam meritis imparia, quæ hactenus in admirandam, ac propè incredibilem Senatus Mediolanensis laudem Scriptores enunciavere; si modo videas in hoc Volumine, quam divina semper Excellentissimi ejusdem Ordinis providentia fuerit, ut fingi nihil umquam melius ad Justitiæ rectitudinem, ad Subditorum felicitatem potuisse videatur: quod ipsum testatus est etiam invictissimus Carolus V. in proemio Novarum Constitutionum hujus Dominii.

Quid verò prodessent tot sanctæ Leges, & quonam modo assequi earundem scientiam Candidati Jurisprudentiæ possent, ubi ineditæ,

ineditæ, in tenebris, ac perpetua oblivione consepultæ jacerent? Itaque quod felix, faustumque sit, Mediolanensis Athenæi Sodales nostri animos in spem erigunt neminem fore, qui maximos eorundem labores in colligendis hujusmodi, ordinandis, edendisque haud boni faciat, quorum ope observantiæ Legum ipsarum ad publicam, privatamque utilitatem consultum erit.

Et tanto magis studia sua benignè factum iri sperant, quod idipsum opus prodit aucthorante Magnifico D. Marchione Senatore Don Hieronymo Herba, quem ad preces Athenæi Directorem Excellentissimus Ordo adlegit. Is postmodum creatus Regens, & à penitioribus Consiliis S. R. M. jam Supremo Placentiæ Consilio præest, vicesque gerit Excellentissimi Gubernatoris Parmæ, & Placentiæ tam provido Justitiæ successu, tam benevolo Subditorum plausu, ut omnes suspiciant ejus doctrinam, & integritatem in exercenda Justitia, raram, & sanam in rebus politicis cum summa pietate, religione, & Patris amore conjunctam moderationem, ut in uno & Principem venerentur, & diligant Patrem.

Congerendis hisce Sanctionibus maximam operam dedere ex Authoribus præfati Compendii generalis Nobiles, ac Eruditi Viri Comes Camillus Gallia de Puteo, & Egregius J. C. Joannes Baptista Valtorta, qui nunc summa cum laude Auditoris munus exercet apud præfatum Illustrissimum, & Excellentissimum D. Marchionem Don Hieronymum Herbam.

En Deo favente absolutum Lector benevole expectatum Volumen, in quo Ordines collectos tum à Garono cum aliis additis ipsi incompertis, tum à Perono fideliter suis aptè locis juxta Cronologiam insertos habes. Paucos extra locum in fine Operis invenies ob enatam serò, & jam progrediente Impressione eorundem notitiam. Nonnullos demum præli errores irrepsisse comperies, patienter castiga, & veniam benignè impartire. Vale.

ORDINES
EXCELLENTISSIMI SENATUS MEDIOLANI.

Decreta Solebant, *&* meminimus, *cum declaratione dictorum Decretorum, quomodo intelligi debent.*

Ne feuda, & Regalia Ducalia Mediolani tàm donata, & concessa, quàm donanda, & concedenda in futurum: transeant, nec transire possint, præterquam in primum acquirentem ejusque filios masculos, & descendentes masculos legitimos, & de legitimo matrimonio natos tantum, & non in fœminas, aliasve personas.



DUX Mediolani &c. Dilecti nostri. Reformavimus decretum, quod superioribus mensibus edidimus super rebus immobilibus à nobis, aut à Camera nostra dono, vel feudo concessis, quæ ad fœminas transire debeant, vel ne, quia nonnulla in eo emendatione indigere videbantur, id publica forma conscriptum, ac auctoritate nostra consignatum ad vos mittimus his subnexum, ut & publicari ex more locis consuetis, & in nostris annalibus registrari, ac denique custodiri ex affectu, observariq; curetis, moxq; ipsum ad nos remittatis Viglevani die 14. Novembris 1490. Signat. B. Calcus cum sigillo Ducali, a tergo, Egregio, & Nobilibus Viris Regulari, & Magistris Intratarum utriusq; Cameræ nostris dilectis tenor decreti sequitur: Joannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus.

Meminimus aliis dignis moti respectibus decretum nostrum condidisse. Dat. sub die 27. mensis Martii proximè elapsi tenoris infrascripti videlicet.

Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus. Solebant majores nostri, iis quorum sincera fide, & industria in agendis rebus usi essent firmæ aliquid, & certæ rei elargiri, quod & optimè voluntatis, gratique animi monumentum, & præstitæ fidelis operæ pignus extaret. Hunc deinde nos morem sequuti, & quæ majores nostri fecerunt confirmavimus, & nova insuper concedere contigit, id quod libenter quidem fecimus, & facturos 1490. etiam in posterum non negamus, verum unum est, quod nonnulla interdum nos afficit molestia, quod persæpe non tàm magnæ necessitatis, quàm modici alicujus commodi causa in alios atque alios transferri ex ea videmus, subindeq; permutari, ad aliosq; dominos transire, ex quo sæpè intercidit, peritque memoria talium beneficiorum, à nobis, Illustrissimaque gente nostra collatorum, quod cum dignitati nostræ plurimum obsit, nec minora detrimenta capiat Fiscus noster, & æquum censeri debeat, ea durare, æternaque esse, quæ benivolentem Principum animum testificentur, nostræ operæ esse duximus omnino malè avertere, ac quantum possumus rei nostræ fidem, æternitatemque præstare. Igitur, quod consensu, & voluntate Illustris. Patrui Curatoris, Locumtenen. & Capitanei nostri Generalis Domini Ludovici Mariæ Sfortiæ Ducis Barri facimus ex certa scientia, & de nostræ potestatis plenitudine etiam absolutè decernimus, statuimus, ac perpetuò edicto sancimus, ut bonorum quorumlibet immobilium donationes, concessionesvè gratuitæ, quibusvis verbis, clausulis, conditionibus, ritulis, derogationibus amplificatæ, & munitæ, tàm quas nos ad hanc diem fecimus, quamq; posthac à nobis successoribusque nostris fient, quæ jus transeundi ad posteros habent, intelligantur pertinere, ac spectare, ac omninò pertineant ad eos, in quos collatæ, datæq; primitus fuerunt, atq; item ad eorum filios, & descendentes, ac descendentium descendentes masculos, & legitimos, ac de legitimo matrimonio natos, & nascitu-

res tantum, ita ut neque in extraneos alie-
1490. nari, neq; in fœminas ullo modo transferri, vel in alia bona permutari queant. Sed in filios ut diximus masculos, reliquosq; omnes legitimos masculinæque prolis posteros perveniant: Cæterum ne scrupulus perversaq; interpretandi ingeniis hominum relinquatur occasio, exprimendum visum est, qua mente ipsa concipimus: neque enim consilii nostri est velle post hoc decretum derogari, nec esse cuiquam contractui venditionis, permutationis, aut quolibet alio titulo alienationis, seu translationi dictorum bonorum, quatenus justæ concessiones, & dispensationes nostrarum litterarum, ac majorum nostrorum factæ jam, & transactæ atq; effectum habuisse reperiantur, neq; etiam hanc mentem nostram extendi debere intendimus ad aliquas concessiones, sive dispensationes quas hactenus fecissemus, seu in futurum faceremus nos, & successores nostri, & super bonis per nos donatis, seu donandis utsupra, possint mulieres cautę reddi dotium suarum ratione, ac bonorum parafrenalium, sed si fortè aliquæ dispensationes alienandorum bonorum à nobis, aut à majoribus nostris jam emanassent, non tamen adhuc transactæ alienationes ipsæ, confectique contractus forent, ad eas tollendas, extinguendasque præsentis decreti vim pertinere volumus: atque ita sicuti jam factas minimè interrumpimus, sed in vigore virtuteque sua relinquimus, ita infectas, ne in posterum amplius fieri possint interdicimus, quod quidem ita firmum, sanctumque esse declaramus, ut quicquid contra actum, factum, concessum, impetratumvè fuerit, irritum prorsus, & nullius valoris, effectus, roboris, & momenti sit, nullaque ratione teneat quicquid in adversum fiet, nisi huic decreto signanter, & expressè derogetur. Cujus nostræ voluntatis, constitutionisq; ut perpetuum monumentum extet, palamque ab omnibus intelligatur; Mandamus Regulari, & Magistris Intratarum utriusq; Cameræ, ac Refferendariis, & Officialibus nostris, ad quos spectat, ut has nostras publicari ubi de more est, atque observari curent, moxque ipsi diligenter custodiant, & observent, in quo ordine, & libris aliorum nostrorum decretorum defferri, registrariq; faciant. Dat. Mediolani die 27. Martii 1490. B. Calcus.

Modo autem pro ampliori mentis, & intentionis nostræ declaratione, & expressione, ultra ea omnia, quæ superius in decreto nostro prædicto; recitantur, & expressa sunt, accedente etiam consilio, deliberatione, ac conscientia præfat. Illustriss. Patrui Curatoris, Locumten., & Capitanei nostri Generalis amantissimi, facimus ex certa scientia, & de nostræ plenitudine potestatis, etiam absolutæ, decrevimus, ac proprio edicto firmamus, & sancimus ut bonorum quorumlibet immobilium donationes, concessionesvè gratuitæ, & infeudationes quibuscumque clausulis, conditionibus, titulis, derogationibus amplificatæ, & munitæ, tàm quas Illustriss. Prædecessores nostri, & nos ad hunc diem fecimus, quàm quæ post hac à nobis, successoribusque nostris fient, quæ jus transeundi ad fœminas, vel posteros, vel alios aliter disponen. habent, intelligantur pertinere, & spectare ad eos in quos collatæ dataeque fuerunt primitus, eorumque beneficio hi soli gaudere possunt, nec non eorum filii, & descendentes, & descendentium descendentes masculi, & legitimi, ac de legitimo matrimonio nati, & procreati tantum, ità ut neque facto hominis, nec legis ministerio in extraneos alienari, & devenire, neque in descendentes fœminas aliquomodo transferri, vel in alia bona permutari queant, sed in filios, ut diximus masculos, reliquosque omnes legitimos masculinæ prolis descendentes tantum perveniant: Non intendimus tamen per præsens decretum derogari derogatumque esse juribus earum fœminarum, & personarum quæ in possessione reperirentur bonorum, & jurium per nos, seu prædecessores nostros donatorum, seu aliter concessorum ante diem vigesimam mensis Martii proximè præteriti, respectu comprehensorum in decreto supradicto, & à Calendis Septembris retro ratione præsentis decreti nostri, modo juxta concessiones per nos, seu prædecessores nostros factas in fœminas, vel extraneas personas devenire potuerint: quoniam si tales concessiones jam effectum reperiantur habuisse per adeptionem possessionis, ut supra, eas firmas, & illibatas, esse volumus, quod si fortè dispensationes, vel concessiones alienandorum bonorum à nobis, aut prædecessoribus nostris habuissent, & adhuc res integra extaret, quia nundum adita foret possessio jurium, & bonorum donatorum, seu aliter concessorum per fœminas, vel extraneas personas in quas vigore donationum, & concessionum factarum, vel concedendarum ut supra devenire possent ad id tollendum, ac extirpandum præsentis decreti dispositionem vim obtinere volumus, atque ita, sicut, quod jam effectum habuit per adeptionem possessionis ante ea tempora, de quibus singula singulis congruè refferendo, minimè interrumpimus. Sed in vigore, & virtute sua relinquimus, ita quòd est integrum adhuc, vel effectum non habuerit ut supra. Interdicimus prorsus, & abscindimus, quodquidem ita validum, & firmum esse declaramus, quicquid contra actum, impetratumvè fuerit irritum prorsus, nulliusque efficaciæ, & momenti sit, nec quovismodo teneat quicquid contrafiet, nisi huic decreto signanter, & expressè derogetur, cujus nostræ voluntatis, constitutionisque ut publicum perpetuumque monumentum extet, palamque ab omnibus intelligatur, mandamus Regulari, &

Magistris Intratarum utriusque Cameræ nostræ, ac Refferendariis, & Officialibus ad quos spectat, ut has nostras publicari ubi de more est, atque observari curent; moxq; ipsi diligenter custodiant, & observent, in quæ ordine, & libris aliorum decretorum nostrorum refferri registrariq; faciant: in quorum testimonium præsentes fieri, & registrari, nostriq; sigilli impressione muniri jussimus, Dat. Viglevani die 13. Novem- 1490
bris 1490. Jo. Galeaz Maria Dux Mediol. subscripsit, Ludovicus Maria subscripsit. Sign. B. Calcum cum Sigillo Duc. in cera alba, ut moris est. Publicatum &c.

Declaratio quomodo intelligi debent Decreta Solebant, & meminimus, quod aliquando fœminæ, aliævè personæ succedant in privilegiis feudorum, & aliorum jurium à Ducibus donatorum.

DUX MEDIOLANI &c.

Dilectè nostri. Nuper ut intelleximus nonnulla in dubium refricari videntur, tàm ratione decreti nostri editi sub die 27. Martii proximè elapsi, quàm ratione additionis eidem decreto factæ super donationibus, & bonis per nos, seu prædecessores nostros factis: cum nonnulli asserant in primo decreto non comprehendi donationes per antecessores nostros factas, quod fuit, & est à mente nostra pænitus alieoum, Ad tollendas igitur omnes hæsitationes, & ambiguitates, quæ circa prædicta oriuntur, & oriri possunt, ex certa scientia declaramus, & decidimus, tàm in primo decreto die 27. Martii, quàm in additione ejusdem, omnes donationes, non solum per nos, sed etiam per antecessores nostros factas; & per nos & successores nostros fiendas comprehendi debere.

Insuper declaramus, & decernimus, quòd per additionem ultimæ partis ubi dicitur non intendimus tamen &c.

Non intelligatur quòd mulieres nec aliæ quævis personæ existant, potuerint, vel possint à die 27. Martii citrà bona per nos, seu prædecessores nostros, utsupra quomodocumq; qualiterq; donata, & in futurum donanda, Alienare nec in alium seu alios quovismodo, titulo, causa, vel occasione transferre, vel obligare, præterquam in filios masculos, & de legitimo matrimonio natos, ut in dicto decreto contineri non ambigimus, terminum quoque Calend. Septembris in additione ipsius decreti præfixum ad bona solum feudalia, de quibus in dicto decreto die 27. Martii nullam facimus meotionem, extendi intelleximus, quòd si tales alienationes, translationesve, aut obligationes quovismodo utsupra factæ reperientur à dictis temporibus citra singula singulis conguè referendo.

Mentis nostræ erat, & est quòd ipso jure forent, & sint nullæ nulliusque valoris & momenti, & injungentes vobis ut has nostras declarationis litteras inseri, & describi post decretum, seu additionem, de quibus supra, & observari ab omnibus faciatis. Viglevani die 6. Decembris 1490. Jo. Galeaz Maria Dux Mediolani. Subscrip. Ludovicus M. Subscrip., & sign. B. Calcus. A tergo, Egregiis Doctoribus, & Nobilibus Viris Magistris Intratarum utriusque Cameræ nostræ dilectis nostris. Publicatum &c.

SCHOLIA.

De hujusmodi decretis latè agit *Plot. in tract. de blasphemia nu.26.*, *Menoch. conf.331.num.113.* ostendit non comprehendi concessiones factas ante annum 1490. dummodo jam essent fortitæ effectum, quia videlicet fœminæ, aut aliæ personæ, per decreta exclusæ, adeptæ essent possessionem, repetit *conf.1110. nu.32.* ubi *num.33.* subdit aliam declarationem, verba *descendentes*, intelligi de descendentibus primi acquirentis.

Garonus.

ANNOT.

Quod dicta decreta *meminimus*, *& solebant &c.* non habeant locum quoad concessiones, quæ ante diem septimam Martii 1490. jam sint effectum sortitæ in fœmi-
1 nis Concessionarii, aut aliis personis extraneis, ex regula quod res semel effecta alienabilis, semper durat alienabilis decisum testantur Boss. *tract. var. tit. de Principe num. 332., & 333.*, Beretta *conf 43. in fine*, Sacca *resp. 50. num. 135 vol. 1.*, & sic decla-
2 ravit Excellentissimus Senatus in ejus ordine diei 15. Septembris 1555. super dubio proposito à Præfectis aquarum, & pluries etiam declaravit Illustriss. Magistratus Extraord. Reddit., & signanter die 19. Augusti 1713. favore Loci Pii Sanctæ Valeriæ Mediolani Compossessoris Datii, seu Pedagii super Portu Abduæ Laudensis, quia Datium hujusmodi per Ducem Franciscum Sfortiam primitùs concessum Fioramonti Gratiano à Cotignola de anno 1464. ob benemerita cum clausula pro se, suisque filiis legitimis, hæredibus, successoribus, & quibus dederint; ita ut disponere possent quidquid voluerint pro eorum libito voluntatis absque ulla Ducis, & Successorum contradictione, transitum fecerat de anno 1481., & sic ante promulgationem decretorum, in

Corneliam, & Margaritam ejusdem Gratiani primi Concessionarii filias, & ab earum
1490 Successoribus alienatum fuerat de anno 1623., & translatum in Causidicum Fraociscum Martignooum, cui partim successerat Locus Pius Sanctæ Valeriæ, partim verò Joannes Baptista Giretta, qui à petitis per Fiscum plenissime fuerunt absoluti; item die 4. Martii 1728. favòre Comitis Agesilai Canis pro Feudo, seu Loco, & Jurisdictione Montislealis Provinciæ Dertonensis cum redditibus annexis à Duce Philippo Maria Vicecomite de anno 1413. vendito, & seu in solutnm dato Perino de Dertona pro pretio Floreoorum mille quinquecentum pro se, hæredibus, successoribus, & cui, vel quibus dederit cum facultate ad libitum disponeodi, quod per Fiscum prætendebatur esse devolutum ad Reg. Camera ob mortem Stephani de Dertona descendentis per lineam masculinam à primo Concessionario, & dictum fuit nullum jus in dicto Loco Montislealis, nec io redditibus, & Datiis ejusdem competere Regiæ Cameræ, ideoque nil esse innovandum in præjuditiom Comitis Agesilai Canis, & oovissimè die 23. Maji 1732. favore Ven. Hospitalis Majoris Mediolani uti hæredis universalis Comitis Francisci Mariæ Lampugnani pro Feudo Trecati Novariensis com Regalibus, & redditibus annexis vendito de anno 1437. 18. Junii à Duce Philippo Maria Vicecomite Oldtado Lampugnano, & pro Taberoa Castelletti prope Pontem Abiati Cralli donata ab eodem Duce de anno 1412 27. Junii eidem Oldrado Lampugnano, à quo hæc jura titulo hæreditatio translata fuerunt de anno 1460 in Jo. Andream Lampugnanum ejus conjunctum in linea transversali, referente Spectabili D. Comite Quæstore Don Petro Ramirez præsentibus Egregiis Advocato Fiscali Don Cæsare Crucejo, & Syndico Fiscali Don Ottaviano Belliogerio, & jura Ven. Hospitalis tuente Egr. Domino meo Doo Carlo Franeisco Durante Advocato præstantissimo, & ex Reg. Vicariis Generalibus Status Mediol.

Item dicta decreta noo comprehendunt donationem remuneratotiam, quæ non est propriè
3 dooatio, cum non sit facta simplici titulo lucrativo, sed onerosò, cum cedat in compensationem debiti, ut in puncto concessionis factæ ob benemerita probat Menoch. *cons.* 378. *n.* 12., & confirmat Raudens. *resp* 34 *n.* 51. *&* 52., quos sequitur Magnif. Regens, & Senator Comes Caroel. *disquis. jurid. pag.* 137. *n.* 4. *& pag* 272. *n.* 16. *&* 17.

Item non comprehendunt concessiones factas à Principe cum amplissima facultate alie-
4 nandi, si idem Princeps promisit alieoationes quascunque firmas, & ratas habiturum in perpetuum, & oon contrafacere, vel venire sub verbo legalis Prìocipis, ut optime probat laudatus Caroel *disquis. jurid. dict. pag.* 137. *n.* 5. *& sequ.*

Item ooo comprehenduntur sub hisce decretis Regaliæ competeotes Civitatibus vigore Pacis Constantiæ, & ante Investituram Vincislai Imperatoris diei 1. Maji 1395., in qui-
5 bus verificari non potest ratio Ipsorum decretorum, & Nov. Constit, ut post Donde. *consult* 32. *n.* 12. ponderat idem Caroel. *disquis. jurid. pag.* 272 *n.* 19. *& sequ.*, *& n.* 28. refert decisum die 30 Maji 1636. ab Illustriss. Magistratu Extraord. Reddit. favore Civitatis Cremooæ pro Bancha Referendariæ; nec pariter comprehenduntur concessiones factæ à
6 Ducibus Mediolani Antecessoribus Ducis Galeatii, ut tradit Meooch. *cons* 328 *n.* 15 *&* 16.

Si fiant alieoatiooes io personas incapaces ob dispositionem horum decretorum, & N. C.
7 nullum jus competit Fisco illas vindicandi, donec durat linea comprehensorum in concessiooibus, ut probant Alciat. *cons.* 526. *n.* 10, Cravet. *cons.* 774. *n.* 7., Manent *cons.* 12. *n.* 35., & ita servari ab Illustriss. Magistratu Extraord. Reddit. annotavit ad N. C §. *ne beneficiorum memoria tit. de feud.* expertissimus olim Advocatus Fiscalis, & deinde Senator Jo. Petrus Stampa, ut testatur Magnif. Caroel. *disquis. jurid. pag.* 273. *sub n.* 31.; & ubi di-
8 ctæ alienationes dici possent nullæ, oon tamen res alienatæ devolveventur ad Fiscum, ut docet olim Præses dicti Illustriss. Magistratus Egidius Bossius *tract. var. tit. de bonor. public. n.* 59., quem laudat idem Caroel. *dict. pag n.* 30.

Horum decretorum dispositio non habet locum in donatione, aliave concessione facta fæ-
9 minæ, vel masculo illegitimo, quia tunc ipse Princeps dicitur dispensasse, & habilem redidisse incapacem, ut probat Meooch. *cons.* 1274. *n.* 47. *&* 48. *lib.* 13.

Hæc decreta quoad donationes sunt contraria juri communi, quoad feuda vero sunt ipsi
10 conformia, ut ootat Boss. *tract. var. tit. de Principe &c. n.* 322. *Mognus Fossatus.*

Indultum Leonis Decimi Pontif. Max.

1518. LEO Episcopus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Et si Apostolica Sedes, ad quam, tanquam omnium piam Matrem, & Justitiæ administratricem ex undecunq; Mundi partibus magnus Christifidelium pro consequendo justitiæ complemento concursus in dies fieri solet, plenam habeat auctoritatem omnibus de opportuno juris remedio providendi: solet tamen aliqoando Sedes ipsa Christianissimorum Regum votis, illis, præsertim, per quæ subditorum suorum dispendiis obviari, & litigandi materia amputari dignoscitur, annuere, & Pastoralis officii partes favorabiliter impendere; prout personarum, rerum, temporum, & locorum, ac aliis qualitatibus diligenter pensatis, in Domino conspicit salubriter expedire. Sanè exhibita nobis nuper pro parte earissimi in Christo filii nostri Francisci Francorum Regis Christianissimi, & Mediolaoi Ducis petitio continebat, quòd licet ipse Franeiscus Rex, & sui Officiales Ducatus Mediolanensis, conctis conquerentibus, in omoibus, & singulis eausis coram suis Ordinariis, coram quibus alias de jure, vel consuetudine tractari consueverunt, sint parati justitiæ complementum ministrare; tamen sæpè contingit suos Subditos, & Vassallos, ratione dicti sui Ducatus Mediolanensis, ad diversarum personarum, & locorum, etiam Religiosorum instantiam extra territorium, & dominium dicti sui Ducatus ad judi-

judicium evocari, propter quod ipsi Subditi, & Vassalli sæpè diutina incommoda, gravesque expensas incurrunt. Quare pro parte dicti Francisci Regis, & Mediolani Ducis, nobis fuit humiliter supplicatum, ut ne præfati Subditi, & Vassalli sui indebitis vexationibus extra dominium dicti Ducatus fatigentur, & extra illud trahantur, ac aliàs in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque, qui singulorum nobis, & Sedi prædictæ devotorum filiorum indemnitatibus, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, hujusmodi supplicationibus ejusdem Francisci Regis, utpote de nobis, & Sede prædicta in urgentissimis ipsius Sedis rebus benemeriti, inclinati, Apost. auctoritate, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus: Quòd prædicti Subditi, Vassalli, laici & eorum singuli, cujuscunq; dignitatis, status, gradus, vel conditionis, de dicto Ducatu Mediolan., & illius districtu existentes, pro quibusvis causis profanis, per quasvis personas, Conservatores, & Judices Ecclesiast. quavis auctoritate fungentes, quarumcunq; litterarum, & rescriptorum Apostolicorum in posterum impetran. prætextu, extra Civitates, Diœceses, Terras, Castra, & loca Ducatus, & districtus Mediolan. hujusmodi, ad quarumvis personarum, Universitatum, seu Collegiorum, tàm Ecclesiast., quàm sæcularium instantiam citari, aut conveniri, vel alias ad judicium quoquomodo evocari non possint, nec debeant: sed hujusmodi causæ profanæ, quæ hactenus ad Rom. Cur. advocatæ, seu in illa commissæ non fuerunt in partibus ipsis, & dominio præfato cognosci, & decidi debere, nisi ubi Curia Romana daret Judices de consensu partium, vel ubi laici litigantes, sponte adirent Judices deputatos per nos, & Sedem eandem, prout in rescriptis in forma, Significavit, impetrari solitis fieri consuevit. Et insuper quia multoties contingit inter Ecclesiasticas personas Ducatus, & districtus Mediolanensis hujusmodi litigari super bonis patrimonialibus, vel etiam Ecclesiasticis, maximumq; subditorum eorundem incommodum fit in eadem Rom. Cur. desuper litigare; pariter statuimus, & dicta auctoritate decernimus, quòd omnes, & singulæ causæ, quæ sunt fori Ecclesiastici, Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium, & Beneficiatis dumtaxat exceptis, in quacunque instantia In partibus videlicet Ducatu, & districtu hujusmodi, Judicibus Ecclesiasticis committi, delegari, & decidi debeant, nisi illæ, quæ excederent summam sex millium ducatorum auri, aut fructus bonorum, de quibus agetur, ad valorem annuum trecentorum ducatorum similium ascendat, quo casu saltem in una ex instantiis possint in eadem Rom. Cur. committi, & agitari. Quòdq; à sententiis interlocutoriis desuper in partibus proferendis, vel à gravaminibus, nisi talia forent, quæ nisi per appellationem à diffinitiva reparari non possent, appellari non possit, sed eorum cognitio in fine litis reservari debeat. Quòdque à 1518 duabus sententiis diffinitivis conformibus per tempora proferendis appellari pariter non possit: sed debitæ executioni demandari debeant. Necnon Judices delegati pro tempore existentes ad petitionem alterius partium assumere teneantur assessorem neutri partiū suspectum, & de quo partes ipsæ confidere possint, & Judices ipsi ejusdem assessoris consilium sequi debeant, & in contrarium gesta per ipsos Judices sint ipso jure nulla. Quòdque processus super præmissis omnibus, & eorum circumstantiis, ac dependentibus universis in partibus hujusmodi habendi, ac sententiæ desuper in partibus pro tempore latæ, prætextu alicujus nullitatis, nisi eadem nullitatis ex defectu citationis omissæ, vel jurisdictionis proveniret, revocari, seu alias impugnari non possint, nec debeant. Et insuper statuimus, & ordinamus, quòd causæ criminales contra Clericos, & laicos, ac personas Ecclesiasticas, præterquàm ubi ratione alicujus criminis in Bulla Cœnæ Domini contenti contra eos, vel etiam laicus agi deberet Ordinariis, vel aliis Judicibus Ecclesiasticis in partibus, & dominio, ac districtu Ducatus hujusmodi committi, cognosci, decidi, & terminari debeant, nec de cætero ad Rom. Cur. advocari, & in ea tractari, vel extra Ducatum Mediolanensem, & districtum hujusmodi committantur, nisi ad effectum privationis beneficiorum, quatenus beneficia obtinentes propter delicta, pro tempore perpetrata, privari possent, quo casu causa privationis beneficiorum hujusmodi, etiam alibi, quàm in dicto Ducatu, & districtu, & per alios Judices tractari possint. In causis verò homicidiorum, mutilationum alicujus membri, vulnerum animo deliberato occidendi illatorum, raptus mulierum, furtorum, depopulationis agrorum, & incendiorum, ob gravitatem criminum, volumus, & dicta auctoritate statuimus, quòd Archiepiscopus Mediolanensis pro tempore existens, & ejus Vicarius in spiritualibus generalis possit se intromittere, & de illis cognoscere, & contra Clericos, & personas Ecclesiasticas totius Dominii, districtus Ducatus Mediolanen. aliquod ex dictis criminibus perpetrantes procedere valeat, eo casu dumtaxat, ubi ordinarii delinquentium intra mensem à die perpetrati delicti, & per quem perpetratum fuerit notitia hujusmodi saltem per famam habeatur, computandum, contra ipsos delinquentes procedere neglexerint, & inceperint. Et præmissa omnia sic per nos decreta, statuta, & ordinata, præterquàm in casu denegatæ justitiæ, de quo juxta formam modemi Concilii Lateranensis constare debeat, perpetuis futuris temporibus, modis, & formis præmissis, observari debere, volumus, & pari auctoritate decernimus: districtè inhibentes personis, & Judicibus quibuscunque, quavis auctoritate fungentibus, ne præ-

1518. prætextu litterarum quarumcunque Apostolicarum, etiam sub quibuslibet fortioribus, & insolitis, ac præsentium, & derogatoriarum derogatoriis clausulis, irritantibusquè, & aliis decretis concessarum hactenus, & in posterum concedendarum, contra præmissa, Subditos, & Vassallos pro tempore existentes dicti Francisci, & pro tempore existentis Regis Franciæ, & Mediolani Ducis, extra Civitates, loca, terras, & dominium dicti Ducatus Mediolanensis, in causis respectivè superius expressis, & ultra, & præter formam præsentis nostri Indulti, trahere quoquomodo præsumant: ac decernentes omnes, & singulos processus, nec non excommunicationis, suspensionis, & interdicti generalis, aliasque censuras, & pœnas Ecclesiasticas; quos & quas contra præsentium tenorem, & formam, quavis etiam Apostolica auctoritate ferri, ac promulgari, & sententiari; nec non quicquid alias secus à quoquam, etiam per nos, & Sedem eandem scienter, vel ignoranter contigerit attentari; nullius roboris, vel momenti existere: Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, edictis generalibus, vel specialibus, privilegiis quoque, Indultis, etiam litteris Apostolicis, personis, locis quibuscunque, sub quibusvis verborum formis hactenus concessis, & in posterum concedendis; quæ, quo ad hoc eis nolumus in aliquo suffragari: Et quibus, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserti essent, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimo octavo, decimo septimo Cal. Julii, Pontificatus nostri anno sexto. Signat. Ja. Sadoletus, Ja. Questenberg. cum sigillo plumbeo more Romanæ Curiæ, & Cordono gialdo, & rubeo. A tergo, registrata apud me Ja. Sadoletum.

A N N O T.

1 HOc Indultum viriliter sustinet Senatus Excellentiss., ut in casu Jacobi Ravasii, dato responso S. E. ad litteras Agentis in alma Urbe; nec petitur confirmatio; cum mordicùs instet Senatus in ejus viridi observantia, ut audito voto Egr. Advoc. Fiscalis Faxardi declaravit Senatus anno 1662 28 Novembris; & de observantia testatur etiam Blanchin. *in compend. ord. & stilat. pag. mihi 35. col. 1.*

2 Hoc Indultum inconcusse sustinendum etiam in Ecclesiasticis ob criminalia dixit Senatus in casu monitorii intimati Ven Capitulo Scalensi hujus Urbis ex ordine Auditoris Cameræ Apostolicæ anno 1667 die 8. Februarii.

3 Licet hoc Indultum excipiat Cardinales; tamen hæc exceptio limitatur, ubi Procurator ipsius Cardinalis adiverit Judicem Ecclesiasticum in hoc Dominio, & procedit, ubi agatur inter Ecclesiasticos, nec interveniant Laici, ut ex ipsa Bulla; nec pactum in forma Cameræ Apostolicæ tollit privilegium in præjuditium Subditi hujus Dominii, quo circa sensit Senatus denegandum *Regium exequatur* Præposito de Radicibus Procuratori Em. Rospigliosi contra quemdam Magnagum, potissimum cum de bono jure hujus liqueret, die 13. Julii 1663 refer. Magnif. Erba.

4 Causæ benefitiales sunt illæ, in quibus agitur de substantia, de titulo, & de pertinentia benefitiorum, non vero cum agitur de bonis ad benefitia spectantibus, ut declaravit Senatus Excell. in ejus ord. diei 19. Augusti 1693. *Magnus Fossatus.*

Ordines servandi in officiis rerum criminalium.

MDXIX. die 20. Augusti.

1519. CUm in officiis, in quibus causæ criminales tractantur, gravissimis impensis subditi fatigentur, Judicesque, ac Notarii, & alii Officiales nummos contra, & præter formam ordinum, sub colore laboris exigant, idque malum in dies latius serpat, & nisi salutari aliquo remedio occurratur, maximam sit perniciem allaturum: Ideo Senatus subditorum curam sibi commissam nulla in re, quoad ejus fieri possit, negligere volens; ad tollendos tam perniciosos abusus, qui hucusque cum non modico omnium detrimento invaluerunt.

Decrevit, tàm ad officium Capitanei Justitiæ, quàm Prætoris, deputandos esse ab ipso ordine singulos Thesaurarios, prout ex nunc ad sui beneplacitum deputat duos spectatæ probitatis viros, videlicet ad officium Capitanei D. Jo. Jacobum Bestam, ad officium verò Prætoris, D. Julianum Peregum: qui pecunias omnes, tàm Capitaneo, quàm Prætori, ob causas delegatas, tàm civiles, quàm criminales, in quibus honoraria quomodocunque sibi deberi prætendunt, sivè pro inspectione scripturarum, sivè pro decisione causarum: ac Vicario, aliisque Judicibus,

bus, omnibusque Notariis, ac custodi carcerum, & Baricellis, quovis modo spectantes recipiant, & diligentèr, accuratè, ac distinctè ipsas omnes pecunias describant in libris, per eos præmissa occasione, conficiendis, & manu propria describendis, & apud se servandis, ut quandocunque videri possit, an omnia recto tramite transeant: apponendo nomina eorum, qui solvunt, ac causam, in quam solvunt; ita ut omnia perspicuè, & clarè cerni possint neque ullus fraudi sit locus: & ne obolus quidem ad alias manus, quàm ipsorum Thesaurariorum perveniat. Quod quò facilius observari possit; processus, & scripturæ Judicibus dandæ cum sportulis prius Thesaurariis consignentur, & ipsi eas Judicibus tradant, retentis, & descriptis pecuniis ut supra, & super eodem processu die traditionis. Videantq; Thesaurarii omnes ordinationes, ex quibus pecuniæ Judicibus debentur: ne quid ultra taxam à subditis exigant, injungantque Notariis, & aliis Officialibus, quid faciendum sit, pro faciliori præsentium Ordinum observatione: iique injunctis parere teneantur. Declarabitque postmodum Senatus, quæ portio pecuniarum Notariis pro ipsorum laboribus assignari debeat, & quæ dominis officiorum, qui hucusque ea officia Notariis locaverunt, sit relaxanda.

Teneanturque Thesaurarii iis omnibus, ad quos pecuniæ spectabunt, in singulas hebdomadas, aut menses, omnium receptorum rationem reddere: exigantque ultra taxam præstitutam quinque pro centenario ad ratam actorum, distribuenda exinde, & eroganda prout Senatui placuerit, & pro honorario solvendo ipsis Thesaurariis in fine mensis taxando.

Nec possint aliquæ penitùs pecuniæ Judicibus, etiam pro accedendo in rem præsentem, in Civitate, vel extra, aut ex quacunq; alia causa, vel sub cujusvis laboris prætextu, vel Notariis, vel Baricello, & custodi carcerum immediatè persolvi: sed omnes ex pecuniæ in manibus Thesaurariorum ut supra deputatorum, non per procuratores, eorumvè asseclas, aut causarum solicitatores; sed per ipsasmet partes, aut per earum privatos agentes numerari debeant; & à Thesaurariis ii, quorum intererit, eas postmodum recipiant, sub pœna Judicibus privationis officii, perpetuæ infamiæ, & barratariæ ipso facto incurrenda, in casu cujuslibet, vel minimæ contraventionis: Notariis verò privationis officii, & trium ictuum funis: aliis verò officialibus fustigationis, & graviori arbitrio Senatus; causidicis, & eorum solicitatoribus, & aliis suspensionis ab officio, & alterius, etiam corporalis, arbitrio Senatus. 1519.

Tenebunturque Thesaurarii idoneè fidejubere de suo officio legaliter, & probè exercendo.

Et quia intellectum est, Judices, tum ut data fidejussione tollant capturas, tum ut terminos assignent, vel prorogent, etiam ex præcisa litterarum Senatus dispositione, tum ut laxiores carceres concedant, atque ex aliis id genus causis illicitas pecunias exigere, idemque Notarios, & alios Officiales facere: Idcirco mandat Senatus, ut bene, & diligenter advertant Thesaurarii, ne aliquas pecunias recipiant nomine Judicum, aut aliorum Officialium, etiam sub quovis colore, ultra taxam in libello dierum utilium, Statutis, & Novis Constitutionibus, & Ordinibus expressè, & nominatim contentam, quam omnino ad unguem Senatus servari mandat cum additionibus, & declarationibus, quæ nunc fient, quasvè fieri continget ex ejusdem ordinis sententia: publicèque in ipsis officiis proponetur tabula impressa taxam continens, ut cuilibet patere possit, quid, quantumvè exigi, & solvi debeat, sub iisdem pœnis in casu contraventionis supra statutis: quas etiam Judices, & omnes alii, qui ab ipsis Thesaurariis pecunias indebitè exactas recipient, ipso facto incurrent. Et ubi ad Thesaurariorum notitiam pervenerit, aliquas pecunias per Judices, aut alios Officiales, contra formam præsentis ordinationis receptas, teneantur Senatoribus ad id deputatis statim notificare, sub pœna Senatui arbitraria.

Et quia usu compertum est, ordines, & reformationes frustra fieri, nisi etiam adsint, qui eas inviolabiliter observari omnino curent: ideò Senatus id negotium mandat Magn. Dominis Odescalco, & Aresio Senatoribus; quorum cura erit advertere, ut hi ordines observentur, & contravenientes, ubi eis visum fuerit, in carceres detrudent, & in eos, etiam ex probationibus extraordinariis, arbitrio suo animadvertent; servata, & non servata juris forma, atque in dies, uti suggeret experientia, & Notariis, & Thesaurario, quid faciendum sit pro faciliori exequutione, injungent; & etiam quærelas contra eos recipient, & prout eis convenire videbitur, providebunt. Eritque eorum officium ad biennium: quo finito alii duo in singula biennia deputabuntur.

Ordines servandi circa Proclamationes, quæ fiunt pro rebus Cameræ.

DUX MEDIOLANI &c.

Dilectè noster. Quas nuper ordinationes fecimus, & quas vim legis, & perpetui decreti habere volumus, his inclusas ad vos mittimus, volentes, & vobis committentes, ut eas in locis consuetis publicari faciatis, & in volumine decretorum nostrorum registrari. 1523.

strari. Data Mediolani die 5. Junii 1523. Sign. Julius. Clausa cum sigillo solito. A tergo, Jureconsulto Vicario Provisionum Mediolan. nostro dilecto.

1523. MDXXIII. Die xxi. Maji.

Facta propositione coràm Excellentiss. Duce nostro Francisco Secundo Sfortia assistente frequentissimo Excellentiæ Suæ Senatu, de eo quod hactenus sæpè contigit, & in futurum verisimiliter continget, ut scilicet proclamationibus, quæ pro rebus Cameræ fiunt, aliquando per aliquos in tempore debito contradicatur, sed non in tempore producantur instrumenta facientia in favorem contradicentium, sed exinde petatur dispensatio à Senatu, ut ea instrumenta possint produci, & admittantur, ac valeant perinde, ac si in tempore debito producta fuissent, cùm similes dispensationes fiant passim contradicentibus aliis publicis proclamationibus, quæ fiunt per Officium Provisionum Communis Mediolani in rebus privatorum, & jus videatur assistere, licet rigor ordinum proclamationum obstet: re hac maturè discussa, & consideratis meritò considerandis.

Censuit prælibatus Illust. Dux noster ex Senatusconsulto, ut post hac fieri possint, & debeant prædictæ dispensationes, ut modò contradictum sit debito tempore, admittatur etiam post lapsum termini productio instrumentorum, & valeat productio perinde ac si in tempore producta fuissent, quia instrumenta faciunt rem notoriam, per illorum productionem non protelatur lis, & cessat timor subornationis, *Caldas recept. sentent. lib. 1. q. 4.* secus foret dicendum, ubi ex adverso lis esset: nam parte citata, & exhibita copia, ut possit opponere, fieri debet productio, *Chartar. decis. 17.*

Factaq; etiam mentione, quòd sæpè contingit testes, qui producuntur per contradicentes in causis Cridarum Cameræ, & supradictarum Provisionum Communis Mediol., & aliarum Civitatum utentium beneficio dictarum proclamationum, juramentum præstare de veritate dicenda in tempore, sed non in termino eos deponere; & postea in dubium refricari, an depositio facienda extra terminum valeat vel ne.

Censuit prælibatus Excellentiss. Dux noster, dispensari posse, & debere, ut testes, qui in termino juramentum præstiterint, deponere possint etiam post lapsum terminum, & eorum depositio valeat & teneat, ac si debito in termino deposuissent. Dictum insuper fuit, cùm nonnulli absentes, & impediti justa causa, maximè ex benemeritis de prælibato Excellentiss. D. Duce nostro, & ejus Statu, exclusi sint, possintquè in futurum excludi jure bonorum suorum ex proclamationibus factis, quibus ipsi contradicere non potuerunt, providendum meritò esse, ut ipsæ proclamationes, nec eis, nec aliis, qui posthac in simili erunt casu obsint.

Circa hoc prælibatus Excellentiss. Princeps, habita notitia eorum, quæ in tali casu observabantur per Illust. Principes Prædecessores suos, Requè hac maturè discussa, & omnibus benè consideratis, & quid bono publico conducat.

Censuit ex Senatusconsulto, non esse apponendam manum ad hanc rem contra ipsas proclamationes, & earum observantiam, sed erga fideles suos, & de Excellentia Sua benemeritos, prout tempora ferent, liberalitate utetur, & munificentia, sicuti sibi conveniens videbitur.

Additum fuit etiam, dum supradicta memorarentur, & discuterentur, quòd aliquando contingit, quòd in proclamationibus, quæ fiunt pro rebus Cameræ, & etiam in aliis quæ fiunt ad Officium Provisionum pro rebus privatorum, nisi ii, qui habent directa dominia super bonis, quæ ponuntur ad ipsas proclamationes contradiceant, cùm tamen directa vendita non fuerint, aut confiscata, sed solum utilia, eis incommoda, & dispendia permagna inferri, tanquam jure suo directi ceciderint ob non factas contradictiones.

Indignum, & minus juridicum existimans hoc prælibatus Excellentiss. Dux noster, & provisione dignum.

Censuit ex Senatusconsulto, ac declaravit, & declarat, decrevitquè & decernit, ut jura dictorum dominorum directorum intacta, & illæsa sint, licet prædictis proclamationibus, tàm Cameræ, quàm privatorum, non contradicatur, ubi directa dominia specificè, & expresse nòn sint vendita, vel confiscata, & è converso. Idem intelligatur de dominis utilium dominiorum, ubi directa dominia pleno jure venderentur, vel confiscarentur. Quæ omnia suprascripta vult, & decetnit prælibatus Excellentiss. Dux noster vim legis, & inviolabilis decreti perpetuò habere debere. Mandans, & præcipiens omnibus, & singulis Jusdicentibus, Officialibus, & Subditis suis, mediatis, & immediatis, ad quos spectare quomodolibet possit, ut ipsa observent, & observari faciant. Signata Julius.

ANNOT.

1 IN eo, quod disponit iste ordo, Cridas Fiscales Dominis non contradicentibus præjudicare, fuit correctus per N. C. *tit. de officio Quæst Reddit. Extraord.* §. *hoc quoque edictum*, & licet Boss *tract var. tit. de proclam quod sit bonis confiscalis n. 3. & 4.*, cum quo transit Carpan. ad N. C *in cap. omnium n* 709 supponat observari hunc ordinem, tamen ejus authoritati non est deferendum, quia patet hunc ordinem esse anteriorem Nov. Const., & Bossius prædecessit earum publicationi, ut testatur Plot. *de Blasphemia n. 30.*, ideoque ignoravit ejus correctionem; cæterum N. C. *in cit.* § *hoc quoque edictum* esse usu receptas testantur

2 Raudens. *de analog. lib. 1. cap. 32. n. 508.*, & Magnif. Regens, & Senator Comes Caroellus *disquisit. jurid. pag. 114. n. 11. 12. & 13., & pag. 117. n. 34.* *Mognus Fossatus.*

Ordo

Ordo circa remissiones faciendas Emphyteotis, & Livellariis ob calamitates.

MDXXIX. Die ix. Julii.

LEctis, & maturè discussis in Senatu litteris Magnif. D. Joannis Baptistæ Speciani Senatoris integerrimi, tenoris sequentis videlicet:

Rever., & Magnif. DD. Observandiss.

Detulere in hanc Civitatem nuperrimè nonnulli Cives Senatus Consultum promulgatum mense Februarii exempli hujusmodi.

Senatus, qui consuevit omni studio viam litibus præcidere, cum sæpissimè ab Emphyteotis, & Livellariis pulsetur, ut his calamitosis temporibus, quibus ob militares incursus, aliosque casus bonis conductis gaudere non possunt, à præstatione ficti, vel canonis liberentur, sine provisione hos casus relinquendos non ducens, censuit, ubi pensio æquè, vel in proximum, aut circa correspondeat fructibus, non sitque ad minus tertia pars fructuum solitorum percepta, remissionem faciendam esse, & hoc pro anno proximo decurso, & præsenti. Signat. Bartholomæus Landrianus.

Verum in illius interpretatione multiplex adhuc suboritur ambiguitas, & quoniam de ea re ita censuit Senatus, ut lites, & controversiæ tollerentur, quæ si à miseris, & calamitosis hominibus removendæ sint, nulli certè sunt iis Civibus miseriores, aut calamitosiores, idcircò ne ad eorum famem sublevandam parata, forus absumat, rogatu Civium consulendum duximus Amplissimum Senatum de iis rebus, quæ Senatus Consultum, uti ipsis videtur linquit apud nos adhuc dubia.

Primo. An Senatus Consultum ubique locorum ditionis Illustrissimi Domini servandum sit, quoniam publicis litteris hactenus non est adhuc transmissum.

Secundo. Quoniam in eo cavetur remissionem faciendam, quando minus tertia perceptum est, in ancipiti est, an integra pensio remittenda sit, an pars, & quæ.

Tertio. Quid si tertia pars fructuum solitorum percepta non sit, quoniam tamen præter solitum crevit illorum pretium, an idem sit, quamvis fructuum valor excedat tertiam pensionis solvendæ.

Quarto. Quid si plus tertia, minus tamen dimidia sit collectum, an tota pensio sit tunc solvenda, vel quæ portio.

Quinto. Pleræque pensiones in hac Civitate solvuntur ex frumento, aut vino, quarum rerum caritas tanta est, ut si facienda in eis sit solutio, pensio æquat penè dimidiæ sortis, & propterea cum mihi id fænus intollerandum videretur, decreveram, ut nunc debitores solverent in singulas libras centum Imperiales decem tantum, non frumentum, donec per Senatum esset de ea re sancitum, ad quem referebam hujus rei diffinitionem, & hoc non mea tantum opinione

1529

servari jussi; sed sequens ordinationem similem Magnif. Sfondrati Prætoris hujus Civitatis.

Quæritur nunc, an Senatus Consulto solvendum erit frumentum, an pecunia, & quanta, & ut Senatus certior fiat eorum, quæ finitimæ Civitates constituerunt, Vicelegatus Placentinus ædixit Placentinis omnibus, ut nemo, qui frumentum, vel aliud frugum genus, aut pecunias ultra dicendam summam teneatur creditoribus pendere, non possit cogi, nisi ad pecunias, quæ non excedant quinque in singulas centum crediti libras, & hoc est gravius caput cæteris declaratione Senatus indigens.

Sexto. An quod de Livellariis, & Emphyteotis dictum est, servandum pariter sit in simplicibus Conductoribus, & Inquilinis frumentum solventibus pensionis nomine, & maximè in iis Conductoribus, qui bona sua vendentes, eodem quasi tempore, eadem ad tempus conduxerunt.

Septimo. Quoniam in multis instrumentis adjectum est pactum, ut Emphyteota, seu Libellarius, aut Conductor teneatur etiam tempore Guerræ, pestis, & tempestatis &c. An ubi hoc pactum est, indistinctè solutio facienda sit, quod mihi durum nimis visum est, tum ratione usuræ, quæ in eo redundat, tum quoniam bellum, quod contractus tempore erat, mihi videtur in rerum omnium eversionem, & dissipationem transisse, nec bellum amplius dicendum, sed vastationem, cui enim post hominum memoriam iis in regionibus nulla par fuerit, ad eam mihi non videntur ulla ratione contrahentes respexisse.

Octavo. Quoniam biennio tantumodo durat Senatus Consultum, dubium est, quid servandum in iis sit, qui triennales, aut etiam ampliores debent pensiones, cum iis regionibus calamitas triennium etiam excesserit.

Nono. Quid si quædam jam decisa sint, nundum tamen facta exequutio, an in eo Senatus Consultum sit servandum, quod profecto justissimum videretur.

Hæc sunt, in quibus Cives isti expectant mentem Senatus, quam veluti oraculum servaturi sunt, & donec respondeat, suspensa sunt omnia, & Dominationibus vestris me plurimum commendo. Papiæ 6. Aprilis 1529. Servus Jonnes Baptista Specianus.

Senatus habita omnium diligenti consideratione singulis capitulis provisionem adhibens prænarrato Senatus Consulto sub noratas declarationes edidit.

Censuit quoq; ad primum capitulum, In toto Dominio Senatus Consultum servandum esse.

Ad secundum. Debere fieri eo casu remissionem totius pensionis, tamen teneri Emphyteotam dare Domino directo par-

tem dominicam omnium fructuum, seu eo-
1530. rum valorem, deductis impensis ipsam partem dominicam tangentibus.

Ad tertium. Non esse super eo dubitandum, stantibus verbis decreti, & eò maximè propter decisionem præcedentis capituli.

Ad quartum. Rem esse decisam ex verbis decreti.

Ad quintum. Respectu eorum, qui conduxerunt res origine proprias locatorum, seu Dominorum directorum, standum dispositioni juris communis; respectu autem eorum, qui res proprias vendiderunt, & ab eis Emptoribus easdem in Emphyteusim conduxerunt, solventibus Emphyteotis ad rationem decem pro centenario pretii ipsorum bonorum, quo vendita fuerunt, in alio non esse molestandos.

Ad sextum. Idem quod in proximo præcedenti capitulo.

Ad septimum. Etiam in eo Senatus Consultum servandum esse.

Ad octavum. Si continget aliquem conqueri, Senatus secundum casuum occurrentiam opportunè providebit.

Ad nonum. Senatus Consultum habere locum.

Bartholomæus Landrianus.

A N N O T.

1 HOc Senatus Consultum perpetuò esse servandum cavetur in ordine diei 6. Junii 1532., ibique declaravit Senatus Excell. quando pensio intelligatur correspondere fructibus.

Remissio pensionis an facienda sit Enphyteutæ propter bellum examinat Fulgineus *de*
2 *jure Emphyt. tit. de solut. Canon quæst. 1. nu. 331., & sequ.*, & quid stante pacto, quod Emphyteuta teneatur ad casus fortuitos, vel ubi renunciavit juri petendi remissionem, & benefitio legum, & Statutorum, idem Fulgine. *ubi supra nu. 318*

Magnus Fossatus.

Decretum Gratiosum pro iis, qui obsidionem cum Duce pertulerunt.

FRANCISCUS Secundus Dux Mediolani &c. Hoc edicto, quòd de Consilio Rever. & Magn. Senatus nostri vim decreti obtinere volumus, Justitiæ, clementiæ, & liberalitati partes suas, ita attribuisse speramus, ut quanquam inter se pugnare videantur, tamen citra alicujus offensam unicuique eorum cumulatè satisfactum arbitremur: cum iis juris, qui diuturnam difficillimam, & egentissimam Arcis Portæ Jovis obsidionem constantissimis animis nobiscum pertulerunt, aliquali in parte faciendum esset satis, & illis, qui post modum duro, & intestino bello auspiciis nostris militarunt, ultra stipendia aliquid condonare statuissemus, quæ in partibus clementiæ, & liberalitatis continebantur; non tamen sic indulgendum erat, ut justitiam, ad quam semper respicimus, post haberemus. Factum igitur est, dum huic cogitationi animum intendimus, ut rationem iniremus, qua omnibus, ut jam præmisimus, partes suas daremus. Quod ergo bono publico, & subditis nostris fœlix, faustumquè sit, in primis omnibus qui prædictam obsidionem nobiscum superaverunt, omnia delicta, peccata, & excessus, omnesque pœnas, & condemnationes quas incurrissent, aut commisissent ante diem, quo in ipsa arce inclusi fuimus quovis nomine censeantur, quotiescunque pacem ab offensis impetraverint, remittimus, & condonamus. Illis verò militibus qui post eam obsidionem stipendia nomine nostro meruerunt, omnia delicta, & pœnas meritas usque ad Calendas Januarias præsentis anni remittimus ut supra, ubi remissionem ab offensis obtinuerint; modò non sint homicidia animo deliberato, & pensato, facta, aut raptus, vel vis in mulieres. Quòd si pacem non habuerint, volumus prædictorum omnium neminem beneficio præsentis gratiæ uti posse. Ne tamen in totum expertes sint clementiæ liberalitatis nostræ, volumus quòd si agatur de bonis ablatis, vel pecuniis extortis, in quibus tormenta non intervenerint, quòd civiliter tantùm agatur: Ita quòd læso omnino satisfiat, si verò tormenta intercesserint, processus criminalis fit, sententia verò civiliter feratur, Mandantes omnibus, & singulis, quibus spectat, & spectabit, ut omnes processus, banna, condemnationes, & sententias factas, & latas contra prædictos omnes, & eorum unumquemque, qui in hac gratia, seu ædicto nostro comprehendentur cassent, & annullent, quod in locis consuetis publicari volumus, ut ad universorum notitiam devenire possit. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas fieri jussimus, & registrari, nostrique sigilli impressione muniri mandavimus. Dat. Viglevani 13. Septembris 1530. Signat. Francisco &c. cum sigillo solito.

Illustrissime Domine,

POst conditum ab Excell. V. Decretum, per quod militibus delicta patrata remittuntur, comparuere plerique, qui exhibito instrumento pacis, volvere per testes probare se fuisse milites; quas probationes ob timorem subornationis admittere nolui. Sed jussi, ut fidem autenticam ab altero ex Magn. Collateralibus loco probationis mihi exhiberent. Nonnulli etiam comparuerunt, qui adhuc condemnati non sunt, vel quia legitima

gitima indicia contra eos non existant, vel quia indicia, quæ alias assumpta fuerunt, combusta sunt; istiquè exhibito pacis instrumento, in quo res ad eorum libitum descripta est, petunt se absolvi à delictis in eis contentis, quò ad istos videretur mihi conveniens, quòd se constituerent; & facto de eis examine, probationes cœptæ perficerentur: & ubi aliqua indicia non essent scripta, ea, quæ haberi possent, assumerentur; ut sciri possit, an sint in casu decreti: & maximè circa homicidia: quæ licet quandoque deliberata sint, tamen in instrumento pacis plerunque in rixa fuisse proponuntur: & demum finito processu, pro more Rever. Senatui res exponerentur. Accedit quòd ex ipso decreto non videtur clarè decisum, utrum bona ipsorum militum, tam per Cameram apprehensa, quàm apprehendenda; emissa sint, & non parum Excell. V. interest ad notitiam Magistratuum suorum id deduci, tàm ob descriptiones fiendas, quàm ob multa alia. Idcirco ad tollendas has difficultates, visum fuit Excell. V. scribere, ut quid in prædictis casibus servari, & pronunciari velit, committere dignetur. Et me Excell. V, humillimè commendo. Cremonæ penultimo Septembris 1530. Ejusdem Excell. D.V. humillimus servus Ludovicus Portus A tergo. Illustriss. & Excellentiss. D. Duci Mediolani D. meo semper observandiss. In manibus Magn. Cattanei Ducalis Secretarii.

1530 Prætori Cremonæ. Laudamus diligentiam, & circumspectionem vestram in iis; quæ proximè scripsistis circa diploma militare per nos superioribus diebus æditum: maximè in ea parte, qua probationem militiæ non per testes, sed per Collaterales, seu per aliquem eorum fieri vultis: quòd cùm nobis placeat, & jam, dum illud conderemus, animo nobis sederet; volumus, & ordinamus, ut indistinctè servetur, ne aliquis subornatis testibus ad munus gratiæ nostræ obrepat. Ad secundum autem caput indiciorum non sumptorum, aut combustorum, Decernimus quòd detur iis, qui beneficio edicti nostri uti satagunt, terminus viginti dierum, intra quem vos, & Curia vestra se informare possit de qualitate homicidii, & secundum informationes casus incidentes apponere, & concordare ad illud caput edicti, ad quod melius, & congruentius applicandum erit: ita ut eo tempore milites non molestentur. Quo termino elapso, & nullis habitis informationibus de qualitate prædicta, poterunt secundum tenorem gratiæ nostræ absolvi, secundum expressionem facti per eos dandam: Quam ad bona etiam, seu confiscata sint, seu non, extendi volumus, modo per nos donata, aut alienata non fuerint; Nam in iis casibus supersederi volumus, donec re cum Senatu nostro participata statuemus quid servandum sit. Dat: ex itinere Veneto 20. Octob. 1530.

Capitaneo Justitiæ.

Dilectiss. noster. In ampla materia omnes casus primo aggressu distinctè providere, divini potius quàm humani ingenii est. Hoc liquido comprehendi potest eo ædicto, quo multa militibus remisimus, & indulsimus. Nam quamvis plura capita habeat, & approbatione per Senatum de illo facta aliqua adjecta fuissent, postmodum etiàm necessariò quædam declarationes subsequutæ essent; tamen in dies emergunt novi casus, qui liberalitatem nostram in majus tollant, & clariorem reddant. Unus quorum hujusmodi est, accusatur de robaria, aut rebus subtractis (militem cùm dicimus, unumquemque intelligimus, qui stipendia, etiam hostilia, sequutus sit) in robaria autem nulla tormenta intercesserunt, is si remissionem ab offenso, & fidem Collateralis autenticam produxerit, vobis mandamus, ut ipsum illico in pace dimittatis, nec pro ea imputatione ulterius molestetis, & quoniam videmus maximi referre circa fidem faciendam, quòd quis miles fuerit, cùm sæpè ob stipendia non soluta nullus computus militum tenetur, & aliquando Urbe aliqua, Oppido, vel loco clausi milites sine collaterali viverent, & ob hoc maxima difficultas sit imputato fidem de militia facere; militari disciplinæ etiam hoc condonantes, volumus, quòd in illis casibus, in quibus Collateralis fides haberi non posset, accusatus, hujusmodi militiam legitimè probare teneatur, erit tamen per vos diligenter advertendum, ne fraus in similibus probationibus interveniat. Dat. Viglevani xxii. Decembris 1530.

Pensio censetur correspondere fructibus, ubi se extendat ad quinque pro centenario.

MDXXXI. Die vi. Junii.

1531 Facto verbo in Senatu de ordinatione alias facta per modum provisionis super fictis libellariis annorum 1528. & 1529. proximè præteritorum, omniumque matura consideratione habita.

Censuit Senatus ipsam perpetuò servandam esse, eo addito, ut pensio correspondere fructibus intelligatur, ubi se extendat ad quinque pro centenario.

B. Pattellanus.

Ordo, quod Communitates non concedant immunitates.

MDXXXII. xxvi. Aprilis.

1532. RElatum est in Senatu audere Communitates, tam per Instrumenta conventionum, quam per alias formas immunitates concedere, quæ Fisco pubblico, ipsis Communitatibus, & privatis plura incommoda, & damna inferunt, quæ res cum in consultatione venissent, & omnia, quæ in hac materia consideranda erant, considerata fuissent.

Ordinatum, & decretum est, quod postea nulla Communitas, nullumve Collegium immunitatem aliquam quovis modo concedere possint Senatu inconsulto, & si aliter factum fuerit, ex nunc decernitur nullum esse. *Jacobus Cattaneus*,

A N N O T.

COncordat cum dispositione juris communis in *l. vacuatis C. de decurion. lib.* 10., & Novar.
1 Constit. *in tit. de oneribus §. communitates*.
Ubi immunitas legitime concessa, & verbis amplis, & generalibus concepta sit, semper
tamen interpretari debet, ut non comprehendat onera postmodum imposita, præcipue
2 ex causa belli, nisi hoc expressum fuerit, vel de tempore concessionis ea onera jam cæpissent
imponi, quia non videtur de hujusmodi insolitis, & excessivis oneribus inter contrahentes
cogitatum sub illa verborum generalitate, ut tradunt Alex. *cons* 216. *n.* 28.
lib. 2., Silvan. *cons.* 66. *n.* 12., Alba *cons.* 34. *n* 15., Bursat. *cons.* 16. *n.* 50 *& sequ.*, Raudens. *de
analog lib* 1. *cap.* 22. *n.* 30, Mysinger. *observat. cent.* 4. *observat.* 70., Marc. *quæst.* 458. *lib.* 1.,
Rimin *cons* 59 *n* 68 *& sequ & n.* 105., Plot. *cons.* 51 *n.* 11. *& ad l si quando C. unde vi n.* 17. 18.
3 19. 20.; & ita pluries declaravit Illustriss. Magistratus Ordin. Reddit. Mediol., nempe
die 7. Octobris 1579. inter Communitatem Feliciani, & Fratres de Rotariis, die 22.
Octobris ejusdem anni inter Communitatem Loci Uviliarum, & Fratres Jordanos, &
Arnutios, die 30 Augusti 1589. inter Civitatem Viglevani, & Fratres de Guevarra, &
Riberra, & die 14. Martii 1592. inter Communitatem Casalis Majoris Cremonensis,
& Fratres Vajanos.
Immunitas onerum vendita à Communitate reducitur quoad ejus importantiam ad fructus
4 in rationem quinque pro centenario; pro supra pluri vero importantiæ onerum tenetur
emptor ad solutionem, non obstante, quod contractus celebratus fuerit cum Senatus
dispensatione expedita domi, ut idem Excellentiss. Ordo censuit die 17. Decembris anno
1670. in casu illorum loci Lumelli referente Magnif. D. Senatore Stampa.
Conventio onerum in futurum pro minori summa veræ eorum importantiæ, etiam si agatur
5 de bonis derelictis, non admittitur in præjudicium Communitatis, ut censuit Excell.
Senatus in casu Marchionis Malaspinæ cum Communitate Sannazarii die 12. Martii
1670 referente Magnif. D. Senatore Menochio.
Circa Immunitates concessas à Communitatibus cognoscere privativè spectat ad Illustriss.
6 Magistratum Ordin. Reddit. ex ordine S. E. diei 19 Octobris 1607. relato ab Oppizzono
de onerib. part. 1. *fol mihi* 364. confirmato in proclamate diei 30. Junii 1640. penes eundem
Oppizzon. *par.* 2. *n.* 54. *fol. mihi* 597. *Magnus Fossatus*.

Quòd Decreta edita in materia Datiorum serventur, etiamsi allegaretur solitum, cujus initii memoria non extaret.

Die xiv. Decembris MDXXXII.

COnsultus Senatus à Præside, & Magistris ordinariis quid servari debeat in causis Datiorum, quæ in Camera sunt, & petitur, non ostenso aliquo titulo, solitum per testes in eis probari posse, saltem illud cujus initii memoria non extat.

Cum nonnullæ super hujusmodi materia caussæ pendeant, & multo plures moverentur, ubi talis probatio admitteretur, contra quam multa decreta edita sunt; quæ si violarentur, brevi redditus, & vectigalia Cameræ exhaurirentur. Et cum super hujusmodi materia auditi essent Quæstores efficaces caussis reddentes, quibus ostendebatur Decreta ipsa maxima ratione condita fuisse, prædictis, & aliis plerisque consideratis.

Censuit Senatus, quoad Datia ipsa, quæ in Camera sunt, Decreta ipsa servari debere, etiam si allegaretur solitum, cujus initii memoriam diceretur non extare &c. Signat. Jacobus Cattaneus, & sigillat. &c.

Ordo circa facultatem Creandi Cives.

1534. PEr Senatum sancitum fuit, neminem exterum vocari posse Civem à Civitate Dominii habente facultatem creandi Cives, ut acquirere possit immobilia inconsulto ipso Senatu, die 2. Januarii 1534.

S C H O L I A.

Meminit *Menoch. cons.* 1129. *num.* 71.

A N N O T.

ANtequam fieret iste ordo Civitates hujus Dominii creabant Cives per privilegium cum jure fruendi omnibus prærogativis, & gratiis, quibus potiri poterant veri originarii

Cives

Cives ipsarum Civitatum, & etiam cum facultate acquirendi bona stabilia, & isti Cives 1534.
1 per privilegium creati dicebantur Cives honorarii Redenasch. *cons.* 91. *n.* 24. Et licet per hoc Senatus decretum sublata sit Civitatibus dicta facultas creandi Cives cum jure acquirendi bona stabilia inconsulto Senatu, tamen ex ipsius ordine diei 29. Maji 1557.
2 conceditur Decurionibus Civitatem facultas conferendi civilitatem etiam non subditis, dummodo in concessione apponant conditionem, quod, ubi contingat eos bona immobilia acquirere, teneantur habitare in Dominio Mediolani, sub pœna nullitatis concessionis, & quod si habitare desierint, bona Fisco applicata esse censeantur.

Mognus Fossatus.

Ordo pro observantia decreti majoris Magistratus.

Dilectissime noster. Licet pluries scripserimus, ut decretum de majore Magistratu editum, omnino servetur, tamen lectis inclusis precibus istius nostræ Communitatis, vobis denuo injungimus, & mandamus, ut contenta in ipso decreto, sine ulla prorsus exceptione, sub pœnis in eodem positis servari faciatis. Non opponendo tamen manum ad ea, quæ extra illud sunt. Dat. Mediolani 7. Novembris 1534.

Jacob. Cattaneus.

A tergo. Spectabili I. C. Prætori Novariæ Senatori nostro dilectissimo, & sigillat.

A N N O T.

1 Decretum de majori Magistratu rigorosè servatur, & si alicui Feudatario concedatur jurisdictio in Cives etiam limitata, à Senatu tale privilegium non interinatur, sed rescribitur pro illius revocatione, ut signanter evenit in casu privilegii obtenti à D. Comite Renato Borromæo, quod Prætores ejus Feudorum respectu venationis prohibitæ possent procedere etiam contra Cives, quod Senatus die 25. Augusti anni 1683. interinare noluit referente Magnifico D. Senatore Don Cæsare Vicecomite, & dixit faciendam consultationem S. E. per Magnif. Relatorem juxta mentem Senatus, & transmissa per S. E. consultatione Regi Hispaniarum, fuit revocatum dictum privilegium.

Mognus Fossatus.

Ordo de causis Civilibus in Senatu retinendis, vel Judicibus Ordinariis remittendis.

Facto verbo in Senatu de causis civilibus Judicibus Ordinarijs remittendis, vel in Senatu retinendis, omnibus consideratis. Dictum fuit non esse de cætero committendas aliquas causas in Senatu præter infrascriptas.

Feudales magnas, quæ scilicet excedant redditum ducatorum mille, & eas pro quibus personæ Religiosæ, & Loca Pia, in quorum facultate esset eorum causas trahere ad Forum Ecclesiasticum, Senatorem, & Senatum in Judicem petere, curialium, appellationum à sententiis latis per D. Magistros utriusque Cameræ, Capitaneum Justitiæ, Præfectos Annonæ, & Collateralem, interpretationis privilegiorum, controversiarum de finibus territoriorum, aliarumque similium, quarum cognitio de jure ad Principem spectat. Advertendumq; esse, ne respectu dependentiæ, vel connexitatis aliæ causæ committantur, nisi talis connexitas allegetur, quòd una causa sine altera expediri non possit.

Quo verò ad causas pendentes coram Senatu ordinatum est, omnes eas, quæ non comprehenduntur in præcedenti capitulo remittendas esse Judicibus ordinariis, salvis his quæ ad referendum ut supra.

Et ut certum sit, quinam Curiales hoc privilegio gaudere debeant.

Decretum est infrascriptos tantum in eorum numero admitti debere: Senatores scilicet omnes, etiam qui in Senatu non sedeant; & eis prædefunctis eorum filios, & uxores viduas; cæterosq; Officiales Illustriss., & Excellentiss. Ducis, qui tamen actu officium exerceant, nec non & familiares in domo Excellentiæ Suæ residentes, vel qui ab ea provisionem, vel stipendium habent.

Insuper, quia causæ pauperum remittendæ sunt, ut eis, quantum fas est, provideatur: sancitum est, quòd eorum causæ, in quibus tamen actores sunt, nullam habeant instantiam: & quòd Judices ordinarii, partiumque confidentes gratis eis justitiam ministrent: Notariiq; acta, & sententias absq; mercede edant. Ita tamen quod si contingat partem adversam in salario condemnari, quod liceat Judicibus, & Notariis illud exigere, intelligaturq; eos esse pauperes, quorum Procurator coram Judice jurejurando affirmaverit, eos pauperes esse, & hoc ubi salarium viginti libras non excedat, ab ea verò summa supra idem servetur, modo Parochiani juramentum accesserit.

Postremò consultum est monendos esse Judices, & partium confidentes, prout præsenti lege monentur, ut juxta formam decretorum causas suo tempore expediant, quod si non fecerint, ad solutionem pœnæ in ipsis decretis comminatæ omnino compellantur. 1534. 18. Decembris.

A N N O T.

1 Causas levis momenti, & specificè Senatui Excellentiss. non spectantes juxta dispositionem Nov. Constit., & Ordinum Realium, esse remittendos Judicibus Ordinariis cavetur

1524 cavetur etiam in Ordinibus Invictissimi Imperatoris Caroli VI. datis Mediolani die 29. Octobris 1712.

Causæ, in quibus licitum est Ecclesiasticis agere coram Judice Ecclesiastico, vel Laico
2 habentur in Concordia jurisdictionali diei 2. Junii 1615. inferius impressa.

Per hunc ordinem sublata est disputatio, an Personæ Religiosæ, & Loca Pia gaudere possint
3 privilegio trahendi in eorum causis Reos ad Supremum Tribunal Principis *ad text. in l. un. C. quando Imperator &c.*, ut videre est penes Merend. *controvers. jur. lib. 24. cap. 38 n. 38. & seq.*, ubi late probat tale privilegium ipsis non competere; contrarium tamen juxta communiter receptam praxim servari testantur Covar. *pract. quæst. cap. 7 sub n. 3.*, Trentacinqu. *var. resol. lib. 2 resol. 2. n. 34. & 35.*, & alii apud Novar. *de elect. & variat. Fori quæst. 49. 52. 54. 57. sect. 2.*; & dictum privilegium *l. un. C. quando Imperator &c.* competens
4 viduis, alisque miserabilibus personis, ac Ecclesiasticis esse quoad ipsos Mediolani in viridi observantia testantur Ruginel. *pract. quæst. cap. 43. n. 53. & cap. 46. n. 56.*, & Gatt. *de majori & minori Magistratu lib. 1. quæst. 13. n. 18*

An privilegium *d. l. un.* competat etiam in criminalibus latè examinat Gatt. *d. tract. lib. 3.*
5 *quæst 7.*

Si Feudatarius sit investitus cum derogatione privilegii *d. l. un.*, tunc Ecclesiasticæ personæ
6 in ejus Territorio degentes uti non possunt privilegio electionis fori Principis supremi secundum Capiblanc. *de Baron. in pragm. 8. par 1. n. 302. & seq. tom. 1.*; verum non sufficere generalem derogationem, sed requiri specificam talium personarum probat laudatus Novar. *d. tract. quæst 26. n. 10. & sequ. sect. 3 par 2*, & idem procedere respectu aliarum
7 miserabilium personarum, ut per plenariam jurisdictionem Feudatario tributam censeatur derogatum dicto earum privilegio, si constet Principem per hujusmodi generalem concessionem derogare voluisse dicto privilegio, probat Gatt. *d. quæst. 13. n. 5. & sequ.*

Si inter æque privilegiatos sit contentio super electione fori, cæteris paribus privilegium
8 Rei est potentius Garon. *var. resolut. cap 8. n. 28.*; hinc petente quadam Ardizona Vidua Rea conventa coram Prætore Alexandriæ avocationem causæ ad Senatum, & impugnante Gaspare Ardizono Sene milite in cohorte D. Gubernatoris Alexandriæ Actore ex regula, quod privilegiatus non utitur privilegio contra æque privilegiatum Senatus die 20. Februarii 1685. censuit causam avocandam non obstantibus deductis referente Magnifico D. Senatore Burro.

Vidua non potest uti privilegio *l. un. C quando Imperator &c.* contra alium in eadem materia
9 specialiter privilegiatum, Covar. *pract. quæst. cap. 7. sub n. 4*, Menoch. *de arbitrar. cent. 1. cas. 66 n. 38. cum sequ.*, Thesaur. *decis. 177. sub n. 9 versic. limitatur*, Gratian. *discept. forens. cap. 182 sub n. 20 & 21.*, Garon. *var. resol. cap. 8. n. 27*, de Franch. *decis. 188.*, & in concursu
10 electionis Fori potentius est privilegium Ecclesiæ illo Viduarum, & pupillorum Capyc. Latr. *decis. 195 n. 18.*, & ita decidit Senatus anno 1685. mense Januarii favore Ven. Consortii B. V. Mariæ nuncupatæ *della Donna* Civitatis Cremonæ contra D. Joannam Ferrariam petentem avocationem ejus causæ ad Senatum.

Si inter consortes litis adsint aliqui non privilegiati, isti etiam trahuntur ad Forum privi-
11 legiatum *l. un. C si in communi, eademque causa*, Novar. *de elect. fori sect. 3 qu. 6. n 1.*, Cancer. *var resol. lib. 2. cap. 2. n. 29.*, & ita judicavit Senatus die 16. Junii 1690. favore Fratrum Minorum de Bassis referente Magnifico D. Comite Senatore Paciecho.

Privilegium *l. un. C. quando Imperator &c.* cessat, si agatur de modica re, & causa parvi mo-
12 menti Novar. *de elect., & variat fori sect 4 quæst. 41.*, & ita etiam cavetur in ord. Senatus diei 9. Junii 1714, qui incipit *Cohibere curavit &c.*

Quænam causæ dicantur modicæ, & parvi momenti, ut cesset dictum privilegium, exami-
13 nat laudatus Novar. *cit. sect. quæst. 42.*, & secundum magis communem DD. opinionem hoc pendere ab arbitrio Judicis firmant Guttierez *canon. quæst lib 1. cap. 11 n. 62*, Menoch. *de arbitrar cas. 27. n. 10.*, Muscatel. *in praxi part. 1. glos. petitur. n. 28.*, & alii apud Novar. *loc. cit n. 7.*

Iste ordo in eo, quod disponit causas feudales avocandas à Senatu debere excedere reddi-
14 tum ducatonorum mille fuit correctus per Nov. Constit. expost promulgatas *in tit. de Senatoribus*, §. *cognoscetque Senatus*, ubi indistinctè præscribitur causas feudales spectare ad Senatum: ibi, *& quorumcunque feudorum*.

Causæ annui redditus aureorum mille pariter spectant ad Senatum, & ad formandam di-
15 ctam summam admittitur coacervatio quantitatum, modo una actione coacervatio ipsa contineatur, ut probat Ruginel. *pract. quæst. cap. 43. n. 22.*, & refert sic fuisse à Senatu decisum die 29. Januarii 1618 favore Com. Annibalis de Gambara contra Marchionis-
16 sam D. Isabellam Pallavicinam referente Magnif. D. Senatore Panigarola; etiam si agatur contra diversas personas, ex eadem tamen causa, ut Ruginel. *loc. cit.* refert pariter decisum à Senatu die 16. Decembris 1620. inter minores de Martellis referente Magnif. D. Senatore Gallarato.

Ut sit locus avocationi causæ sufficit, quod redditus sit aureorum mille, nec sit deductio
17 canonum emphyteuticorum, aut onerum, ut declarasse Senatum die 22. Novembris 1609. annotavit Magnif. D. Senator Gallia ad ejus Nov. Constit.

Si Reus conventus coram Senatu pro re, cujus redditus sit minor aureorum mille opponat
18 causam esse remittendam Judicibus Ordinariis, & interim superveniat jus tale, quod eam summam attingat, causa est avocanda rejecta hujusmodi oppositione, ut probat Ruginel. *d. cap. n. 24.*

Pro avocatione causæ ad Senatum attenditur solum petitio, non autem veritas causæ, ut
19 censuit Senatus die ultima Maji 1617. in causa inter quosdam de Lazeris Viglevanenses, & J. C. Franciscum Landrianum referente Magnif. D. Senatore Pallavicino, & die 29. Januarii 1618. in alia causa quorundam de Catys referente Magnif. D. Com. Senatore Ludovico Taberna, ut notat Ruginel. *ubi supra n. 36.*, & probat etiam *n. 51.*

Si

Si quis super possessorio agat coram Senatu, & obtineat declarari ad sui favorem, non po- 1534
20 test opponere causam in petitorio esse remittendam Judicibus Ordinariis, ut probat Ruginel. *d. cap. n. 37. & sequ.*, & sub *n. 51. in fine* refert sic fuisse decisum à Senatu favore D. Alexandri Raudensis.

Senatus avocat causam, quando inter bona controversa adest quota pars feudi, cujus co-
21 gnitio ad ipsum privative spectat ex N. C. *tit. de Senatoribus*, quia facienda non est divisio bonorum, quando agitur de tota hæreditate Ruginel. *ubi supra n. 48.*

Causa à Senatu avocatur, etiam minoris redditus aureorum mille, si sit inter Magnates, ut
22 tradit Gatt. *de majori, & minori Magistr. lib. 1. quæst. 17. n. 8.* ubi refert decisionem Senatus.

Jurisdictio Senatus cognoscendi causas redditus aureorum mille an sit privativa, vel cu-
23 mulativa cum aliis Judicibus Ordinariis, res valde dubia est, tum ob rationes ponderatas à Ruginel. *pract. quæst. cap. 43. n. 5. & sequ.*, qui *sub n. 10. versic. sed meo judicio* tenet pro privativa; tum ob res judicatas à Senatu; nam anno 1591. die 1. Aprilis remisit Prætori Derthonæ causam redditus aureorum mille vertentem inter Montemerlum, & Hieronymum Franciscum Balbum, quia in illum partes prius consenserant; anno vero 1617. die 16. Junii referente Magnif. D. Senatore Vicecomite avocavit causam vertentem inter Com. Ferrandum Simonettam, & minores Tonsos, quæ jam per multum tempus pependerat coram Ordinario, & commissa erat J. C. Francisco de Medicis, ut notat laudatus Ruginel. *d. cap. sub n. 10. & n. 12.*

Quinam dicantur Curiales, & in quo differant a familiari, & domestico tradit Ruginel. *pract.*
24 *quæst. cap. 44. n. 50. 51. 52.*

Hunc ordinem esse in viridi observantia testatur Ruginel. *d. cap. n. 54.* ubi tenet omnes in eo
25 nominatos habere arbitrium etiam in prima instantia adeundi Senatum, vel Capitaneum Justitiæ vigore dispositionis N. C. *tit. de offic. Capitan. Justitiæ § possunt.*

Alia notabilia ad materiam hujus ordinis vide *in annot. ad ord. diei* 18. *Septembris* 1566.

Mognus Fossatus.

Ordo pro electione Rectoris Artistarum in Gymnasio Ticinensi.

CAROLUS V, Romanorum Imperator &c., & Dux Mediolani.

VEnerab. nobis dilecte. Providendum omnino est, ut Universitas Artistarum istius nostri Gymnasii Doctorem habeat. Quo circa vobis injungimus, quod si nullus alius sit, qui id munus obire velit, efficiatis vel quod is, qui proximè Rector fuit, confirmationem à Senatu petat; quam non gravatè concedet; vel saltem supponatur aliquis in locum Rectoris quoad de Rectore provisum erit, statimque nos monebitis quid effectum fuerit. Dat. Mediolani XV. Junii MDXXXV. 1535

Joannes Cattaneus.

A tergo. Venerabili Viro, Vicecancellario Studii Papiæ nobis dilecto, & sigillat.

A N N O T.

ELectio Rectorum hujus Universitatis in desuetudinem abiit, licet eam enixè demandaverit Senatus Excell. etiam in ord. diei 27. Januarii 1581.; unde nunc temporis, cum aliquis Scholaris Laureandus est, ab eodem eligitur alius Scholaris, qui Rectoris Vices supplet, eum cum Insigniis Universitatis sociat ad Aulam, ibique post approbationem
1 Doctorum Aulæ ab ipso Laureando consueta juramenta exigit; & iste ViceRector honorandus est sicut honoraretur ipse Rector, ut probat Sadarin. *resp. 15. n. 120.*; unde in Aola sedet ad dexteram D. Prioris.

Mognus Fossatus.

Quando, procedendum sit, non obstante remissione.

Prætori Comi.

TAmetsi verba nostræ Constitutionis sint clara, qua sancitum est remissionem tollere processum in iis casibus, in quibus condemnatio pecuniaria est facienda: nihilominus cum super ea sit à vobis hæsitatum, vobis dicimus, in ea Constitutione exceptos esse casus, in quibus ex officio procedi potest. Ideò cum ex Statuto Comensi procedi possit ex officio in iis maleficiis, in quibus pœna adjudicatur isti Communitati, vel Fisco nostro, etiamsi accusatio, vel denunciatio non esset delata: Declaramus vos, & Judicem vestrum Maleficiorum in iis casibus procedere posse, sequuta etiam offensorum remissione, quare procedatis, & justitiam faciatis; si qua tamen erunt nostro Senatui referenda, referetis. Mediolani die 16. Septembris 1541. 1541.

S C H O L I A.

Hoc genus procedendi esse juri consonum probat *Fachin. controvers. jur. lib. 1. cap. 34.*

Garonus.

Ordines pertinentes ad Fiscales, & Officiales Criminalium causarum.

CUm ex temporum qualitate multa in dies emergant, quibus de novo provideri sit necesse; intellectùmque fuerit ex multis; quæ ad aures Senatus pervenerunt, jam

1541 jam in officio Capitanei Justitiæ, Prætoris, & aliorum Judicum, multa in dies oriri, quæ provisione indigeant: quibus omnibus, ut, quantum fieri possit, pro Justitiæ debito, & subditorum utilitate, occurratur; Senatus infrascriptos ordines servari mandat.

In primis quòd Fiscales in Civitate Mediolani residentes, juxta morem antiquum, quotidiè, exceptis diebus Dominicis, & aliis festis de præcepto, ad officium Capitanei, & Prætoris conveniant, hoc modo scilicet, quòd singula hebdomada duo ex ipsis, scilicet alter Advocatus, & alter Syndicus, ad officium Capitanei, alii duo similiter ad officium Prætoris in mane assistant, ibiq; saltem per duas horas incumbant, processus cæptos diligenter examinent, provideantque, ut juxta formam ordinum debitæ ipsorum expeditiones fiant.

In processibus, per Fiscales hebdomadarios cæptis, alii Fiscales non se intromittant, nisi interveniente illo, qui primò in processu intervenit, si adesse poterit, legitimo impedimento non detentus.

In absolvendis votis diffinitivis causarum criminalium interveniant omnes Judices Curiæ, vel major pars, ubi aliquis justè fit impeditus, & saltem duo Fiscales, computato eo, quo interveniente processus cæptus, & factus fuerit, sub pœna ammissionis trimestris salarii pro singulo eorum Officialium, qui contra formam hujus ordinis votum aliquod absolverint.

Non possint Fiscales, quibus intervenientibus processus cæpti erunt, suspecti allegari, ad effectum, ut alius subrogetur; nisi ex ordine Senatus fiat: ad quem recursum habere poterunt, si qui se gravatos sentient, quòd si propter infirmitatem, vel alia urgenti causa ut supra processibus, quibus intervenire cæperint, Fiscales incumbere non possent, alius interveniat, qui omnia, ut supra ordinatum est, perfici curabit.

Idem etiam servetur in processibus ad annonam pertinentibus: in quibus cùm negligenter soleat per Officiales superinde deputatos procedi, maximè Fiscales invigilare debent, ut, quò brevius fieri possit, terminentur, ne rei in carceribus marcescant.

Idem in officio Monetarum, & Venationum decernitur;

Reliqui duo Fiscales, relationibus forensibus in Senatu referendis, incumbant; atque ita vicissim omnes singula hebdomada ad officium Capitanei, Prætoris, & Senatui ut supra assistant, & ubi Fiscalibus, qui à Senatu ad alia Tribunalia assistere ex ordine hebdomadarum debent, aliquæ relationes in Senatu ipso referendæ superessent; liceat eis in prima hora, qua Senatus quotidiè sedet, eas referre; quibus relatis, ad alia negotia juxtà ordines divertant.

Fiscales, si qui ex ordine Principis illi supplicationes, vel processus gratiarum referent, in approbatione ipsius gratiæ per Senatum facienda, vel aliquibus informationibus superinde assumendis, nullo modo se intromittant.

Amplius decernitur, quòd soli Advocati Fiscales videant gratias approbandas per Senatum, & quæcunque alia privilegia Principis, non autem Syndici.

Post Senatus recessum apud Magn. Quæstores, & in reliquis omnibus officiis, ubi opus erit, assistant, vel omnes, vel divisi, prout causarum necessitas, vel facti contingentia exigeret.

Idem etiam post prandium hora competenti servabunt.

Qui per suam hebdomadam Senatui assistent, ab aliis Fiscalibus, post primam Senatus horam, in referendis causis, aut aliis negotiis pertractandis non impediantur.

Advertantque Relatores, ut semper, absq; ulla acceptione, relationes antiquiores expediant, ita tamen, ut quò ad fieri possit, carceratorum causæ in primis referantur.

Non possint Fiscales ultra biduum à præsenti Civitate se absentare, nisi prius habita licentia ab Illust. Præside Senatus, sub pœna amissionis salarii unius mensis.

Neque etiam possint aliquam capturam concedere, nisi periculum sit in mora; nec etiam detentos torturæ subjicere; cùm id ad Judices pertineat cum eorum assistentia, nec pariter detentos aliquo modo relaxari facere, nisi participato negotio in Curia, & de communi voto, sub pœna amissionis salarii trimestris, & graviori, juxta casus qualitatem, arbitrio Senatus.

In causis criminalibus, facta ordinatione in Curia, & subsignata juxta solitum per Judices, & Fiscales, expeditio diferri, sub prætextu quòd ipse velit relatum subsignare, sed statim, soluto per ipsum carceratum honorario, in casibus, in quibus ex ordinibus debeatur, custodibus injungatur, ut reum relaxent: quòd si carceratus in Mala Mansione, vel alio carcere existat, fiat relaxum per Capitaneum, aut Vicarium in scriptis, absq; aliqua sportula.

In causis armorum, habeatur in officio liber particularis, in quo describantur omnes detenti, unà cum ordinationibus superinde faciendis, habeatq; unus tantùm Notarius hanc particularem Provinciam, condemnationesque omnes, vel compositiones, si quæ fieri contingent apud D. Quæstores notificentur, quum primum factæ fuerint: nec ab aliquo Officiali exigi possint, etiam prætextu creditorum suorum, sed Thesaurario generali solvantur, qui demum de illis juxta ordines disponat.

Factis condemnationibus, in quibuscunque causis criminalibus, curent, Capitaneus Justitiæ, & alii Judices, ut illico exequutioni mittantur: nec possint aliquo modo, quocunque prætextu, eas retardare etiam sub pœna amissionis salarii unius mensis, & graviori

viori arbitrio Senatus. Quò ad eos etiam, qui ad triremes damnantur, curent ut omnino, saltem termino tridui, trasmittantur sub eadem pœna.

Et quoniam cùm per Senatum delinquentes remo damnantur, sœpenumero; contingit eorum deportationem diferri, & hac de causa facinorosi aliquoties reatuum suorum pœnas effugiunt; volens Senatus huic abusui occurrere, mandat omnibus, & singulis Secretariis suis, præcipuè hebdomadariis, ut sub pœna amissionis stipendii mensis, ex sigillo Cancellariæ proventuri, non omittant quascunque condemnationes de reis ad triremes mittendis, cùm primum per Senatum factæ fuerint, in sua hebdomada in libro remigum, juxta solitum, describere, Syndicoq; Fiscali generali, ad id deputando, singulis annis ab ipsis Secretariis per sortes, in fine suæ hebdomadæ illico transmittere; ut illas quanto citius exequi facere curet omni studio.

Non possit etiam Capitaneus, ultra ejus ordinarium stipendium, quicquam accipere, nec pro examinibus, vel ordinationum signatura, vel pro relaxis carceratorum, etiam in causa armorum.

Neque in prædictis Cancellarius Capitanei, vel alius præterquàm Notarius ad id deputatus, se intromittat, sub pœna etiam corporali ad arbitrium Senatus.

Provideant Capitaneus, & Prætor, quòd in eorum Officio, per aliquem ex Notariis, quem ipse maluerit, teneatur liber magnus, in quo describantur nomina singulorum carceratorum, & dies, in quo consignati fuerint, & per quem, & de cujus mandato, & qua de causa, & per quem Notarium ejus causa tractetur, nec non etiam ejus relaxatio, & tempus relaxationis, & cujus jussu fuerit dimissus; ita ut clarius, quoties opus fuerit, videri possit numerus carceratorum, teneaturque Notarius, & custos ipsius libri, illum ad omnem requisitionem Protectorum Carceratorum ostendere, & inspiciendum permittere.

Vicarius Justitiæ, nec non cæteri Judices criminales, & ipsi, præterquàm ex ordinibus jam editis cavetur, nihil ultra accipiant, sub pœnis in ipsis ordinibus expressis; ad quarum exequutionem adversus contrafacientes devenietur, etiam ex secretis, & extraordinariis probationibus.

Ad Senatum autem, pro relationibus faciendis, veniant tantùm diebus, quibus non habetur publica audientia, nisi aliter sibi injunctum esset.

Notarius criminalium ad Officium Capitanei Justitiæ, nullum alium Notarium in eo offitio abere possit, nisi prius sit à Senatu approbatus: nominabitq; aliquos, ex quibus septem à Senatu deligentur, qui in eo offitio processibus incumbant.

Unus autem ex dictis Notariis, curam habeat particularem processuum in causis contraventientium proclamationibus armorum, & aliis, quæ ab Illust. Gubernatoribus, sive à Senatu fieri contingent, teneatq; superinde particularem librum in quo condemnationes, compositiones, & quæcunq; alia acta conscribantur, ut supradictum est, sub pœna scutorum 25. Fisco applican., & alia graviori arbitrio Senatus. 1541

Notarii prædicti solliciti sint, & præstò semper adsint Capitaneo, Vicario, aliis Judicibus, & Fiscalibus, statum processuum, prout opus erit, illis memoriæ reducant; examina reorum pro delictis, quibus corporalis pœna, vel confiscatio bonorum ingeritur, ipsimet Scribant, & non per Coadjutores, Judice, vel aliquo ex Fiscalibus dictante juxta ordines; idem etiam de testibus ad defensam in prædictis causis; sub pœna scutorum ducentum, & privationis officii, & Notariatus, & graviori etiam arbitrio Senatus.

Ipsi etiam Notarii, tàm Offitii Capitanei, quàm Prætoris, visitationibus mortuorum, vel vulneratorum in casibus gravibus incumbat in Civitate, & sub Urbiis: nec fieri possint per Coadjutores, nisi fortè in facto se reperirent, vel nisi ex jussu Capitanei, vel Vicarii, vel alterius Judicis, aut Fiscalis.

Eligat etiam ipse Notarius Coadjutores suos in offitio, à Senatu tamen approbandos, qui sub ipso scribant quæcunque alia occurrentia: nec edantur processus, nisi prius perlecti à Notario, qui ipsos peregit, maximèq; advertant Notarii, & Coadjutores, antequàm decreta sit reis copia processus, ne quoquomodo directè, vel per indirectum, secreta cuiquam manifestentur, sub pœna prædicta, & corporali arbitrio Senatus & contra eos, qui contrafecerint, procedetur ex secretis, & extraordinariis probationibus. Non liceat etiam Notariis, vel cuicunque alteri, tàm Judici, quàm Fiscali, deferre, vel deferri facere libros Actorum criminalium extra officium, quocunque prætextu, sine licentia Senatus; neque etiam Senatoribus lecturæ criminali vacantibus, pro videndis processibus referendis: nam eo in casu processus extracti, & partibus editi sunt deferendi, nisi in casibus, in quibus processus parti non sit editus, vel aliter per Senatores lecturæ criminali vacantes ordinatum fuerit.

Prædicta omnia de Capitaneo, Vicario, & eorum Notariis ordinata, locum etiam habeant in Prætore, & Judicibus, ac eorum Notariis congrua congruis debitè referendo.

Cùm innotuisset etiam varia in dies gravamina iis, qui vel ducuntur ad carceres, vel se spontè constituunt, tàm à custodibus carcerum, quàm à veteribus carceratis inferri, tùm pecunias ab eis extorquendo, tùm eos spoliando tunc, cùm à carceribus D. Capitanei Justitiæ, vel D. Prætores Mediolani ad Malam Mansionem traducuntur, illud etiam additum fuisset, commentariensem, sive eum, qui carceratis cibaria præbet, solere ab illis, qui à carcere D. Capitanei Justitiæ

1541 ad Rocchetam Portæ Romanæ, minoris incommodi gratia, duci volunt, singulos nummos regales quotidiè exigere: viderenturq; hæc nullo modo tolleranda esse, cùm reis sat molesta sit carceratio ipsa: & impensa, quæ necessario subeunda est.

Senatus, re tota maturè considerata, mandat tàm custodibus carcerum, quàm quibuscunque aliis carceratis, ne quicquam directè, aut indirectè accipere audeant ab iis, qui sive spontè, sive aliter carceres ingrediuntur, nisi summam solidorum decem, dummodo tales ingredientes in carcere pernoctent, secus nihil omnino accipiant, nec pariter quicquam exigant ab iis, qui ad Rocchetam traducuntur pro tempore quo ibi fuerint; sub pœna trium ictuum funis: eadem pœna plecti mandat quicunque ausus fuerit carceratum aliquem spoliare, etiam dum ad Malam Mansionem traducitur. Et quia inolevit corruptela, ut qui antiquior est carceratus in Mala Mansione; & Prætor appellatur, pecunias quasdam ab aliis carceratis exigere soleat. Senatus prohibet ne quicquam, ultra solidos quinque, exigatur, sub eadem pœna. Cumq; sæpè evenire soleat, ut carcerati, vel post absolutionem, vel post datas pœnas, retineantur pro impensa cibaria, quam propter paupertatem solvere nequeunt; jubet Senatus, nisi commentariensis opportuno tempore sibi pro expensis caverit, illos tales liberè dimitti, ubi aliàs modum solvendi non habeant: & quia nonnunquam diutius, quàm par est, in carceribus retinentur causa Notariorum, & Scribarum, qui processus tradere pauperibus gratis recusant; huic quoque casui providere volens Senatus mandat Notariis, & Scribis, ut miserabilibus personis copias processuum, ubi publicati fuerint, statim edant, absque ulla solutione, sub pœna scutorum decem auri, Fisco Regio applicandorum quotiescunque contrafactum fuerit. 1541. 26. Novembris.

ANNOT.

AD §. *Non possint Fiscales ultra biduum &c.* Idem disponitur in Ordin. diei 18. Novembris 1661.

Ad §. *Senatus* ult. versic. *Cumque sæpè evenire soleat &c.* Carcerarum à Judice jam absolutum retineri posse per Commentariensem, seu Carcerum Custodem pro alimentis præstitis probat Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 2. *cap.* 17. *n.* 23., & aliis allegatis firmat Sabell. *var. jur. resolut. cap.* 71. *n.* 21., & testatur ita ferè ubique servari de consuetudine, & Florentiæ adesse Statutum *rub.* 49. *lib.* 2. contrarium disponens, prout etiam Romæ adesse simile Statutum testatur laudatus Scanarol. *loc. cit.*; verum non servari Florentiæ dictum Statutum tradit idem Sabell. *in ejus prall. univers.* § *Carcerati n.* 51.

Contrarium vero, nempe Carceratum retineri non posse pro debito alimentorum, & custodiæ tenet Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 62 *n.* 16.; & ita etiam nunc servatur Mediolani, & vigore hujus Ordinis relaxandum esse è Careeribus Prætoriis Dominicum de Anselmis decrevit mense Julii 1740. Egr., & omni laude dignus D. J. C. C. Don Julius Ottolinus Judex ad signum Equi uti subdelegatus à Magnif. D. Senatore Stuppano in causa dicti de Anselmis Delegato à Senatu Excellentissimo.

Concordat. Ordo diei 27. Maji 1591. *Magnus Fossatus.*

De Locumtenente Vicarii Provisionum Mediolani.

MDXLII. Die 14. Martii.

1542 PRopositum fuit in Senatu, nunquid ex verbis Novar. Constit. *in titulo de Judiciis*, quòd causæ, quæ Jurisperitis Collegiatis committi debent, non committantur Officialibus habentibus salarium de publico, comprehendatur Locumtenens quotannis de Collegio Doctorum Mediolani ad Officium Provisionum ejusdem Civitatis eligendus: qui licet nonnihil salarii de publico assequatur, tamen id exiguum est, ita ut id officium ei damnosum valdè futurum esset, si emolumentis, quibus alii Mediolanenses Jureconsulti de prædicto Collegio fruuntur privaretur, Senatus, re benè considerata, declaravit, & declarat, ex illis verbis Novarum Constitutionum mentem suam non fuisse, ut is annuus Locumtenens ab ipsis Collegii Mediolani emolumentis excludatur: imposnitque D. Vicario Provisionum, ut hanc declarationem publicari, & servari faciat.

Declaratio Senatus super Præscriptionibus.

MDXLII. Die Jovis 26. Octobris.

IN Novis Constitutionibus editis super materia præscriptionis Datiorum, jurisdictionalium, fluminum, aquarum, taxarum equorum, & aliorum regalium, una est sub titulo *de jure, & privil. Fisci*, incip. *Nulla præscriptio contra Fiscum allegari possit*, alia sub titulo *de oneribus*, incip. *Oneribus taxarum equorum*, tertia sub titulo *de aquis, & fluminibus*, quæ incip. *Omnibus interdictum est*. Has agentes pro Fisco in Senatu recitarunt, dixeruntque rem ipsius ex illis lædi posse, cùm ex ipsis caveatur quòd nulla præ-

præscriptio contra Fiscum admittatur, nisi temporis, cujus initii non sit memoria, & ut supra, apertam enim viam videri multis fraudibus, cum usu, compertum sit testes, adversus Fiscum facillimè adinveniri, unde qui de Principibus nunquam benemeriti fuerunt, poterunt sibi hoc modo privilegia quærere, etiam in iis, quæ non solent Principes, etiam benemeritis, concedere, & quæ ex decretorum tenore non censentur privilegiis compræhendi; cùm etiam ii, qui quandoque privilegia obtinuerunt, sub colore veræ, vel fictæ amissionis privilegiorum, usum probare conabuntur longè pinguiorem, quàm ex tenore privilegiorum eis concessum fuerit.

Senatus autem, qui scit Constitutiones matura consideratione promulgatas, & si rectè intelligantur, & justitiam, & æquitatem comites habere; ab eis recedendum non putavit. Ne tamen ex sinistra interpretatione jus Fisci quandoque læderetur, dictas Constitutiones infrascripto modo intelligen. declaravit, videlicet. Quòd volens præscriptionem illius temporis probare, cujus initii non sit memoria, non audiatur in iis, quæ contra Privilegium sunt, aut privilegio non continentur. Nec qui titulum habuerit, audiatur, nisi eo exhibito, aut amissione ipsius, vel impedimento exhibendi legitimè probatis. Nec in aliquo casu audiatur in his, quæ ex decretorum dispositione non intelligantur, nec intelligantur concessa, virtute decretorum antiquorum.

Quò ad taxas equorum nemo audiatur, nisi titulum ostenderit, cùm dictæ præscriptioni locus esse non possit, cùm nec adhuc annus octuagesimus effluxerit à die oneris impositi: qui autem titulum ostenderit habitum ante introductum ipsum onus quibuscunque verbis loquatur, etiam quod de taxis mentionem faceret, non audiatur, nisi titulus in specie de hospitatione militum, in cujus locum subrogatæ sunt taxæ equorum, loqueretur. Qui autem titulum ostenderit, habitum post dicti oneris impositionem, non audiatur, nisi privilegium expressè, & in specie concedat immunitatem ab ipsis taxis equorum, vel nisi in ipsa concessione concederentur etiam datia ordinariæ inter quæ fieret mentio de taxis, etiam, quòd non diceretur de taxis equorum, & in casibus, in quibus probationes assumendæ essent, Magistratus ante admissionem capitulorum, à seipso tàm ex libris Cameræ, quàm publicanorum; & omni alia via, de capitulis se informabit, necnon de testium qualitate, & modo eos examinandi; & si probabiliter suspicionem de eis haberit, Senatum ante eorum admissionem consulet, & prædicta nedum in Datiis, verum etiam in Jurisdictionalibus, & aliis locum habeant, congrua congruis referendo: & salvis semper quibuscunque exceptionibus, tàm interruptionis præscriptionis, quàm aliis juridicis; salvisque decisis per Senatum. Super aliis autem per alios decisis, si quæ reperientur, Senatus providebit. Quò autem ad flumina, & aquas fiant proclamata, quòd quilibet termino duorum mensium exhibere velit privilegia, & jura aquarum sub pœna privationis privilegiorum: & ubi aliquis compareat cum privilegiis, & juribus, quæ habere prætendit, Magistratus termino aliorum duorum mensium justitiam faciat; illo semper intellecto, quòd ii, qui jus aquarum extrahendarum ex Navigio magno prætendunt, propter aliarum aquarum immissionem, nihil plus juris propter aliquod solitum ex allegatis Constitutionibus quæsivisse intelligantur, quàm prius haberent.

Quòd si in prædictis, aut aliis super interpretatione dictarum Constitutionum, vel præsentis declarationis dubitari contingeret. Senatusconsultus providebit. 1542

S C H O L I A.

UT postea fuit consultus anno 1550. 30. Octobris, & suam fecit declarationem ut infra.

Multa de præscriptione immemorabili dixi dum commentatus sum articulum 44. *tituli de jure, & privileg. Fisci*, quæ inde peti poterunt. Illud jam addo, suum effectum sortiri speciem hanc præscriptionis, etiam si non constet de scientia Principis: idq; multis rationibus ponderatis ab *Alex. cons. 6. nu. 4. lib. 1.* Potissimum illa urget, quòd usus tanti temporis habet vim concessionis, & privilegii, *Curt. Jun. cons. 158.*, *Mynsing. cent. 1. obser. 30.* Etsi hoc dicitur de præscriptione centenaria, *Ricc. decis. 193. nu. 8. p. 4.* Tantò magis procedet respectu immemorabilis. Non etiam requiritur scientia Principis, quia talis usus habet fomentum à lege, & in hac sententia residet *Fachin. contr. jur. lib. 13. cap. 82.* quicquid in contrarium dicat Bartolus, & alii ab eodem Fachineo recensiti; accedit *Peregr. de jure Fisci lib. 1. tit. 2. n. 66.*, ubi multos alios citat, addo habere vim conventionis, *Surd. cons. 335. n 28. & seq. vol. 3.* & consequenter præsumi scientiam.

Illud tamen est observandum, in hujusmodi præscriptione requiri bonam fidem, *Mynsig. cent. 4. obser. 6. nu. 5.*, *Menoch. cons. 1050. nu. 3.*, sed illam præsumi per cursum tanti temporis, *Paris. cons. 111. n. 59. lib. 4.*, *Menoch. de arbitr. cas. 43. & lib. 3. præs. 130. nu. 9. cons. 90. nu. 75.*, *Fachin. controver. jur. lib. 8. cap. 32.*, & propterea volenti enervare talem præscriptionem incumbere onus probandi malam fidem, *Gratian. discept. forens. cap. 2. nu. 26. vol. 1. Idem cap. 403. nu. 14.* quia tunc res esset affecta vitio reali, *Menoch. d. nu. 3.* quemadmodum etiam evanesceret

1542 virtus talis præscriptionis, si constaret de titulo vitioso, & nullo, *Facbin. contr. jur. lib. 8. cap. 33.*, *Surd. conf. 28. n. 67. & seq. vol. 1.*, *Cyriac. contr. 3. nu. 8. & contr. 321. nu. 66.* Quia veritati cedere debet præsumptio orta ex diuturnitate temporis, *Menoch. lib. 3. præs. 131. n. 75.* Unde debent cavere qui allegant præsumptionem, ne simul titulum proferant: nam præscriptio proderit tantum in quantum erit conformis titulo, *Alba conf. 34. nu. 14.* Hanc tamen conclusionem in dubium revocat *Cyriac. d. n. 66. & seq.* quia cursus tanti temporis efficit, ut credamus postea intervenisse justum titulum, illumvè fuisse validatum, aut saltem dicere debemus, conclusionem nequaquam procedere, quando titulus habet qualem colorem excusationis. Cæterum quod diximus de probatione malæ fidei procedet, quo ad malam fidem vigentem nondum completa præscriptione: nam si superveniret post completam præscriptionem, non remaneret læsa conscientia possessoris, *Cævall. comm. contra comm. qu. 657. D. Jo. Solorz. in suo eleganti, & valdè erudito tractat. de jure Indiar. lib. 3. cap. 2. n. 53.*

Quid si præscriptio non fuerit obiecta, ex actis tamen illa appareat? num debebit Judex illam attendere, *Mynsing. centur. 3. obser. 28.* refert hinc indè sentientes, & concludit in Camera servari, ut Judex valeat habere rationem præscriptionis, quamvis non fuerit per partem opposita: fore allegandam censet, *Cyriac. contr. 28. nu. 8. & contr. 388. nu. 22.* Dicens non posse objici à Judicibus, *contr. 307. nu. 7.*

Si res agitaretur coram Senatu non ita facilè admitteretur exceptio præscriptionis, saltim ordinariæ, quia judicat sola facti veritate inspecta; & hac ratione non habere locum coram Imperatore probat *Menoch. conf. 1. nu. 500. & seq.* ut de causa agitata in auditorio Ducis Sabaud. observat *Felic. allegat. 24. nu. 10.* Suffragatur alia ratio, quòd Senatus amplectitur æquitatem ad cujus normam non reducitur illud remedium, quòd est iniquissimum præsidium, *Costa de facti scientia, & ignor. centur. 2. distinct. 60. n. 11. D. Jo. Solorz. d. tract. lib 3. cap. 2. nu. 51.*, *Cyriac. contr. 321. nu. 81.* tamquam absorbens jus alterius, *Bcc. conf. 90. nu. 23. vol. 1. & prius conf. 12. nu. 60. conf. 32. nu. 1.* estq; refugium impium, ut post Afflictum dicit *Marta conf. 115. nu. 4.*

Non etiam ob hanc rationem opponitur coram Arbitris, *Adrian. Negusant. qu. 138. nu. 7.* Quare in dubio adversus illud consuevit judicari, *Rot. Bonon. divers. decis. 81. nu. 15.*, *Cyriac d. contr. 321. n. 81.*, *Adrian. Negusant. q. 535. n. 45.* Est etiam refugium miserum, quòd sæpè non oppitulatur, ut scribentes æquiparaverint eo nitentem piscatori anguillarum, qui ob illarum lubricitatem semper incertus est, *Costa d. distinct. 60. nu. 18.* est enim difficilis probationis præscriptio, *Cyriac. contr. 300. n. 14.*

Garonus.

ANNOT.

HAnc declarationem Senatus procedere solum in materia aquarum tenet Bim. *conf. 238.*
1 *n. 16. lib 3.*, & sic accipiendam esse, quod non sit necesse, ut intentans immemorialem præscriptionem producat privilegium, quasi quod sine isto nulla detur præscriptio
2 licet immemorialis, at quod non detur pro illis juribus acquirendis, quæ privilegiis concedi non solent, neque, ut juris, possunt in privilegiis contineri, sentit Gatt. *de majori, & minori Magistrat. lib. 1. quæst. 8 n. 19.*

Immemorialem præscriptionem idem esse, ac centenariam in iis, in quibus Jus non resistit,
3 & ubi non constet de titulo infecto probat laudatus Gatt. *d. quæst. n. 11. 15. & 17.*, *& n. 16.* redarguit Fajard. *allegat. Fiscal. 33. n. 1697.* tenentem præscriptionem immemorialem dici, cujus initii non sit memoria.

Iste Ordo non comprehendit præscriptionem immemorabilem probatam instrumentis, ut
4 in puncto probant Raudens. *var. resol. cap. 68. n. 94.*, & Donde. *consult 60 n 5. & 9. versic. non obstat decretum*, quos sequitur Magnif. Regens, & Senator Comes Caroel. *disquis jurid. pag. 231. n. 39.*

Item iste Ordo loquitur de ducentibus, seu abducentibus aquas, & sic non de utentibus sim-
5 pliciter pro Molendinis absque diversione, ut tenet laudatus Magnif. Caroel. *d. pag. 231. n. 40.*

Magnus Fossatus.

Declaratio super jurisdictione Abbatum Mercatorum.

MDXLII. Die xxiv. Novembris.

COnquæsti in Senato fuerunt rem Cæs. Fisci Agentes, jurisdictionem ordinariam, nec non, & gabellam Notariæ civilis plurimum lædi ex quadam interpretatione Nov. Constit., dum conceditur Abbatibus, & Consuli Mercatorum jurisdictio, non solùm inter ipsos Mercatores, verùm etiam quotiescunq; de ipso mercimonio agatur: Nam sub sinistra interpretatione horum verborum plerasquè causas, ad ordinariam jurisdictionem pertinentes, ad illorum Tribunal trahi dicebant, in præjuditium, & ipsius ordinariæ jurisdictionis, & Notariæ, ac Conductorum, & consequenter Fisci, quinimo etiam in non leve damnum aliorum Subditorum Cæsareorum, qui licet cum Mercatoribus non contraxerint, tamen hac interpretatione graves ipsius mercantilis fori leges subire cogerentur. Insuper etiam, & ordinariam jurisdictionem, & Notarios, Fiscum lædi dicebant ex ultimis verbis ejusdem Novæ Constit., dum prohibent alios Judices de

præ-

præmissis causis se intromittere; quibus verbis ipsi Mercatores prohiberi videntur ab ordinariis audiri, etiam quòd eis expedire videatur aliquo casu Judicem ordinarium adire; cujus contrarium ante Novas Constitutiones observatum dicebant.

Idcirco cùm nec Reipublicæ expedire videatur, nec ea fuerit Cæsaris mens, ut ipsorum Abbatum, & Consulis jurisdictionem augeret; sed ut eorum antiquis ordinibus inter Novas Constitutiones redactis, ex ipsius Cæs. suprema authoritate, firmius robur acciperent.

Senatus dicta verba, quotiescunque de ipso mercimonio agitur, intelligenda esse declarat, ubi cum Mercatoribus descriptis, vel 1542
stratis utentibus, aut ab eis immediatè causam habentibus lis agenda foret.

Prohibitos autem fore alios Judices de his causis se intromittere, nisi ad instantiam alicujus ex ipsis Mercatoribus id fieri contingat.

Notarios autem, qui ultra casus à Novis Constitut., sic ut supra declaratis ipsis concessos se intromiserint, puniendos esse pœnis, de quibus in ipsis Novis Constitutionibus.

Quam declarationem, & suprascripta omnia præfatus Senatus mandat inviolabiliter observari. Signat. Ja. Cattaneus, cum sigillo solito in cera rubea.

S C H O L I A.

QUod hic dicitur, posse alios Judices ad instantiam Mercatoris cognoscere de his causis, illi innititur fundamento, quòd Mercatores non sint exempti à jurisdictione Judicis ordinarii: proinde si actor eligit Judicem ordinarium non facit injuriam reo, *Rugin. pract. qq. cap.44. num.7. & seq.*

Garonus.

Declaratio capitis, *si apparentem* de Judiciis.

MDXLIII. Die xi. Julii.

FUit à nonnullis dubitatum; quomodo ad usum deduci debeant Constitutiones *in titulo de Judiciis, c. si per apparentem*, & an nulla prævia citatione transmitti debeat exequutio, de qua loquitur in principio ipsa Constitutio. Volentes igitur hanc dubitationem tollere, declaramus, hanc Constitutionem è Statutis Mediolanensibus exceptam servandam esse juxta stylum, & observantiam ipsius Mediolani Civitatis, scilicet quòd ubi per publicas, & autenticas scripturas fiat fides de credito per creditorem, exequutio levis absque citatione partis concedatur, scilicet cum famulo, & servitore, quæ potius vim habeat citationis, quàm exequutionis, 1543
eum ejus prohibendæ facultatem impunè habeat reus: qui si citato creditore comparuerit, & exequutioni commissæ contradixerit, facta mox per creditorem productione eorum, ex quibus creditum suum verificetur, currant reo dies 15. utiles juxta Constitutionem, ad faciendum sibi incumbentia, quod si reus facta dicta exequutione minimè comparuerit, mittatur contra eum fortior exequutio, atque hoc modo in Dominio Mediolani ubique servari volumus. Signat. Ja. Cat., & sigillata, &c.

S C H O L I A.

Videnda quæ dixi in meis observationibus *pro intelligentia illius §. si per apparentem.*

Garonus.

Contra imputatos de Sodomia non esse faciendam condemnationem cum bonorum confiscatione.

MDXLIII. Die xiv. Julii.

COnsuleate Excellentiss. Senatum Egregio D. Capitaneo Justitiæ, utrum in condemnationibus, si quas fieri continget, contra imputatos de Sodomia, veniat bonorum confiscatio, cum de ea, nec per Statutum Mediolani, nec per Cæsareas Constitutiones, aliquid expressè caveatur, immo observantiam esse nullam publicationem bonorum fieri, etiam in toto Dominio Mediolani: Senatus præfati D. Capitanei, ac ejus Curiæ voto intellecto, omnibus maturè consideratis, & præsertim ipsa observantia.

Declaravit, re benè discussa, in casu prædicto publicationem bonorum minimè venire: nec fiendam esse condemnationem cum confiscatione bonorum. *Landrianus.*

A N N O T

1 PEr hunc Ordinem sublata est disputatio inter DD., an jure communi inspecto in crimine Sodomiæ sit locus confiscationi bonorum; nam esse locum tenent Menoch. *de arbitrar. cas. 286. n. 9. & n. 26. in addit.*, Clar. §. *Sodomia n. 6.*, Mascard. *de confiscat. bonor. quæst. 9. in fin.* ubi dicit hanc opinionem esse omnino tenendam uti magis communiter recep-

1544 receptam, & alii apud Farinac *de delict. carn. quaest.* 148. *n.* 14., & Conciol. *resolut. crim.* 2 *verb. Sodomia resolut.* 3. *n.* 3., e contra vero non esse locum dictæ pænæ tenent Bajard. ad Clar. *loc. cit. n* 18., Noni. *cons.* 104. *per tot.*, Guazzin. *de confiscat. bonor. concl.* 13. *limit.* 45., & alii apud Farinac. *d. quaest. n.* 15., & Conciol. *ubi supra n.* 4., *& cons. crim.* 4. *n.* 5., qui testatur se ita judicasse, dum esset Prætor Civitatis Urbini anno 1647., & ejus sententiam fuisse approbatam à DD. Auditoribus Eminentissimi D. Card. Legati Urbini.

Mognus Fossatus.

De quibusdam, qui petunt, se declarari comprehensos in gratia generali.

MDXLIV. Die viii. Januarii.

PEr eos, qui capitaliter, aut in pœnam corporis afflictivam damnati sunt, seu per Agentes pro eis contingit à Senatu postulari, ut declaretur, illos in gratia generali comprehendi; lectis eorum precibus, dicitur ipsos se se constituere debere antequam aliud decernatur; ii tamen constitutionem differentes, seu subterfugientes, rem in longum trahunt, ut post aliquod tempus sub adumbrata, & verisimili aliqua causa Senatum moveant ad concedendum absque constitutione id, quòd primò negatum fuerat.

Senatus hujusmodi subterfugiis, & decipulis providere volens, decrevit, eos, quibus dicitur ut se se constituant, terminum mensis ad constituendum habere: quo decurso, & constitutione non sequuta, ulterius audiri non debere.

Quod scripturæ gratis dentur miserabilibus personis.

MDXLIV. Die xxiv. Aprilis.

CUm in Senatu propositum esset, à multis dubitari, an constitutio de causis personarum miserabilium facta Scribas, & Notarios gravet ad scripturas, etiam sine solutione laborum, tradendas, eo quòd apud omnia ferè Tribunalia abusus jam inoleverit, ut pro scripturis confectis pretium laboris exigatur.

Senatus visa verborum formula, sub qua constitutio est concepta; Dixit, non esse dubitandum, quin rescripta, litteræ, scripturæ, & omnia acta gratis, & sine solutione laborum miserabilibus edenda sint, & ita censuit esse servandum, mandavitq; & tenore hujus ordinationis mandat omnibus Magistratibus, & Jusdicentibus, ut abusum, qui dicitur inolevisse, prorsus tollant, & hanc declarationem omnino servari faciant, sub pœna, quæ in ea constitutione interminata est. Signat. Franc. Petranigra.

A N N O T.

1 COnvenit cum dispositione juris communis in *l. nulli. §. Post unius vero. C de Episc. & Cler.* ibi: *gratis & sine ullo dispendio prædicta gesta conficiant*, & notant Glos. *in l. tam dementis. C. de Episc. audient.* Archidiac. in *C. pauper.* 11. *quaest.* 3., & alii relati à Novar. *de privileg. miserabil. personar privil.* 77. *n.* 1.

Si pauper obtineat condemnari adversarium suum in expensis factis in judicio, nunquid ab 2 adversario petere poterit etiam eas expensas, quas vere passus non est ob privilegium paupertatis? Late examinat Ruginel. *pract. quaest. cap.* 17. *per tot.*, & concludit petere non posse.

Miserabiles personæ quænam dicantur, & sub tali nomine veniant examinat Novar. *d. tract.* 3 *prælud* 8.

Mognus Fossatus.

Ordo super celeri expeditione Causarum Criminalium, & visitatione Carceratorum.

MDXLIV. Die ultimo Julii.

CUm innotuisset Amplissimo Senatui, causas multorum, qui in carcerem conjiciuntur, diutius quàm par sit differri, ac retardari, non sine gravissimis ipsorum impensis, & diuturna carceratione, placuit huic morbo remedium salutare adhibere, facta igitur matura deliberatione.

Senatus ipse censuit, omnes Judices, apud quos causæ Criminales tractabuntur, si aliqui in eorum potestate nexi custodientur, teneri ipsas causas quanta fieri poterit diligentia expedire; & lapsis viginti diebus, si intra id tempus finitæ non fuerint die statim sequenti qua Senatus sedebit, earum causarum statum ipsi Senatui referre, & rationes adducere, quare ad eum diem expeditæ non sint: deinde qualibet hebdomada ipsi Senatui significare, quid in iis causis jam relaxatis actum postea fuerit, donec causæ ipsæ perfectè fuerint expeditæ: sub pœna scutorum centum quoties præmissa non observaverint, & alia graviori arbitrio Senatus. Insuper decrevit, & voluit, Magn. Senatores illos, quibus cura rerum Criminalium in Senatu referendarum quolibet mense demandatur, accedere saltem bis in suo mense ad carceres in quibus nexi detinentur, causasq; eorum detentionis intelligere, & comperta Senatui referre: ut tam longis carcerationibus, & causarum procrastinationibus, quoad fieri poterit, omnino obviam eatur.

Subscrip. Franciscus Petranigra.

Ordi-

Ordinatio super Denuntiationibus Delictorum.

MDXLIV, Die xi. Augusti.

Meminit Senatus, se annis superioribus binas in materia denuntiationum fiendarum fecisse Ordinationes. Verum quia pro Fisco Agentes multa in Fisci, & boni publici præjuditium evenire adhuc conquerebantur, ex eo potissimum, quòd cùm delicta non denuntientur, impunita ut plurimùm pertranseant: quia à majore Magistratu, qui delicta ignorat, contra delinquentes non proceditur, minusq; per Prætores Feudatariorum procedi possit, cùm multa ad eorum jurisdictionem obstante decreto de majore Magistratu non pertineant. Ex adverso antiqui Feudatarii multa, quare per Consules Locorum, & Terrarum, eis in Feudum concessarum, denunciationes fieri non deberent, allegabant; nonnulli enim dicebant, se habere concessionem feudalem ante condita decreta super denuntiationibus: Aliqui, quòd in antiquissima, & quieta possessione non denunciandi existerent. Nonnulli verò ex Feudatariis recentioribus se deterioris esse conditionis, quàm cæteri, ægrè ferebant. Propterea hinc, & inde provideri petebatur.

Cumque Provincia hæc iterato uni ex Senatoribus demandata esset, qui in Senatu de his, quæ hactenus agitata essent, verba habuit; maturèque negotium ipsum denuò discussum fuisset.

Senatus mente revolvens, quanta cum ratione, & ex antiquis Decretis, & ex Novis Constitutionibus Denunciationes delictorum fieri debere cautum sit, considerans præterea negotium hoc ex difficultatibus, quæ oriebantur, quò ad omnes expediri nunc non posse, sed altiorem requirere indaginem; insuper perpendens difficile esse, præsertim pro imperitis, & rudibus, prout Consules Villarum, & Terrarum esse ut plurimùm solent, legem condere secernentem, quò ad Denuntiationes fiendas, casus comprehensos in decreto de majore Magistratu ab aliis, qui sub jurisdictione Feudatariorum comprehenduntur: Ideò, ut delicta, quantò minus fieri possit, impunita pertranseant, censuit, pro nunc per Consules omnium locorum, & Terrarum, quarum jurisdictiones ab annis decem proximè præteritis aliquo modo, quocunq; titulo concessæ, aut alienatæ fuerint delictorum denunciationes jusdicenti illi, cui ratione majoris Magistratus 1544 subsunt, & sub cujus jurisdictione ante concessionem, aut alienationem in alios factam esse solebant, omnino fieri debere, sub forma, & pœnis in Constitutionibus contentis. Ne tamen, ob omnium etiam levissimorum delictorum denuntiationem fiendam nimium se gravatos prætendere possent, eis aliquid pro nunc indulgere voluit. Decrevit propterea hæc delicta tantum denunciari per eos debere, videlicet, Sacrilegia, violentias, robarias, invasiones, agrorum depopulationes, assassinamenta, homicidia, raptus virginum, ac mulierum, incendia, uniones, vulnera animo deliberato illata, nec non etiam alia vulnera, ac percussiones, ex quibus vulneratus vel processatus in lecto æger jacuerit; postremò insultus cum armis animo deliberato factos. Alia autem delicta, & si non denuncientur, non tamen propter hoc remissa censentur: quinimmo possunt, & Judex, & pars, de cujus interesse potissimum agitur, contra delinquentes procedere, & agere. Hæc autem omnia observabuntur, donec causa plenissimè cognita, generaliter, etiam quo ad loca, & terras antiquitus in feudum concessas, aliud ordinandum videbitur. In quibus interim Fiscus, quò ad denunciationem prædictorum delictorum in possessione, in qua ante Novas Constitutiones reperiebatur, præservetur. Vult tamen Senatus, quòd etiam in casibus, in quibus denunciatio fieri non debet, major Magistratus, pro delictis ad eum pertinentibus, procedere possit: Et versa vice, nullo modo se impediat de delictis ad eum non pertinentibus, etiam quòd denunciata fuerint, sed illorum cognitionem, ulla absque impensa, remittat ad Prætores Feudatariorum, sub pœna privationis officii, & nullitatis quorumcunque agitandorum. Quibus insuper Prætoribus liceat, etiam, non obstante prædicta denunciatione facta majori Magistratui, procedere in casibus in decreto de majore Magistratu non comprehensis, sed ad eos spectantibus.

S C H O L I A.

De hoc argumento latè scripsi *in commentatione art. 14. tit. de accusat. Garonus.*

A N N O T.

1 Delicta in hoc Ordine expressa denuntianda ab Antianis, & Consulibus Communitatum explicantur in instructione impressa in Cridario anni 1688. versus finem pag. mihi 224.

Ultra delicta in hoc Ordine expressa, denuntiandum est quodlibet aliud delictum, pro quo 2 locus sit pœnæ corporali, ex dispositione Proclamatum diei 8. Octobris 1604., & diei 8. Novembris 1641., & ex Ordine Senatus Excell. diei 2. Septembris 1694.

Mogeus Fossatus.

Decla-

1545 *Declaratio super immunitate duodecim Liberorum.*

DEfuncto patre superstitibus undecim liberis, & ventre prægnante, Senatus admisit eos ad jus duodecim liberorum, 1545. die 7. Martii, in casu D. Lucretiæ Biliæ, uxoris qu. D. Herculis Pusterlæ. Princivallus Montius.

A N N O T.

1 QUi in utero est, facit numerum, & prodest pro consequenda hac immunitate, nec requiritur, quod sit prope nativitatem, ut contra Boss. *tract. var. tit. de Principe n. 155. in fine*. Declaravit Senatus Excell. die 10. Junii 1730. favore D. Caroli Mantegatiæ Viglevanensis.

Ad obtinendam hanc immunitatem sufficit, quod omnes duodecim filii computato ventre
2 prægnante fuerint vivi tempore factæ petitionis; unde, si antequam perficiatur actus visitationis ventris prægnantis, unus ex undecim filiis moriatur, nihilo minus immunitas concedi debet, ut probat Calvin. *de æquit. lib. 2. cap. 128. n. 74. & 75.*, ubi refert sic decisum à Senatu Excell. die 29. Martii 1632. referente Magnif. D. Senatore Don Francisco Arguis favore J. C. Ludovici Ghilini Alexandrini; & iterum declaravit die 3. Januarii 1661. in casu Sandini Laudensis referente Magnif. D. Senatore Bragherio.

Immo qui in utero est, prodest pro consequenda immunitate, etiam si moriatur ante visita-
3 tionem ventris prægnantis, dummodo esset vivus tempore petitionis, ut decidit Senatus Excell. die 22. Aprilis 1665. in casu Hieronymi Veratti referente Magnifico D. Senatore Carolo Pattellano.

Partus quinquemestris an prosit ad obtinendam hanc immunitatem latè examinat Sadarin.
4 *resp. 2. per tot.*, & in fine refert Senatum Excell. declarasse hunc partum prodesse die 23. Augusti 1662 favore Caroli Radaelli referente Magnif. D Senatore Bragherio.

An partus octimestris pariter prosit ad obtinendam hanc immunitatem valde controversum
5 est apud Jurisperitos ob dissidentes Medicorum, ac Philosophorum opiniones, ut videre est apud Garon. *observat. ad tit. N. C. de immunit. duodecim liberor.* verb. *duodecim liberorum*, & Zacchiam *quæst. Medicolegal lib. 1. tit. 2. quæst. 4. per tot.*; ponderatis verò rationibus hinc inde deductis mihi magis arridet opinio eorum, qui volunt hunc partum prodesse, & in hanc sententiam magis inclinat Garon. *ubi supra*, & eam tuetur Borell. *cons. 28. per tot.*, & satisfacit ratio ab eodem ponderata *n. 8.*, quod ad obtinendum hujus immunitatis privilegium, nulla facienda est vis, quo quisque nascatur mense, sed sufficit quod unico, eodemque tempore pater duodecim liberos vivos habuerit; & tanto magis hæc
5 opinio sequenda mihi videtur, quia agitur de materia favorabili, ut probat *text. in l. cum ratio 7. §. si plures ff. de bonis damnat.* ubi Paulus ait: *favorabilem apud me causam Albini, filiorum numerus facit, cum ampliari imperium hominum adjectione potius, quam pecuniarum copia malim*, & firmant Sadarin, *resp. 2. n. 4 & seq.*, Mans. *consult. 495. n. 8. tom 6.*, & Calvin. *de æquit. lib. 2.*
6 *cap. 128. n. 258.*, & in dubio judicandum est favore hujus immunitatis Regens Rubinus *in ejus alleget.* apud Mans. *consult. 494. n. 21. d. tom 6.*, & demum pro hac opinione facit sententia Senatus Excell superius recensita, qua admisit partum quinquemestrem, quo admisso non videtur assignabilis ratio, quare non debeat admitti etiam octimestris,
7 nam partum quinquemestrem non esse vitalem pro certo tenuit Rota Rom. *decis. 45.* post Zacchiam *quæst Medicolegal. tom. 3*, & tamen fuit admissus; unde sequitur non sufficere partum non esse vitalem pro illius exclusione,

Moghus Fossatus.

Ordo super Actuariis Causarum Civilium Mediolani.

MDXLV. Die 26. Martii.

COgnovit Senatus multa incommoda, & damna civiles causas Agentibus oriri, ex licentia unicuique concessa inspiciendi, revolvendi, & attrectandi filcias, sic enim appellant cordulas, in quibus acta dictarum causarum infiguntur, & asservantur, existentes apud Tribunal D. Prætoris Mediolani, & ejus Judicum, & quanquam DD. Abbates Notariorum, tàm præteriti, quàm præsentis anni, nonnulla in hac materia providerint, comperitur tamen malis, & dolosis ingeniis ad jura adversariorum quoquo modo subvertenda, aut involvenda in dies calidioribus, & promptioribus, satis publicæ utilitati adhuc non esse consultum, qua in re ut maturius, & salubrius aliquid statui posset; visum est Senatui negotium hoc D. Jureconsultis, & Notariis Urbis Mediolani aperire, & quid sentirent, audire. Sensu igitur eorum intellecto, & omnibus aliis considerandis diligenter consideratis.

Ordinavit Senatus, quòd processus causarum omnium, quæ Sapientis Consilio, vel Judicio partium confidentis deciduntur, sive in prima, sive in secunda instantia agatur, separatim, & de per se asserventur, nec unus cum alio commisceantur, nec alicui partium, aut Agenti pro eis detur tractandus, aut revolvendus.

In aliis autem causis, in quibus Consilium Sapientis, aut Judicium, partium confidentis non requiritur, Notarii Tribunalium D. Prætoris, & Judicum utsupra tenere debeant filcias separatas relationum ab aliis actis, & (ut dicitur) de per se litterarum item Principis, Sacramentorum, interrogationum, responsionum, & aliorum actorum filcias separatas, unoquoque tamen

mense

mense renovandas, prædictorumq; omnino, & singulorum actorum sciant Notarii summariam memoriam fieri oportere in libro, seu quinternetto ad id per eos præparato, quem actum deferens scribi procuret, sub pæna nullitatis, teneaturque pars, ad quam spectabit processum integrum, redemptum à Notario causæ consultori, seu confidenti, ante sententiæ prolationem deferre, & Notarius non cogatur aliquem actum separatum, & ab aliis disjunctum dare: Prædicta autem per Notarios causarum civilium servabuntur, & per eorum Coadjutores, non servantes, toties, quoties defecerint, pæna scutorum quinquaginta Cæsar. Cameræ applicandorum, & alia graviori, arbitrio Senatus, mulctabuntur. Insuper mandat Abbatibus Notariorum, ut hanc ordinationem servari faciant. 1545

Signat. Jacobus Cattaneus, & sigillat. sigillo Imperiali in cera more solito.

A N N O T.

Fuit per extensum renovatus in Ord. diei 10. Junii 1690.

Decretum Senatus, quod Notarii in Instrumentis Procurarum opponant nomina Procuratorum, &c.

MDXLV. Die 26. Martii.

Quo magis per ingenia callida, & dolosa multa excogitantur, quæ subdi-tis in causis agendis damnum, & laborem indebitè afferunt, eo nixius, & efficacius per Senatum elaborandum est, ut materia peccandi malis præcidatur, ne etiam volentes peccare, possint. Nam cum in cognitionem ejus pervenisset plura enormia sequi ex mandatis, & instrumentis procurationum, in quibus cum fiunt nomina, & cognomina Procuratorum, seu Mandatariorum, vel Syndicorum non scribuntur; sed dicitur, Ponantur nomina, prout dabuntur, necnon cum Instrumentis venditionum: & in aliis, in quibus bona describi debent, Soleat scribi, Ponantur bona prout dabuntur: ac in instrumentis cessionum, in quibus requiritur juramentum qualificatum, solet apponi, Qua dicitur, & jurant secundum formam Statutorum, vel Constitutionum &c. ex quibus innumeræ lites proveniunt; ut omnibus in commune consuleretur, visum est, Senatui expedire, ut Collegia D. Doct., & Not. Civitatis Mediolani omnia intelligerent, & quid etiam sentirent scripto dicerent, consideratis deinde omnibus.

Statuit Senatus, nomina, & cognomina illorum, qui Procuratores, seu Mandatarii, vel Syndici deputabuntur, scribi debere in matrice instrumenti, quam imbreviaturam appellant, tunc cum instrumentum scribitur; Et sic, nec post rogitum apponi possint; Et quòd bona pariter in instrumento venditionum, & utsupra, describantur per situm, & cohærentias: nec postea scribi possint, etiam quòd adesset clausula, qua concederetur de partium consensu facultas describendi bona toties, quoties per contrahentes, seu per alteram partium, aut per aliam personam dabuntur, etiam si de eis Notarius in specie rogatus esset, quo verò ad cessiones statuit Notarios hujusmodi instrumenta facturos in ipso actu confessionis, & priusquàm interrogent partes an contententur, quòd instrumentum faciat, debere scribere in matrice instrumenti juramentum per verba requisita, & ad id ordinata, quòd si quis non fecerit ei auferrentur scuti centum dandi Cameræ Cæs., & ulterius afficientur alia pœna arbitrio Senatus, maximè ubi non esset modus solvendi talem pœnam, & instrumenta irrita erunt, tenebiturq; ad resarcitionem damni per contrahentes passi: prædicta autem omnia vim decreti inviolabilis habere, & in locis consuetis publicari statuit, quò effectum sortiri vult; Incipiendo per duos menses, à die publicationis numerandos.

Joannes Cattaneus.
Octavianus de Comite L. T.

Ordo super Prorogationibus, & Suspensionibus ad Cancellarium Senatus afferendis.

MDXLV. Die primo Junii.

In multis causis in Civitate Mediolani, & extra deferuntur in manu unius ex Cancellariis Senatus prorogationes, suspensiones, aliæ sunt citra partium consensum, & hæ deferri solent in Civitate, aut eademmet die, aut immediatè sequenti, qua factæ sunt, extra verò Civitatem intra quatriduum: aliæ sunt de partium consensu, & in eis deferendis inolevit abusus deferendi aliquando decem, aliquando viginti dies, aliquando multo plus, plerunque post factas ordinationes, & latas sententias, ita ut sæpenumero exinde diversa inconvenientia sequantur, huic abusui Senatus occurrere volens.

Ordinavit prorogationes, & suspensiones ipsas, tàm citra partium consensum factas, quàm aliter, deferendas esse, si in Civitate erunt,

1545 erunt, intra dies quatuor, extra verò infra dies octo, postquam factæ erunt; & eis lapsis, non solùm non esse per Cancellarium ipsum admittendas, sed nullius fore roboris, & momenti, & ut ad omnium notitiam deveniat, ordinem hunc publicandum esse, & in actis ab iis, ad quos spectat redegendum.

Signat. B. Pacellanus.

ORDINI DI VORMATIA.

Don Carlo per la Divina Clemenza Imperatore de' Romani sempre Augusto, &c.

PErchè come le guerre portino disordini, ed inconvenienti al buon governo della giustizia, e viver politico, così avendo inteso, tanto dal Marchese del Vasto nostro Governatore dello Stato di Milano, e da altri nostri Officiali, e Ministri, come che siamo stati informati da altri, che vi è necessità di reformazione in detto Stato; del quale volemo avere quella cura, che siamo obbligati, ed a Dio, ed alla nostra dignità Imperiale, ed a quello ch'è di ragione: Per adesso, e fino a tanto che si possa più intieramente ordinare, provedere, e remediare a quello, che più si conoscerà convenire; Comandiamo, ordiniamo, e vogliamo, che si osservi precisamente quello, che in questa Ordinazione si conterrà: e che il Governatore, Senato, GranCancelliero, Capitano di Giustizia, quelli del Magistrato, e tutti gli altri Officiali, Vassalli, e Sudditi l'osservino ogn' uno di loro per quello che gli toccarà; sotto pena d'incorrere nella nostra indignazione, e comandiamo, che siano puniti quelli, che contraverranno, secondo la qualità del caso, e dell' eccesso: e che tutto quello, che contra questo si faccia, in qualunque maniera, sia irrito, e nullo, come per la presente vogliamo, e declariamo che sia.

Il Senato ha d'avere grandissima vigilanza, e special cura, che le cose della giustizia, che in esso si trattano, e si devono trattare, siano determinate, guardando gli Ordini, e Statuti dello Stato, con quella equalità, che conviene alla buona amministrazione d'essa giustizia, di maniera, che per rispetto d'alcuno non si faccia se non quello che di ragione, e giustizia si dee fare. Ed ancora che alle volte noi scriviamo qualche lettere in cose di giustizia, sappia il detto Senato, che la nostra intenzione non sarà di pregiudicare in cosa alcuna alla ragione delle parti, nè alla amministrazione della giustizia, ancorchè le dette lettere fossero scritte in favore del nostro Patrimonio, e cose della Camera: perchè, ancora che noi vogliamo, e sia nostra volontà, che le dette cose d'esso nostro Patrimonio, e Camera siano guardate, e trattate con gran cura, e diligenza, per la conservazione, ed aumento d'esso nostro Patrimonio; questo si ha da intendere senza pregiudizio della ragione del terzo, e della giustizia. E dicendo noi questo delle nostre lettere, e di quello che noi comandiamo, debbono, ed hanno da intendere, che il medesimo, e più espressamente ha da essere, e vogliamo che così s'intenda, in quello, che i nostri Governatori nel detto Stato comandaranno di questa qualità. E quello, che in tali cose si ha da fare, e vogliamo che si facci, ed obbedire le lettere, e comandamenti nostri, nei quali sarà il detto pregiudizio, e supersedere in mandargli ad effetto, ed avvisarci, e consultarci delle cause, per le quali si lascia di eseguire, ed il medesimo si ha da intendere, quando quelle tali lettere, e comandamenti fossero in pregiudicio del nostro Fisco, e Camera, in favore de' particolari, o siano in cause giudiciali, e di lite, o cose di grazie, o di qualunque altra maniera.

Il Presidente, e quelli del Magistrato Ordinario, e Straordinario, e delle Biade, e Tesoriero dello Stato, tengano grandissima, e special cura, e diligenza nell'amministrazione delle entrate, rendite, e ragioni della Camera, così ordinarie, come straordinarie; ed in vedere, e guardare come si beneficiano, e guadagnano, e spendono; non potendo il nostro Governatore, per la occupazione d'altri negozj, e cose, attendere particolarmente a questo; e guardino, ed osservino bene li rolli, bilanci, ed ordini, che toccano alla robba, e patrimonio, ed all'amministrazione, e distribuzione, e spesa d'essi: e non passino, nè eseguiscano alcuno augumento de' salarj, nè nuove mercedi, grazie, o esazioni, nè remissione di quello che può, o deve pervenire a nostra Camera, e Fisco, nè per via di ajuto di costa, nè per altra qualunque maniera, alienazioni d'entrate, nè di cose della Camera fatte in alcuna maniera contra li detti nostri ordini. Declarando, come per la presente declariamo, che tutto quello che senza espresso ordine nostro d'altra maniera si farà, o passarà, sia nullo, come si è detto, e non si admetta, riceva, nè passi in conto.

E quanto al pigliare li conti de' Tesorieri, Dazieri, e qualunque altri Officiali, e persone, che si occupano nell' amministrazione delle entrate, redditi, e dritti dello Stato, tengasi grandissima cura, perchè si facci con ogni diligenza, e buona esaminazione, e senza eccezione di persone; e che li guadagni si eseguiscano, e vengano in Tesorerìa, senza dilazione, e dissimulazione, il medesimo delle confiscazioni, le quali vengano intieramente, e senza diminuzione alcuna nella detta Tesorerìa, in beneficio della nostra Camera, e Fisco.

Il

Il GranCancelliero, per quello che toccarà al suo officio, ha da tener la medesima cura, così nelle cose della Giustizia, come in quello che tocca all'entrate ordinarie, ed estraordinarie, dritti, e ragioni della Camera, e confiscazioni, perchè il tutto vada rettamente, e finceramente, e si guardi l'ordine, ch'è stato dato, e si darà, e ciò che nelle presenti ordinazioni si contiene, ed in pregiudicio di questo non si intrometta, nè si occupi, segni, nè passi cosa alcuna di niuna qualità che sia: poichè le cose della giustizia sono, ed hanno da essere a carico del Senato, il quale ha da dare conto, e ragione a noi di quello, che toccarà ad essa giustizia, in quello, che tocca alla robba nostra, vogliamo che si osservi quello, che si è detto di sopra in quello che tocca al Magistrato.

E quanto agli Offici biennali dello Stato, tocca al Senato l'approbare persone, nelle quali doveranno esser conferiti essi offi ;, così le sigurtà, che si daranno per il sindicato: e se 'l Governatore si vorrà informare dal GranCancelliero delle dette persone, esso GranCancelliero lo informarà come vedrà che convenga, perchè essi Offici siano provisti come conviene al nostro servizio, buona amministrazione degli offici, e bene dello Stato, per meriti di persone, e non per altro niuno rispetto: e che non ricevano denari A, nè presenti per la provisione d'essi offici.

E negli altri offici più biennali, che non si metta provisione alcuna, perchè il Governatore averà cura di avvisarci quando vacaranno, perchè facciamo la provisione come convenga.

Il medesimo si intenda nelli benefici di nostro Jurispatronato, perchè sono riservati a nostra provisione.

B E perchè dal farsi remissioni, e grazie de' delitti, che non si devono perdonare, come rebellione, falsificazione di moneta, homicidj pensati, e delitti attroci, ne seguono grandi inconvenienti, e si diminuisce molto l'autorità della giustizia: la nostra volontà è, che non si faccino, se non prima consultati con noi, ed il detto GranCancelliero non segnerà, nè passarà niuna di quelle cose, se non fosse in alcuno caso necessario, che importasse a cose di Stato; nel qual caso il Governatore, non sofferendo la dilazione di consultarci, possa fare quello, che gli parerà che convenga, e dare di ciò avviso a noi, con le cause, che occorreranno per farlo.

Medesimamente non si hanno da passare, nè spedire alcune supersedenze, nè moratorie in cose di giustizia, in alcuna maniera, nè in cose di debito, senza gran causa, ed informazione, e dando figurta al creditore, che passato il tempo della moratoria farà sodisfatto del debito.

E perchè ad istanza di quelli che ci dimandano, che gli facciamo pagare, di ciò che se gli deve, non possiamo negare di scrivere lettere al Governatore, che si paghi loro ciò, che se gli deve giustamente: Però 1545 si ha da intendere, come la nostra intenzione è, che ciò si abbi a fare, essendo primieramente provisto le cose necessarie per la sostentazione dello Stato: ed averà cura di avvertire di questo il Governatore, perchè non si facci il contrario. E specialmente si ha da intendere, che per pagare debiti, grazie, salarj, nè provisioni, non si hanno da vendere alcune entrate, nè cose della Camera, nè darsi di esse in pagamento.

Il detto GranCancelliero ci ha da rispondere, e dar conto, e ragione di tutto quello, che si è detto di sopra, che tocca a lui.

Li Fiscali hanno da mettere ogni diligenza, e cura in quello, che tocca a' suoi Offici; e proseguir le cause Fiscali, facendo tutto quello che si conviene, e sono obbligati, senza rispetto, nè eccezione di persona: e quando vedranno, che sia necessario, così in lo toccante alla Giustizia, come in lo toccante al Patrimonio, avvisaranno il Governatore di quello che converrà, perchè se gli proveda, che servino, e facciano quello, che doveranno: e se mancaranno in lo sopradetto, comandiamo che non se gli paghino li suoi salarj.

Il Fiscale Spina usarà dell'officio di Fiscale, come uno degli altri Officiali; senza che pretenda altra prerogativa, nè specialità sopra gli altri Fiscali, nè in Senato, nè in altro Tribunale alcuno.

E perchè molta parte della giustizia tocca al Capitano d'essa giustizia, che sta in Milano; il Senato ha da tenere special cura, che in questo Tribunale si faccia, ed administri intieramente giustizia, come conviene. E benchè abbiamo tollerato che quest'officio sia stato tanto tempo in persona di Gio. Battista Speciano, però il Vicario, che tiene, non conviene, nè è nostra volontà che duri più di due anni, e che finiti quelli stia a sindicato, come gli offici biennali dello Stato: e che 'l Capitano di Giustizia presenti questo Vicario nel Senato, ed essendo persona che abbia le qualità, che convengono, ed approvandola il Senato, ed il Governatore lo proveda, come gli altri offici biennali dello Stato, e faccia la solennità, che si ricerca inanzi al Senato: e che conforme a questo si proveda di presente il detto Vicario.

Il Governatore tenerà grande, e continua avvertenza, e cura, che così il Senato, come il Magistrato, e gli altri Tribunali, e Ministri di giustizia, ed Officiali delle entrate, e robba, e qualunque altro, cadauno in suo officio, grado, e qualità, usino del suo officio, con l'autorità libera, che conviene, e guardino li suoi ordini, e forme d'amministrazione, che si sono guardate, ed usate nello Stato, e che convengono precipuamente quello che per lo presente Ordine si comanda, e determina; il quale è nostra volontà, che sia inviolabilmente osservato, ed eseguito: e che il Governatore per alcuna

1545 maniera, nè per alcuna causa, o ragione, faccia cosa in contrario.

Et vogliamo che non si mettano nello Stato generalmente, nè in alcuna Città, nè Popolo particolarmente, Dazj, nè imposizioni alcune, per niuna causa, di niuna qualità, che non sia per nostro servizio, o beneficio particolare del medesimo Statu, e Popolo, e senza consulta nostra; nè si scodano altre imposizioni, nè servizj in alcuna maniera.

Ed in quello che tocca al Conseglio che si chiama secreto, per il presente, fino a tanto che meglio informati, se vederemo che convenga, comandiamo altra cosa, il Governatore usarà delle persone, che son solite a radunarsi con lui per li negozj che in esso Conseglio si devono trattare: li quali sono il Presidente del Senato, il GranCancelliero, il Capitano di Giustizia, Gio. Battista Speciano, il Tesoriero dello Stato, con li quali, ed uno Secretario, quello che sarà più sufficiente, e conveniente per esso Conseglio, ascoltarà, guardarà, e proveder à quello, che converrà nelle petizioni, e cose, che ivi si doveranno trattare: non impedendo il corso, e buon ordine della giustizia, la quale tocca a fare, ed amministrare al Senato: ed in quello, che tocca alla robba, e patrimonio, ed in altre cose, guardando quello, che di sopra è stato ordinaro, senza che in alcuna maniera se gli vada, o passi contra, e tutte le lettere, e provisioni, che si ordinaranno, e saranno di quello che resultarà, ed uscirà, e si proveder à nel detto Conseglio Secreto, i detti Presidente, e GranCancelliero le segnaranno.

E perchè tutto il sopradetto s'osservi così, e non si vada contra a questo, avemo comandato espedire quattro ordini di questo tenore, uno perchè resti in potere del Governatore, l'altro si renga nel Senato, l'altro nel Magistrato, l'altro il GranCancelliero. Dat. in Vormes a 6. d'Agosto MDXLV.

SCHOLIA.

A Necesse .n. est, ut qui emit, vendat: propterea honorem juris, & gladii numquam vendi passus est *Alex. Severus*, refert *Ruginell. prac. qq. cap. 48. nu. 22.*

B Cum enim delicta attrociora remittuntur, publicum gaudium, & lætitia turbatur, *Georg. de Cabed. decis. 74. nu. 4. p. 1.*

Garonus.

ANNOT.

1 Disposita in §. *Et vogliamo, che non si mettano &c.* intelligenda non sunt de impositionibus, quæ fiunt pro distributione onerum ad dissolvendum debitum contractum ex causa necessaria, veluti oneris à Principe impositi, sed de aliis impositionibus, quæ fiant sine necessitate, Donde. *consult 42. sub n. 2. versic. neque obstant.*

Inspecto jure communi posse Civitatem collectam imponere sine licentia Principis, quando
2 agitur de ære alieno contracto, vel contrahendo ex causa necessaria affirmant triginta tres DD., quos refert, & sequitur Menoch. *cons. 1201. n. 8.*; attento autem hoc Ordine requiri etiam licentiam Excellentissimi Gubernatoris, huncque posse consensum suum
3 præstare firmat idem Menoch. *d. cons. n. 19.*, qui *n. 25.* explicat quodnam dicatur æs alienum necessarium, & *n. 28. & sequentib.* enumerat plures causas necessarias, pro quibus collecta imponi potest.

Disposita in §. *Il Governatore tenerà &c.*, non tribuunt Gubernatori aliquam auctoritatem jusdi-
4 cendi in Senatum, Senatoresve, & emanarunt, ne Gubernator Senatus officium turbet, nec Senatus Gubernatoris assumat imperium, ut ponderat Ruginel. *de Senatoribus §. 1. glos. 6. cap. 32. sub n. 287. versic. hæc & alia.*

Mognus Fossatus.

Emendatio cap. Et quia cautum est, in tit. de jure, & privil. Fisci.

MDXLV. Die xxiii. Octobris.

IN Constitutionibus anno 1541. per nos editis, in titulo *de jure Fisci*, inversiculo. *Et quia cautum est intra sex menses* &c. Manifestus error impressorum ignorantia, seu negligentia commissus est verbo, *intra*, Nam, *ultra* scribi debuisset: convenit enim rebus Fisci nostri, ut illas curantes competens tempus habeant ad perquirendum jus illi spectans, cum multa intra semestre inveniri per eos possint, quæ non ita facilè in primis diebus, in quibus bona, aut jura Fisco applicantur, retegi aut revideri possint. Cùm autem de hujusmodi errore in Senatu sermo habitus esset, & unus ex Advocatis Fisci exposuisset, Illust. Locumtenentem; quem in Dominio Mediolani habemus ad instantiam Agentium pro Fisco sæpè concessisse, ut sex mensibus elapsis denunciari posset, & denuncians tertiam partem per antiquum decretum assignatam consequeretur; Suppliciterq; petiisset ut error corrigeretur: Nos ex Judicio præfati Senatus per has nostras ipsum errorem sustulimus. Decrevimusque quòd denuncians jus Fisco competens, effluxis sex mensibus, à die, quo ei competierit, & quandocunq; post dictos sex menses, tertiam partem ut supra assequatur.

Decre-

Decretum de instantia causarum Cridarum. 1546

MDXLVI. Die 29. Januarii.

DUm frequentes ad Senatum supplicationes defferentur petentium decerni, quòd & si aliqui ex pluribus contradicentibus in causis cridarum instantiam labi permitterent, possit tamen inter alios valida ferri sententia: visus est Senatui casus multa consideratione dignus. Ideò voluit prius quàm superinde quicquam decerneret, intelligere quid Mediolanense Jureconsultorum Collegium, è Republica fore sentiret, eis autem auditis, & maturè omnibus consideratis.

Statuit in primis, quòd ubi ponens instanstiam causæ cridarum labi permittat, condemnetur in expensis per cōtradicentes factis.

Verùm, ut ponentes facilius instantiam sustinere possint, & tollantur litium occasiones; Decernit Senatus, quòd ubi in productione litterarum primæ prorogationis, penè omnes contradicentes citaverit, si nullus contradixerit, intelligatur instantia quò ad omnes durare, etiam quòd in productione aliarum litterarum prorogationum nullus exinde citetur, modò tamen singulo mense præsententur. Si verò aliquis contradixerit, quò ad eum, non intelligatur instantia durare, nisi in singula prorogatione citetur, valeat tamen sententia inter alios ferenda, salvis juribus dicti contradicentis coram Ordinario.

Item decernit Senatus, si quis ex contradicentibus instantiam sustinere voluerit, possit modò citet ponentem, & alios, & ut supra dictum est.

In causis autem pendentibus, decernit Senatus judicium, & sententiam valere inter eos, qui in causa sunt: salvis juribus eorum, qui instantiam, quò ad eos, labi permiserunt, coram Ordinario deducendis.

Signat. B. Patellanus.

A N N O T.

INstantiam Cridarum currere debere à die lapsus sex mensium concessorum ad contradicendum declaravit Senatus Excell. die 29. Januarii 1677.

Magnus Possatus.

Quod Operarii lapso certo tempore non possint mercedem petere.

MDXLVI. Die 28. Martii.

USu compertum est, quamplures Operarios plerunque solere longè majus præmium, quàm deceat, ex operibus suis exigere, & jam solutam mercedem denuò petere, eo quia non modo in menses, sed in annos exactionem differunt, & tunc mercedem petunt, vel ab iis quibus longum temporis intervallum facultatem probandæ satisfactionis ademit, vel ab iis, qui in locum, vel jus alterius successerunt, quæ res cùm ad Senatum delata esset; visum est hujuscemodi fraudibus opportuna provisione occurrendum, facta itaque matura deliberatione.

Sancitum est, quòd nullus Operarius, vel laborator, qui intra tres menses quò ad præsentes, & sex quò ad absentes, à tempore operæ præstitæ, vel laboris facti numerandos, non petierit, ullo modo audiatur. Idquè locum habere etiam in negotiis præteritis: in quibus tamen non intelligatur cucurrisse, nec currere tempora præmissa, nisi à die factæ pubblicationis præsentis.

B. Patellanus.

A N N O T.

SUper intelligentia istius Ordinis dubitari potest, an hæc dispositio locum habere debeat
etiam in eo, qui scit se debitorem, & sic an hæc præscriptio procedat etiam cum mala
1 fide debitoris. Et videtur respondendum negative, quia possessor malæ fidei nullo tem-
pore præscribit *text. in C. possessor. de reg. jur. in 6.*, & juri canonico standum est, quando agi-
2 tur de materia respiciente salutem animæ, & tendente ad evitandum peccatum, ut
not. *in d. C. possessor.*, & tradunt Barbosa *in l. sicut. 3. n. 71. C. de præscript.*, & Gratian. *discept.
forens. cap. 334. n. 7. ad fin.*

E' contra verò dispositionem hujus Ordinis procedere debere etiam favore illius, qui scit se
esse debitorem resolvendum videtur ex eo, quia lex civilis, vel statutum disponens ex
certa, & rationabili causa, quod creditor intra certum tempus debeat petere debitum,
alias cadat à jure suo, valet, nec ei obstat aliqua dispositio juris canonici; nam ista pro-
priè non dicitur præscriptio, sed potius pœna legalis inducta in odium creditoris non
3 petentis; & sic debitor non dicitur liberari præscriptione, sed pœnali dispositione legis
Pau. Castr., Jas., & alii *in l. si pœnæ causa ff. de condict. indeb.* Et potuit Princeps in odium
4 negligentis creditoris, & favorem debitoris adjicere creditori ex sua negligentia pœnam
privationis juris sui *argum. l. Lucius ff. de evict.*, quæ pœna cedit lucro debitoris *l. id quod
5 pœna ff. de solut.*, & demum cum ipse Princeps actionem induxit *l. 2. ff. de orig. jur.*, ipse
eam tollere potuit, & dare contra eam exceptionem debitori *l. digna vox C. de legib.*, &
l. nihil tam naturale ff. de reg. jur.; & ita in specie tenent Bart., & Castrens. *in l. sequitur §. si*

viam

1546 *viam ff. de usucapien.*, Guid. Papæ *decis.* 199., Malvasia *cons.* 94. *n.* 40., Valasc. *consult.* 125. *n.* 25.
tom. 2., Menoch. *de recup. possess remed* 15 *n.* 189. Nec obstant in contrarium adducta de
prohibita præscriptione cum mala fide ex jure canonico, quia illa procedere possent,
quando verba nostri ordinis directa essent ad debitorem, ut creditore intra tres menses
mercedem non petente adversus eum præscriberet, quia tali casu ob malam fidem præ-
scribere non posset; secus vero quando verba, ut in hoc ordine directa sunt ad solum
creditorem, eidem imponendo petitionem crediti intra certum tempus sub pæna illius
6 ammissionis, quia hoc casu ammissio crediti non provenit ex præscriptione debitoris,
sed ex pæna imposita creditori negligenti creditum suum petere intra debitum tempus,
ut respondet Malvasia *d. cons. n.* 40., & talis pæna valet, & peti potest etiam de jure cano-
nico *C. suam. de pæn.*

Hanc opinionem de juris rigore veriorem videri dicit Cancer. *var. resolut. cap.* 15. *sub n.* 24.
7 *versic licet hæc opinio lib.* 1., & eam servari per Judices, qui sciant similia statuta esse usu
recepta dicit Pacion. *de locato, & conduct. cap* 52 *n.* 38; verum laudatus Cancer. *loc cit.*
cum ibi adduct. tenet hujusmodi statuta præscribentia creditori certum tempus ad peten-
dam mercedem ejus laborum, & operarum procedere tantum favore illius, qui nescit
an tale debitum sit solutum, secus vero in eo, qui scit se esse debiturem, & movetur ex
8 eo, quia hæc statuta condita sunt ob finem, ne quis debitum suum bis solvere cogatur
ob defectum probationis solutionis, quæ in his nulla adhiberi solet; & juxta hanc Can-
cerii opinionem resolvendum videtur etiam respectu hujus nostri ordinis, quia apparet
ex illius proemio Excellentissimum Senatum illum condidisse ob ponderatum finem
evitandæ repetitæ solutionis ejusdem debiti: ibi: *& jam solutam mercedem denuò petere &c.*

Si quis ob justam ignorantiam sui crediti, illud non petierit intra tempus ab hoc ordine præ-
scriptum, non cadet à jure suo; & quia cum ammissio crediti inducta sit in pænam
negligentiæ, sequitur creditorem ignorantem illud non ammittere etiam lapso tem-
9 pore præscripto, nam negligens in exigendo dici non potest, qui juste ignorat, nec igno-
ranti culpa imputari potest *l. argentum ff. commod*, & negligentia præsupponit scientiam,
10 & potentiam faciendi *l.* 1. *ad fin C de annal. except.*, Rebuff *tract. de Famulor. salar. glos.* 10.
n. 2., Dec. *cons* 38. *n.* 7., Cancer. *d. cap.* 15. *n* 26.

Si minor hæres creditoris passus sit labi tempus præscriptum ad petendum creditum, resti-
11 tuitur in integrum adversus lapsum temporis Rot. Rom *decis.* 372. *n.* 9. *&* 10 *part.* 4.
tom. 2. *recent.*, Pacion. *de locato, & conduct. cap.* 52. *n* 54., & Cancer. *ubi supra n.* 27.

Quid si debitor non advertens ad lapsum temporis, vel per juris errorem solvat creditori,
nunquid postea poterit solutum repetere? Resolvendum est negative, quia licet debitor
per lapsum temporis liberetur quoad obligationem civilem, remanet tamen obligatus
naturaliter, nam iste ordo, vel simile statutum non fingit post lapsum tempus credito-
12 rem esse satisfactum, vel promissum de non petendo, & per consequens non tollit obli-
gationem naturalem, ut ratiocinatur Felin. *in C. ad aures n.* 5. *de præscript.*, & liberatio
contingit ex pæna, quæ non adimit naturalem obligationem; existente autem naturali
13 obligatione cessare repetitionem indebite soluti enucleati juris est in *l. naturaliter ff de
condic. indeb*, si vero debitor solverit partem debiti sciens esse præscriptam, & indebitam
14 non tamen cogi poterit aliam partem solvere *l. fin* ubi Glos. *C. ne uxor pro Marito, & l. non
dubium*, ibique Glos. *C de testam.* & aliis cumul. probat Cancer. *ubi supra n.* 29

Ad evitandum lapsum temporis sufficit petitio crediti etiam facta extrajudicialiter; quia
15 cum verbum petere in hoc ordine referatur ad creditorem, cui ex petitione acquiri
debet, habet locum, & in petitione facta extra judicium *l. si decem cum petiero ff. de verb.*
16 *obligat*; si verò referreretur ad eum, qui ex petitione debet obligari, tunc requireretur
litis contestatio *l. amplius ff rem rat. haber.* Glos. *in l. qui fidem ff. de transact.*, & alii apud lau-
datum Cancer. *d. cap* 15 *n* 43.

Si Ecclesia succedat creditori antequam lapsum sit tempus præscriptum ad petendum cre-
17 ditum, etiam si postea labatur, non cadet à jure suo, quia illa non ligatur laicorum legi-
bus, ac ordinibus Cancer. *ubi supra n* 36.

Iste ordo, & quodlibet simile statutum strictissimè intelligi debet, utpotè correctorium
18 juris civilis Pacion *de locato, & conduct. cap.* 52. *n.* 42.; hinc ad plura infertur, nempè non
19 procedere ubicunque creditor agere non valeat *l.* 1. *ad fin. C. de annal. except.*, etiamsi
20 impedimentum proveniret ex parte ipsius creditoris impediti Pacion. *ubi supra n.*56.

Item tollere quidem actionem, secus verò exceptionem, & procedere tantum quoad cre-
21 ditum ex actione personali, non vero ubi competat actio realis, & procedere solum in
credito ex causa mercedis, unde si creditum sit alteratum per computationem, & cal-
22 culationem non habebit locum hæc, vel similis dispositio Pacion *cum ibi alleg. d. cap.* 52.
n 57. 58. *&* 59.

Adveriendum denique est carentiam actionis resultantem ab hoc ordine, vel simili statuto
23 adversus creditorem esse allegandam ab ipso debitore, quia uti exceptio ab ipso opponi
debet, alioquin Judex non potest illam ex officio supplere *l. si Maritus* §. *præscriptionem C. de
adult.*, Rimin. Jun. *cons.* 107. *n.* 26., Cyriac *contr. forens.* 307. *n.* 7., Pacion. *ubi supra n.* 63.,
& alii plures apud Giurb. *decis.* 13. *n.* 4. *& sequ.*, & quia disposita à lege, vel statuto favore
24 alicujus habent locum ipso petente, etiamsi lex, vel statutum id ipso jure fieri velit
Glos. *in l. scimus verb. ipso jure C. de inoffic. testam.*, *& in l. universa C. de precib. Imperat. offer.*, Ripa
in l de pupillo §. *meminisse n.*18. *ff. de nov. oper. nunciat.*, Cancer. *var resolut. cap.* 15 *n.* 39. *lib.* 1,
Menoch *lib.* 2. *præsumpt.* 26. *per tot.*, Gabr. *commun. conclus. tit. de claus. concl.* 3. *n.* 25., & alii
apud laudatum Giurb. *d. decis. n.* 8.

Magnus Fossatus.

Quod

Quod Fiscales pro Descriptione Bonorum delinquentium nihil accipiant. 1546

CAROLUS QUINTUS ROM. IMPERATOR &c.

Prætoribus Cremonæ, Papiæ, Laudæ, & cæteris.

INtelleximus, post Constitutiones promulgatas nomine nostro in Statu Mediolani, Fiscales perseverare in exactione quadam pecuniaria, quando fiunt descriptiones bonorum delinquentium nomine Cameræ nostræ. Id nobis summopere displicuit, cùm velimus eos contentos esse stipendio suo ordinario. Et idcirco, ne hujusmodi abusus serpat, eis nomine nostro inhibebitis; & de inhibitione facta nos certiores facietis. Mediolani 15. Julii 1546.

B. Patellanus.

Ordo circa Immunitatem duodecim Liberorum.

IMmunitatem concedi, pro qualibet persona parentum, & filiorum, unà cum familia necessaria, declaravit Senatus, die 29. Martii 1547. Patellanus. 1547

A N N O T.

1 PAter, donec vivit, fruitur immunitate pro bonis, quæ possidebat tempore obtentæ immunitatis, etiam si ex post omnes ejus filii moriantur, ut disponitur in Proclamate diei 20. Decembris anni 1656.

Pater filii habentis duodecim liberos fruitur eadem immunitate, donec vivit, pro ejus bonis
2 propriis, ut declaravit Senatus Excell. die 15. Februarii 1662.

Hæc immunitas inspecto jure communi competit etiam Matri, ut probant Garon. *observ.*
3 *tit. de immunit. duodecim liberor.* verb. *quicumque*, & Mans. *consult.* 495. *n.* 9. *tom.* 6., & ita servatur apud nos etiam post mortem Mariti, donec conservat viduitatem ex dispositione
4 Ordinis Regii diei 7. Septembris 1657. inserti in Proclamate diei 20. Februarii 1658.

Mognus Fossatus.

Ordo pro ornando Sepulchro Baldi.

CAROLUS V. Romanorum Imperator &c. Dux Mediolani.

REver. nobis dilecte. Egregius Juristarum Rector significavit nobis Sepulcrum Baldi unius ex primioribus Jur. Cons. in Templo Divi Augustini istius nostræ Urbis inhonorum jacere, se memoria tanti viri affectum, desiderare illud exornare, ac conspiciendum reddere. Nos desiderium ipsius laudantes, vos hortandum duximus, ut eis, ad quos spectat, etiam nomine nostro, persuadere studeatis, ut opus hoc quoquomodo non impediant, sed permittant præfatum Rectorem illud libere fieri facere, cum etiam Templo ipsi decorem allaturum, nullus inficiari possit. Dat. Mediolani x. Junii MDXLVII. Jo. Cattaneus.

A tergo. Rever. Jur. Cons. D. ViceCancellario Studii Papiensis nobis dilecto, & sigillat.

Quod in causis onerum vertentibus coram Senatu à die appellationis interpositæ exequutio sententiarum ultra trimestre non retardetur.

MDXLVIII. Die 10. Januarii.

COntingit plerunque per DD. Quæstores ordinationes fieri, & sententias proferri in causis onerum, coram eis vertentibus: à quibus ut earum exequutiones aufugiantur, aut diferantur, appellatur ad Senatum; verum appellantium negligentia, aut malitia expeditiones in longius quàm par est protrahuntur: quo fit, ut sæpenumero indecisæ pendeant: & sic eorum exequutiones in suspenso remanent, in non parvum damnum, & præjuditium tàm publicum, quàm privatum. Huic inconvenienti occurrere volens Senatus. 1548

Statuit, si intra trimestre, à die appellationis interpositæ numerandum, non procuraverint appellantes cum effectu, quòd hujusmodi causæ expediantur, non esse dictarum ordinationum, & sententiarum exequutionem retardandam.

B. Patellanus.

S C H O L I A.

HOc decretum ut accipi debeat declaravi in *meis comm. ad tit. de oneribus, prælud. cap.* 10. *num.* 7.

Garonus.

ANNOT.

1548

ANNOT.

OBservantia istius Ordinis summopere demandatur in Proclamate Excellentissimi
1 Gubernatoris Comitis Sirvelæ diei 16. Martii 1643. ; & ab Invictissimo Imperatore Carolo VI. in ejus Ordinibus datis Mediolani die 29. Octobris 1711.

Iste Ordo accipiendus est procedere in casu, quo condemnatus ad solvendum onera appel-
2 laverit, & non vice versa, ut probat Ruginel, *de appellat. §. 6. glosa 7. cap. 2. n. 59. & 62.*

Elapso trimestri cessat appellatio quoad suspensivum tantum, & appellans tenetur solvere
3 onera, præstita tamen fidejussione per Communitatem, vel aliam personam deputatam ad exactionem onerum de restituendo totum id, quod fuerit solutum per appellantem ex illa causa, ubi ipse obtineat in diffinitiva sententia quoad devolutivum, ut cavetur in superius enunciato Proclamate.

Iste Ordo procedit quando sententia condemnat ad solutionem onerum, secus vero quando
4 absolvit à dicta solutione, ut declaravit Senatus Excell. in Ord diei 31. Augusti 1584. occasione controversiæ vertentis inter Civitatem Novariæ, & Nob. Jo. Bernardinum Torniellum, cujus jura allegata in hac causa inferius impressa sunt ante dictum Ordinem, & incipiunt; *Senatusconsulto edito*.

Mognus Fossatus.

Ordo ne Auditores feudales cognoscant de causis Appellationum.

MDXXXXVIII. die xi. Januarii.

DEvenit ad notitiam Senatus, quod quando contingit appellari in causis, quæ determinatur, per Prætores Terrarum, & Locorum Dominorum Feudatariorum Status Mediolani, hujusmodi appellationum causæ usurpantur per ipsorum Feudatariorum Auditores. Hujusmodi abusui, sicut multis de causis displicuit, ita occurrere volens is Ordo statuit mandandum esse, sicuti mandat omnibus Feudatariis, ne posthac audeant sub pœna privationis feudi, pati, nec tolerare ipsarum appellationum causas cognosci, nec decidi per Auditores suos, nec in eis ullo pacto se intromittere, sed permittant eas Judicibus, ad quos deduci debent, cognoscendas, & determinandas, mandatque omnibus Prætoribus Civitatum, ut ordinationem hanc intimari faciant omnibus, & singulis Feudatariis existentibus in Jurisdictione Provinciæ suæ.

ANNOT.

FEudatariis posse concedi jus appellationis, seu cognitionis super appellatione interpo-
1 sita à prima sententia sui Officialis certum est; & solum controverti solet quibus modis, & formis concessio ista explicanda sit; putantibus aliquibus, quos referunt
2 Lagunez *de Fructib. par 1. cap. 17 n 3.*, & Curt *de Feud. par. 7., & ult. quæst. 12.*, competere illi, cui simpliciter concessa est jurisdictio. E contra negantibus aliis, & firme tenentibus appellationes in generali concessione numquam venire, & hoc jus esse Principi
3 reservatum, nisi expresse à Principe fuerit privilegio, vel investitura collatum, ut tradunt DD allegati à Gatto *de majori, & minori Magistratu lib. 2 quæst 5. n. 5.*, quod procedit etiam si Feudum datum sit in plenum dominium, & proprietatem Capiblanc. *de Baron tom. 1 pragm 8 par. 1. n. 148*; & licet in aliquibus locis contrarium servetur, hoc procedit, vel vi privilegii, vel alicujus concessionis particularis, vel consuetu-
5 dinis, quibus acquiri potest à Feudatariis hoc jus deferendi appellationibus primi judicii, Lagunez *d. cap. 17 n 25.*, & alii apud Gatt *ubi supra sub d n. 5. in fine*.

Hinc laudatus Gattus *loc cit. n. 9*, justissimam dicit hanc prohibitionem, ne Auditores
6 cognoscant causas appellationum, alioquin ex hoc videretur fundatum à Feudatariis Tribunal pro appellationibus, quod ab ipsis omnino fieri nequit, ut dictum est supra, & firmant Lagunez *d cap. 17. §. un. n. 52.*, Cabed. *decis. 85. n. 1. par. 2.*, & Antunez *de donat. reg. par. 2 cap. 8. n 43., & 44.*

Mognus Fossatus.

Quòd Executores servent constitutiones etiam in exequutionibus, quæ pro Fisco fiunt.

MDXLVIII. Die vii. Aprilis.

FActa relatione in Excellentiss Senatu per Auditorem Dominorum Collateralium de Jo. Maria Cisarolo, & Ludovico de Patribus Barueriis loci Mortarii, contra quos querelam porrexerat Jo. Dominicus de Curte causa bestiarum, seu pignorum conductorum à loco Castri Novetti Lumellinæ ad prædictum oppidum Mortarii, contra formam ordinum, & occasione aliorum contentorum in querela: & consideratis omnibus in eo processu contentis.

Censuit Senatus, dictos Baruerios liberandos esse: verùm quòd in posterum caveatur per proclamata, re participata cum Magn. Magistratu Ordinario, ut etiam pro debitis Cameræ serventur per Executores omnia contenta circa executiones in Novis Constitutionibus. Sign. G. Roc.

ANNOT.

IDem cavetur in Ord. diei 7. Aprilis 1568., & diei 23 Novembris 1626. emanato super Consultatione Illustrissimi Magistratus Ordinar. Reddit.

Con-

Conformis est iste Ordo cum dispositione juris, quia etiam Exebutores contra Debitores 1548
1 Fisci tenentur procedere servato juris Ordine, ac secundum legem municipalem, &
consuetudinem in exigendo Bal. *in l. 1 col 2. versic. sed pone; C. si propter pub. pens.*, Calcan. *cons.* 120. *n.* 8., & Marc. *decis.* 200. *part.* 2., quos sequitur Ruginel. *pract. quæst. cap.* 39. *n.* 58.

Mognus Fossatus.

Advenam non prohiberi succedere in bonis mobilibus, relictis in dominio.

VIsis precibus, &c. ac audito uno ex Fisci nostri Advocatis suam, & Quæstorum nostrorum sententiam referente, omnibusq; maturè perpensis, declaramus, constitutionem qua non subditi huic dominio prohibentur succedere alicui subdito ab intestato, esse, intelligendam secundum verba in principio ipsius constitutionis posita, quibus interdicitur venditio, & alienatio alicujus rei immobilis, aut annui redditus, vel eorum ususfructus fieri in personam huic dominio non subditam, & ideò ipsum Supplicantem secundum formam dictæ Constitutionis, & præsentis declarationis molestari non posse, nec debere: mandantes dictis Quæstoribus, & aliis, ad quos spectat, & spectabit, ut has nostras servent &c. In quorum &c. Die 25. Maji 1548.

A N N O T.

ET ita judicavit etiam Illustrissimus Magistratus Extraord. Reddit. Mediolani die 26.
1 Februarii 1642 referente Spectab. Quæstore D. Joanne Guidobono Cavalchino postea ad Senatoriam Dignitatem promoto in casu hæreditatis Victorii Pii alias Hæbrei, & ad fidem conversi, decernendo ipsi succedere debere quoad bona mobilia tantum Magium, & Esajam ejus Fratres de Cuzaris; & sic pariter judicavit Excellentissimus Senatus
2 noster die 25. Septembris ejusdem anni 1642 in casu hæreditatis cujusdam Comensis, licet tota consisteret in pecunia, referente Magnif. Senatore Petracino, & præsente Egr. Advocato Fiscali Settorio postea Senatoriam Dignitatem emerito aliqua in contrarium suggerente, ut ipsemet testatur *in ejus annotat. manuscript. ad N. C. tit. de pœnis* §. *Collegiis*.

Mognus Fossatus.

Quòd omnes causæ Pauperum, in quibus ipsi Actores sunt, nullam habeant instantiam.

MDXLVIII. Die v. Junii.

CUm in decreto causas ad Judices ordinarios remittente sancitum sit, quòd causæ pauperum, in quibus ipsi auctores sunt, instantiam non habeant: dubitatum est, an causæ appellationum, quæ in hujusmodi causis interpositæ sunt, vel interponentur, instantiam habere debeant: Senatus omnibus consideratis, & maturè discussis.

Declaravit, causas omnes pauperum instantiam non habere, quando onus sustinendi instantiam ad ipsos pauperes spectat. Quod vult locum habere, non solum in causis futuris, sed etiam in pendentibus, in quibus adhuc instantia ipsa subest.

Signat. Ja. Cattaneus; & sigillat. sigillo Imper. in cera rubea more solito.

A N N O T.

SEcundum opinionem Felini in *C. si qui testib. col. 2. ad finem n. 9. versic & in quantum de testib.*
1 quem sequitur Gratian. *decis.* 34. *n.* 10., pauper non debet excusari ab onere sustinendi instantiam in causa, in qua potest petere sumptus litis à Judice, vel à Parte, quia illos non petendo, diceretur esse in culpa, & ita de voto requisitus Novar. se respondisse dicit *in tract. de privileg. miserabil. personar. privil.* 96. *in fine*.

Mognus Fossatus.

Pœnam præceptorum pœnalium emanatorum à Judicibus Feudatariorum, virtute litterarum Senatus, applicari debere Fisco Regio.

MDXLVIII. Die 20. Octobris.

CUm incidisset sermo in Senatu, quando conceduntur litteræ Judicibus Feudatariorum, quòd possint procedere præceptis pœnalibus pecuniariis, cui dici debeat pœnas illas applicari debere, an ipsismet Feudatariis, an Reg. Fisco; multaq; hinc inde adducta fuissent: re opportuna consultatione discussa; Censuit is ordo dicendum esse in ipsis litteris, pœnas ipsas applicari debere Regio, & Ducali Fisco.

B. Pattellanus.

A N N O T.

1 LIcet pecuniariæ pœnæ, confiscationes, aliique similes proventus sint fructus jurisdictionis Lagunez *de fruct. part. 1. cap. 20. n. 16. & sequ*, & Feudatariis spectent ex dispositione
2 N. C. *tit. de feud.* §. *si contingat. fin.*; tamen cum istæ pœnæ proveniant ex præceptis factis à Supremo Principe, optimo jure sancitum est eas esse applicandos Regio Fisco; tum
3 quia reputari debent fructus illius jurisdictionis; tum quia pœna delicti cedere debet
4 lucro ejus, cujus contempta est jurisdictio, & jussus, ut sibi illatæ injuriæ ultionem habeat Nat. *cons.* 580. *n.* 7. & 17., Menoch. *cons.* 604.; tum demum quia in pœnis particu-

 laribus

1528 ... juribus Fisco feudalis nihil prætendere potest juxta declarationem Senatus Excellentissimi factam de mense Januarii 1573. referente Magnif. D. Senatore Porro, ut notat Ruginel. pract. quæst. cap. 46. n. 25. *Magnus Fossatus.*

Decretum de iis, qui ad novas defensiones admittuntur.

MDXLVIII. Die Jovis xxvi. Octobris.

QUæsiti sunt in Senatu Cæsarei Fiscales, dato etiam supplici libello, quòd multi ad novas defensiones admissi, adversus condemnationes criminales, productis litteris eos admittentibus, causas novarum defensionum prosequi differunt, ita quòd Fiscus, qui ex condemnatione secuta jus acquisierat, per novas defensiones concessas, & hanc expediendorum processuum retardationem, & moram maximè læditur, cui querimoniæ volens Senatus, ut par est, salubriter providere, re benè, & diligenter discussa.

Censuit eos, qui ad novas defensiones ex causa criminali, in qua constitutio personalis necessaria est, admittuntur, teneri se constituere personaliter infra decem dies, à concessione novarum defensionum numerandos: quo tempore lapso, & constitutione non facta, ipsam concessionem novarum defensionum esse irritam, & nullius momenti. Et verò, qui ex condemnatione pecuniaria ad se defendendum admittuntur, mensem statuendum esse ad prosequendas defensiones suas, postquàm ad eas fuerint admissi; quòd si non fecerint, lapso mense executionem contra eos non esse differendam.

Signat. Franciscus Petranigra.

A N N O T.

1 TErminus dierum decem hic præscriptus Bannito ad novas defensiones admisso ad se personaliter constituendum in Carceribus non solet prorogari per Senatum Excell., ut testatur Costa *remed. subsid.* 120. *n.* 33., & lapso dicto termino à die concessæ admissio-
2 nis etiam incuriâ ipsius petentis inefficax, & invalida redditur obtentarum litterarum dispositio, ut pluries declarasse eundem Amplissimum Ordinem testatur Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 198. *n.* 41.

Admissio Banniti ad novas defensiones interim defuncti an prosit ejus hæredibus, ut ipsi
3 admitti possint ad probandam Defuncti innocentiam, late examinat Calvin *d. cap* 198. *Magnus Fossatus.*

Quòd Notarii rerum criminalium ab officio recedentes relinquant acta Notariis succedentibus.

MDXLIX. Die x. Aprilis.

1549 INnotuit Amplifs. Senatui Mediolanen. quamplures Notarios rerum criminalium, tàm in Urbibus, quàm in Oppidis officium exercentes, cùm ab officio recedunt, solere omnia acta criminalia a seipsis confecta secum asportare, in maximum Justitiæ, & Reipublicæ, & Fisci tàm Cæsarei, quàm Feudatariorum detrimentum, cui abusui volens salubri remedio occurrere, facta diligenti consultatione.

Senatus ipse censuit, & ordinavit Notarios rerum criminalium quocunq; in loco hujusmodi officium exercentes teneri, cùm ab officio discedunt, omnia acta criminalia dimittere pænes officium, & Tribunal, ad quod ea confecerint; illaque tradere, & per inventarium consignare Notario in sui locum successuro, sub pœna, si non paruerint, arbitrio Senatus irroganda. Mandans, tenore præsentis ordinationis, omnibus Prætoribus, & Officialibus, ad quorum Tribunal ipsi Notarii se exercebunt, ut sub pœna prædicta hunc ordinem servari inconcusè faciant.

Ordo, quod Notarii scribant processus ad formam Constitutionum in libris, & non in foliis.

CAROLUS V. Romanorum Imperator, &c.

DIlectè noster. Cùm ex ordinibus antiquis provisum sit, ut acta, & processus rerum criminalium in libris, ut dicitur sfoliatis describantur, & idem Ill. qu. Dux Franciscus Secundus jusserit, Hocq; identidem per Constitutiones nostras caverimus; mirum est quòd adhuc in hoc peccetur, in non leve Fisci nostri, & Subditorum nostrorum damnum, ut igitur ordo per necessarius omnino servetur, sub pœna iisdem Constitutionibus comminata, & alia graviori arbitrio Senatus nostri infligenda, Mandamus, ut omni exceptione, & excusatione remota provideatur quod processus, & actus omnes rerum criminalium in libris sfoliatis, non in papyro separata, aut in foliis, & filciis, ut dicitur, describantur, & asserventur. Dat. Mediolani die 7. Maji 1549.

Subscripta Jac. Cattaneus, & sigillat. &c.

A tergo. Egregio Jureconf. Prætori Mediolani nostro dilecto.

Quòd

Quòd Feudatarii in suâ Jurisdictione tutum carcerem habeant. 1550

MDL. Die ultimo Maji.

Compertum est, quamplures Dominii Mediolanensis Feudatarios, qui merum, & mixtum exercentes imperium, nullum, aut non tutum in sua jurisdictione carcerem habere, in quem rei criminum conjici possint, & custodiri, quòd maximo rei tùm publicæ, tùm privatæ detrimento cedit. Hoc Senatus animadvertens.

Censuit singulos Dominii Mediolanensis Feudatarios, debere intra sex menses, in sua jurisdictione, tutum, & commodum carcerem parare, atque construere, si paratum, atque constructum non habent: In quo noxii, aut delati ex causis criminalibus, tutò contineri possint, & custodiri: sub pœna omnium damnorum, & interesse, quæ pars jus aliquod prætendens, aut Fiscus Cæsareus pati posset; & alia graviori arbitrio ejusdem Senatus irroganda, si non paruerint.

A N. N O T.

Carceres habendi facultas competit ratione jurisdictionis tam civilis, quam crimina-
1 lis, cum alias ea exerceri commode in pluribus casibus non posset, si Domini juris-
dictionis, & eorum Judices non haberent, ubi malefactores, & debitores ex causa civili
capti detineri, ac custodiri possent, & ideò præambulam esse, & necessariam ad exer-
citium jurisdictionis *ex text. in l. oratio ff. de sponsal.* notat Avendan. *de exequ. mandat. par. 1.*
2 *cap. 20. n. 5.*; hinc carceres habere jurisdictionale esse *ex l. fin. C. de custod. reor.* docent Car-
dinal. *in Clement. 1. §. sanè versic. secundo quæro de hæretic.*, Bal., & alii scribentes *in l. imperium*
3 *ff. de jurisdict. omni judic.*, Avendan *ubi supra n. 4*, & consequenter hanc facultatem inter
emolumenta, & fructus jurisdictionis connumerari debere, & ad Dominos jurisdictio-
nis, sive Barones pertinere tenent Bal., & Cardinal. *ubi supra*, Capiblanc. *de Baronib. tom. 1.*
sup. pragm. 19. n. 28., & Novar *de gravamin. vassall. tom. 1. gravam. 255. n. 3.*
Carcerum constructio cui spectet, an scilicet Feudatariis, vel Communitatibus dubitari
4 potest; nam hoc onus pertinere Communitatibus, non vero Dominis jurisdictionis vo-
lunt Clar. *recept. sentent. §. fin. quæst. 46. n. 3.*, Avendan. *de exequ. mandat par. 1. cap. 20. n. 5.*
versic. tamen, & par. 2. cap. 10. n. 6. in fin., & Cappel. Tolosan. *decis. 41.* ex ea ratione, quia
5 custodia carceratorum commodum publicum respicit, ut inde abducti publicè puniantur
tur ad *text. in l. locatio §. quod illicitè ff. de publican. & vectigal.*; è contra verò carcerum con-
6 structionem fieri debere impensis Feudatarii tenent Afflict. *in constitut. Regni Castellani*,
Amendol. *in scol. ad Franc decis. 78. n. 11.*, Rol. Cavagnol. *decis. 70. n. 25. lib. 2.*, Novar. *de*
gravam. vassal. tom. 1. gravam. 255. n. 1. & 2. ubi refert ita decisum in Regia Audientia Ca-
pitinatæ Apuleæ in Regno Neap., & provisum per illius S. Reg. Consil., & Lagunez
de fructib. par. 1. cap. 21. n. 85 & 72. ubi dicit hanc opinionem sibi videri de jure veriorem,
& multis in locis fuisse servatam testatur Clar *d. § fin. quæst. 46. n. 3. in fine*; ratio autem
hujus sententiæ ea est, quia sicuti commodum, & fructus jurisdictionis, ut sunt mul-
7 ctæ, confiscationes, aliique proventus Feudatario competunt, ita & onus carceres con-
struendi, & similia providendi pro administratione justitiæ ad eum spectare debet, nam
onus impensarum eum tangit, ad quem rei fructus pertinent, ut per *text in l. cum & de*
usufruct. ratiocinantur Novar. *ubi supra n. 4.*, & aliis adduct. Lagunez *d. cap. 21. n. 73*
Alii demum relatas opiniones conciliando volunt primam procedere quoad constructionem
8 carcerum civilium, secundam vero quoad constructionem carcerum criminalium ut
distingunt Capiblanc. *de Baronib. tom. 2. sup. pragm. 19. cap. 96. n. 3 & 6*, & Novar. *d. gravam.*
255. n. 8., quasi quod major utilitas, aut commodum ex civilibus carceribus, quam ex
9 criminalibus Reipublicæ, & Civibus sequatur; verum hæc opinio parum in jure subsi-
stens est, & optimè refellitur à laudato Lagunez *d. cap. 21 n. 89. 90. & 91*
Secunda superius relata opinio ampliatur, ut Feudatarius non solum teneatur ad impen-
sam pro carceribus construendis, & reficiendis, verum etiam pro parandis cippis, cate-
10 nis, compedibus, manicis ferreis, funiculis, & similibus, sive quia hæc instrumenta sint
pars carcerum, sive quia necessaria sint pro administratione justitiæ, & securiori custo-
dia carceratorum Novar. *d. tom. 1 gravam. 257.*
Item ampliatur, ut Feudatarius teneatur ad expensas pro custodia carceratorum, tum quia
11 ad ipsum spectant proventus jurisdictionis Novar. *d. tom. 1. gravam. 256. n. 1. & 2.*; tum
12 quia ipse debet tenere tutos carceres, ac carcerarios tutos, & approbatos idem Novar.
tom. 2. gravam. 172., urgentissimis tamen de causis potest cogere subditos ad custodiendos
13 carceres soluto eis justo salario Novar *d. gravam. 256 n. 3.*, & de Franch. *decis. 526 n. 10.*
Iste ordo renovatus fuit ab Excell. Senatu die 3. Junii 1681. *Magnus Fossatus.*

Quòd ponentes manum ad Arma contra mulieres non incurrant pœnam primæ evaginationis, & quomodo procedendum sit contra eos, qui equos conductos non restituunt.

MDL. Die antepenultimo Augusti.

Consuluit Senatum Egreg. Jureconsultus D. Prætor Mediolani, quid servandum esset in infrascriptis casibus, videlicet:

Pro Inquisitione formata contra Stephanum, cognomento, *il Giotto*, de prima evaginatione, & vulneribus illatis uxori, & quid ser-

1550 servandum in casibus ponentium manum ad Arma contra Mulieres.

Respondit Senatus, eum condemnandum esse in pœnam vulnerum, omissa pœna primæ evaginationis. Et in similibus casibus, quando aliqui ponunt manum ad arma contra Mulieres, non esse contra eos procedendum de primo ponente manum ad arma.

Quòd autem ad eorum condemnationes attinet, qui conducunt equos, & non restituunt, sed in proprios usus convertunt.

Responsum fuit, attento quòd hujusmodi delictum frequenter committebatur, contra contumaces procedendum esse de furto, ac condemnandos juxta observantiam Curiæ ipsius Prætoris. B. Patellanus.

A N N O T.

1 PŒna prioris evaginationis locum non habet in ponente manum ad arma contra mulieres, quia ipsæ regulariter arma non deferunt, & per consequens considerari non potest prioritas evaginationis. Quod si mulier esset armata, ut contingere potest: idem
2 nihilominus dicendum est; quia declaratio est generalis, & lex constituitur circa ea, quæ frequenter, non quæ raro accidunt, ut respondit J. C. Celsus in *l. ex iis ff. de legib.* ibi: *ex iis, quæ fortuito aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur*; & in *l. nam ad ea ff. eod.* ibi: *nam ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter, & facile, quam ad ea, quæ perraro eveniunt*, & ita sentit Magnif. Senator Bonettus *de armis cap. 16. n. 20.* *Magnus Fossatus.*

In causis conductionis aquarum non obstare Fisco possessionem immemorabilem.

MDL. Die xxx. Octobris.

DUm coram Judicibus aquarum Status Mediolani orta esset quædam dubitatio, circa præscriptionem immemorabilem, num illa obstaret Fisco, ubi probata fuisset possessio immemorabilis privatorum ducendi aquas diversas, & maximè fluminis Mutiæ ad proprium commodum: Fiscusquè hujusce dubitationis declarationem in Senatu petiisset, porrecta supplicatione, in qua faciebat mentionem decreti editi sub nomine Ducis Philippi anno 1446., & Constitutionum loquentium de hujusmodi præscriptione: & in qua pariter allegabatur declaratio facta ab eodem Senatu super Constitutionibus prædictis, & super hujusmodi materia anno 1542. die 26. Octobris: Senatus ipse audita petitione Fiscali, & visa supplicatione per eum porrecta, & viso pariter tenore supradicti decreti editi à Duce Philippo, & memoratarum Constitutionum, & declarationis prædictæ: omnibusque diligenter, & maturè consideratis.

Censuit, & declaravit prædictis attentis, præscriptionem immemorabilem in casu, de quo agitur, Fisco non obstare.

A N N O T.

1 HOc decretum non emanavit in vim legis generalis, sed in vim sententiæ, vel provisionalis specificè pro casu, de quo hic actum fuit in Senatu, ut clare convincunt verba illa decreti: *prædictis attentis*, & illa: *in casu, de quo agitur*, ut ponderant in terminis hujus decreti Bim. *cons. 238. n. 16. lib. 3.*, & Donde. *consult. 60. n. 5.* ibi: *cæterum decretum Senatus non videtur generale, sed speciale in illa causa, in qua agebatur &c.* Hinc sequitur hoc decretum ad alios casus extendi non posse; certum quippe est decreta Senatus lata non ani-
2 mo condendi legem, suffragari tantum pro causis, pro quibus condita fuere *text. in l. nemo C. de sentent. & inter locut. omn. Judic.*, & redditur ratio ibi: *cum non exemplis, sed legibus judicandum sit*, & in terminis decretorum Senatus nostri Mediolani Oldrad. *de litter. & mandat. Princip. prælud. 4. n. 49.*, Borell. *de Regis Cathol. præstant. cap. 32. n. 33. & sequ.*, & latè Ruginel. *pract. quæst. cap. 30.*

Immo hoc decretum debet dici sublatum; tum quia præcipuè fundatum super decreto Du-
3 cis Philippi Mariæ Vicecomitis anno 1446. prohibitorio aquarum; nam hoc limitato ab ipsomet Duce, ut notat Boss. *tract. var. tit. de aquis, & flumin. n. 8.*, & postea in totum abrogato à Duce Francisco Sfortia I. ejusdem Philippi Mariæ Genero, & successore, ut testatur Donde. *consult. 60. sub n. 4.*, cessat præsuppositum, & fundamentum, super quo
4 emanavit hoc decretum Senatus, & per consequens cessare pariter debet ejusdem dispositio, ut in puncto animadvertit laudatus Donde. *d. consult. sub n. 9. versic. nec obstat decretum Senatus*; tum quia si hoc Senatus decretum indistinctè deberet intelligi, subverterentur nedum leges, & DD. traditiones possessioni immemorabili adeò faventes, potissimum
5 in materia aquarum; verum etiam subverteretur dispositio N. C. *tit. de jure, & privileg. Fisci §. nulla præscriptio* in principio, quibus Constitutionibus expresse cautum est, quod præscriptio, quæ sit tanti temporis, cujus initii in contrarium memoria non existat,
6 faveat possessoribus aquarum etiam contra Fiscum, & per consequens deberet intelligi revocatum ex Ordinibus Regiis Tomariensibus anni 1581., quibus expresse disponitur Senatum quidquam rescribere non posse adversus leges, & Constitutiones, ut in terminis hujus decreti ponderat Bim. *d. cons. 238. sub n. 18.* versic. *quarto cum ordines.*

Animadvertendum etiam est, possessionem immemorabilem dupliciter considerari posse,
7 in vim scilicet meræ præscriptionis, & in vim tituli præsumpti, quem allegare sufficit, & non data alia probatione magis prodest, quam alius melior titulus de mundo; quoties autem sublatus esset præscriptionis effectus ex hoc decreto ibi: *præscriptionem Fisco non obstare*,

obstare, sublata dici non posset ratio allegandi meliorem titulum de mundo ad possessio- 1550
nis tuitionem, quodve allegatus attendi deberet; nec opponi posset de eo non constare,
8 quia possessio immemorabilis pro legitimo, & indubitato documento est, & haberi de-
bet, ac si productum foret instrumentum, vel contractus, ut ita distinguendo, & ratio-
cinando tradit Ripa *in l. quo minus n. 88. ff. de flumin.*, fusius Barbosa *in l. omnes sub n. 39. & sequ. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*, ubi signanter expendit *text. in l. cum de in rem verso ff. de usuris*,
& ibi tradita per DD., Donde. *consult. 65. n. 1.*, Andreol. *contr. 325. n. 15.*, ubi quod qui
9 non posset obtinere ex præscriptione immemorabili, obtineat ex titulo., qui ex imme-
morabili lapsu temporis præsumitur Pacian. *cons. 20. n. 5.*, Cyriac. *contr. 2. n. 103. & contr. 3. n. 64.*, Rot. Rom. *decis. 249. par. 5. recent.*, quibus concordat Bim. *d. cons. 238. n. 18.*
Hoc decretum tum jure communi inspecto, tum Diplomate Pii IV. Pontificis Maximi dato
10 ad Illustriss. Magistratum Extraord. anno 1564. non comprehendit Ecclesiasticas perso-
nas, nec Ecclesiastica bona, ut docet laudatus Bim. *d. cons. n. 20.*
Demum hoc decretum non observari convincitur ex rebus sæpe judicatis tum Senatus
Excell., tum. Illustriss. Magistratus, ex quibus apparet declaratum fuisse etiam in ma-
teria aquarum possessionem immemorabilem Fisco obesse, & ita decrevisse Senatum
11 sub die 3. Augusti 1602. referente Magnif. D. Senatore Ludovico Acerbo, & die 24. No-
vembris 1604. in causa hotificationis, contra Fiscum pro Hominibus Luinelli, & Con-
sortibus testatum facit Donde. *d. consult. 60. n. 5.*, quod multoties secutus est etiam Illu-
12 striss. Magistratus Extraord. Redd., & novissime sub die 23. Julii 1719. favore Ven. Mo-
nasterii S. Mariæ Passionis, & S. Georgii de Bernate contra Regium Fiscum, & melius
sub die 28. Julii ejusdem anni favore Utentium Ruggiæ Buffaloræ, quamvis isti inni-
terentur præsidio solius possessionis immemorabilis.
Et indubitanter obstat etiam Fisco possessio immemorabilis, quoties probatur non ex testi-
13 bus, sed ex scripturis authenticis Donde. *consult. 60. n. 5.*, & Raudens. *var. resol. 68. n. 84.*,
ubi refert ita decisum ab Illustriss. Magistratu Extraord. Reddit. tum anno 1557. cum in-
terventu duorum Senatorum, tum rursus anno 1566., & Raudensem sequitur Gatt. *de majori, & minori Magistr. lib. 1. quæst. 8. n. 17.*

Mogius Fossatus.

Ordo, quod Notarii scribant Processus in libris juxta dispositionem Novarum Constitutionum.

CAROLUS V. ROM. IMP.

Dilecte noster. Superflua fortassis videbuntur, quæ istis nostris nunc mandamus, cùm & Constitutiones, & Ordines jamdudum promulgati ea contineant, & hæc eadem omnia omnibus Officialibus singulatim inthimata fuerint. Verùm cùm constet in causis criminalibus, quæ in Senatu ferè quotidiè referuntur, quam plures ex ipsis non in libris sfoliatis, ut jussum est, sed in foliis simplicibus, & separatis scriptas esse, & ordines præfigentes tempus in expediendis processibus, vel saltem de admonendo Senatum de causis quibus intra ipsum terminum, & tempus non potuerint expediri, non servari; ideò necessarium admodum visum est, istas vobis dare, ac serio mandare, ut moneatis Notarios rerum criminalium, ut Constitutionum dispositionem circa præmissa ad unguem servent: vos autem ordines expediendorum processuum, aut admonendi Senatum ut supra, adimplebitis, quòd si Notarios, aut vos inobedientes, aut contumaces esse cognoverimus, pœnis per Constitutiones, & Ordines comminatis indistinctè affici mandabimus, de istarum autem receptione nos monebitis. Dat. Mediolani decimoquarto Novembris 1550.

Subscrip. Jac. Cattaneus, & sigillat. &c.

A tergo. Egregio J. C. Vicario Justitiæ nostro dilecto.

Quorundam Blasphemantium Deum punitio.

MDLI. Die 3. Januarii.

Consultus Senatus à Prætore Mediolani, in quam pœnam condemnari deberent infrascripti in contumaciam delati ob infrascriptas blasphemias, videlicet: 1551

Melchion habitans in domo Reverendiss. D. Archiepiscopi Mediolani delatus per Jo. Albertum de Grossis; qui in domo deferentis dixit, *al dispetto di Dio*.

Valentinus de Lanternariis, qui sub porta cujusdam habitationis communis, cum aliis, stallum appellant, dixit: *al dispetto della nostra Donna*.

Appellatus Mandrisio Garyator, qui dixit: *puttana de Dio*, in appoteca Garzariæ.

Bartholomæus Vigurriensis famulus cujusdam Francigenæ, qui in domo illius, qui eum detulit, dixit: *al dispetto de Dio*.

Jo. Petrus de Faerno claudus, qui dixit: *al dispetto de Dio*, in domo Francisci della Bachiocca, qui illum detulit: & etiam

Antonius de Cisetis appellatus *il Matto*, qui dixit: *al dispetto di Dio*, in via publica, in Villa Canovæ Territorii Basilicæ Petri.

Respondit, condemnari debere in duobus ictibus eculei pro quolibet, in publico dandis, si venerint in fortiis; Excepto Mandrisio, quem dixit condemnari debere in tribus ictibus, Et prædicta ultra pœnam ordinariam.

Tassa

1551 *Taſſa della Cancellarìa dell' Eccellentiſſimo Senato.*

MDLI. A LAUDE D'IDDIO.

E' Manifeſto al Senato di Milano, che gli Officiali ſuoi, i quali ſecondo il tempo ſogliono ricevere li denari per le ſpedizioni, che ſi fanno nella Cancellarìa ſua, non ſono per pigliare più di quello, che è ordinato. E' manifeſto ancora alcuni, che procurano tali ſpedizioni, ingannare li principali, e quelli, a nome de' quali ſi fanno, conciofia che tacendo la verità di quello, che hanno ſpeſo, pigliano dalli ſemplici molto più di quello, che averanno sborſato, la qual coſa pare che venga a macchiare la ſincera amminiſtrazione de' detti Officiali. Per far adunque, che la probità de' ſuoi Officiali rimanga nel ſuo candore, e levare via la materia di fraudare alcuno, e per ſoccorrere alli miſeri Clienti, ha poſto, & conſtituito queſta norma per il pagamento delle ſpedizioni, che ſi faranno in Cancellarìa, qual ha voluto, che ſia divulgata, acciocchè poſſa venire a notizia di ciaſcuno.

Prima li Mendicanti, e perſone miſerabili, gli Oſpitali, e Luoghi Pii mendicanti, overo che diſtribuiſcono l'entrate ſue a' Poveri non paghino coſa alcuna per il ſigillo, ma ſolo per la ſcrittura.

Per le lettere miſſive ſimplici nelle cauſe civili, nelle quali s'inſeriſcono le ſupplicazioni, ſi paghi per la Cancellarìa ſoldi dieci, e gli Uſchieri per il ſigillo ſol. 2.

Il medeſimo per li ſalvicondotti, ſi tres partes ex quatnor, pagando però il Supplicante la ſcrittura.

Per le prorogazioni, e ſoſpenſioni quando ſi portano all' Offizio delle prorogazioni.

Quando s'eſpediſcono le lettere d'eſſe prorogazioni, e ſuſpenſioni ſol. 6. ſolamente, ma ſe la parte voleſſe più prorogazioni in una ſola lettera, ſi paghino altri ſol. 6.

Per le diſpenſe di minorità lib. 1. ſol. 2.

Per le miſſivi ſimplici di una Comunità lib. 1. ſol. 2.

Per le patenti di una Comunità lib. 2. ſol. 4.

Per le confirmazioni d'iſtromenti da cento libre in giù ſol. 12.

Per le confirmazioni d'iſtromenti da mille libre in giù lib. 1 ſol. 2. ma ſopra mille libre a computo de libra una per migliaro, non ſi ecceda però la ſomma de lib. 12. di che quantità ſi voglia d'iſtromento.

Per la legitimazione di un ſolo, il cui padre non ſia ricco lib. 3. ſol.

Per un ricco non ſi ecceda la ſomma de lib. 5. ſol. 12.

Per le lettere in forma di Camera lib. 4. ſol.

Per la confirmazione di qualunque privilegio, la decima parte di quel che ſi trovarà ſcritto eſſere taſſato in Corte della Ceſarea Maeſtà, della qual decima parte li Secretarj habbino il quarto ſolamente.

Per lettere diſpenſanti, che un foraſtiero poſſa acquiſtare, lib. due per migliaro.

Per lettere di civiltà, che ſi concedono alli foraſtieri, ſecondo la qualità della perſona, ma non ſi ecceda però ſcuti ſei.

Per le lettere di civiltà, che ſi concedono alli ſudditi, non ſi eccedi la ſomma de lib. 2. ſol.

Per le lettere di confirmazione di civiltà fatta da qualunche Communità lib. 5. ſol. 12.

Per le lettere, che concedono che ſi dia fede a i libri de' Mercatanti lib. 4. ſol.

Per qualunche lettere, che contengono diſpenſa, ancora che foſſero miſſive lib. 1. ſol. 2.

Per le lettere criminali miſſive li. 1. ſol. 2.

Per le aſſoluzioni criminali lib. 1. ſol. 7. Et altro tanto alli Secretarj, e ſe ſaranno più d'una medeſima famiglia, che habitino inſieme ſi paghi per uno ſolo, ſe de diverſe famiglie, di qual ſi voglia numero ſi paghi per cinque ſolamente.

Per quelli, che s'admettono a nuove difeſe, in caſo che s'ingeriſca la pena della morte lib. 3. Altrimente ſe ingerirà tratto di corda, ò ſuſtigazione, ò privazione di qualche membro lib. 2. ſol.

Per l'approbazione delle grazie lib. 1. ſol. 7. altro tanto alli Secretarj.

Per le ſubhaſtazioni, che ſi concedono a Comunità lib. 1. ſol. 4.

Per le lettere di poterſi fare l'eſtimo lib. 2. ſol. 4.

Per la ſcrittura delle confirmazioni delle grazie, e regiſtro d'eſſe lib. 1. ſol. 7.

Per la copia di qualunque ſcrittura ſimplice, per due facciate lib. . ſol. 4. e ſe ſaranno autentiche la metà di più.

Per le ordinazioni fatte, udite le parti alli Secretarj lib. 1. ſol. 7.

E per il ſigillo ſol. 6.

Per le ordinazioni, overo ſentenze fatte per il Senato, a relazione de' Senatori, li Secretarj non poſſano pigliare più di ſoldi diece per centenaro de libre in tutto, talmente che ſia di che valore ſi voglia non habbiano più di ſcudi 50.

Per il ſigillo d'eſſe ordinazioni, e ſentenze non ſi ecceda ſcudi ſei, e meno alla rata del valore.

Per le lettere, che il marito poſſa laſciare alla moglie oltra la forma de' Statuti di quella Città donde ſarà, una libra per migliaro,

gliaro, non eccedа però scudi sei, e meno alla rata.

Per le dispense de' fideicommissi, per qualunche milliaro lib. 2., ma non si ecceda però come di sopra.

Per le dispense, che alcuno possa donare li suoi beni, come sono quelli, che entrano nella Religione, & altri simili lib. 1. per milliaro, & come di sopra, non si ecceda però la somma de scuti sei.

Che li Uschleri non possano pigliare cosa alcuna per il sigillo, ancora che li fosse dato spontaneamente, sotto pena d'essere sospesi dall' Officio per un mese.

Che non possano pigliare cosa alcuna per li bolettini, che portano in Senato, sotto la medesima pena.

Che da quelli, che ottengano approbazioni delle grazie, gli Uschieri in tutto non possano pigliare oltra soldi dieci per ciascuno, sotto la medesima pena. 1551

Che aluno Cancelliere, Coadjutore, overo Scrittore, per la scrittura delle minute, overo lettere, possa pigliare cosa alcuna, ancora che li fosse dato spontaneamente, salvo se non farà la copia, sotto la sopradetta pena.

Li Cancellieri delli Senatori non possano pigliare per li atti, più di quello, che piglia il Notaro delle cause civili, nel Palazzo di Milano.

E per la scrittura de' processi per ogni foglio possano pigliare solo quello, che di sopra è stato ordinato alli Cancellieri, e Scrittori del Senato.

E per le copie delle Ordinazioni criminali sol. 3.

Jac. Cattaneus.

Ordo, ne Lectores Gymnasii Ticinensis vacent à lectione ea die, qua aliquis Scolaris doctorandus est.

CAROLUS V. Romanor. Imperator &c., & Mediolani Dux.

REver. nobis dilecte. Relatum est nobis Lectores istius nostri Gymnasii à lectione vacare ea die, in qua aliquis Scolaris doctorandus est: mirati sumus, quod ob causam privatam publicum bonum postponatur: quo circa vos hortandum duximus, sicuti istis hortamur, ut provideatis, ne posthac, hoc inconveniens sequatur, & hanc nostram mentem in Scolis tam Juristarum, quam Artistarum publicari faciatis. Et quoniam intelleximus nonnullos Lectores iis diebus, quibus legendum est, non legere, volumus, ut districtè præcipiatis Bidellis, ut vos moneant de iis, qui diebus ad legendum constitutis, non legent, quorum nomina, & cognomina, & numerum lectionum omissarum Senatui nostro mittetis, nisi justam, & excusabilem vacationis causam habuerint; ordinavimusN, ut li, qui causam non habuerint ut supra, ex salario eis constituto tantum retineatur, quantum ex unaquaque lectione pendendum est; & hanc ordinationem nostram in præmissis Scolis pariter publicari faciatis. Dat. Mediolani die xxv. Februarii MDLI.

Jo. Cattaneus.

A tergo. Rev. D. ViceCancellario Studii Papiensis nostro dilecto, & sigillat.

Ordo circa Immunitatem duodecim liberorum.

FIliæ etiam nuptæ, ac filii seorsum à patre viventes non minuunt immunitatem patris, ita censuit Senatus per litteras patentes in casu Jo. Petri de Mutina dicti Othoriæ, die 7. Maji 1552. 1552

Ordo pertinens ad condemnationes in favorem Feudatariorum.

CAROLUS V. Romanorum Imperator.

DIlecte noster. Cum tua jurisdictio se non extendat ad habitantes in terris infeudatis, nisi ubi constet comprehendi in decreto majoris Magistratus: considerata relatione tua facta ad supplicationem Spect. Sen. nostri dilectiss. Co. Jo. Firmi Trivultii, tibi mandamus, ut post hac non apponas manum ad eos, qui ipsi Feudatario, seu ejus jurisdictioni subsunt, nisi in casibus comprehensis in dicto decreto; & condemnationes, si quæ de aliquo ipsorum aliter per te factæ sint, non exigas, immo exactas restituas Supplicanti, vel ejus Prætori. Dat. Mediolani die 19. Maji 1552.

Subscript. Jac. Cattaneus.

A tergo. Nob. Viro Capitaneo Marthesanæ, seu ejus Vicario nostro dilecto, & sigillat.

A N N O T.

SEnatum Excellentissimum revocasse condemnationes factas per Prætorem Papiæ in præjuditium Feudatariorum notat etiam Ruginel. *pract. quæst. cap. 46. num. 83.*

Mogius Fossatus.

Decla-

1552 *Declaratio in controversia, quæ erat de confiscatione bonorum Petri Martyris Montii.*

MDLII. Die Jovis II. Augusti.

PEtrus Martyr de Monte cum aliàs, & ab anno 1527. usq; ad annum 1530. fuisset Scriba, & Ratiocinator in negotio salis, quo tota Mediolanensis Provincia utitur, sub Magn. D. Dominico Saulo salis administratore, & in reddenda hujusmodi administrationis ratione intervenisset anno 1535. deque administratis per Saulum relationes fecisset. Demum anno 1536. jussu Magn. Syndicatorum, qui rationes redditauum Dominii Mediolanen. inquirebant, captus fuit sub eo prætextu, quòd libros suos vitiasset, & falsas relationes in Fisci Cæs. præjuditium fecisset, & quamvis examinatus, ac quæstionibus suppositus delictum esset confessus, dum tamen terminus ad se defenden. sibi statutus penderet, in carcere decessit. Unde cùm mors damnationem præoccupasset orta est de illius bonorum confiscatione controversia. Proptereà quòd proximiores Petri Martyris nullum jus Fisco Cæs. competere asseverabant. Contrarium verò Fisci Procuratores demonstrare nitebantur. Hinc cum Magn. Syndicatores omnem quæstionem ad Illust. Cæs. Locumtenentem retulissent, & illi à Fiscali opinione discrepare viderentur; Placuit Excellentiss. Principi omnem controversiam ad Senatum remittere, qui difficultates utrinq; motas intelligeret, & solveret: mox ad E. S. omnia cum sententia sua referret. Senatus itaq; summa diligentia, summaque consultatione casum propositum consideravit. Fundamenta, quæ hinc, & inde addocebantur, perpendit, demum omnia ad præfatum Illust. Locumtenentem copiosè cum sua sententia perscripsit. Quibus ille visis, & examinatis, demandavit eidem Senatui, ut in hac causa statueret, prout sibi visum fuerit convenire. Ideò omnibus iterum propositis, & diligenter consideratis, visaque citatione, & relatione peremptoria, ac aliis videndis.

Senatus censuit, nullum jus Cæs. Fisco ratione memoratæ confiscationis in bonis dicti Petri Martyris Montii competere, sed ad proximiores ipsius spectare, & pertinere, eaque illis liberè relaxanda esse.

S C H O L I A.

DEbet enim præcedere declaratoria, etiam extante statuto quòd bona publicentur ipso jure, ut in causa hæresis observat *Thesaur. forens. lib. 2. q. 40. in principio*: inde etiam fit ut bona ejus, qui sibi mortem conscivit non publicentur, quia mors omnia solvit, *Socin. Jun. cons. 51. vol. 1. Paris. cons. 155. vol. 4.* *Garonus.*

A N N O T.

1 ET cum confiscatio sit accessoria ad pœnam capitalem Peregrin. *de jure Fisci lib. 6. tit. 8.*
sub num. 37. versic. ego vero; nec condemnatio ad pœnam capitalem fieri possit post mor-
2 tem delinquentis Plot. *cons. 30. num. 32.*, optimo jure fuit declaratum per Senatum Excell.
in hoc casu non esse locum confiscationi bonorum, quia cessante principali pœna, ces-
3 sare etiam debet accessoria respiciens confiscationem, Plot. *loc. cit*, & alii apud Calvin.
de æquit lib. 3. cap 265. n 37., & 38.
Actio criminalis contra hæredes non datur, nisi in crimine læsæ Majestatis, ut declarasse
4 Senatum die 18. Maji 1632. referente Magnif. D. Senatore Aloysio Belcredio refert
Calvin. *de æquit. lib. 2. cap 103 n 7.*
Delicta, pro quibus etiam post mortem delinquentis procedi potest ad confiscationem bo-
5 norum enumerantur à Calvino *ubi supra n. 16., & plurib. sequ.*, & à Peregrino *de jure Fisci*
lib 3. tit 5 per tot. *Magnus Fossatus.*

Ordo, quòd Pensionantes, & Emphyteutæ sint suppositi Feudatariis.

1553 SEreniss. Cæsar. Et si clara sit constitutio, quòd pensionantes Civium sint sub Jurisdictione Feudatarii, & sic etiam observatum sit in præteritum, prout attestari possunt D. Fiscales; Nihilominus D. Capitaneus Marthesanæ contendit cum fidissimo M. V. servo, Prætore Meltii, & Gorgonzolæ, Jurisdictionis M. V. ser. Magn. Comitis Joannis Firmi Trivultii Senatoris, quòd pensionantes Civium non sint subditi jurisdictioni Feudatariorum: ut vult interpretari verba constitutionum, in titulo de Feudis in cap. interdictum est fol. 63. in vers. seu §. non comprehendit etiam hæc constitutio emphyteutas, nec pensionantes Civium, & Nobilium, nec etiam Colonos, vel Fictabiles, Civium bona immobilia colentes, ubi hi colerent bona immobilia propria, vel quæ à subditis Feudatariorum conduxissent, quæ majoris quantitatis forent eorum, quæ à Civibus conducta haberent: quòd limitatio, & restrictio, scilicet ubi hi colerent bona propria, essent majoris quantitatis eorum, quæ à Civibus conducta haberent, referatur etiam ad pensionantes. Quòd non potest congruere litteræ. Quia verbum colere non potest referri ad pensionantes, nec ad emphyteutas, sed solum ad colonos, vel fictabiles, quorum munus est bona colere, & conducere: Item etiam in primis Constitutio facit regulam generalem, scilicet hæc constitutio non compræhendit emphyteutas, nec pensionantes

nantes, de hine augumentativè procedens dicit, nec etiam colonos, ubi hi colerent &c. Item relatio dictæ distinctionis debet referri ad proxima: Item pensionantes, qui plurimum non colunt bona nobilium, sed si coluot, tunc transeunt in aliud nomen quàm pensionantes, quia eo in casu coloni, & fictabiles dicuntur: Item quòd res clara est, tùm ex verbis, tùm ex interpretatione; & usu factis in præteritum, & ubi aliter intelligeretur, hoc certè esset evacuare ferè omnem jurisdictionem Feud. Cùm illa ut plurimum in similibus consistat. Et propterea cum hic agatur de interpretatione Constitutionum à M. V. editarum; ipse Prætor

Supplicat M. V. ut illa dignetur mandare præfato Capitaneo Marthesanæ, ut in causis pensionantium emphyteotarum se non intromittat in jurisdictione præfati Prætoris Meltii, & Gorgonzolæ, nec aliquo modo procedat sub prætextu decreti majoris Magistratus, & ubi declaratione, & interpretatione constitutionum opus sit, quòd M. V. declaret, pensionantes, & emphyteotas Civium expressè non comprehendi in decreto majoris Magistratus. Mandando ipsi Capitaneo, ut interim desistat à procedendo in causa, de qua supra, donec per Senatum super hoc ordinatum fuerit.

Capitaneo Marthesanæ &c. Quia non convenit ut quisquam coram incompetente Judice litigare cogatur, committimus tibi, ut in causis pensionantium, & emphyteotarum Civium, qui habitant in jurisdictione Meltii, & Gorgonzolæ, te non intromittas, sed causas eorum ad Prætorem DD. Feudatariorum eorum locorum remittas. Mediolani quinto Januarii 1553. Subscrip. Patellanus, & sigillat. &c.

S C H O L I A.

Hujus decreti mentionem facit *Ruginell. prac. qq. cap. 46. nu. 59.* *Garonus.*

A N N O T.

1 EMphyteutas subesse jurisdictioni Minoris Magistratus declaravit Senatus Excell. etiam anno 1704. die 28. Januarii referente Magnif. Com. Senatore Gambarana ad favorem Prætoris Montis Lealis contra Prætorem Dertonæ in causa delationis armorum super tripudiis in jurisdictione Montis Lealis factæ à Fratribus de Burris Emphyteotis D. Marchionis Busseti, ut refert Gatt. *de majori, & minori Magist. lib. 3. quæst. 21. n. 5.*

Pensionantes etiam Fictabilium Feudatarii subesse minori Magistratui declaravit Senatus die 29. Junii 1557, etiam si ipsi alias essent de majori Magistratu, ut referente Magnif.
2 D. Senatore Brugora declaravit Senatus die 5. Decembris 1558., datis litteris Prætori Laudæ in causa Burgheti, ut notat Ruginel. *pract. quæst. cap. 46. sub. n. 63.*

Magnus Fossatus.

Quid servandum, quando plures Judices in jurisdictione unius delicti concurrunt.

MDLIII. Die xiv. Aprilis.

CUm ex formula Constitutionum, duobus, vel pluribus Judicibus, in eadem jurisdictione concurrentibus, & de eodem delicto cognoscentibus, qui prior processum inchoasset prior; Inquisitionem transmisisset, aut ad capturam devenisset, ille processum prosequeretur, & perficeret, & usu compertum est in Civitate, & Ducatu Mediolani, ubi maximè contingit Capitaneum Justitiæ, & Prætorem Mediolani concurrere, vel astutia Querelantium, vel nimia Notariorum sagacitate, plerumque offensos vexari, socios criminis in testes recipi, inquisitiones præcipitanter formari, capturas; indebitas decerni, & alia multa absurdè in maximum privatorum, & Reip. detrimentum committi, ut Justitiæ suus aliquando locus esse non possit. Qua de re, cùm Senatoros, tùm Procuratorum Fisci Cæsarei, tùm aliorum quoque multorum frequentibus, & propè quotidianis querimoniis excitaretur; tandem audito Prætore Mediolani, & Vicario Justitiæ, factaq; consultatione, & matura deliberatione.

Censuit, inter duos pluresvè Magistratus, in eadem jurisdictione concurrentes, ubi aliquis eorum de graviori delicto non procedat, quo casu constitutionem servari vult, eum debere de causa cognoscere qui prævenerit, vel in recipienda querela, vel in facienda visitatione, vel in assumendis ad denunciationem indiciis, cùm denunciationis tantum, quò ad præventionem, nullam volit habere rationem. Quòd si cùm querela eodem tempore concurrant ex alio latere indicia vel visitatio, præferantur indicia, deinde visitatio. Atque ut prioritas hujusmodi cognosci possit, mandat in actis ipsis conficiendis apponi etiam horam, videlicet tertiarum, vel vesperarum. Et hoc Senatusconsultum, non ab ipsis tantùm, Capitaneo Justitiæ, & Prætore Mediolani, servari jubet, sed à cæteris quoque Magistratibus in una, & eadem jurisdictione concurrentibus.

S C H O L I A.

De hoc argumento latè *egi. in commentatione art. 14. tit. de accusat.* *Garonus.*

1553

ANNOT.

CUm præventio inferioris non detur erga superiorem Tondut. *de prævent. cap.* 1. *n.* 2. dubitari potest istum ordinem non procedere inter majorem, & minorem Magistratum, sed solum inter majorem, & majorem, vel inter minorem, & minorem; nihilominus tamen si dubium sit, an causa pertineat ad majorem, vel ad minorem Magistratum, locus erit præventioni; unde si minor Magistratus prævenit inquirendo, efficitur Judex totius causæ, & ita servari in praxi testatur Gatt. *de majori, & minori Magistratu lib.* 2. *quæst.* 12. *n.* 26.

Præventio nihil operatur, ubi constet eam fuisse affectatam; nam summopere advertendum est, ne Reus fraudolenter curet à Judice amico causam præveniri DD. laudati à Gatt. *ubi supra n.* 30.

Capturam operari præventionem, sive secuta fit ex ordine Judicis, sive facta sit ab ejus Familia de Reo in fragranti crimine reperto, cavetur in ordine Senatus diei 7. Julii 1598.

Judex, qui prævenit causam quoad unum ex pluribus Sociis unius delicti, prævenit quoad omnes Gatt. *ubi supra n.* 33. *Magnus Fossatus.*

Declaratio, quod pro annona exportata non possit contra aliquem procedi, nisi in termino anni inquisitio vel citatio missa fuerit.

MDLIII. Die Jovis xxvii. Julii.

FActo verbo in Senatu per D. Auditorem Præfectorum Annonæ de Bartholomæo Spinola, qui de annona exportata indiciatus, lapso demum anno fuit de ea re inquisitus; cùm id factum esse diceretur contra formam constitutionum, res est in consultationem deducta: Tandem visa ipsa constitutione, & negotio diligenter discusso.

Senatus censuit, ipsum Spinulam non esse molestandum; neque contra alios in eodem, vel simili casu existentes procedendum esse; nisi in termino ipsius anni inquisitio, vel citatio transmissa fuerit. Petranigra.

Ordo de mercede Baricellorum, Custodum carcerum, & aliorum.

MDLIII. Die xvii. Augusti.

CAROLUS V. Romanorum Imperator &c.

CUm multi ex subditis hujus Dominii conquesti in Senatu nostro sæpius fuissent, quòd Baricelli Collaterales, carcerum Custodes, Executores, ac alii Officiales pro capturis Reorum, ac executionibus realibus, & personalibus in causis civilibus, criminalibusve faciendis, modum suæ debitæ mercedis excedebant: Quòdque Judices, quibus aliquod salarium ordinarium statutum non est, pro eorum honorariis, aliquando (eo quia nulla esset certa merces statuta, quam pro laboribus suis accipere possent) sub hujus incertitudinis colore, plus quàm par esset, accipiebant, in grave eorum damnum, ac præjuditium. Idque assumptis informationibus verum esse compertum fuisset: Idem Senatus, ut hujusmodi indebitis exactionibus congruam adhiberet provisionem, ac subditorum nostrorum indemnitati opportunè consuleret; negocium hoc voluit mandare duobus Senatoribus, ut maturius procederetur; qui se informarent de prædictis, adhibito etiam Fisco, & vocatis aliquibus ex jusdicentibus: mox referrent. Quod cùm summa cum diligentia factum esset; tandem certos super hoc negotio ordines promulgavit, tenoris infrascripti: videlicet.

De mercede debita pro exequutionibus realibus.

SI fiant exequutiones in Civitate, vel Suburbiis: pro levi executione habeant executores sol. sex Imper. pro quolibet duntaxat, quantacunque sit summa, pro missione, seu associatione in possessionem tantundem. Si verò fiant extra Civitatem, & Suburbia, habeant duplum, & ultra etiam sol. unum pro singulis mille passibus. Pro fortiori seu effectuali executione, si intra Civitatem, & Suburbia fiant, habeant sol. unum pro singula libra Imp. ubi summa non excedat libras viginti quinque; ab inde verò suprà, usque ad libras centum, denarios novem Imper. pro libra; & à libris centum, usque in quinquecentum, denarios sex pro libra; & ab ea summa suprà, quantacunque sit, denarios tres pro libra. Si autem fiant extra Civitatem, & Suburbia, ultra prædicta habeant sol. unum pro singulis mille passibus pro quolibet famulo, sive executore, modò non accedant in majori numero, quàm sit expressum in præcepto eis per Judicem tradito.

Pro mansione in possessione, seu pro assistentia recollectioni fructuum sequestratorum, seu pro descriptione bonorum, & fructuum, habeant sol. decem, & octo Imper. pro singulo die, quo steterint occupati circa id negotium, & pro itinere sol. unum pro quibuslibet mille passibus. Præmissi non possint, ultra mercedem supra eis taxatam, & infra taxandam, quicquam directè, vel per indirectum, etiam pro expensis cibariis, à partibus consequi: immò si quid ab eis sibi datum

datum fuerit, id cedat, & compensetur in dicta eorum mercede, sub pœna quadrupli, parti applicanda, & ictuum duorum funis. Quodq; non possint provinciam sibi demandatam recusare, nisi legitima ex causa, arbitrio Jusdicentis, sub pœna standi per diem unum ad catenam infamem. Et quòd prædicta merces non debeatur, nisi demum facta relatione apud acta Jusdicentis, in temporibus limitatis ex forma Nov. Constit. Et quòd unica tantum merces debeatur, etiam si sæpius accesserint pro executione hujusmodi facienda.

De mercede debita pro exequutionibus personalibus, sive capturis qualitercunque faciendis.

SI fiant pro debito privato, sive pro pœna pecuniaria, etiam descendente à causa criminali, habeant duplum ejus, quod supra taxatum fuit, singula singulis congruè referendo, excepto itinere, pro quo habeant dumtaxat sol. unum pro quibuslibet mille passibus. Si verò fiant pro delictis, & delictum sit tale, pro quo ingeratur pœna sanguinis, vel corporis afflictiva citra mortem, ubi sequuta non sit condemnatio, non possint consequi ultra scutum unum auri pro singulo captivo, in carceribus consignato; post condemnationem verò scutum unum cum dimidio: si autem delictum sit tale, pro quo pœna mortis naturalis veniat imponenda, ante condemnationem, accipere non possint ultra scutum unum cum dimidio pro quolibet; Et si captura fiat post condemnationem, usque ad scuta duo pro singulo. Et hoc ubi captura fiat in Civitate, vel Suburbiis. Ubi verò fiat extra, si ante condemnationem, & pro delicto sit pœna sanguinis, vel corporis afflictiva, citra mortem, consequi possint usque ad scutum unum cum dimidio; post condemnationem, usque ad aureos duos, si autem delictum se extendat ad mortem naturalem inclusivè, ante condemnationem, habeant usque ad aureos duos, post condemnationem, usque ad aureos quatuor. Et si pœna delicti sit alternativa, pecuniaria scilicet, vel corporalis, attendatur, quò ad hoc pœna corporalis.

Ubi contingat aliquem spontè se constituere, & Judex, coram quo se constituit, jubeat eum duci ad carceres, seu detineri; si pœna delicti, de quo imputatur, se extendat usque ad mortem naturalem inclusivè, habeant usque ad dimidium unius aurei pro singulo detento: si verò sit citra mortem naturalem, usque ad quartum unius aurei. Et quòd ultra prædicta quicquam accipere non possint, etiam à spontè dantibus, sub pœna de qua supra: minus tamen accipiant arbitrio Jusdicentis, juxta modum capturæ, & qualitatem personarum detentarum. Ita tamen quòd miserabiles detenti nihil solvant, sed ubi dimittendi sint, gratis dimittantur.

Quòd Baricellus, & alii Executores non possint quicquam ex Domo detentorum exportare sine licentia Judicis, de qua appareat per scripturam, sub pœna de qua supra. Quòdque sub eadem pœna teneantur, quicquid in actu capturæ captivis abstulerint, statim apud Notarium officii deponere, ac consignare, exceptis armis, quæ apud eos conserventur: Ita ut si postea liberentur, soluta mercede, ac aliis legitimis expensis, omnia eis restituantur; si verò condemnentur citra bonorum confiscationem, eorum hæredibus dentur; si cum bonorum confiscatione, Fisco cedant, exceptis armis, quæ remaneant ipsis Executoribus. 1553

Quòd Baricellus, ac ejus socii, sub pœna duorum ictuum funis, ultra damnum parti resarciendum, non possint ab iis, apud quos hospitantur, quicquam accipere, seu consequi, præter fœnum, seu paleam pro equis, & lectum cum coperta, pro una dumtaxat die ac nocte.

Decretum Collateralis, seu Custodis carcerum.

QUòd non possit accipere à carceratis ultra sol. vigintiquinque Imper. pro quolibet singulo die, ac nocte: Ipso tamen Custode eis condecenter subministrante prandium, & cœnam, ac lectum cum linteaminibus, & coperta. Et si contingat aliquos ex carceratis velle modum excedere, & lautius vivere, non possit custos aliquid ultra solitum cæteris commune de suo subministrare, sed id carcerati mittant acceptum ad hospitium. Hæc tamen locum non habeant in eo genere personarum, quæ grossiori modo vivere solent: à quibus accipere non possit ultra sol. quindecim Imper. pro singulo die ac nocte, pro quolibet. Et si prædictis contrafecerint, cadant in pœnam aureorum decem qualibet vice, qua contrafactum fuerit, Fisco applicandam; & alia etiam corporali pœna afficiantur arbitrio Senatus. Et quòd sub eadem pœna teneantur quemlibet petentem se mitti ad carceres communis, statim transmittere. Modò prius accedat consensus, sive licentia Judicis, de cujus mandato detinetur; quem Judicem statim, ubi requisitus fuerit à carcerato, teneatur custos alloqui de hujusmodi re.

Taxa Honorarii in causis criminalibus debita Judicibus, qui de publico salarium non habent.

PRo examinibus Reorum, si spontè se constituerint, & tractetur de pœna capitali, habeant usque ad aureum unum pro singulo; si verò non sit capitalis, usque ad dimidium unius aurei: & hoc semel tantùm, etiam si sæpius examinarentur. At si spontè non se constituerint, sed detenti fuerint, nihil debeatur,

F 2

1553 beatur, & tamen quanto citius fieri poterit, examinentur.

Pro examine testium ad offensam nihil consequi possint.

Pro examine testium ad defensam, si delictum sit capitale, & testes non sint ultra tres, super duobus, vel tribus capitulis, non computato tamen capitulo vocis, & famæ, habeant usque ad dimidium unius aurei. Si verò major sit numerus testium, vel capitulorum usque ad sex, habeant usque ad aureum unum, abinde verò supra, non excedant aureos duos. Et si delictum non sit capitale, pœna tamen sit corporalis, habeant dimidium ejus, quod supra dictum fuit, singula singulis congruè referendo, ubi autem pœna sit pecuniaria tantùm in omni casu, non habeant ultra dimidium unius aurei.

Pro ordinationibus, quæ fiunt super relaxationibus carceratorum, sub fidejussione, præcedente relatione status causæ, & ex ordine Senatus; Cùm contenti esse debeant mercede sibi constituta, pro ipsa relatione, & de qua infra; nihil accipere possint.

Pro hujusmodi autem ordinationibus, quas aliter per Judices fieri continget, ubi causa capitalis, accipere possint sol. quinquaginta, ubi autem capitalis non sit, sol. vigintiquinque: in quibus tamen computetur id, quod habuerint pro visione scripturarum.

Pro relationibus non diffinitivis, quæ fiunt de statu causæ ad Senatum, sive fiant in scriptis, sive verbo, ubi delictum sit capitale, accipere non possint ultra aureum unum; ubi verò non sit capitale, ejus dimidium non excedant.

Pro relationibus diffinitivis cum voto, sive fiant in scriptis, sive verbo, ut supra, quatenus delictum sit capitale, & feratur sententia absolutoria, non excedant aureos duos, & ubi non sit capitale, usque ad aureum unum consequantur. Modò tamen in utroque casu non præcesserit relatio status causæ: quo in casu dimidium tantùm ejus, quod supra taxatum fuit, congruè referendo, consequi possint.

Pro præsentatione gratiarum, & cassatione condemnationum, si gratiæ sint tales, in quibus requiratur approbatio Senatus, habere possint usque ad aureum unum; si verò concessæ fuerint per litteras missivas Locumtenentis nostri, ut sit in delictis levioribus descendentibus à proclamationibus, accipere non possint ultra dimidium unius aurei.

Præmissa tamen locum non habeant in personis nihil proprii habentibus, sed quotidianis laboribus sibi victum quærentibus: à quibus ultra dimidium ejus, quod taxatum fuit, congruè referendo, consequi non possint: à miserabilibus autem nihil penitus consequi valeant. Et quòd ultra prædicta non possint aliquid percipere etiam à sponte dantibus, sub pœna aureorum centum Cameræ nostræ applicandorum; & amotionis, vel suspensionis ab Officio, arbitrio Senatus, nec in exequendis his ordinibus interponatur dilatio, sub eadem pœna.

Judices autem, qui de publico salarium ordinarium habent, teneantur servare ad unguem dispositionem Novar. Constit., de qua sub Rubrica *de sportulis*, sub pœnis in eisdem Constitut. contentis.

Quos cum (ita exigente publica utilitate) maturè esse compositos cognoverimus: Illos approbantes, inconcusse, prout jacent, servari mandamus. In quorum fidem præsentes fieri jussimus, & registrari, nostrique sigilli impressione muniri. Dat. Mediolani 17. Augusti 1553. Sigat. B. Patellanus.

ANNOT.

Observantia hujus Ordinis quoad mercedem debitam pro executionibus realibus, 1 demandatur etiam in Ordine diei 30. Octobris 1613.; & quoad mercedem Baricellorum, & Custodum Carcerum in Ord. diei 12. Octobris 1622.

Quid verò servandum nunc sit circa taxam honorarii solvendi Judicibus in causis crimi-2 nalibus habetur in Ord., seu taxa diei 16. Martii 1658.

Magnus Fossatus.

Ordo, quòd qui non habet in ære luat in corpus.

MDLIII. Die xxix. Octobris.

Contingit sæpenumero sumi informationes de alicujus miserabilitate existentis in carcere, ob aliquam mulctam, in quam incurrit, vel pœnam, sed quia propter eorum miserabilitatem marcescunt aliquando in carceribus, juridicum, & conveniens visum fuit, quòd qui non habet in ære, luat in corpus; verum quia ex informationibus ipsis plerunq; Fiscus indebitè læsus remanet, tùm quia non intervenit, tum quia multoties informationes ipsæ non sumantur, ut in simili casu deceret, & conveniret; huic rei providere volens Senatus, statuit informationes ipsas sumi debere in Civitate Mediolani per unum ex Notariis Cameræ Extraordinariæ cum interventu Fisci, & non aliter, sumptasq; ipsi ordini referendas, ut eis intellectis petentibus provideri possit.

Subscrip. B. Patellanus, & sigillat. &c.

Quòd

Quòd obtinentes evocationes, aut intimationes condemnentur in expensis in casu succumbentiæ. 1553.

MDLIII. Die xiii. Novembris.

CUravit semper omni studio Senatus, quantum liceret, lites omnes coarctare. Verum animadvertit, nonnullos coloratis precibus quandoque obtinere vel partes ad Senatum evocari, vel preces cum supersedentia intimari; & hoc pacto, & lites protelare, & expeditiones impedire: cùm ob ingruentem negotiorum molem non possint omnia in Senatu ita promptè, ut Senatus cuperet, expediti. Et quamvis nonnulla hactenus remedia adhibita fuerint; tamen ad comprimendas magis, atque magis calumniantium, tergiversationes.

Senatus ordinat, & edicit, quòd quicunque recitatas evocationes, aut intimationes impetraverint, ubi nihil à Senatu obtineant, censeantur in omnibus impensis condemnati per Secretarium taxandis, nisi expressè à Senatu fuerint absoluti, quòd si Supplicantes tales fuerint, qui verisimiliter, quid petendum sit, ignorent, Senatus animadvertet in eos, in quos animadvertendum judicaverit.

Signat. Jac. Cattaneus.

A N N O T.

REnovatus fuit in Ordine diei 9. Junii 1714., qui incipit *Cohibere curavit &c.*

Ordo circa Immunitatem duodecim Liberorum.

NEc filiæ, post mortem Patris nuptæ rescindunt immunitatem, modo bona communia, & indivisa sint. Et sic declaravit Senatus inter Communitatem Novariæ, & Dominio Fratres Gallaratos die 11. Decembris 1553.

Patellanus.

A N N O T.

SI aliquis ex Fratribus immunibus moriens instituat hæredem extraneum, præjuditium
1 non inferri aliis Fratribus quoad immunitatem, sive talis hæres retineat bona indivisa
cum Fratribus defuncti, sive eadem dividat, probat Calvin. *de æquit: lib. x. cap.* 128 *n.* 108.,
2 *& sequ.*, quia per hæredis extranei institutionem diceretur facta bonorum alienatio, ac si
per contractum donata, vel vendita fuissent ipsa bona Calvin *ubi supra n.* 113.; In hanc
quoque sententiam inclinat Garon *obser tit. de immunit: duodecim. libror verb. in communione
vivant* §. *ex facto*; & movetur, quia verba Novæ Constitutionis volentis communionem
diriguntur ad ipsos Fratres supervivenres, inter quos Constituentes voluerunt concordiam conservari, & per consequens ea non destruitur, etiam si aliqua bona segregentur,
alioquin non esset in facultate ipsorum Fratrum quicquam alienandi.

Contrarium tamen apud nos servatur, nam etiam si hæres repudiet hæreditatem, nihilo-
3 minus censetur facta bonorum divisio, & immunitas ammittitur quoad omnes, ut
declaravit Senatus Excell. die 25. Februarii 1619.

Unus ex Fratribus immunibus intendens devenire ad divisionem bonorum petiit declarari
4 à Senatu Excell. immunitatem non ammitti ob ipsam divisionem, eum nihilominus
superessent in communione alii duodecim, quia post obtentam immunitatem nata erat
Soror, & viso voto Egr. Advocati Fiscalis Casati Amplissimus Ordo die 20. Junii 1668.
declaravit immunitatem subsistere, non obstante divisione unius, ad normam tamen
ordinum, & proclamatum referente Magnif. D. Senatore Loaysa.

Magnus Fossatus.

De iis, qui prætextu paupertatis pœnam pecuniariam in corporalem commutari obtinent.

MDLIV. Die 4. Januarii.

EX iis, qui quandoque in pœnam pecuniariam damnantur, aliqui sunt, qui 1554
paupertatem, & miserabilitatem prætendentes obtinent (ea nonnunquam per falsos testes, licet citato Fisco, & præsente examinandi essent, probata) pecuniariam pœnam in corporalem commutari. Quòd Fiscus Regiæ Cameræ damnosum admodum esse contendit, ac propterea petiit fraudi huic providere: præsertim cum aliqui reperti sint, qui etiam tempore factæ ejusmodi commutationis, vel credita, & jura aliqua habebant, vel bona etiam immobilia possidebant. Itaque re ad Senatum relata, diligenterque ac maturè perpensa.

Senatus declaravit, mentis suæ non fuisse, nec esse, per ejusmodi commutationes tollere, quin Fiscus, servatis, tamen, in reliquis servandis, pecuniarias condemnationes consequi possit super creditis, vel juribus, aut aliis quibuslibet bonis ejusmodi damnatorũ, si quæ tempore commutationis habuisse, vel habere, aut possedisse, vel possidere comperiantur, etiam si pœnas corporales, prætextu probationis paupertatis, aut miserabilitatis persolverint, aut in futurum persoluturi sint;

SCHO-

1554

SCHOLIA.

HÆ commutationes fiunt authoritate Senatus tantum, notat *Ruginell. pract.* *qq. cap. 39, num. 66.*

Garonus.

Ordo circa Immunitatem duodecim Liberorum.

IMmunitas duodecim liberorum conceditur ab omnibus oneribus extraordinariis, ex sententia Excellentissimi Senatus, die 27. Januarii 1554.

Rocha.

ANNOT.

COncordat cum dispositione Novar. Constit. *tit. de immunit., & jure duodecim liberor.* §. *quicunque*.

Quæ sint onera ordinaria, quæve extraordinaria secundum juris dispositionem, & DD. tra-
1 ditiones ponderat Garon. *observat. ad tit. N. C. de immunit. duod. liberor.* verb. *extraordinariis*;
in Statu autem Mediolani, ad quæ onera extraordinaria specifice non teneatur Immunis
2 ob numerum duodecim librorum, declaravit Illustriss. Magistratus Ord Reddit. in ejus
ord diei 14. Decembris 1589., & 28. Martii 1626. pœnes Oppizzon. *de onerib. par. 1. pag. 15.*,
& in ord. diei 27. Novembris 1589., & 29. Januarii 1621. pœnes Oppizzon. *d. par. pag. 180*,
& 182., & in ord. diei 21. Januarii 1621. pœnes eundem Oppizzon. *par. 2. pag. 461. n. 496.*

Jure communi inspecto an hujusmodi immunitas se extendat etiam ad onera patrimonialia,
3 & ordinaria examinat Garon. *ubi supra* verb. *oneribus* §. *disceptatum fuit*, & verb. *extraordinariis*.

Ex dispositione *l. si quis decurio* 24. *C. de decurionib. lib.* 10, immunes ex causa liberorum sunt etiam
exempti à muneribus personalibus, exceptis tamen honorificis, quæ subeuntur à Civi-
4 bus; nam ab istis arceri non debent, ne inductum in favorem patris tot liberorum, re-
torqueatur in ejus odium Gallia *conf. 85. per tot.*; hinc Senatus Excell. die 31. Augusti 1728.
censuit Com. Don Jo. Paulum a Turri Rezzonicum privari non debere decurionatu Ci-
vitatis Novocumi ob supervenientiam hujus immunitatis referente Magnif. Marchione
Senatore Don Dydaco de Rosales.

Onus Annatæ esse extraordinarium tenet Donde. *consult. 17.*, *& sub n. 1.*, testatur non semel
5 ita judicasse Illustriss. Magistratum; verum *consult. 45 sub n. 1. versic. quod si*, notat eun-
dem Magistratum anno 1639. judicasse Immunes ob numerum duodecim liberorum non
esse exemptos ab onere Annatæ

Immunis ex hoc privilegio tenetur concurrere ad solutionem censuum, & debitorum Com-
6 munitatis, ubi possidet bona, quæ fuerunt contracta ante acquisitam immunitatem ex
ord Illustriss. Magistratus diei 16. Maji 1653., & ex Proclamate diei 4. Aprilis 1658., &
de jure probat Magnif. Comes Regens, & Senatur Caroelius *disquis. jurid. pag. 237. n. 39.*

Item tenetur concurrere ad expensas locales, quæ fiunt in Communitatibus causa reparatio-
7 nis Viarum, Pontium, salarii Medicorum, Campariorum, Consulum, Syndicorum,
Magistrorum, & similium, ut declaravit Magistratus die 14. Julii 1609. favore Commu-
nitatis Angleriæ contra J. C. Pompeum Lampugnanum, & in gradu appellationis fuit
confirmatum à Senatu Excell. die 30. Maji 1614. referente Magnif. D Senatore Lodovico
Acerbo, quas sententias per extensum refert Oppizzon. *de onerib. par. 1. pag. 144.*, *&* 148.

An immunis ob numerum duodecim liberorum teneatur concurrere ad expensas pro re-
8 fectione mæniorum Civitatis examinat Bald. *conf. 312. lib. 3.*, & concludit pro affirma-
tiva, quia talis impensa fit pro publica omnium Civium securitate, & Baldum sequun-
tur Calvin. *de æquit. lib. 2. cap. 128. n. 148.*, & Garon. *ubi supra* §. *quod si*; ubi in fine refert
Senatum Excell. contrarium aliquando declarasse, nempe die 27. Januarii 1514.

Tenetur pariter hujusmodi Immunis ad expensas factas pro defensione Civitatis, vel Oppidi
9 ab obsidione hostium Calvin. *d. cap. 128 n. 144.*, item ad expensas factas ex causa pestis,
10 quia hujusmodi expensæ concernunt publicam communem salutem *l. 2. C. à quibus muner.
nem. lic. se exim.*, & probat idem Calvin. *loc. cit. n. 149.*, *& sequ.*

Immunitas hæc an competat etiam pro oneribus impositis occasione belli latè examinat
11 Garon. *observat. tit. de immunit. duodecim liberor.* verb. *extraordinariis* §. *quæri hoc loco*, & conclu-
dit eam compræhendere etiam hæc onera; hanc quoque sententiam amplectuntur, &
latè defendunt Calvin. *d. cap. 128. n. 114*, & Magnif. Senator Buttinonus pœnes eundem
Calvin. *loc. cit. n. 163.*, *& sequentibus*, qui *n.* 331. refert Senatum Excell die 24 Januarii 1561.
ordinasse hujusmodi Immunes non esse molestandos neque pro hisce oneribus.

Cessat tamen hæc immunitas ob publicam necessitatem, & ubi pro ferendis hisce oneribus
12 aliorum facultates non suppetant Calvin. *ubi supra n. 120.*, *& sequ.*; unde exausto Regio
Ærario, extenuatisque viribus Subditorum hujus Dominii anno 1635. Excellentissimus
Marchio de Leganes hujus Status Moderator per publicum proclama ordinavit nulla
habita ratione cujuscunque immunitatis etiam ex causa duodecim liberorum omnes
13 teneri ad subsidia militum, & alia onera ratione belli imposita, ut notat Calvin. *n. 123.*
& sic etiam successivis temporibus servatum fuit, cum moderationibus tamen, prout
major, vel minor necessitas exigebat, ut videre est in Proclamate diei 20. Decem-
bris 1656., altero diei 20. Februarii, & altero diei 4. Aprilis 1658.

Magnus Fossatus.

Protectoribus Carceratorum petentibus cognitionem suam augeri repulsa datur.

MDLIV. Die 29. Januarii.

EGregii Protectores Carceratorum, quibus ex forma Constitutionum data est facultas cognoscendi causas eorum, qui non ritè capti fuerint: dicebant in Senatu, eam facul-

facultatem sibi esse attributam in causis etiam, quæ concernunt rectitudinem; tùm ex dispositione Statutorum Mediolani, tùm etiam ex observantia. Atque ideò petebant, eam cognitionem sibi non auferri. 1554

Quibus omnibus consideratis.

Senatus censuit formam ipsam Constitutionum esse servandam, non obstantibus per ipsos Protectores adductis.

A N N O T.

1 COgnitionem Rititudinis capturæ versari circa ordinem, solemnitatem, & nullitatem declaravit Excellentiss. Senatus in ejus ordine diei 28. Decembris 1572., ut notat Oldrad. *de litter. & mandat. Principum praelud. 7. sub n. 203.*, & rursus in ord. diei 4. Junii 1587.

Magnus Fossatus.

De eligendis Deputatis regimini Trecati.

Prætori Trecati.

SÆpè, & attentè Senatus noster audivit querimonias istorum oppidanorum tàm divitum, quàm pauperum, & etiam mediocrium, inter se dissidentium, super facienda electione eorum, qui regimini, & gubernationi istius loci præesse habeant. Quamobrem, volens has controversias, & dissidia omnino tollere, omnibus matura consultatione discussis, censuit divites ipsius oppidi, per vos vocandos, eligere debere viros octo, & mediocres alios octo, similiter, & pauperes totidem: qui præsint dicto regimini, & sint loco eorum vigintiquatuor hominum, quos pro gubernatione præsentis anni Trecatenses elegerunt, eundemq; modum quotannis servari jubet in facienda eorum electione, qui futuro regimini vacare habeant. Non tamen eligi possint conductores bonorum istius Communitatis, nec ejusdem Officiales. Et advertant Trecatenses ut eligendi per eos sint omnino idonei: alias Senatus severa animadversione eos corripiet, & providebit. Tu itaque hoc Senatusconsultum publicari, & inter acta publica describi facies, ut ad omnium notitiam deveniat: & ab omnibus firmiter observari curabis. Mediolani 6. Februarii 1554.

Constitutionem qua datur facultas aquæ ducendæ, intelligendam etiam de scolatitiis.

Prætori Papiæ.

FActa in Senatu nostro mentione eorum, quæ in supplicibus, & responsoriis libellis fratrum de Medis Barbis, & D. Franc. Vegii Jureconsulti, ejusq; Procuratorum in eis nominatorum, à Vicario vestro ad nos missis adducta fuerunt; & habita narratorum omnium diligenti consideratione: censuit ordo. Memoratam constitutionem super materia aquarum editam, etiam de scolatitiis conducendis intelligendam esse; ac ita in præsenti negotio observandum. Salvis tamen, in reliquis juribus ambarum partium. Quare mandamus vobis, ut ita servetis, & servari faciatis. Mediolani 3. Martii 1554.

A N N O T.

OPtimo jure sic fuit declaratum, quia N. C. *tit. de Aquis, & Flumin.*, licet contra jus
1 commune, tamen sunt favorabiles, tamquam factæ ob publicam utilitatem, & ideo sunt extendendæ Pecch. *de Aquaeduc. lib. 1. cap. 7. qu. 3. n. 34.*, potissimum respectu
2 collatiiciorum, in quibus militat eadem ratio publici beneficii, augendi scilicet, pinguioremque reddendi Annonam Pecch. *ubi supra n. 20.*

An facultas ducendi aquam competat, concessaque intelligatur non solum ipsius aquæ Do-
3 mino, sed etiam Conductori, & Colono, qui ultra usum aquæ in prædiis à se conductis ad inferiora prædia, vel propria, vel aliena facit aquam ipsam derivare; & an habenti jus, & facultatem ducendi aquam liceat eam derivare ad prædia inferiora, quæ sua propria non sunt, sed aliena, ut Dominis, vel Possessoribus illorum prædiorum porrecta mercede locent? In utroque casu Senatus Excell. ad consultationem Illustriss. Magistratus Extraord. Reddit. declaravit licere aquas prædictas derivare, ut ex litteris eidem Magistratui datis die 18. Junii 1699.

Magnus Fossatus.

De Æstimo fiendo, circa prætensionem immunitatis taxarum equorum, & pro Civibus ex privilegio, pro Nobilibus Cremonensibus.

IN exequutione edictuum publicatorum mandato Egr. D. Alexandri Crassi Commissarii novæ reformationis Extimi ruralis agri Cremonensis, cùm plerique nobiles Cremonenses comparuissent prætendentes esse in quasi possessione immunitatis à taxis equorum, pro eórum massariis & inquilinis: & ita semper præservatos fuisse in aliis compartitis ruralibus, factis post impositionem dicti oneris, & præsertim in ante ultimo compartito

1554 partito anni 1539., in quo declaratum fuisse asserebant se se præservandos fuisse in sua quasi possessione, in qua erant etiam ex sententia tunc lata per Magn. Magistratum cum interventu duorum Magnificorum Senatorum, dicentes propterea non posse, nec debere in hac nova reformatione hujusmodi onere gravari, prætextu declarationis constitutionis in titulo de oneribus, facta per Excellentiss. Senatum de anno 1542. qua cavetur neminem præservari debere immunem ab onere taxarum, etiam quod esset in possessione non solvendi, nisi privilegium suum habeat qualitates in ea declaratione expressas, quam quidem sibi minimè officere posse asserebant, quia, licet eorum privilegia in causa exhibita non continerent præcisa verba ipsius declarationis, haberent saltem æquipollentia, & de hoc apud Senatum conquesti fuissent: intimatum fuit DD. Quæstoribus, coram quibus agebatur, ne ad decisionem præmissorum, quò ad illos pro quibus jam sententiæ latæ essent, devenirent, sed omnia ad Senatum ipsum, cum eorum voto, referrent. Insuper cum alia orta esset difficultas inter Cives Cremonenses, & Comitatenses, super ordine dato per Illustriss. hujus Dominii Gubernatorem præfato D. Crasso, ut in confectione, & conclusione census Cremonensis eosdem servaret ordines, quos in compartito rurali agri Novariensis, ab eodem D. Crasso confecto, ille servaverat, inter cætera disponentes, bona civilia eorum qui Cives ex privilegio essent, & à decennio citra saltem in Urbe non habitassent, etiam quòd nullam artem exercuissent, ruri censenda esse. Adversus enim hunc ordinem, quem Comitatenses omnino servari postulabant, opponebat Civitas multa, ad docendum eandem non militare rationem in agro Cremonensi, quæ in Novariensi militabat, hicquè nullo modo agi de aliquo Regiæ Cameræ præjuditio, si permittatur ut Cives tàm ex privilegio, quàm originarii dictæ Civitatis non molestarentur ex prædicta causa: fuissentquè partium Advocati auditi in Excelso Consilio Secretiori, etiam ab eo ordinatum quòd Magn. Magistratus una cum præfato D. Crasso, intellectis diligenter ipsarum partium juribus, visisquè ordinibus in hujusmodi materia per Senatum editis, & collectis votis, omnia ad Senatum refferret, isquè Magistratus suis litteris relationem in unoquoque capite fecisset, Senatus unum sui ordinis delegit, ad quem prædicta omnia privilegia immunitatum, una cum declarationibus, ordinationibus, & relationibus, de quibus supra, defferrentur: isquè omnibus visis, & diligenter consideratis, ad ipsum Senatum omnia denuò refferat. Is itaquè ad ipsum Magn. Senatorem delatis, eoquè in Senatu audito, & ejus voto intellecto, omnibus maturè perpensis: Censuit idem Senatus respectu eorum qui immunitatem prætendunt ab onere taxarum equorum pro eorum massariis, & inquilinis, prætextu quòd licet eorum privilegia non habeant in se verbamet, de quibus in præmissa declaratione, habeant saltem æquipollentia, eos non esse de cætero à tali onere præservandos, sed massarios, & inquilinos eorum taxandos fore, adductis per eos in contrarium non obstantibus: exceptis tamen fodris, prætendentibus immunitatem ex contractu, quorum causam in suspenso stare mandat, donec aliud fuerit ordinatum. Respectu verò secundi capitis, decrevit Cives prædictos ex privilegio, qui Civitatem non habitaverunt, etiam si artem qualiscunque ea fuerit, exercuerint, non esse pro bonis civilibus molestandos, hac tamen lege, quòd saltem in proximo festo S. Martini cum eorum familiis ad Civitatem se conferant, in eaquè habitent continuatis temporibus ab ordinibus limitatis, teneanturquè præstare idoneam fidejussionem, si termino prædicto non præstiterint, cum ruralibus pro bonis prædictis censeantur: qui verò fidejusserint, exinde tamen non habitaverint, vel habitare desierint, ultra onera, quæ cum Civitate, cum qua censiti reperientur, solvere tenebantur, incurrant pœnam scuti unius auri pro singula pertica terræ, applicandam Regio Fisco, & ulterius teneantur ad omnia onera ruralia, ac si cum ruralibus forent censiti, alia census reformatione non expectata cum illa Communitate in cujus territorio sita erunt bona prædicta, quod procedere declarat, etiam quò ad alios Cives Cremonenses ex privilegio, qui habitant, vel hactenus habitarunt terras separatas, salva tamen sint eorum jura qui habent conventiones cum Civitate, à Principe approbatas.

Quo verò ad alios incolas terrarum separatarum, qui nullo modo, nec origine, nec privilegio Cives sint Cremonenses, hos pro bonis omnibus, quæ possident in Comitatu Cremonensi, censeri omnino vult cum ruralibus. Quo autem ad forenses, & extra Dominium habitantes, si in loco in quo habitant inter rurales censiti, hi pariter, ratione bonorum, quæ possident in Comitatu Cremonensi, censebuntur cum ruralibus, sin minus non molestentur, sed inter Cives dimittantur. Arrigus Mazat.

Ordo servandus in electione Protectorum Carceratorum.

MDLIV. Die xxx. Martii.

Cum aliàs permulti pauperes variis de causis, tàm civilibus, quàm criminalibus, c rceri manciparentur; iique defensoribus ob eorum inopiam destituti, cùm alia gra-

gravissima incommoda paterentur, tum causarum suarum expeditionem adeò in longum protrahi sentirent, ut annum, & etiam amplius carceris squalorem perpeti cogerentur; erectum fuit officium, quod Protectorum Carceratorum appellant: cui administrando Jurisconsulti quinque, Causidici quinque, ac Nobiles Mediolanenses quinque præerant, verùm cum ii, qui nunc officio illi præsunt, nuperrimè Senatui Excellentiss. exposuerint, se se multos annos officium hujusmodi exercuisse, posthabitis aliquando rebus suis privatis: neque convenire ut hoc onere perpetuò graventur; petierintque propterea se ab hoc labore eximi, qua in re legis etiam municipalis auctoritate nitebantur.

Senatus omnibus maturè, & diligenter consideratis, atq; perpensis; ne qui nunc hoc officio funguntur, perpetuò labore impliciti remaneant, & ne qui in custodiam dati sunt, defensoribus carentes in carceribus marcescant, censuit illis vacationem ab eo munere 1554
dandam, & officium illud biennale faciendum esse, atq; ita alios Jurisconsultos quinque, duos scilicet è senioribus, duos mediæ ætatis, unum è minoribus à Dominis Abbatibus Jurisconsultorum Mediolani, vocato Collegio, & alios Causidicos quinque ab eorum Collegio, & alios Nob. Mediolanenses quinque à DD. Vicario, & XII. Viris Provisionum Mediolani nominari debere mandat; ut illi à Senatu ipso approbari officium Protectorum Carceratorum hoc proximo biennio exerceant. Pro reliquo verò tempore, usque in perpetuum, id observari jubet, ut singulo quoque biennio duo ex jam admissis è quovis ordine, unà cum tribus aliis è quolibet prædictorum ordinum nominandis, & approbandis utsupra ad prænarratum officium exercendum deputetur.

Signat. Annib. Crucejus.

A N N O T.

SI durante Biennio contingat aliquem ex hisce Protectoribus decedere, vel officium non posse exercere, vel ob diuturnam absentiam, vel aliud impedimentum, reliqui Protectores per secreta suffragia eligunt alium illius loco subrogandum, & approbari faciunt ab ipso Excellentiss. Senatu, ut disponitur in Statuto Mediolani *cap. 151. vol. 2.*

Magnus Fossatus.

Ordo de alimentis dandis Carceratis ob debita in Mala Mansione.

MDLIV. Die 12. Aprilis.

AUdito in Senatu Cæsareo Mediolani Magnif. J. C. D. Jo. Baptista Raynoldo Cæsareo Senatore, cui in his feriis Paschalibus onus datum fuerat visitandi, juxta morem, & laudabile institutum carceratos in Mala Mansione, referente privilegia concessa per Illust. retroactos Principes, & Duces Mediolani illis impotentibus, & inhabilibus, quos contingit carcerari ad instan. Datiariorum, & Gabellariorum Mediolani in Mala Mansione: virtute quorum privilegiorum tenetur dare singulo quoque die carceratis Imperiales duodecim pro alimentis, qui inhabiles, & impotentes sunt ad solvendum debitum, quod contingit cum eis contrahi, ubi è carcere nolint eos relaxari, sed obstinatè satagunt, ut in carcere marcescant: visisque ordinibus, quibus augentur dicti duodecim Imperiales usque ad solidos tres Imper ob temporum qualitatem: viso quoque præcepto transmisso per dictum Magnif. D. Raynoldum ex ordine Senatus Datiariis Dovanæ, qui detineri fecerunt Petrum de Bassis pauperem, & inhabilem, & petentem, in exequutione præmissorum ordinum, vel relaxari, vel alimentari, auditoq; uno ex Advocatis Generalibus Fisci Mediolani, exponente, & attestante etiam de iis factum fuisse verbum in Magistratu: & omnibus consideratis.

Senatus censuit, & declaravit, prædictos Datiarios, & Gabellarios, & qui per tempora erunt, pariter comprehensos esse in ordinibus, & teneri ad dicta alimenta Carceratorum.

Signat. B. Patellanus.

Grida, che gli Artefici di Lana, e Tintoria con grana, e cremesino non escano dallo Stato.

MDLIV. Adì 5. Maggio.

ESsendo venuto a notizia all'Eccellentiss. Senato, che alcuni Mercanti, e di altra qualità, posponuto il ben pubblico di questa Città, e dello Stato, hanno ardire di sedurre, e condurre in altre parti Operarj, e Lavoranti dell'esercizio di Lana, e Tintoria, e specialmente uno esperto nell' arte del tinger li drappi con grana, e cremesino. Il che cede in danno grandissimo del pubblico beneficio, & anche della Cesarea Maestà; & è contra la disposizione delle Nove Constituzioni. Per tanto, volendo il prefato Senato Eccellentiss. ovviare a questo inconveniente, ha ordinato che si faccia la presente Grida. Per virtù della quale si fa bando, e comandamento, etiam

1554 inherendo alla dispoſizione di dette Nove Conſtituzioni, che alcuna perſona di qual ſi voglia ſtato, grado, e condizione, non ardiſca partire di queſta Città, e Stato, nè ſedurre, procurare, nè condurre, nè far condurre fuori di eſſo Stato, alcuno Maeſtro, Lavorante, nè Garzone ſolito lavorare, o eſercirſe nell' eſercizio di lana, o del tinger de detti panni, ſenza ſua ſpecial licenza: ſotto pena della conſiſcazione de' ſuoi beni: nella qual pena ancora incorreranno quelli, quali ſaranno mediatori in far accordi con eſſi Maeſtri, & Operarj contra la forma delle preſenti Gride: e della galera, all' arbitrio del prefato Senato Eccellentiſſimo.

Declaratio pertinens ad materiam decreti gratioſi.

Mediolani x. Maji MDLIV.

Judici Maleficiorum Papiæ,

NOn eſt hæſitandum, quin pœnæ pecuniariæ ob blaſphemias irrogatæ per generalem criminum abolitionem ſint condonatæ. Non etiam eſt hæſitandum, quin remiſſio ſit neceſſaria iis, qui ob auxilium homicidio in rixa commiſſo præſtitum pecuniaria pœna ſint mulctati, atq; ita ſervabitis.
Sign. Arrig. Subſcrip. Franci Petr.

Quòd in caſu prioris evaginationis ſine vulnere non procedatur per capturam.

MDLIV. Die xi. Maji.

AD aures Senatus devenit, multas extorſiones fieri ob capturas eorum, qui de ſimplici inſulto cum prima evaginatione, abſque vulnere, indiciati ſunt; quod compertum eſt magno privatorum cedere detrimento, ſine ullo Cæſ. Fiſci, aut Reip. commodo, ideò re diligenter diſcuſſa, & maturè conſiderata.

Senatus omnibus Magiſtratibus, & Juſdicentibus etiam Feudatariorum Dominii Mediolanen. interdixit, & prohibuit, ac tenore præſentis ordinationis, interdicit, & prohibet, ne in caſibus prioris evaginationis, in quibus ſimplex tantum inſultus, ſine vulnere, intervenit, capturas decernant, ſub pœna ad arbitrium Senatus irroganda, ſi non paruerint: ſed vult contra tales ſtantibus indiciis, via Inquiſitionis procedi.

S C H O L I A.

GRavi; nam ſi eſſet leviſculum, adhuc idem foret dicendum *Franciſc. Merlin. Rot. Lucenſ. deciſ. 9.*

Garonus.

A N N O T.

HÆc declaratio, quod non ſit locus capturæ in caſibus prioris evaginationis, in quibus
1 ſimplex tantum inſultus, ſine vulnere intervenit, non videtur tuta Magnif. Senatori Bonetto *de Armis cap. 16 n. 21.*; quia ut ponderat ipſe, in Proclamate ultra pœnam ibi expreſſam, adeſt arbitrium S. E., quod continet etiam pœnam corporalem; &
2 ubi ob delinquentis impotentiam ſolvendi pœnam pecuniariam, locus fieret inflictioni pœnæ corporalis, hanc Reus exiſtens extra carceres, facile evitare poſſet; ut conſiderat laudatus Bonettus *d. cap. n. 22*, & animadvertendum eſt pœnas contra primo ponentes manum ad arma eſſe in Proclamate expreſsè impoſitas etiam in caſu, quo nullum vulnus inferatur, ibi: *ſotto pena di due tratti di Corda, o di venticinque Scudi, oltre*
3 *le altre pene ordinarie, ancorchè non feriſca, e ferendo, s'intenda la pena duplicata. E nell' un caſo, e nell' altro, i delinquenti ſiano puniti di maggior pena all' arbitrio di S. E., ſecondo l'eccesſo, le per-*
4 *ſone, il luogo, ed il tempo*; unde ſimplicem armorum eductionem contra aliquem ſufficere, ut ſit locus pœnæ recenſiti Proclamatis; quia in ipſo de armorum evaginatione, ut de delicto principali diſponitur, tradit idem Bonettus in explicatione dicti Proclamatis *d. cap. 16. ſub n. 3.* verb. *ancorchè non feriſca*.

Mognus Foſſatus.

Ordo, quod Scholaribus Papienſibus nulla officia decernantur in Gymnaſio Ticinenſi.

CAROLUS V. Roman. Imper. &c.

REver. nobis dilecte. Nobis quidem non placet, ut contra ſtatutorum Academicorum formulam Scholaribus Papienſibus officia decernantur, verum cum Lucas Bonamicus Papienſis à Rectore Artiſtarum in ſui locum ſit ſubſtitutus, & ille brevi ſit rediturus, non videtur à Vicerectoratu per hoc parvulum temporis pro nunc amovendus. Itaque illum in ſuo officio perſeverare permittetis non obſtante proteſtatione illi per Conſiliarios tranſmiſſa. Nolumus tamen quempiam Papienſem in futurum ad aliqua officia Gymnaſii admitti. Quod ne illos lateat, has litteras publicis in Scholis proponi,

& in

& in acta describi facietis. Mediolani xxiii. Junii MDLIV. Franciscus Petranigra.

A tergo. Rever. Jurisconf. Vicecancellario Gymnasii Ticinensis nobis dilecto, 1554

ANNOT.

1 Scholares Papienses, vel Hispani non possunt ereare nationem, nec spupillationem exigere, ut declaravit Senatus Excellentiss. die 19. Decembris 1670. datis litteris ad Magnif. D. Prætorem Papiæ. *Magnus Fossatus*.

Ordo, ne Scholares Gymnasii Ticinensis matriculati in una Natione describantur in alia.

PHILIPPUS Angliæ &c. Rex, & Dux Mediolani.

REver. nobis dilecte. Intelleximus quamplurimos ex Scholaribus, qui in ista Academia dant operam legibus, & Artibus, cum in una descripti fuerint natione, rursus in alteram quoque se inserere, & describi facere. Unde multæ postea dissensiones, & rixæ oriuntur. Quod cum nullo modo ferendum sit, mandabitis nostro nomine Bidellis generalibus, ne quempiam Scholarem postquam semel descriptus fuerit, audeant rursum in matricula, & in alia natione describere sub pœna falsi, pro qua ipso facto inquiri possint. Declarabitisque insuper hujusmodi geminatas descriptiones nullius esse roboris, & momenti, nullamque de eis in suffragiis, aliisve publicis functionibus rationem esse habendam. Atque has litteras publicè proponi, & in acta referri mandabitis, ut ad omnium notitiam deveniant. Mediolani die vii. Novembris MDLIV.

Franciscus Petranigra.

A tergo. Rever. Jurisconf. Vicecancellario Gymnasii Ticinensis nobis dilecto.

Ordo de captivis inconsulto Senatu non dimittendis.

MDLIV. Die xxii. Novembris.

INnotuit Senatui multos à Baricello hujus Urbis per noctem capi, & in carcerem detrudi, sive quòd proclamationibus contravenerint, sive ex aliis causis delinquerint; deinde illos nulla Senatui data notitia, relaxari, & eum id inconveniens sit neque tollerandum videatur.

Mandat Senatus ipsi Baricello, ac commentariensi Magn. D. Capitanei Justitiæ, sub pœna per eundem Senatum arbitranda, ne quempiam, ex causa criminali detentum, pro qua aliqua pœna corporalis veniat infligenda, de cætero relaxent eo ordine inconsulto.

Subscrip. G. Rocha, & sigillat. &c.

Declaratio §. possunt, & §. etiam super Imbotaturis, in titulo de Feudis.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Dux.

MDLV. viii. Januarii.

NObilis Comes Aloysius Cagnola subsequentes nobis exhibuit preces, videlicet, Rex Serenifs. Edocta est M. V. in Novis Constit. in titulo de Feudis sanciviffe, posse jusdicentes jurisdictionem habentes cogere omnes, etiam compræhensos in constitutione majoris Magistratus, ad solutionem Imbotaturarum, & Datiorum, per Principem vel Fiscum eos habentes jurisdictionem translatorum, & contributionem onerum salarii Prætoris. Sequitur alius §. per hæc verba, & aliorum quorumcunq; onerum, modò summa non excedat aureos tres. Hæcque sanctio ad favorem Feudatariorum condita videtur, quia magis dispendiosum eis esset omnes subditos, & alios debitores singulis annis, occasione hujusmodi Datii Imbotatus, in jus vocare coram majore Magistratu. Cum maximè jus summariissimum fiat pro hujusmodi Datiis, & more Cameræ: & licet constitutio ipsa clara sit, tamen sinistrari videtur ejus intellectus in præjudicium non parvum fidifs. M. V. ser. Comitis Aloysii Cagnolæ, nomine cujusdam Alexandri de Nicardo ex ejus hominibus loci ejus Granotii, & Ludovici de Nibia ejus prætensi Domini, & Civis Novariæ, hoc modo. Quod velint dictam jurisdictionem concessam ex dicta causa Imbotaturæ determinari ex dictis verbis in dictum sequentem § appositis, videlicet, modo summa non excedat aureos tres ut supra, ita quòd Feudatarii in consequutione eorum Datii Imbotatus debeant adire majorem Magistratum si summa excedat dictos aureos tres. Quòd si ita esset, sanctio ipsa nunquam locum haberet, quia non est alicujus loci infeudati Datium Imbotatus, quòd non excedat quotannis dictam summam. Verus igitur sensus ejus Constitutionis est, ut dicta summa sit ad determinationem debiti ex dicta causa cujuslibet, ita ut sit, ac si constitutio dum disponit per dictum verbum, omnes dixisset, quia hujusmodi dictio omnes in plurali collectiva est, sicut 1555

1555 dictio quilibet, & hic sit verus sensus in omnem casum: quandoque §. separato ut supra apposita sunt, determinare habeant dictam dispositionem præcedentis §. per verba indefinita ut supra concepta. Quod tamen neque obstare videtur, cùm sint ipsa verba, in §. separato, ut supra apposita, dictaque sinistra interpretatione attenta, per nares deductus fuit Supplicans jam igitur ferè biennium, ac circumductus, prout adhuc circumducitur in exactione dicti ejus Datii, & his temporibus calamitosis: quoniam dictus Luduvicus, & Alexander sub prætextu decreti majoris Magistratus subripuere usq; de anno 1554., & mense Novembris proximè præterito, præceptum quod Prætor Granotii se abstineat à jusdicendo dicta de causa contra dictum Alexandrum, quia tanquàm Consul conveniendus erat ad solutionem Datii ipsius Imbotatus per Communitatem debiti, more solito, quod præceptum licet revocatum fuerit, & remissa causa, respectu Imbotatus ad Prætorem Granotii, tamen ex adverso appellatum fuit: & repertus fuit quidam Magn. Jureconsultus D. Franciscus de Clapis Novariæ, qui dictam ordinationem revocavit, fretus dicta sinistra interpretatione Constitutionum: Ex quibus videt M. V. quonam in pelago positus sit Supplicans, qui hoc modo privatur suis regaliis. Qua de re cùm hic agatur de interpretatione Constitutionum per M. V. editarum, & ut jam tandem finis imponatur huic interpretationi brachio M. V. indiget, aliter in infinitum cogetur litigare: Supplicans ad M. V. confugit, supplicando ut dignetur declarare dictum Prætorem Granotii jurisdictionem habere ex dicta causa Imbotatus jure dictarum Constitutionum, non attento dicto sinistro intellectu, nomine dictorum Alexandri, & Ludovici, ipsis Constitutionibus dato, aut mandare dicto Prætori Granotii, quòd ex dicta causa jusdicat, præmissis non attentis, & ita fiet Atur. Eisq; in Senatu nostro lectis, ac maturè consideratis, dictum fuit Prætorem supplicantis in dicto loco Granotii habere jurisdictionem in causa Imbotatus, & Datiorum, ac salarii Prætoris, pro quacunque summa. Et summam trium aureorum, in dictis Constitutionibus expressam, referri tantùm ad onera in genere expressa, non autem ad alia in spetie superius specificata in ipsis Constitutionibus. Quam præfati Senatus declarationem, & nos probantes mandamus omnibus, & singulis ad quos spectat, & spectabit, ut ita servent, & exequantur, ac observari, & exequi faciant. In quorum fidem &c.

Signat. Landrianus.

A N N O T.

1 COram Prætore Feudali conveniendum esse etiam Conductorem Imbotatus pro solutione ejusdem ficti declarasse Senatum in causa quorundam de Torniellis Novariensium testatur Ruginel *pract. quæst. cap. 46. n. 69.*

Cognitionem Prætori Feudali à Nov. Constit. concessam pro summa aureorum trium,
2 procedere tantum quoad onera in genere expressa, non autem quoad alia supra specificata declaravit Senatus etiam anno 1591. die 16. Februarii, & 30. Martii in casu controversiæ vertentis inter Fiscalem Casalis Nucetæ, & Tranquillium Massam, ut refert Ruginel. *d. cap. n. 73.*; & istam limitationem esse rationabilem dicit Boss. *tract.*
3 *var. tit. de foro compet. n. 12.*, quia nimis durum esset, in his levibus causis, quæ in dies occurrunt, debere Partes adire Judices Civitatis cum maximo earum dispendio; hinc consuevit etiam Senatus aliquando dare auctoritatem Judicibus Feudalibus, ut ipsi
4 tamquam Delegati, in causa aliqua spectante majori Magistratui procedant, potissimum quando plus expenderetur, quam sit valor talium causarum, ubi per majorem Magistratum cognosci deberent, ut testatur Ruginel. *ubi supra n. 55.*

Magnus Fossatus.

Decretum super fictis libellariis Bladorum, & Vini.

MDLV. Die ix. Januarii.

DEcretum conditum anno 1539. 15. Decembris in causa emphyteotarum frumenti Papien. usu compertum est optimum fuisse; erat enim tenoris subsequentis: 15. Decembris 1539. In causa Communitatis Papiæ, & fictabilium frumenti contra Dominos directorum, Senatus censet, ad ficta libellaria, quæ nullam emphyteotarum præambulam venditionem habent, non esse manum apponendam. Quo verò ad ea, quæ præambulam habent venditionem, statuit, & ordinavit, quòd sit in facultate emphyteotæ solvere, vel in fructibus, juxta tenorem instrumenti emphyteotici, vel in pecunia: sed hoc modo, videlicet, quòd respectu eorum fictorum libellariorum, quæ constituta fuerunt ante Calendas Januarii anni 1500. fulvere possit ad rationem lib. decem pro singulo centenario librarum capitalis; respectu verò eorum, quæ exinde constituta fuerunt, ad rationem librarum septem pro singulo centenario lib. capitalis: ea lege, & conditione in utroque casu adjecta, quòd ubi in futurum emphyteota non solverit dictas pecunias, debitè referendo, pro canone emphyteotico intrà mensem unum post terminum solvendi appositum in instrumento emphyteotico, non possit pro eo anno uti beneficio præsentis ordinationis. Verum pro anno proximè præterito, ubi terminus solvendi jam lapsus sit, statuit emphyteotæ terminum dierum viginti, à die publicationis

præ-

præsentis ordinationis, intra quem solvere possint, juxta superius ordinata debitè referendo, quò verò ad ficta reliqui temporis præteriti non soluta, concedit pariter Senatus emphyteotis facultatem solvendi, juxta præmissam ordinationem, ita tamen quòd pro dimidia solvant in festo Paschatis Resurrectionis, & pro residuo in Calend. Augusti, non vult tamen Senatus impedire creditores per hoc ordinationis caput, quominus possint agere ad exequutionem crediti sui ad summam prætaxatam, etiam ante festum Paschatis, & Cal. Augusti, ut supra. Propterea cùm jamdiù multi ex aliis hujus dominii regionibus efflagitassent, ut eadem decreti indulgentia, & ipsi frui possent; visum fuit Senatui hanc salutarem legem, ad reliquos etiam hujus Mediolanensis dominii populos extendere. 1555

Idcirco statuit, & decrevit, prænarratam sanctionem in universo Mediolanensi dominio servandam esse. Declaran. tempus solutionum faciendarum juxta ipsius decreti tenorem, quò ad alios hujus dominii populos, à die publicationis ipsius decreti faciendæ initium capere debere. Verùm quia reperiuntur multa ficta libellaria, in plerisque regionibus, & fortè etiam Papien. constituta in alio genere bladorum, quàm frumenti, nonnulla etiam in solutione Vini: ideò cùm eadem ratio in omnibus militet, placuit Senatui decernere, & ita decrevit, in quocunque Bladorum genere, & etiam in Vino locum habere debere.

Sign. Jacob. Robius.

Quòd Feudatarii impetrent licentiam à Senatu publicandi proclamata Principis in suis jurisdictionibus.

MDLV, Die 12. Martii.

Postquam Sereniss. Angliæ &c. Rex, & Mediolani Dux fœlicibus auspiciis possessionem hujus Dominii Mediolani adeptus est, Illust. D. Gubernatores, pro quiete subditorum, publicari mandarunt proclamata pœnalia. Et quia Domini Feudatarii prætendunt illa etiam effectum sortiri debere in eorum jurisdictionibus, ita, ut pœnæ pecuniariæ, à subditis suis exigendæ, eorum Fiscis applicari debeant; Super hujusmodi re facto verbo in Senatu, pro habenda declaratione quid servandum sit.

Is ordo declaravit, dicta proclamata ad loca infeudata non extendi. Quòd si dicti Feudatarii in locis suis ea publicari voluerint pro obtinenda licentia, ad Senatum prius recurrant; qui superinde opportunè providebit. Mandat quoque præsentem declarationem affigi in Cancellaria ipsius Senatus, ut omnibus innotescat.

Sign. Panizonus, & sigillat. &c.

ANNOT.

Cum Feudatarius Modoetiæ, & alius postea Busti publicari fecissent Gridas, ne quis Subditus auderet extra casus comprænsos in decreto majoris Magistratus adire alios Jusdicentes in prima instantia sub pœnis pecuniariis, Senatus illas irritavit, & Feudatariis
1 præcepit, ne de cætero similia attentare præsumant, & idem decrevit die 13. Martii 1585. in causa Soncinatum, cum declaratione tamen, nisi scandalum immineret, vel causa dilationem non pateretur, de qua tamen statim Senatus moneri deberet, ut notat Ruginel. *pract. quæst cap. 46. sub n. 74.*

In pœnis delationis armorum vetitorum vigore Proclamatum Gubernatorum, Feudatarii
2 nullum jus habent, etiamsi ex hujusmodi armis offensus sit Subditus Feudatarii, ut censuit Senatus die 4. Februarii 1573., nam separatum est crimen delationis armorum à delicto in Subditum commisso; & hoc procedere in omnibus pœnis extraordinariis, quæ de potestatis plenitudine impununtur, vel si adsit dolus Feudatarii, quia ipsi non spectant Ruginel. *d. cap. n. 85. & 86.*

In facultatibus concedendis per Senatum Excell. Feudatariis publicari faciendi Proclamata in eorum jurisdictionibus, apponi debet reservatio partis pœnæ pecuniariæ favore Fisci
3 Regii, & conditio infra mensem post secutas condemnationes transmittendi earum notitiam Illustriss. Magistratui Extraord. Reddit., vel Referendario Provinciæ feudalis ex Proclamate diei 3. Novembris 1641.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut cessantibus Creditoribus per tres dies solvere solidos tres pro debitoribus detentis, non possit amplius purgari mora.

Porrecta nobis fuit nomine Dionysii Gozii detenti supplicatio in hanc formam, videlicet.

TENOR.

Qua lecta, & diligenter considerata in Senatu nostro ordinatum fuit, quod, & nos volumus, & pariter per has nustras ordinamus, & declaramus, quòd ubi creditores, qui condemnantur ad solvendum soldos tres singulo die, pro alimentis debitorum suorum in carceribus detentorum, cessaverint in solutione per tres dies continuos mémoratorum soldorum trium, non possint ulterius moram purgare, sed detenti ipsi è carcere liberentur, & dimittantur. In quorum &c. Dat. Mediolani ultimo Aprilis 1555.

Sign. Filippus, & Arrigonus.

Decla-

1555 *Declaratio, quod Cridæ de prima evaginatione loquentes comprehendant eos, qui sunt in societate primò evaginantis.*

PHILIPPUS Angliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Declarationem proclamatum superioribus mensibus in materia delationis armorum, ab Illust. Dominii Mediolani tunc Gubernatoribus promulgatorum à Senatu nostro factam mittimus ad vos, ut eam in locis solitis jurisdictionis vobis demandatæ publicari, & observari faciatis. Dat. Mediolani primo Julii 1555. Sign. Annibal Crucejus.

A tergo. Egregio Jurisconsulto Prætori Mediolani nostro dilecto.

MDLV. Alli 25. di Giugno.

Essendo alli mesi passati stata pubblicata in nome delli Illustriss. Signori all'hora Governatori dello Stato di Milano una Grida sopra la materia del portare dell'arme: nella quale pare che non sii espressamente detto, che quelli, li quali si trovano in compagnia delli primi ponenti mano all'arme, havessero ad essere puniti nella medesima pena, nella quale incorrono li principali, come per il passato è stato osservato: e dubitando li Giudici, come si dovesse osservare, e procedere; sono ricorsi all'Eccellentissimo Senato per sapere ciò, che in tali casi fosse da osservare.

Però per levare tale dubitazione ad essi Giudici, esso Eccellentiss. Senato ha comandato pubblicarsi la presente Grida: per la quale si dichiara

Che qualunque si trovarà essere in compagnia di quelli, che saranno primi a mettere mano all'arme, caderà, e sarà condannato nella pena medesima, nella quale incorreranno li principali, e come si contiene nel quarto capitolo della predetta Grida.

Sign. Annib. Crucejus.

ANNOT.

1 IDeo in hoc ordine ponitur *all'ora Governatori* in numero plurali, quia tunc temporis erant Senatus, & Supremus Cancellarius: ab initio etenim anni 1555, quo decessit Ferdinandus Gonzaga usque ad diem duodecimam Junii, qua possessionem muneris adeptus est Dux Albæ, Statum gubernarunt, & hujusmodi inscriptione utebantur: *Præses, & Senatus, ac Franciscus Taberna Supremus Cancellarius, in Dominio Mediolani Regii Gubernatores*, ut refert Magnif. Senator Bonettus *de armis cap.* 16. *n.* 66.

Nunc temporis, decedente Excell. D. Gubernatore, hujus Status gubernium assumit Consilium Secretum, cui præsidet Excell. D. Præfectus Castri Portæ Jovis hujus Urbis ex ord. Regio diei 26. Augusti 1610. *Magnus Fossatus.*

De quodam evaginante in domo privata.

PHILIPPUS Hispaniarum, Angliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

DIlectè noster. Joannem Mariam Canellum, quem condemnasse dicitis ob querelam contra eum porrectam à Jo. Jacobo Lanzavegia, pro appositione manus ad arma: Cum ea res in domo successerit, non molestabitis: Et condemnationem tolletis, quò ad primum ponentem manum ad arma. Dat. Mediolani die 13. Octobris 1555. Jo. Maria Cattaneus.

A tergo. Egr. J.C. Prætori Alexandriæ.

Declarationes quædam super concessionibus aquarum.

MDLV. Die 25. Septembris.

PRopositum est in Senatu Mediolanen. nomine Præfectorum aquarum, in excutiendis privatorum, & Fisci juribus, quædam incidisse dubia, quæ, quòd à decretorum Constitutionum, & juris municipalis interpretatione penderent, petebant ab ipso ordine declarari, & elucidari.

Primo namque constitutum esse, concessiones gratuitas, etiam quæ jus transmittendi ad fœminas, aut extraneos, vel de eis aliter disponendi contineant, transire non posse, nisi ad primi acquirentis descendentes per lineam masculinam, masculos legitimos; quod locum haberet, ubi eæ dispositiones virtute concessionis, aut licentiæ à Principe impetratæ; per possessionis adeptionem, effectum jam sortitæ non fuissent ante earum constitutionum promulgationem, quæ facta fuit die septima Martii anni 1490. Quærebatur ergo, num hæ concessiones, quæ hujusmodi effectum ante dictam diem septimam essent sortitæ, in fœminas, vel extraneos de cætero essent transmissibiles, ita etiam, ut quæ in fœminas effectum semel ante eum diem habuissent, transire possent in extraneos, quæ jam transivissent in extraneos, in fœminas transmitterentur.

Senatus respondit, concessiones, quæ hunc effectum

effectum ante dictam diem septimam Martii sortitæ essent, sub regula non compræhendi; propterea transmissibiles esse; juxta tamen earum concessionum tenorem.

Deinde quoniam compertum est, tempore, quo Rex Gallorum Dominium Mediolanense occupabat, multos alienasse jura aquarum, quæ ob prohibitionem prædictam non poterant in alios transferri; sed adhibitum fuisse Regis, vel ejus Senatus assensum: Itaque dubium ortum, utrùm hæ alienationes ratæ essent habendæ.

Senatus antequàm deliberavit, Rem proponi voluit in Excelso Consilio Secreto: cujus sententia intellecta; Respondit, iis, qui ea jura cum licentia Regis, aut ejus Senatus acquisiverant, non esse negotium faciendum. 1555

Postremò, antiquioribus statutis cautum esse, ut cuilibet, habenti buccam aliquam super flumine Olonæ, liceat aquas derivare diebus quibusdam expressis; idemq; ad verbum novissimis statutis caveri; Ideò dubitati, de quibus buccis intelligendum sit, an iis omnibus, quæ essent tempore statutorum novissimorum, an verò iis tantùm, quæ fuisse demonstrarentur tempore antiquiorum statutorum.

Respondit Senatus, eis omnibus, qui buccas haberent tempore statutorum novissimorum, modò juxta ordines confectæ sint licere aquas derivare diebus, & horis ab ordinibus constitutis, & limitatis.

A N N O T.

IN eo, quod disponit iste ordo, non compræhendi concessiones, quæ effectum sortitæ sunt ante promulgationem N. C., conferuntur res judicatæ supra relatæ in annotatione ad ord. diei 6. Decembris 1490.

Mognus Fossatus.

Ordo circa præcedentiam Consiliarii Nationis Mediolanensis in Gymnasio Ticinensi.

PHILIPPUS Angliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

REver. nobis dilecte. Sopita erat per binas litteras nostras controversia inter Consiliarium Mediolanensem, & Consiliarium generalem universæ hujus Provinciæ, ita ut super ea nihil amplius foret ambigendum, & tamen ex occlusa supplicatione videtur renovari. Quare nos in sententia persistimus, ut Mediolanensis Consiliarius debeat ipsum totius Provinciæ nostræ Consiliarium præcedere in omnibus actis publicis, & privatis. Atque ita hanc nostram deliberationem promulgabitis, & ut sine ulla perturbatione servetur, omninò curabitis, & efficietis. Dat. Mediolani 11. Januarii MDLVI. 1556

Franciscus Petranigra.

A tergo. Rever. Jurisconf Vicancellario Gymnasio Ticinensis nobis dilecto.

Ordo, ne quis impediat Scholares Gymnasii Ticinensis audire Lectores, quos maluerint.

PHILIPPUS Angliæ &c. Rex, Mediolani Dux.

REver. nobis dilecte. Superioribus proximis annis jussimus in ista Academia publicari ordinem, quo prohibitum est, ne quis Scholares præhenset, aut ambiat, vel sollicitet, ut Doctores audiat, quos præhensator maluerit sub certa pœna in eo decreto adjecta. Hoc decretum si in initio, & auspiciis istius anni Academici publicatum non est, illud in Academia, & aliis locis solitis illicò publicari facietis, & etiam affigi valvis ipsius Academiæ, ut ad omnium Scholarium, & aliorum notitiam devenire possit. Mox de ipsa publicatione, & affixione nos certiores facietis. Mediolani die IV. Januarii MDLVI.

Franc. Petranigra.

A tergo. Rever. J. C. D. Vicecancellario Gymnasii Ticin. nobis dilecto, & sigillat.

Ordo, quod Coloni Feudatarii subsint Prætori Confeudatarii.

DUm D. Senator Berturus die 20. Januarii 1556. recitaret supplicationem Tolentinorum dictum fuit esse declaratum à Senatu colonos Feudatarii subesse Prætori Confeudatarii, quoniam non compræhenduntur nec in verbis, nec in sensu decreti majoris Magistratus.

S C H O L I A.

Meminit *Raginell. pract. quæst. cap. 46. num. 61.*

Garonus.

Ordo circa Judicem competentem Protophysici.

PRotophysicum Mediolanensem esse compræhensum inter eos, qui trahunt ad Capitaneum Justitiæ dixit Senatus 3. Martii 1556.

S C H O L I A.

Refert *Raginell. pract. quæst. cap. 44. num. 40.*

Garonus.

Ordo,

1556 *Ordo, ne sceptrum Rectoratus asservetur penes Scholares Gymnasii Ticinensis.*

PHILIPPUS Angliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

REver. nobis dilecte. Significatum est nobis Rectorem, & Consiliarios Legistarum urgere, atque instare, ut sceptrum Rectoratus pænes eos reponatur, & asservetur. Id nobis visum est mirum, ut rem novam, atque insolitam velint nunc inducere. Quare mandabitis, & efficietis, ut sceptrum ipsum sit, & remaneat apud vos, seu illum, apud quem hactenus remansit. Mediolani die xx. Martii MDLVI.

Franc. Petranigra.

A tergo. Rever. J. C. D. Vicecancellario Gymnasii Ticinen. nobis dilecto, & sigillat.

Decretum de delictis militaribus.

MDLVI. Die 12. Maji.

QUæsitum est in Senatu, ita exigente negotio, an cognitio, & prosecutio delictorum, quæ à militibus committuntur, ad Magistratus Ordinarios pertineat, an verò eorum Tribunis, aut Ducibus Militiæ, Artiumvè Præfectis sit relinquenda, multaq; capita in hac materia sunt proposita, quæ explicationem requirere videbantur. Senatus, hac quæstione in medium adducta existimavit quò omnis controversia, quæ aut jam orta esset, aut posthac oriri posset, sic tolleretur, ut deinceps hæsitandum non foret: habita igitur summa consultatione, in eam ivit sententiam.

Ut si delicta sint militaria, qualia sunt, si miles arma, vel equum alienaret, custodiamvè relinqueret, & alia id genus multa committeret; ea Tribunis, aut Ducibus militiæ, artiumvè Præfectis castiganda relinquantur.

Si verò sint communia, cujusmodi sunt ea, quæ cæteri, qui milites non sunt, admittant; & ambo, vel alter, qui offenditur, sint Cives, aut alias pareant jurisdictioni ordinariæ, in qua delinquitur, ea cognitio, & castigatio ad Magistratum Ordinarium pertineat. Quòd si ambo sint alienigenæ, & delictum sit capitale, aut hujusmodi, quod pœna sanguinis, aut publicatione bonorum jure sit vindicandum: hæc quoque jurisdictio, & vindicta ad ordinarios Judices spectabit.

Si verò lævia sint admissa, ut quæ nec sanguinis pœnam secum ferant, nec bonorum confiscationem; ea Tribunus, aut militiæ Dux coercebit. Idem faciet Arcis Præfectus, si tamen intra Arcem commissa fuerint delicta.

Atque horum Tribunorum, Ducum, & Præfectorum auctoritas exercendæ in milites jurisdictionis, durabit donec & militia delinquentium duraverit, & si peccantes milites in his casibus, qui ad eos spectant, castigare neglexerint; Senatus Consultus eam adhibebit provisionem, quam delictorum casuumvè natura postulaverit. Nec ipsis Tribunis, Ducibus, & Præfectis grave videbitur, si Judex ordinarius militem pro teste in omnibus causis, quæ ad eum pertinent, ad perhibendum testimonium vocaverit, & compulerit.

Franciscus Petranigra.

A N N O T.

CONfirmatus fuit iste ordo à S. R. M. Regiis litteris diei 6. Junii 1582. inserius impressis
2 post ord. Senatus diei 20. Octobris ejusdem anni, & Senatus Excell. summopere invigilat super observantia hujus Ordinis, ut ex ejusdem ord. diei 25. Octobris 1607., & diei 9. Octobris 1636.

Si jura perpendimus de delictis militaribus disponentia, res valde dubia videtur, cuinam competat cognitio circa dicta delicta, an scilicet Magistro militum, vel Judicibus ordinariis.

Jurisdictionem in hujusmodi causis spectare Judicibus ordinariis disponit *text. in l. fin. de ac-*
2 *cusat.*, ubi habetur, quod miles unius provinciæ, si in alia delinquerit, ibi à Præside provinciæ puniatur, item *text. in l. desertorem ff. de re militari* in illis verbis: *si quid gravius ille desertor in ea provincia, in qua repertus est, admiserit, ibi eum plecti pœna deberet, quod fit non obstante quovis privilegio militari, quia reatus omnem honorem excludit*, ut probat *text. in l. 1. C. ubi Senatores, vel clarissi.*, & hanc sententiam tenet Cyn. *in l. 1. C. de exhiben. reis*, ubi Azo, & alii scribentes.

E contra vero cognitionem in causis militaribus tum civilibus, tum criminalibus competere
3 Magistro militum probat *text. in l magisteria C. de jurisdic. omn. judic* ibi: *constetque militarem Reum nisi à suo Judice, nec exhiberi posse, nec si in culpa fuerit, coerceri*, concordat *text. in l. de militibus ff. de custodia, & exhibitione reorum*, & probat *text. in l. 1 C. de exhiben. reis*, ubi juncta Glos., ibique Bart., Bal., Cyn., Salicet., & Azone in summa habetur, quod si miles in provincia repertus crimen publicum commiserit, à Præside captus, Magistro militum sub fida custodia remittatur, per quæ jura Speculat. *in tit. de Reo* dicit: *miles non convenitur, vel accusatur, nisi coram Magistro militum, nec ab alio punitur*.

Hæc jura sic conciliantur: si miles commisit delictum commune, quod cæteri, qui non sunt
4 milites, committere possunt, tunc si crimen est enorme, si Præses cognoscit, apud quem commissum est ut *in d. l. fin. de accusat. & l. 1. C. ubi Senatores, vel clarissi., & l. desertorem*

ff. de

5 *ff. de re militari*; si non est enorme, sed mediocre, tunc Præses Provinciæ cognoscit, sed 1556
condemnandum remittit Magistro militum cum actitatis coram ipso, & procedit dispositio *l. Magisteria C. de jurisdic. omn. Jud.*, *& l. 1. C de exhiben. reis* cum concordantibus, & ita tenent Cyn., Azo. in ejus summa, & Salicet. *in d. l. 1. C de exhiben. reis*; aut delictum
6 est militare, & tunc ubicunque sit commissum, ejus cognitio spectat ad Magistrum militum Salicet. *in d. l. Magisteriæ*; ubi ad clariorem intelligentiam jurium supra allegatorum plures distinctiones adducit circa hanc materiam.

Et sic patet hunc ordinem Senatus Excellentiss. esse conformem tum juris dispositioni, tum DD. traditionibus.

Delictum enorme quodnam dicatur valde controversum est apud DD., ita ut certa regula
7 statui non possit; nam aliqui volunt standum esse arbitrio Judicis, & hanc opinionem dicit communem Alciat. *in C. cum non ab homine post n. 28. de judic*, alii volunt qualitatem
8 delicti dignosci ex qualitate pœnæ, quæ imponitur, & hæc fuit opinio Bart. *in l. levia circa princip. ff de accusat.*; & hanc opinionem pariter communem dicit Socin. *cons. 157. n. 5. lib. 2.*, Clar. autem *lib. 5. recept. sentent.* §. 1 *sub n. 9. versic. ego autem*, tenet omnia delicta esse
9 gravia & atrocia, pro quibus a lege, vel statuto imponitur simpliciter pœna mortis naturalis, vel civilis, & dicit Senatum interrogatum a Serenissimo Rege, quæ viderentur delicta atrocia, respondisse sibi videri esse hæc, nempe Rebellionem; delictum læsæ Ma-
10 jestatis: Homicidium ex proposito commissum; falsificationem monetæ; tertium homicidium commissum ab eo, qui alia duo homicida prius patravit, etiam si pro eis condemnatus non fuisset; vulnus illatum proditorie cum Sclupo rotato, etiam si mors non sequatur; tertiam tonsationem, seu diminutionem monetarum; raptum Virginis honestis parentibus ortæ, etiam si copula non sequatur; usum venereum cum sacra Virgine in habitu intra Monasterium degente; sodomiam; famosorum latronum in viis grassationem, & falsificationem Sigilli Principis vel Senatus; & testatur hanc Senatus nostri opinionem placuisse Regi, & ideo in hac Provincia esse servandam pro lege.

Delicta militaria, quæ sint, latè enumerantur à Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 14 & 15. per tot.*,
11 & à Cabal. *resol. crim. pr. 3 cas. 294.*

Quinam milites compræhendantur in hoc decreto militari, quive possint frui privilegiis
12 militaribus docent Bim. *cons. 101. lib. 2.*, Castill. *decis. 105. n. 4.*, & Rovit. *pragm. de militibus in Rub. n. 5.* sic distinguit; aut milites sunt stipendiati ordinarii, & isti licet positi sint in Præsidiis, vel in Civitatibus, gaudent omnibus privilegiis: aut sunt milites tantum descripti, qui se exercent quidem, sed non habent stipendia, nisi quando inserviunt, ut sunt milites, qui in hac Provincia vocantur Militiæ Urbanæ & Forensis, & isti nisi quando continuò inserviunt, non gaudent militaribus privilegiis, & hanc distinctionem sequitur Gatt. *de majori, & minori Magistratu lib. 3 quæst. 12. n. 29.*

In causis Militum, qui juxta casuum distinctiones superius relatas puniendi sunt à Judicibus
13 ordinariis, an procedere debeat Judex majoris, vel minoris Magistratus late examinat Gatt. *d. quæst. 12* ubi refert decisiones Senatus. *Magnus Fossatus.*

Ordo, nè aliquod honorarium exigatur à Rectore Gymnasii Ticinensis se examini subjicere volente pro Doctoratu.

PHILIPPUS Hispaniarum, Angliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

REver. nobis dilectè. Mirati sumus vehementer de iis, quæ nobis per supplicem libellum explicavit Egr. Artistarum Rector D. Georgius Cotta, quod cum in assumendis Doctoratus insignibus velit se examini subjicere ad demonstrandam ejus doctrinam, id facere recusant Doctores istius Collegii, eo quod Rectores ab hujusmodi examinibus sint excepti, alias honorarium examinis ab eo exigere intendunt, aut nolunt omnino interesse, simulata etiam infirmitate. Hæc res visa est nobis magnam in se indignitatem, atque avaritiam continere, quod si verum est, nullo modo ferendum videtur. Quamobrem, ut ipse D. Cotta possit sui ingenii vim, suamque in bonis disciplinis scientiam patefacere, habebitis coram vobis Priorem Collegii, & intelligetis, an vera sint narrata, quod non putamus. Et ubi comperiatis eorum sententiam esse talem, mandabitis nomine nostri Senatus ipsis Priori, & Doctoribus quatenus ipsum Cottam ita petentem, & volentem examini omnino subjiciant, nec ullum insolitum honorarium ab eo exigant, & ad eum Doctorandum accedant, & conveniant, nec ullo modo recusent sub pœna decem aureorum cuilibet eorum, qui non paruerit, auferenda, & Fisco nostro adjudicanda, atque etiam graviori arbitrio Senatus irroganda. Dat. Mediolani die xxviii. Maji MDLVI. Franc. Petranigra.

A tergo. Rever. J. C Vicecancellario Gymnasii Ticinensis nobis dilecto, & sigill.

Ordo, ut Rectores Gymnasii Ticinensis Doctorandi examinentur absque solutione alicujus honorarii.

PHILIPPUS Hispaniarum, Angliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

REver. nobis dilectè. Post litteras nostras ad vos datas in causa Egr. D. Georgii Cottæ Artistarum Rectoris, qui ad Doctoratum præcedente tamen examine pro-

1556 moveri petebat. Conquæsti sunt apud nos istius Collegii Doctores, non videri sibi è dignitate, ut Rectores, cum ad Doctoratum accedant, vel subjiciant se examini, vel non subjiciant pro suo arbitrio, & omnium omnino æquam esse debere conditionem. Ideo re in consultationem deducta, Senatus existimavit esse è Republica, ut omnes Rectores posthac Doctorandi (quo suorum studiorum ratio constet, & virtutes unius cujusque elucescant) examini omnino subjiciantur, abrogata consuetudine, seu prærogativa, qua Rectores ab examine dicuntur excepti. Ne tamen ii, qui dignitate omnes antecellunt, cum cæteris sint æquati, censemus eos esse ad Doctoratum promovendos (si reperti fuerint idonei) sine ulla prorsus alicujus honorarii solutione, aut erogatione. Vos igitur hanc nostram sanctionem ipsis Doctoribus denuntiari facietis, & servari, ac in ista Academia promulgari, atque inter acta Academica referri jubebitis. Dat. Mediolani die 1. Junii MDLVI. Franc. Petranigra.

A tergo. Rever. J. C. Vicecancellario Gymnasii Ticinen. nobis dilecto, & sigillat.

De debitoribus suspectis de fuga.

MDLVI. Die 15. Junii.

Solent creditores detineri facere in carcere debitores suos suspectos de fuga, nulla prævia citatione, juxta formam Constitutionum, & etiam litterarum, quæ concedi solent; quibus etiam cavetur, quòd citatis debitoribus ipsis, verificare debeant creditores ipsorum debitorum fugam, fugævè suspicionem; & si non fecerint, teneantur ad omnes impensas, & ulterius condemnentur in florenis vigintiquinque Cameræ applicandis. Et quia usu compertum est creditores hæc non observare, idque evenire eorum dolis, & fraudibus, tùm etiam quia sæpenumero debitores sibi consulere non possunt ob eorum impotentiam, vel inopiam, quo fit, ut diuturno carcere, & variis impensis multoties afficiantur. Quibus omnibus occurrere volens Senatus.

Statuit, quòd debitoribus ipsis detentis, teneantur creditores termino dierum quatuor verificare coram Judicibus ordinariis fugam ipsam, fugævè suspicionem; eo termino elapso, si non fecerint, illico detentos relaxari debere; censeanturque condemnati in impensis, quas detenti fecerint, & in dictis florenis vigintiquinque, juxta ipsarum litterarum dispositionem.

B. Patellanus.

A N N O T.

Ex dispositione Nov. Constit *tit. de offic. Abbat. & Consul. Mercator.* §. *quicunque in Dominio*,
1 fuga debitoris, illiusque suspicio probatur solo juramento Creditoris; de hoc autem juramento plura tradit Ruginel. *pract quæst. cap. 12. per tot.*

Ex Statuto Mercatorum Mediolani *cap.* 48. debitor fugitivus, & non securus intelligitur,
2 qui non est paratus satis dare, vel non satis dat cum bonis fidejussoribus de debito solvendo coram Consulibus ad petitionem creditoris. *Mognus Fossatus.*

Salvumconductum quinquennalem non renovari.

Prætori Cremonæ.

Intelleximus, à vobis hæsitatum esse, an salvusconductus quinquennalis, cujus formula inter Constitutiones hujus Provinciæ relata est, lapso quinquennio renovari soleat. Hæc autem hæsitatio tollitur ex ea formula; quam Senatus noster solet concedere, in qua clausula est adjecta, ut is salvusconductus servetur, modò supplicans similes litteras, causa eorundem debitorum, aliàs non impetraverit, sic itaque & vos servabitis. Mediolani 13. Julii 1556.

A N N O T.

Justitiæ consentanea est hæc dispositio; quia secundum veriorem opinionem non licet
1 Principi ultra quinquennium salvumconductum debitori concedere, ut firmant Paul, de Castro *in l. quoties sub n. 4. C de precip. Imperator. offeren.*, Calvin. *de æquit. lib 2. cap. 107. n. 5.*, Muta *in pragm. Regni Sicil. tom. 1. tit. 16. n. 54.*, Hering. *de fidejussor. cap. 5. n. 135.*; & alii plures apud Antunez *de donat. reg. lib. 3. cap. 42 n. 38.*, & ratio esse potest, quia cum dilatio-
2 nem ad solvendum debitoribus concedere & justum, & æquum sit, ut *in l. Divus 14 ff. de offic Præsid.*, *& in C. ex parte de Cleric. ægrot.*, & concedenda sit cum modico creditoris præjuditio *l. si debitori ff. de judic.*, visum fuit quinquennalem dilationem sufficere posse debi-
3 tori, nec grave damnum afferre posse creditori *l. fin.* ibi: *quinquennale spatium C. qui bon. ced. poss.*, & ponderat Hering. *ubi supra n. 137. & 138.*, quem sequitur Antunez *d. cap. 42. n. 39. in fine.*

Si Princeps concedat debitori dilationem ad solvendum ultra quinquennium, tali casu ne-
4 que valere quoad quinquennium tenent Paul. de Castro *in l. quoties sub n 4. C. de precib. Imperat.*

perat. offer., & Zerola *in prax. versic. littera quinquennales versic. quarto ista littera*; verum contrarium bene probat Cuch. *de morator. n. 194. & seq.*, & sic sæpius servatum vidisse testatur Muta *ubi supra n. 54*, & hæc opinio mihi magis arridet, quia cum tempus sit divisibile, 1556
5 potest habere locum vulgata juris regula, quod utile per inutile vitiari non debet *C. utile de reg. jur. in 6.*

Salvusconductus non renovatur per eundem Principem; cæterum si debitori concessa sit
6 dilatio per creditores, potest Princeps non obstante prima aliam concedere, & currit à die finitæ primæ Gratian. *discept. forens. cap. 222. n. 37.*, Muta *loc. cit. n. 77.*

Episcopis licere concedere debitoribus dilationem triennalem, aut quinquennalem ad satisfa-
7 ciendum suis creditoribus tenet Riccius *decis. 97. par. 2.*, verum late confutatur à Merenda *contr. lib. 14. cap. 39. vol. 3.* *Magnus Fossatus*

Ordo, quòd Hospites Merularum, & Magdalenæ non teneant Meretrices.

MDLVI. Die 20. Septembris.

INnotuit Excellentiss. Senatui Mediolani, in locis Hospitii Merularum extra P. O., & Hospitii Magdalenæ P. V. extra, plura in dies delicta, & scelera committi, idque evenire ob lenones, & meretrices in ipsis Hospitiis ferè semper degentes, cùm autem hæc non sint toleranda, & ut delictorum causæ removeantur.

Senatus re maturè considerata, censuit mandandum Hospitibus dictorum locorum sub pœna trium ictuum funis eis publicè dandorum, ne posthac in suis hospitiis personas aliquas inhonestas die, noctuve admittant, aut hospitentur, vel retineant; & si quas habent, eas illico ejiciant, sub eadem pœna, mandatque D. Vicario Justitiæ Mediolani, ut præsentem ordinationem exequatur.

Subscript. Annib. Crucejus.

A N N O T.

1 MEretricibus etiam advenis non licet in Tabernis, vel publicis Cauponis pernoctare, nisi itineris causâ, & per unum diem tantum, ut cavetur in *Concil. Provinc. Mediol. 1. tit. de Meretricibus §. novem.*

Si aliquis, vel Caupo, vel Tabernarius illas in ipsis Cauponis habeat, alatuè ad turpem quæ-
2 stum, interdicti pœnam incurrit præmissa admonitione, & gravioribus etiam pœnis Episcopi arbitrio mulctari potest *Concil. Provin. 5. tit. quæ ad matrim. pertin.* *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut conficiatur sceptrum pro Artistis Gymnasii Ticinensis.

PHILIPPUS, Hispaniarum, Angliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

REver. nobis dilectè. Decet quidem (uti vos quoque sentitis) ut Scholares Artistarum suum habeant sceptrum, quemadmodum habent & Legistæ suum, quà de re meminimus nos superioribus annis ad vos scripsisse, ut pecunias Caponum, & Judæorum, necnon immunitatum, quas ipsi Scholares exigunt à Publicanis, cæteraque alia honoraria, quæ in ipsam Universitatem jure perveniunt, in causam sceptri conferretis. Hoc cum hactenus factum non sit, vos hortamut, ut hac via sceptrum ipsum confici curetis. Dat. Mediolani die xvi. Octobris MDLVI. Franc. Petranigra.

A tergo. Rever. J. C. D. Vicecancellario Gymnasii Ticinen. nobis dilecto, & sigillat.

Clausula ponenda in creationibus Civium, quæ fiunt à Decurionibus Civitatum.

MDLVII. Die 29. Maji.

Prætoribus Civitatum Dominii Mediolanensis.

INtelleximus, Decuriones Civitatum hujus Status aliquando creare Cives, etiam non subditos, sine appositione clausulæ, quòd teneantur habitare in hoc Dominio. Ideò volentes dicti Status indemnitati providere vobis scribendum duximus, mandantes, ut Decuriones istius Civitatis moneatis, quod in futurum advertant, ne alicui non subdito civilitatem faciant, nisi addita lege, ubi contingat bona immobilia acquirere, quòd in Dominio Mediolani habitare teneantur. Et si habitare desierint, bona Fisco applicata esse censeantur. Alioquin concessio nulla sit, ac si facta non esset. Et de hujusmodi monitione dictum Senatum certiorem facietis. 1557

Panizonus.

A N N O T.

INter modos acquirendi civilitatem unus est per electionem *textus est in l. cives C. de incolis*
1 *lib. 10. & in l. assumptio ff. ad municip.*; hanc autem civilitatem concedi posse per Decuriones
2 Civitatum firmant Carpan. *ad Stat. Mediolani cap. 3 n. 7. vol. 2.*, Conrad *in Templo. omn. Judic. lib. 1. cap. 2. tit. de Imperatore §. 4. tit. civilit. concedit n. 3.* Rimin. Jun. cum ibi alleg. *cons.*
3 *363. n. 292. vol. 3.* Hac tamen civilitas procedit, & prodest tantum quoad ea, quæ ab ipsa

 Civi-

1557 Civitate concedente dependent Card. DeLuca *de jurisdict. disc. 46. sub n. 10. versic. aut hujusmodi, & de praeminent. disc. 13. n. 16.*, in iis enim, quae respiciunt praejudicium tertii, civilitatem concedere ad solum Principem spectat idem Card. DeLuca *de praeminent. d. disc. 13.*
5 *n. 17. & disc. 36. n. 3.*, & generaliter concedere veram civilitatem esse de Regalibus, ac pertinere ad supremam Principis potestatem firmat laudatus DeLuca *de jurisdict. d. disc. 46. loc. cit.*

Civis ex privilegio non comprehenditur in prohibitione Nov. Constit. loquentium de non
6 subditis quoad acquisitionem bonorum, ideoque validè potest acquirere bona immobilia, ut in terminis nostrarum Constitutionum firmant Garon. *in tit. N. C. de poenis art. 69. n. 29.*, & Donde. *consult. 39. n. 1. & 14.* ubi refert sic decisum ab Illustriss. Magistratu Extraord. Reddit. favore Francisci Vacaroni Monferratensis, qui fuit admissus ad haereditatem Antonii Lupani ex eo, quia erat Civis Aleaandrinus ex privilegio, licet nec antea habitasset, nec bona possedisset eorum onera solvendo. Hinc laudabili providentia cautum est per hoc Senatus consultum Decuriones Civitatum hujus Dominii in concedendis privilegiis civilitatis debere apponere clausulam, quod Cives sic creati teneantur venire ad habitandum in hoc Dominio, ubi contingat eos acquirere bona immobilia, ut sic adimpleatur finis, ob quem Nov. Constitutiones *in §. Collegiis tit de poenis* prohibuerunt alienationem bonorum stabilium in non subditum, ut nempe possidentes bona possint ad
7 onera compelli, & eorum exactio facilior sit ob publicam utilitatem, ut notat Carpan. *ad d. §. Collegiis in princip. n 9.*

Si Civis creatus ex privilegio non habitet juxta obligationem appositam in privilegio civilitatis, ad hoc ut ammittat tale privilegium, & incurrat poenas in casu contraventionis
8 appositas requiritur interpellatio, & monitio, ut constituatur in mora Castald. *consilt. 15. n. 21. & consult. 53. n. 9 tom. 1.*, Cyriac. *contr. forens. 153. n. 54. & sequ. vol. 1.*, Andreol. *con-*
9 *trov. 239. n. 6.*, & sententia Judicis declaratoria Torr. *var jur quaest. tit. 9. quaest 1. n. 37. tom. 2.*,
10 & interpellatus ad habitandum potest adimplere obligationem intra annum Cyriac.
11 *d. controv. n. 57. cum ibi adduct.* non solum ad evitandam ammissionem privilegii, sed etiam ad effectum evitandi poenam impositam Andreol. *d. contr. sub n. 6.*

Conditio habitandi quod inest naturaliter in hujusmodi privilegiis, adeò ut de jure subintelli-
12 gatur, etiam si non sit expressa in concessione firmat Gob. *consult. 113 n. 17. lib 1 cum ibi adduct.*

Magnus Fossatus.

De Personis subjectis Praetori Feudali.

DEclaratum fuit servitores Feudatariorum subesse illis, item & pensionantes, & fictabiles ipsorum, litteris datis Praetori Derthonae die 29. Julii 1557.

S C H O L I A.

MEminit *Ruginell. pract. quaest. cap. 46. num. 62.* subdens id procedere, licet aliàs illi subessent majori Magistratui.

Garonus.

Colonos inhabitantes proprias Domos esse subjectos Minori Magistratui licet colant bona Civium.

Praetori Cremonae.

QUia Senatum nostrum consuluistis de Colonis, qui, & bona Civium colunt, & proprias domos inhabitant, nos jamdudum pro comperto habemus Colonos, qui in domo propria habitant, licet majorem partem bonorum Civium colant, jurisdictioni Feudatariorum subditos esse, verum quia etiam compertum est plures Colonos solere domos conductas pro suis habitare, & multas similes imposturas decreto facere, vobis occulatissimè est advertendum, ne hujusmodi fraudes fiant. Dat. Mediolani die 26. Augusti 1557.

Sign. G. Rocca &c.

De fidejussionibus accipiendis in causis appellationum.

MDLVII. Die 26. Octobris.

IN porrigendis appellatoriis libellis, audivit Senatus, inolevisse absum apud Notarios Actuarios conscribendi fidejussorem, etiam absentem, servitoresque etiam publicos, atque viles, & non idoneas personas apponen. in praejuditium eorum, qui pro se sententias obtinuerunt, immo compertum est, aliquos ex eis fidejussoribus, ante scriptam fidejussionem, jam vita functos. Id, cùm Novis Constitutionibus in hac materia disponentibus etiam repugnet, & vult ordo ipse abusum hujusmodi in desuetudinem abire, ac tollere.

Propterea mandat omnibus, & singulis Notariis, ad quos attinet; ne in posterum similes fidejussores conscribant, neque, nisi praesentes, & consentientes, ac ad formam Constitutionum eos recipiant. Contrafacientibus erit poena privationis officii Notariae, ultra aliam poenam à Senatu arbitrandam, & damnum parti laesae resarciendum.

Quòd

Quòd visitationes delictorum non fiant nisi à Notariis Maleficiorum. 1557

MDLVII. Die 6. Novembris.

INnotuit Senatui, aliquos Notarios, ad officia Maleficiorum non deputatos, nec descriptos, facere visitationes delictorum, quæ in dies committuntur, easque postea deferre ad Notarios Maleficiorum, tanquam ab eis hujusmodi commissiones habentes: ex quo sequuntur controversiæ, & disputationes inter Magistratus de præventione, in dispendium etiam privatorum, ideò re benè perpensa.

Senatus censuit, nullos Notarios, nisi ad Maleficia descriptos, posse visitationes delictorum facere; sub pœna nullitatis processus, & alia ipsis Notariis, non descriptis, irroganda, ad arbitrium ipsius Senatus.

Ordo, quòd Advocati in dicendis coram Senatu causis, modestia utantur.

MDLVII. Die 16. Novembris.

SEnatus, bonis rationibus adductus, hoc publico ædicto, quod vim legis habere decernit, omnibus, & singulis Advocatis, qui ad ejus Tribunal causas orant, mandat, ut in eis dicendis modestè loquantur, tàm de Advocatis adversariis, quam eorum Clientibus: nec Advocatos aliquo modo verbis lacessant: Clientes verò, nisi quatenus necessitas causæ ita exigat: sub pœna suspensionis trimestris ab officio advocationis, & aureorum insuper quinquaginta Regio Fisco adjudicandorum.

Signat. Franciscus Petranigra.

Ne Advocati oblationes coram Senatu pro Clientibus temerè faciant.

IN causa Angelæ Elisabeth Confaloneriæ contra fratres Confalonerios, cùm proposita esset per Advocatos mulieris conditio, eamque ipsa mulier implere recusaret, ita ut ordinatio Senatus, qui conditionem accipiendam censuerat, eludi videretur.

Senatus monuit in faciem omnes Advocatos, qui coram eo causas dicunt, ut deinceps in proponendis Senatui oblationibus cautiores sint: nam si Clientes eis acquiescere noluerint, ipsi onus Clientum subibunt.

Decretum de Syndicatoribus.

MDLVII. Die 4. Decembris.

CUm nonnulli ex Syndicatoribus, quorum munus præcipuum est curare, ut Officiales exactam administratæ Provinciæ rationem reddant, nihil minus, quam quod sui muneris proprium est, præstent, id tantum studentes, ut pecunias undique congerant; ordines etiam ad coercendam eorum aviditatem alias editos contemnentes, ac si omnia licerent, cùm offitii sui rationem aliquam se non reddituros confidant: ut tanto morbo occurratur.

Senatus imprimis decernit, ut Syndicatores omnes à causis ordinariis terminandis, prout aliàs ordinatum fuit, omninò abstineant, sub pœna nullitatis, & alia Senatus ipsius arbitrio imponenda; & ut Notarii, qui de sententiis hujusmodi in causis latis rogati fuerint, à Notariatus officio, Senatus ejusdem arbitrio, suspendantur.

Mandat item Senatus, ut Syndicatores omnes causas criminales, quæ ex ordinum forma, vel ex consuetudine referendæ sunt, modo aliquo terminare non audeant: & ut intra octo dies postquam successorem habuerint, illarum omnium causarum criminalium, quas durante Syndicatu expedierint, notulam fidelem, manu propria subscriptam, exprimendo cujusque causæ expeditæ titulum criminis, in manibus subsignati Secretarii deferre teneantur: & aliam similem notulam Notarii criminalium causarum, pœnes quos earum libri remanebunt, in formam authenticam ad eundem Secretarium mittant. Sub pœna contrafacientibus Senatus arbitrio imponenda.

Decernit etiam Senatus, ut Syndicatores neminem eorum, quos in libris criminalium causarum fidejussori relaxatos invenerint ad carceres inconsulto Senatu revocent; nisi de delicto capitali agatur, aut nisi ex correis aliquis in carceribus retineatur, qui aliter expediri non possit, qui aliter citati fuerint, parere non teneantur.

Decernit pariter Senatus, ut Syndicatores nullum processum, nullamvè ordinationem facere possint, nisi adhibito Fisco, aut saltem eo legitimè citato, sub pœna nullitatis ut supra.

Ut autem facilius cuicunque contra Syndicatores, à quibus aliquo modo injustè oppressus fuerit, querelas porrigere volenti aditus pateat; Senatus Senatores querelis hujusmodi audiendis deputabit, ad quos poterunt, qui querelare voluerint, etiam

per

1558 per litteras, ubi ipsi ad hanc Civitatem conferre se nequeant, querelas suas mittere.

Sciant autem Syndicatores ipsi, si in eorum officio malè se gessisse deprehensi fuerint, re ad Senatum relata, debitas pœnas se daturos.

Atque ut decretum hoc omnibus innotescat, mandat idem Senatus illud in locis Civitatum, & locorum omnium, in quibus jusdicitur, & Syndicatus fiunt, publicari, & affigi debere, affixumque remanere, quousque Syndicatus perfecti fuerint.

Annibal Crucejus.

A N N O T.

Fuit renovatus in ord. diei 9. Junii 1714., qui incipit *Quamvis Justitia &c.*

Quomodo faciendæ sint condemnationes in casu incertitudinis.

Pro-Prætori Cremonæ.

QUod exquiritis sententiam Senatus de condemnationibus capitalibus, in casu incertitudinis faciendis; ea est ipsius Senatus sententia, ut si plures in rixa percusserint, & ignoretur quis letale vulnus intulerit; aut plures insultum fecerint, & ignoretur quis vulneraverit, & occiderit; omnes in contumaciam capitaliter, cum bonorum publicatione condemnentur; quemadmodum, & binis jam litteris istis Prætoribus mandatum fuisse, vos monuistis, atque ita in futurum servari decernimus. Idem fieri volumus de pecuniariis condemnationibus, unica tamen solutione sufficiente. Mediolani octavo Januarii 1558.

Quod causæ appellationum à sententiis Prætorum Feudatariorum ab Auditoribus ipsorum Feudatariorum non cognoscantur.

MDLVIII. Die xi. Januarii.

DEvenit ad notitiam Senatus, quòd quando contingit appellari in causis, quæ determinantur per Prætores Terrarum, & Locorum Dominorum Feudatariorum Status Mediolani, hujusmodi appellationum causæ usurpantur per ipsorum Feudatariorum Auditores, hujusmodi abusui, sicuti multis de causis displicuit, ita occurrere volens is ordo.

Statuit mandandum esse, sicuti mandat, omnibus Feudatariis, ne posthac audeant, sub pœna privationis feudi, pati, nec tolerare ipsarum appellationum causas cognosci, nec decidi per Auditores suos, nec in eis ullo pacto se intromittere; sed permittant eas Judicibus, ad quos devolvi debent, cognoscendas, & determinandas. Mandatque omnibus Prætoribus Civitatum, ut ordinationem hanc intimari faciant omnibus, & singulis Feudatariis existentibus in jurisdictione Provinciæ suæ: quos monet Senatus, ut si quid in contrarium habebunt, termino dierum quindecim post intimationem, deducant in manus subsignati Secretarii; secus verò elapso ipso termino, & eis nihil producentibus, quod relevet, præsentem ordinationem effectum suum sortiri debere.

B. Patellanus.

A N N O T.

1 FEudatariis concedi posse per Principem jus appellationis, seu cognitionis super appellatione interposita à prima sententia sui Officialis certum est; unde solum controverti solet inter DD. quibus modis, & formis concessio ista explicanda sit, putantibus aliquibus, quos referunt Anna *allegat.* 51. *n* 40., Lagunez *de fructib. par.* 1. *cap.* 17. *n.* 3., Curt. *de feud. par.* 7. *& ult. quæst.* 12. competere illi, cui simpliciter concessa sit jurisdictio: E contra negantibus aliis jus cognoscendi super appellatione nunquam venire in generali concessione, & hoc jus esse Principi reservatum, nisi expresse à Principe fuerit privilegio, vel investitura collatum, ut tradunt Anna *alleg.* 52. *n.* 44. *cum sequ.*, Mastrill. *de Magistratus lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 9., Mattheu Sanz *de regim. Regni Valent. tom.* 1. *cap.* 6. §. 3. *n.* 25., Brun. *cons. feud.* 102. *n.* 1., Boss. *de foro compet. n.* 45., Ruginell. *pract. quæst. cap.* 46 *n* 75., Lagunez *d cap.* 17. *n.* 4 *& seqn.*, & hæc conclusio procedit, etiam si feudum datum sit in

2 plenum dominium, & proprietatem Capibl. *de Baron. tom.* 1. *prag* 8. *par.* 1. *n.* 148., & licet in quibusdam locis contrarium servetur, hoc procedit vel vi privilegii, vel alicujus con-

3 cessionis particularis, vel consuetudinis, quibus acquiri potest à Feudatariis hoc jus deferendi appellationibus primi judicii Lagunez *ubi supra n.* 25. *&* 26., Borel. *in summ. decis. tit.* 4. *de jurisdict. & imper. n.* 80., Mastril. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 14. *&* 15.

Hinc in casibus, in quibus Feudatariis non competit jus appellationis, optimo jure fuit sancitum per Senatum Excellentiss. à sententiis Prætorum feudalium non posse appellari ad eorum Auditores, aliter ex hoc videretur fundatum à Feudatariis Tribunal pro ap-

4 pellationibus, & Auditores jusdicerent, licet ipsos posse solum consulere declaraverit Senatus Excellentiss. die 5. Septembris 1671. in casu Auditoris Soncini, ut notat Git. *de majori, & minori Magistr. lib.* 2. *quæst.* 7. *n.* 12.

Magnus Fossatus.

Ordo,

Ordo, ut pœnæ præceptorum pœnalium applicentur Fisco Regio. 1558

SEnatus anno 1558. die 20. Octobris ordinavit, ut si quando darentur litteræ Feudatariorum Judicibus, ut possint procedere præceptis pœnalibus, dicatur etiam in ipsis litteris, pœnas applicari debere Fisco Regio.

S C H O L I A.

Refert *Raginell. pract. quæst. cap. 46. num. 81.* *Garonus.*

Quòd Inquisitiones possint reformari non obstante Statuto.

MDLVIII. Die ultimo Octobri.

EXposuit in Excellentiss. Senatu D. Vicarius Justitiæ Mediolani, plures ad officium suum reperiri Inquisitiones formatas, non servatis aliquibus solemnitatibus de jure municipali requisitis: caverique statuto, ne inquisitiones eo modo formatæ iterari possint, ac propterea consuluit Senatum, quid in iis servandum esset.

Senatus re maturè considerata, ne delicta impunita remaneant, censuit, inquisitiones, de quibus suprà, iterum reformandas esse, allegato statuto non obstante.

Subscript. Annibal Crucejus, & sigillat. &c.

Ordo, quòd præstantes auxilium ad homicidia, in contumaciam, condemnentur in eandem pœnam, in quam condemnantur ipsi homicidæ.

FOrmata Inquisitione contra homicidas, & alios de auxilio, & assistentia cum armis ad homicidium in rixa commissum; dubitatum fuit per Dominum Vicarium Justitiæ, an præstantes auxilium in eandem condemnari debeant pœnam in contumaciam, in quam condemnati fuerunt homicidæ, & præsertim cum ex Novis Constitutionibus caveatur, quod præstans auxilium ad prædicta arbitrio judicentis puniri possit, & propterea consultus Senatus per ipsum D. Vicarium:

Respondit, in contumaciam condemnari debere præstantes auxilium in eandem pœnam, in quam actuales homicidæ condemnantur. Subscrip. B. Patellanus.

A N N O T.

FUit correctus iste ordo per alium posteriorem diei 7. Maji 1582.

Adam Tinctus uxoridica absolvitur à confiscatione bonorum.

MDLVIII. Die 19. Decembris.

LAta per Magnf. D. Prætorem Cremonæ sententia, qua condemnaverat Adam Tinctum uxoridicam Cremonensem in amputatione capitis, absque bonorum confiscatione, eo quòd uxoricidium fuerat commissum in agro Brixiensi, ubi dicebatur confiscationes in hujusmodi casibus non fieri: Fiscus Cæsareus adversus eam sententiam ob confiscationem non factam; tanquàm læsus in integrum restitui petiit, & delegata causa Magn. D. Quæstoribus, cùm vidisset nullam posse ab eis provisionem reportare, quoniam per Novas Constitutiones ab hujusmodi sententiis omnis appellatio, nullitas, & in integrum restitutio tollebatur: Recursum habuit ad Senatum, petens indemnitati suæ omni meliori modo provideri. Qui volens, sicut in cæteris omnibus, maturè procedere, mandavit citari prædicti Adam filios, & uxorem. Visa itaquè petitione ipsius Fisci, ac exceptionibus, & defensionibus pro parte ipsorum filiorum, & uxoris factis, & viso Statuto Brixiæ, ac litteris Magn. D. Prætoris Brixiæ sub die 25. Septembris anni præsentis, quibus respondet litteris Senatus eidem ad instantiam Fisci datis sub die quinto mensis prædicti, & visis copiis actorum publicorum autenticis, ex maleficio Brixiæ productis, & confectis ab anno 1524. usque ad annum præsentem: ac visa sententia per D. Prætorem Brixiæ lata contra dictum Adam, in qua nulla fuit facta bonorum confiscatio: ac visis aliis videndis: Auditisque denuò Agentibus ipsius Cæs. Fisci: & omnibus diligenter discussis.

Idem Senatus censuit, persistendum esse in sententia per præfatum Magn. D. Prætorem Cremonæ lata.

S C H O L I A.

PRo delicto commisso in Brixiensi non est ambigendum potuisse condemnari, ut resolvit *Fachin. contr. jur. lib. 9. cap. 20.* ut etiam faciendum fuisse juxta dispositionem illius statuti tenendum cum *Clar. §. fin. q. 39. vers. sed quæro. num. 4. Bec. conf. 93. per totum*, ubi confutat tenentes negativam, eandem communiorem, & usu receptam testatur *Farinac. q. 7. num. 20.* *Garonus.*

Ordo

1559 *Ordo quomodo condemnandi sint qui committunt Schacum.*

MDLIX. Die xxv. Januarii.

CUm hæsitaret D. Judex Equi quomodò nonnullos condemnare deberet, qui vocati pro schaco non comparuerant, consuluit Excellentiss. Senatum super ipso negotio. Senatus verò censuit, illos iterum sub pœna furti citari debere, & in eam pœnam condemnari, ubi non comparuerint.

Signat. Jo. M. Catt. & sigillat. &c.

Ordo contra Deferentes arma prohibita, & incedentes larvatos cum armis.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Cùm multi die noctuque per hanc Civitatem deferant arma prohibita, & aliqui etiam larvati cum armis incedant; ut scandalis occurratur, & temeritates insolentium comprimantur, damus vobis facultatem, ut si hujusmodi inobedientes capi non poterunt, eos sub pœna trium ictuum funis citetis, quatenus coram vobis sistant, vestroque examini se subjiciant: & si contumaces fuerint, eos condemnabitis, quòd si aliqui capi poterunt, eos illico pœnas in edicto comminatas subire cogetis, nulla ad Senatum relatione facta. Dat. Mediolani die 11. Februarii 1559.

Subscrip. Franc. Petranigra, & sigillat.

A tergo. Egreg. J. C. Vicario Justitiæ nostro dilecto.

SCHOLIA.

REgulariter enim debet quis cum armis ipsis prohibitis detineri ad hoc ut contra eum procedi possit; nisi verba prohibitionis includerent etiam simplicem portationem, de qua constet per testes, quemadmodum declarat *Peguer. decis. 55.*, *Bertazz. cons. 461. nu. 11.* plures casus distinguit *Menoch. de arbitrar. cas. 394. nu. 42.*, *& seq.* Ex quibus clarè colligitur, quando procedi possit contra non depræhensum, & captum, ejus tamen resolutionem reprobat *Marta voto 80.* Quid de armis repertis pænes aliquem in terra? præsumi esse illius tenet *Felic. alleg. 10. num. 81. p. 1.*, *Mutæ decis. 80. num. 4.*, *Borrel. de Magistr. edict. lib. 3. cap. 17. num. 46. & seq.* Se remittit ad alios articulum enucleantes.

Garonus.

Decretum de terræ spatiis, intra nova Mœnia Mediolani inclusis, vendendis iis, qui ædificare velint.

MDLIX. Die 20. Martii.

CUm in cingenda novis mœnibus Civitate hac Mediolani multa terræ spatia habitationibus vacua includi contigisset; plurimumque ad Urbis decorem, & Civium commoditatem conducere videretur, si eis in spatiis ædificia construerentur: Senatus consulto jam inde à principio cœptæ munitionis facto cautum fuit, ut locorum ejusmodi Domini ea vendere tenerentur quibusvis, ædificandi causa emere volentibus, certo pretio in singulas perticas constituto, pro loci, & situs varietate, ubi tamen ipsi ædificare nollent. Compertum deinde est, sanctione illa ei rei non modo non suisse consultum, sed illam prope modum inanem redditam fuisse. Multi enim ut venderent requisiti, vendere detractarunt, allegantes eis in locis ædificare se velle. Quòd ab iis tamen præstitum postea nunquam fuit. Eaque de re multi ædificare cupientes apud Excellentiss. Senatum non semel sunt conquesti. Quo circa Senatus publicæ, privatæque utilitatis interesse intelligens, ut eis in locis domus, & alia pro cujusque arbitrio, commodovè ædificia extruantur, impedimentum ab istis locorum, & hortorum Dominis verbo, non reædificaturis allatum, decrevit omnino esse amovendum. Itaque re tota diligenter, & maturè perpensa, & examinata.

Censuit, statuendum esse, & ita præsenti sanctione statuit terminum mensium trium proximè futurorum, à die publicationis ejus unicuiquè spatia terræ aliqua, sive culta sint, sive inculta, intra nova mœnia possidenti ad declarandum, & aperiendum in scriptis in manibus subsignati Secretarii, an ædificare velit, necnè. Quòd si eo in termino nihil responderit, aut nolle ædificare dixerit, cogi possit ad vendendum cuilibet emere volenti, juxta tenorem primæ sanctionis hac in materia editæ. Si verò ædificare velle dixerit, tunc omnino inchoare teneatur intra spatium aliorum trium mensium. Quòd si postea non fecerit, non solum cogi possit ad vendendum, ut supra: verum etiam incurrat pœnam Senatus ipsius arbitrio eis imponendam.

SCHO-

 1559

S C H O L I A.

Licet gravis videatur injuria, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti, *l. Dudum 14. de contrahend. empt. lib. 4. Cod. tit. 14.*, & ideò invitum comparare, vel distrahere postulantis desiderium, justam causam non continere, *l. invitum. 11. tit. eo.*

Attamen multi sunt casus in quibus id præcipitur. Vicinus potest cogi vendere pro ampliatione viridarii Monasterii, *Mor. Antonin. lib. 1. resolut. 112. cas. 29.*, *Cyriac. contr. 231. num. 7.*, *Giurb. decis. 86. num. 8.*, *Costa remed. subsid. 76. num. 9.* Pro ampliatione itidem hospitii Religiosorum, *Ricc. decis. 138. p. 1.*

Cum autem erit agendum de venditione coacta, tria erunt consideranda; necessitas ex parte emptoris, modicitas præjudicii ex parte venditoris, & vicinitas rei vendendæ, *Rota apud Farinac. decis. 327. p. 2. in recentiss.* Dixi modicitatem præjudicii: & ideò domus magnatum antiqua non poterit capi pro ampliatione Ecclesiæ, quia familia valdè magnum caperet detrimentum, *Rota apud Farin. decis. 402. p. 1. in recentiss.* Dixi vicinitatem, & non contiguitatem: quia pro Ecclesia amplianda potest capi domus etiamsi adsit via intermedia, *Rota apud Farinac. decis. 213. p. 2. in recentior.* Et quòd etiam quis cogatur vendere servitutem altius non tollendi, ne habeat prospectum in Monasterium Monialium, licet via sit intermedia, probat *Franc. decis. 223.*, *Giurba decis. 86. num. 8.* *Garonus.*

Decretum Gratiosum.

Consalvus Ferdinandus à Corduba Dux Suessæ, &c. Regiæ Catholicæ Majestatis in Dominio Mediolani Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c.

Quod ex vetere instituto majorum recentiis temporibus hujus Dominii Principes, ac Moderatores sæpenumero fecisse intelleximus, ut in publica aliqua totius Provinciæ lætitia, generali proposito edicto, omnium criminum subditis veniam indulgerent; id à nobis hoc tempore prætermittendum esse non duximus, quo summa, & incredibili, non modo hujus Provinciæ, sed etiam totius Christiani Orbis lætitia Serenifs. Hispaniarum Rex Dominus noster, ac Christianifs. Francorum Rex, post tot funesta omnibus populis bella divino numine animos inspirante, sinceræ, sanctæ, & perpetuæ Pacis fœdera sanxerunt. Cui quidem lætitiæ, quamvis per se maxima esse videatur, illud etiam accessit, ut idem Serenifs. Rex noster ejusdem Christianifs. Regis filiam primogenitam sibi despondenit. Unde nobis omnibus plenius quoq; gaudendum est, tum quod ex tam fœcunda progenie felicifs. Regi, ac Dominio nostro proles parentibus similis speranda est; tùm etiam quod ex Sanctifs. Affinitatis vinculo inter Reges ipsos contracto jam non est timendum, quin hac firma stabili, ac perpetuò mansura Pace Divina bonitas, aurea nobis sæcula promittat.

Hoc igitur generali Decreto Regia, & Ducali auctoritate qua fungimur, etiam Excellentifs. Senatus voto accedente. Decernimus, statuimus, & mandamus omnes, & singulos huic Dominio Mediolani mediatè, vel immediatè subjectos, aut in hoc Dominio firmam habitationem habentes, qui de quibuscunque delictis, ac criminibus etiam capitalibus ab hodierna die retrofactis, vel commissis suspecti, delati, accusati, vel inquisiti sint, etiam si confessi, aut convicti fuerint, & sivè processus ipsi adhuc cœpti non sint, sivè adhuc pendeant, sivè jam condemnatio secuta fuerit, & sivè rei in carceribus detenti sint, sivè sub fidejussione extra carceres judicant, sivè adhuc in judicio non comparuerint, & sivè in contumaciam banniti, aut condemnati, aut arbitrio nostro, vel Senatus, aut aliter certo tempore, aut perpetuò exulare jussi fuerint; à quacunque pœna non modo corporali, sed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione, quæ tàm ad Regiam Cameram, quàm ad Feudatarios, vel Communitates hujus Dominii spectaret: dummodò pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, vel composita non sit, aut bona ipsa per sententiam confiscata, & actualiter apprehensa non fuerint, ipso jure, & facto absolvi, & liberari debere. Atq; ita præsentium tenore absolvimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus, & si aliqui prædictis de causis carceribus mancipati sunt, eos illicò liberari, & relaxari mandamus.

Quæ omnia locum habere declaramus, quò ad eos tantum, qui legitimam remissionem, & Pacem ab offensis habuerint in casibus, in quibus partis remissio necessaria est, aut illam intra tres menses post harum nostrarum publicationem obtinuerint, & intra idem tempus Officialibus, ad quos spectabit, citato Fiscali illius Civitatis, vel loci ubi adsit, in authentica forma legitimè præsentaverint.

Declarantes etiam inter casus, in quibus remissio partis non requiritur comprehendi casum provocationis ad rixam, simplicis insultus, Primæ evaginationis, aut delationis armorum prohibitorum, ubi tamen vulnera, aut percussiones secutæ non fuerint.

Volumus autem, ut Officiales in abolitionibus ipsis faciendis ad omnia diligenter advertant, & si qui fortè simpliciter de homicidio condemnati fuerint, aliquibus tamen

I indi-

1559 indiciis præcedentibus, ex quibus suspicio animi deliberati elici possit, licet qualitas ipsa expressa non sit, sed tantum præmissa facti narratione inquisitio formata fuerit; Mandamus ut productis legitimæ remissionis instrumentis rem omnem Senatui referant, qui pro casuum, & personarum, qualitate, quid agendum sit, decernet.

Declaramus insuper in hoc edicto non comprehendi eos, qui in crimine læsæ Majestatis, Rebellionis, Hæresis, Fabricationis falsæ monetæ, necnon, & Homicidii animo deliberato patrati, aut aliquod eorum inciderint, eosque pariter, qui ad offensam in hujusmodi delictorum causis falsum testimonium deposuerint. Quos omnes, & singulos præsentis Decreti beneficio gaudere nolumus. Sicut neque eos, qui, dum Officiales essent, in eorum officiis deliquerunt. Neque Notarios, qui falsitatem aliquam in instrumentis, aut publicis scripturis commiserunt, quos pariter ab hujus edicti indulgentia exclusos esse declaramus.

Volumus tamen Consules Terrarum, Antianosque Parochiarum, qui ob denuntiationes omissas, vel minus legitimè factas in pœnam aliquam incurrerint, sub Officialium nomine reservatos non censeri, sed in hoc decreto comprænhensos esse.

Mandantes omnibus, & singulis Officialibus, Jusdicentibus, & Notariis huic Dominio mediatè, vel immediatè subjectis, ad quos spectat, vel spectabit, ut omnes, & singulos processus, scripturas, condemnationes, acta, banna, & quælibet alia, quæ in causis supra narratis facta fuisse reperiuntur (salvis tamen reservatis utsupra) gratis deleant, & annullent, & reorum hujusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant: sicut & nos Auctoritate Regia, qua fungimur, præsentium tenore delemus, annullamus, tollimus, & pænitus abolemus.

Volentes etiam, & ita expressè mandantes quibuscunque Officialibus, & Jusdicentibus, ut supra, ut pro quibuscunque delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent (exceptis tamen superius reservatis) atque eorum occasione, nullo modo in futurum procedere, inquirere, aut aliquos molestare audeant, modò (in casibus in quibus requiritur) à parte offensa legitima remissio obtenta fuerit, vel illam in futurum obtineri contingat. Et termino trium mensium, postquam de ipso delicto delati fuerint, & contra ipsos procedi cœptum sit, remissio ipsa eorum officio legitimè exhibita fuerit.

Ad hæc decernimus, & ordinamus quoscunque tàm publici, quàm privati debiti causa in carceribus detentos, ex ipsis carceribus illicò relaxari debere. Quos omnes, & alios quoscunque debitores, si ex causa publica, intra duos proximos menses; si verò ex causa privata, intra quatuor menses, personaliter molestari præsenti edicto prohibemus.

Prætereaque decernimus omnes, & quascunque mulctas, sive condemnationes pecuniarias tàm Cameræ Regiæ, quàm Feudatariorum, & Communitatibus Urbium, Oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum hujus Dominii quæcunque ex causa in hanc usque diem factas, & applicatas nullas esse, neque exigi aliquo modo posse. Salvo tamen semper jure tertii quoad capitale debitum, cui derogare non intendimus. In quorum &c. Signata el Duque, y Conde. V. Taberna. Augustinus Monti. Publicatum fuit præsens decretum in Ecclesia Majori Mediolani sono tubarum præmisso ad conspectum præfati Illustriss., & Excellentiss. nostri Locumtenentis, & Gubernatoris, Excellentissimique Senatus, aliorumq; Ill., & Magnificorum Magistratuum, & Officialium Civitatis Mediolani, ac assistente maxima nobilium, & populi multitudine, per Bartholomæum Oldanum unum ex præconibus Excellentiæ Suæ. Die Jovis 20. mensis Aprilis 1559.

Ordines Excellentiss. Senatus observandi ab Officialibus, & Notariis in abolendis reorum nominibus, vigore antecedentis Decreti gratiosi.

MDLIX. Die 21. Aprilis.

Tametsi in generali criminum abolitione, quæ nuper ob pacem inter Catholicum, & Christianissimum Reges initam promulgata est, mandatum sit omnibus Magistratibus, seu Officialibus, & Notariis, ut nomina Reorum in eo decreto comprænhensorum gratis de albo deleant: attamen re ad Senatum delata, cum aliqui Officiales nullum ex ærario publico stipendium percipiant, & Notarii Tribunalia rerum criminalium sub certis pensionibus conducant: visum est eorum aliquam rationem habendam esse: omnibus igitur diligenter perpensis.

Senatus censuit, concedendum esse, & permittendum, atque ita præsenti Senatus consulto permittit Officialibus, qui nullum de publico salarium habent, ut in hac generali criminum abolitione honorarium accipere possint, videlicet, pro qualibet causa capitali aureum unum scutatum: pro causa verò non capitali dimidiam unius aurei partem: à miserabilibus autem personis nihil prorsus accipiant.

Notariis quoque rerum Criminalium in abolendis Reorum nominibus permissum est, ut pro qualibet causa capitali dimidiam unius aurei partem, non capitali verò quartam

tam

tam partem aurei, à miserabilibus autem personis nihil omnino accipere possint.

Gubernatores insuper Statutorum Mediolani in causis reorum de albo delendorum, non possint pro ea abolitione accipere, nisi asses decem Imperialium pro quolibet reo, qui tamen non sit miserabilis, quoniam à miserabilibus nihil exigere jubentur.

Præter honoraria supradicta nihil prorsus accipiant, etiam à sponte dantibus, aut dare volentibus. 1559

Sub pœna ipsis Officialibus, Notariis, & Gubernatoribus quadrupli Fisco Regio adjudicanda, alia etiam graviori arbitrio ipsius Senatus infligenda, si huic sanctioni non paruerint.

Subscr. Franc. Petranigra.

Ordo pro Immunitate duodecim Liberorum.

NAti ex eodem Patre, ex duabus, vel pluribus uxoribus, ubi sint inter se duodecim, præstant immunitatem Patri. Ita declaravit Senatus die 22. Maji 1559.

Crucejus.

A N N O T.

IMmunis ob duodecim liberos susceptos à prima Uxore, dum ex his superstites tantum novem haberet, petiit denuo declarari immunitatem ex supervenientia aliorum habitorum à secunda uxore; considerato voto Egr. Advocati Fiscalis Porri censuit Senatus petitis locum non esse, cum jam priores filii immunitatem adepti sint, neque amplius conjunctionem fieri posse cum filiis secundi matrimonii, in casu Rosati Novariensis referente Magnif. D. Senatore de Clericis die 23. Januarii 1669. *Magnus Fossatus.*

Ordo contra Blasphematores respectu condemnationum.

PHILIPPUS Hispaniarum, Angliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

DIlectè noster. Cum multi pro blasphemiis, Quas in Deum, Virginem, & Sanctos proferunt, ferè quotidiè condemnentur, intelleximus tamen eas condemnationes ferè nunquam exigi, aut ad officium Sanitatis, cui ex formula Constitutionum adjudicantur, mitti. Quæ res nullo utique modo ferenda est.

Ideò vobis committimus, vestrisque successoribus, ut si condemnati pro blasphemia nexi erunt in carcere, eos non dimittatis, nisi vobis constiterit, pœnam blasphemiæ Officio Sanitatis esse solutam.

Si verò nexi non erunt condemnationes contra eos sequutas mittetis ad Officium Sanitatis, intra id tempus, quo condemnationes Fisco nostro adjudicatas, tenemini ex forma Constitutionum ad Quæstores nostrorum redditunm mittere. Monebitisque Notarios Actuarios vestri Tribunalis, qui nunc sunt, & per tempora erunt, ut hanc nostram sanctionem omnino servent, sub pœna solvendi de suo si non servaverint. Mediolani die 22. Julii MDLIX.

Signat. Franc. Petranigr., & sigillat. &c.

A tergo. Egreg. Viro Capitaneo Justitiæ nostro dilecto.

Causæ appellationum coram Senatoribus, quemadmodum causæ principales instantiam non habent.

MDLIX. Die 11. Septembris.

SIgnificatum fuit Senatui Excellentiss. hæsitari ab aliquibus Jusdicentibus, utrum Constitutio, quæ disponit quòd causæ coram Magn. D. Senatoribus vertentes nullam habeant instantiam, compræhendat dumtaxat causas principales, vel etiam appellationum. Responsum fuit, hujusmodi Constitutionem utrasque causas amplecti.

Landrianus.

Decretum, quòd coram Senatoribus servetur constitutio in titulo de Appellat.

Reperitur in actis Officii Statutorum Mediolani inter alia adesse scriptum videlicet.

PEr parte delli M. Magn. Signori Abbati del Ven. Collegio de' Notari di Milano, si dà notizia a qualunque persona di qualunque stato, grado, e condizione voglia si sia, che a supplicazione del prefato Vener. Collegio. L'Eccellentiss. Senato ha dato lettere del tenor infrascritto. Per le quali comanda sia pubblicato, che qualunque abbia, ovvero pretenda aver cause d'appellazioni concesse, e pendenti avanti Illust. Senatori, overo alcuno di quelli, debba fra otto giorni aver servato quanto si contiene nelli Statuti, Constituzioni del Dominio di Milano, sotto il titolo de Appellationibus;

1560 altramente che s'intenda renunciato alle dette appellazioni secondo la forma de' detti Statuti, ed Ordini, e che da qua avanti si servino dette Constituzioni, ed Ordini circa tali appellazioni, e siccome dispongono le dette lettere, le quali si descrivono così, videlicet.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Proposito in Senatu nostro per unum ex ipso ordine negotio, de quo in precibus Collegii Notariorum hujus Urbis tenoris hujusmodi videlicet.

SERENISSIME REX.

Licet hactenus pro majori parte servatum fuerit, ut in causis appellationum, quæ devolvuntur ad Excellentiss. Senatum, & quæ committuntur Senatoribus non detur fidejussio, vel juretur, aut alia serventur, quæ requiruntur ex forma Statutorum Mediolani, aut Constitutionum, sub titulo de Appellationibus, tamen delatum fuit, ad Collegium Notariorum Mediolani, nonnullas litteras emanasse ab Excellentiss. Senatu Mediolani, dicta Statuta, & Constitutiones debuisse, & debere servari, quo fit, ut convocatis Causidicis, & Notariis satis tractatum fuit de provisione adhibenda, quoniam tales litteræ videntur exemplares, & si servandæ forent, infiniti processus tàm præteriti, quàm pendentes ruerent in maximum damnum, præjuditium, & publici, & privati, sciscitatum fuit in frequenti collegiatorum turba.

Si qui servarunt, vel non servarunt dictos Ordines, Statutave, aut Constitutiones, & cum à majori parte compertum fuerit, neque coram Senatu, neque Senatoribus illa fuisse servata, etsi aliqui quandoq; ad abundantem cautelam, vel pro eorum libito servarint; ostensi fuere, & in medio allati multi processus, declarationesque & tacitè, & expressè ab ipsis Magn. Senatoribus editæ absq; ulla observantia memoratorum Statutorum, vel Constitutionum, decrevit ergo Collegium prædictum pro salubri remedio, & publici, & privati recurrere ad M. V., & Excellentiss. Senatum.

Humiliter supplicando dignetur ipsas litteras, & quascunque declarationes superinde à Senatu emanatas tollere, aut saltem declarare illas non respicere præteritas, & jam expeditas, vel pendentes, causas, si quidem in futuris videbitur Excellentiss. Senatui aliqua decernere, aut animadvertere, decernat prout ei videbitur, exhibentes nomine ipsius Collegii dictos diversos processus, ordinationes, & declarationes, demonstrantes ipsa Statuta, ipsasque Constitutiones coram Senatoribus non fuisse servatas aliter &c.

Ordinatum fuit, quod respectu caussarum præteritarum, & decisarum, ordinatio præf. Senatus facta ad relationem Spectab. Senatoris nomine Domini Octavii Bignami non extendatur. Sed quò ad futuras servetur. Quò verò ad pendentes, quòd omnes qui appellarunt, nec prædicta Statuta, & Constitutiones servarunt circa fidejussiones, & juramenta in eis requisita denuò termino octo dierum post hujus ordinationis publicationem debeant contenta in ipsis Statutis, & Constitutionibus servare, alioquin appellationi renunciasse intelligantur juxta dictorum ordinum formam, mandantes propterea iis ad quos spectat, & spectabit, ut ita exequantur, & faciant observari. In quorum fidem præsentes nostro sigillo muniri fieri jussimus. Dat. Mediolani vigesimosecundò Novembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo. Signat. Landrianus, & sigillata sigillo magno in cera rubea more solito. A tergo. Registrat. in filo. Signat. Ludovicus Lomatius Abbas, Andreas Bullatus. Abbas., & subscrip. Hercules Verranus præf. Ven. Collegii Notarius, & Cancell.

Publicat. ad Scalas Palatii Broletti Communis Mediolani die Martis 26. mensis Novembris 1560. sono tubæ præmisso.

Subscripta Jo. Petrus Solarius Mediolani Notarius, & V. Gubernatoris prædicti Officii Statutorum L. T. subscripsit &c.

Ordo pro Domibus locandis Officialibus.

Franciscus Ferdinandus Avalos ab Aquino Marchio Piscariæ absente Excellentiss. Duce Suessæ Regius Gubernator Status Mediolani Locumtenens, & Capitaneus generalis in Italia.

1561 Magn. dilectè nobis. Perciò che convenevole cosa è, che gli Officiali, e Gentil'uomini di Sua Maestà, e li creati della casa del suo Luogotenente ritrovino per loro denari casa ove possino alloggiare. Noi considerando che li Padroni si rendono difficili in darle loro, ritrovando persone di altra qualità, che le vogliano, ed essendo informati che li nostri Predecessori in questo governo hanno sempre usato di far simile provisione, quando è stato bisogno, vi commettiamo che a ogni richiesta di qualunque di essi Officiali, Gentil'uomini, e stipendiati facciate loro dar' in affitto quelle case, che li Padroni non abbino da tenere per uso proprio, ma sogliano locar altrui, per quello prezzo, e con quella condizione, che essi Padroni ritroveranno da altri, obbligandosi coloro, che le vorranno, e dando anche sigurtà convenevole di pagar cotal fitto, e di adempire le condizioni suddette, e se vi venesse querela da' Padroni contra i suddetti Privilegiati, che peravventura non servassero la promessa, o danneggiassero le case, o per alcuna altra cosa dependente da questa locazione, vogliamo che facciate a' detti Padroni

droni favorevole, e sommaria giustizia, e provediate con ogni rigore contra li privilegiati, così dunque eseguirete. Iddio vi conservi. Da Milano a 4. di Settembre del 1561. Signat. il Marchese di Pescara. Augustinus Montius. A tergo. Magn. D. Vincentio Macedonio Capitaneo Justitiæ Status Mediolani nobis dilect. & sigillat. &c. 1561

Jacobus Antonius Vicomercatus Coadjutor in Officio Capitaneus Justitiæ Mediolani, causarum civilium, & pro Domino Oct. ibidem Notario subscripsit, & in actis est.

A N N O T.

1 ESse de Regalibus jus cogendi subditos ad locandum Domos locari solitas pro necessitate hospitandi Curiales tradit Antunez *de donat. Reg. lib. 3. cap. 42. n. 13.*

2 Iste ordo utpote auferens Locatoribus liberam facultatem de re sua ad libitum disponendi, est strictè, & propriè intelligendus ad tradita per Caroc. *de locato tit. de libert. quæst. 14. n. 3.*

3 Fidejussio hic præscripta, utpote respiciens favorem Locatoris, præstanda erit ipso eam petente juxta traditionem Glossæ *in l. sciimus verb. ipso jure C. de in offic. testam.*, *& in l. universa C. de precib. Imperat. offer.*, quam sequuntur Cancer. *var. resol. cap. 15. n. 39. lib. 1.*, Menoch. *lib. 2. præsumpt. 26. per tot.*, & alii apud Giurb. *decis. 13. n. 8.*

4 Super hac materia adsunt alii ordines, alter nempe Senatus Excell. diei 20. Septembris 1569, & alter Excell. Gubernatoris Ducis Terræ novæ diei 30. Septembris 1583. inferius impress., & proclama diei 30. Augusti 1721. Excell. Gubernatoris Com. Hieronymi Colloredi factum prævia consultatione Egr. Capitanei Justitiæ tunc temporis Com. Don Jo. Baptistæ Trotti, postea Senatoris dignissimi, & demum Præsidis Supremi Consilii Justitiæ, Placentiæ, & L. T. Gubernatoris Parmæ, & Placentiæ, & ex Intimis Consiliariis Status S. C. C. M., in quo declaratur quænam Domus comprædendantur in hisce ordinibus, & specifice enumerantur personæ, quibus competit hoc privilegium, sublatis nonnullis abusibus, præscriptisque variis conditionibus adimplendis ab ipsis privilegiatis.

Magnus Fossatus.

Ordo, ne Rector Artistarum Gymnasii Ticinensi audeat præcedere Rectorem Legistarum.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

REver. nobis dilectè. Miratus est vehementer Senatus, cum intellexerit Rectorem Artistarum tempore quo funus istius Gubernatoris efferebatur, tentasse, & omnibus artibus nixum esse, ut Rectorem Legistarum antecederet, & de suo loco dejiceret, non sine periculo tumultus. Quare vos hortamur, ut ipsum Artistarum Rectorem seriò, & gravibus verbis nomine nostro moneatis, ne posthac hujusmodi novitates non modo non tentet, sed nec etiam cogitet, quieti, potius, & tranquillitati Academiæ (ut ejus est munus) incumbat, atque invigilet, & in universo ita se gerat, ut ejus actiones comprobemus. Dat. Mediolani die xviii. Septembris MDLXI.

Franc. Petranigra.

A tergo. Rever. J. C. D. Vicecancellario Gymnasii Ticinensis nobis dilecto, & sigillat.

Ordo pro tollendis variis gravaminibus Carceratorum.

MDLXI. Die primo Octobris.

CUm innotuisset Excellentiss. Senatui Mediolani, varia in dies gravamina iis, qui vel ducuntur ad carceres, vel se spontè constituunt, tàm à Custodibus Carcerum, quàm à veteribus carceratis inferri, tùm pecunias ab eis extorquendo, tùm eos spoliando, tùm, quando à Carceribus D. Capitanei Justitiæ, vel Domini Prætoris Mediolani ad Malam Mansionem traducuntur; illud etiam additum fuisset, Commentariensem, seu eum, qui carceratis cibaria præbet, solere, ab illis, qui à carcere D. Capitanei Justitiæ ad Roccheram Portæ Romanæ, minoris incommodi gratia, duci volunt, singulos nummos Regales quotidiè exigere: viderenturque hæc nullo modo tolleranda esse, cum reis sat molesta sit carceratio, & impensa, quæ necessariò subeunda est.

Senatus, re tota maturè considerata, mandat tàm Custodibus Carcerum, quàm quibuscunque aliis Carceratis, ne quicquam directè, aut indirectè accipere audeant ab iis, qui sive spontè, sive aliter carceres ingrediuntur, nisi summam solidorum decem, dommodo tales ingredientes in carcere pernoctent; secus nihil omnino accipiant, sub pœna trium ictuum funis, eadem pœna plecti mandat, quicunque ausus fuerit carceratum aliquem spoliare, etiam dum ad Malam Mansionem traducitur.

Et quia inolevit corruptela, ut qui antiquior est carceratus in Mala Mansione, & Prætor appellatur, pecunias quasdam ab aliis carceratis exigere soleat.

Senatus prohibet, ne quicquam ultra solidos quinque exigatur sub eadem pœna. Cumque sæpè evenire soleat, ut carcerati vel post absolutionem, vel post datas pœnas retineantur pro impensa cibaria, quam propter paupertatem solvere nequiverint; jubet Senatus,

1561 natus, nisi commentariensis opportuno tempore sibi pro impensis caverit, illos tales liberè dimitti, ubi aliàs modum solvendi non habeant.

Et quia nonnunquam diutius, quàm par est, in carceribus retinentur causa Notariorum, & Scribarum, qui processus tradere pauperibus gratis recusant: Huic quoque casui provideri volens.

Senatus mandat Notariis, & Scribis, ut miserabilibus personis copias processuum (ubi publicati fuerint) statim edant, absque ulla solutione, sub pœna scutorum decem auri Fisco Reg. applic. quotiescunq; contrafactum fuerit.

Subscrip. Annib. Crucejus, & sigillat. &c.

A N N O T.

FUit renovatus in ord. diei 16. Februarii 1669.

Declaratio pro Æstimo fiendo in Oppido Modoetiæ, an minores taxari debeant pro buccis, & quid servandum in domibus ad fictum locatis.

MDLXII. Die xxi. Februarii.

1562 CUm in Senatu Excellentiss. proposita fuissent infrascripta quæsita facta per Nobilem D. Cæsarem Besutium Commissarium reformationis extimi Oppidi Modoetiæ, videlicet:

Excellentiss. Senatus post factam primam commissionem, quòd censerentur bona stabilia Modoetiæ, exinde ad preces pauperum ipsius loci, mandavit quòd fiat descriptio buccarum utriusque sexus, & quòd ejus debita portio æstimi assignetur nulla facta distinctione, an masculi minores, vel fœminæ, debeant pari modo taxari, prout masculi in ætate perfecta constituti; nec in ipsis litteris specificata fuit qualitas æstimi dandi buccis.

Et quia in cæteris locis, in quibus æstima ruralium conficiuntur masculi majores annorum quatuordecim tantum in æstimo personali gravantur, & non fœminæ, ac masculi minores in æstimo personali describuntur, sed tantummodo contribuere videntur oneri Salis ordinarii, cùm illud buccis utriusque sexus à septennio supra datum videatur, & cùm etiam æstima ruralia solent repartiri pro duabus partibus super bonis, & pro tertia parte super capitibus masculinis, excedentibus annum quartumdecimum, ut supra.

Propterea ad clariorem intelligentiam, per Commissarium superius deputatum, præfata omnia recitata fuere Ill. Præsidi, qui mandavit fieri verbum in Reverendiss. Senatu, ad hoc ut specificetur.

Primò, an fœminæ, & masculi minores censeri debeant, & contribuere teneantur pari modo, prout masculi majores, an tantummodò censeri debeant pro onere Salis ordinarii, vulgò census nuncupati, & in quanta parte.

Secundò, an postquam onus Salis ordinarii, & sive census, in toto aut parte, prout Senatui Excellentiss. videbitur distributum fuerit buccis utriusque sexus, an æstimi tertia pars assignari debeat masculis majoribus utsupra tantùm, & duæ partes super bonis stabilibus, prout in cæteris æstimis ruralibus fit, vel nè.

Præterea alia in dicto æstimo oritur difficultas, in censenda ædificia, nam nonnulli sunt, qui proprias domos aliis locaverunt, ipsi alienas conducunt, alii eandem domum habitant, & partim locant, alii duas vel tres domos, pro eorum usu, prout asserunt, retinent, & alii buccas in præsentiarum dimittunt.

Propterea petunt declarari, quæ censenda sint. Cumque fuisset superinde auditus unus ex Magn. Senatoribus, omnibus diligenter consideratis, Senatus ad ea respondit in hanc formam, videlicet.

Quòd omnes buccæ utriusque sexus ab annis septem supra taxentur æqualiter, verum teneantur tantùm ad onus Salis ordinarii, census nuncupati, pro duabus partibus ex tribus, & residuum distribuatur super æstimo dando bonis.

Deinde æstimum fiendum distribuatur pro duabus partibus ex tribus super bonis, & alia tertia pars super capitibus masculinis tantùm æqualiter, ab anno tamen quatuordecim usque ad septuaginta: juxta illud æstimum, alia quæcunque onera exigantur.

Respectu autem ædificiorum censeantur tantùm ea, & sive pars eorum, quæ de præsenti reperiuntur locata detractis tamen fictis libellariis, ipsis ædificiis incumbentibus.

Mandat igitur Senatus Reverendiss. omnibus, ad quos spectat, ut ita servent, & exequantur, servarique, & exequi faciant.

Rocha.

A N N O T.

ONera spectantia ad Æstimum reale, & personale, inconcussè distribui debent pro tertia parte super personis, & pro aliis duabus tertiis partibus super bonis, ut non obstante petitione Communitatis Busti ordinavit Senatus Excell. die 13. Septembris 1668. referente Magnif. D. Comite Senatore Siccoborella. *Magnus Fossatus.*

Ordo,

Ordo, ut Bidelli Gymnasii Ticinensis deferant sceptrum ante Rectores accedentes ad invisendum Gubernatorem Mediolani, vel alios Principes. 1562

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

REver. nobis dilecte. Post litteras ad vos datas, ne Bidellos generales permitteretis à Rectoribus novo onere gravari; venit ad Senatum Egr. Rector Canevesius, qui de Somasco Bidello graviter conquestus, factum illius admodum insolens explicavit, ex quo censemus eum non relinquendum esse impunitum. Quare ipsum Somascum compelletis ad petendam veniam ab ipso Rectore in frequenti Gymnasio, & quoties Ill. nostros Locumtenentes istuc venire contigerit, Rectoresque ad eos, vel alios Principes invisendos voluerint accedere, teneantur Bidelli sceptrum ante illos deferre. Demum & alia faciant, quæ ipsi Somasco per Magnif. Præsidem verbo sunt injuncta, & comminata. Dat. Mediolani die vii. Aprilis MDLXII.

Franc. Petranigra.

A tergo. Rever. J. C. D. Vicecancellario Gymnasii Ticinensis nobis dilecto, & sigillat.

Decretum pertinens ad gratiarum approbationum.

MDLXIII. Die ix. Januarii.

USu compertum est, plerosque litteras gratiæ consequutos pro homicidiis, in quibus, aut ex processu, vel aliter insurgit suspicio animi deliberati, & condemnatus dicit velle qualitatem animi deliberati abesse, probare, & sic ab Illust. Locumtenente conceduntur litteræ gratiæ cum illa conditione; ad eam excludendam, testes producere coram Senatu tempore petitæ earum litterarum approbationis, qui sæpenumero falsitatem dicere non dubitarunt: idq; potissimum in causa est, quia peracto examine statim dimittuntur testes, cum retineri deberent ad eos excutiendos, si opus esset. Huic rei Senatus occurrere volens, decrevit mandandum esse, uti mandat Fiscalibus, & Secretariis, coram quibus hujusmodi testes examinari continget, quòd finito examine illos de cætero non dimittant, verum Custodi carcerum consignent, & ibi asserventur, quousq; super approbatione gratiæ deliberatum fuerit. 1563

Quòd Gubernatore decedente illius Cridæ censentur extinctæ.

MDLXIII. Die secundo Julii.

BAldessar Pellaratus, & Jo. Dominicus Cropellus inquisiti fuerant de prima evaginatione, & vulneribus Jo. Antonio Cantono illatis: cùm autem, referente processum D. Vicario Justitiæ, cognitum fuisset, delictum hujusmodi factum fuisse post adventum Illust. D. Ducis Suessæ Regii Gubernatoris, & antequam cridæ primam evaginationem prohibentes nomine Excell. Suæ publicatæ fuissent.

Senatus censuit, eos causa primæ evaginationis molestari non debere.

Signat. Annibal Crucejus, & sigillat. &c.

S C H O L I A.

EDicta sive proclamationes Gubernatoris Mediolani an sint perpetua, vel eo mortuo, aut recedente, expirent. Videtur dicendum quod sic licet non sint perpetui, *Crot.* post alios *in l. omnes populi num.* 31. *& seq. ff. de just. & jur.* qui loquitur de legatis Papæ, & de edictis Proregis Neapol. *Caravit. sup. pragm.* 1. *de Senat. Cons. Maced.* §. 2. *num.* 8. *& seq.* de quo etiam agit *Capyc. in c. Imperialem fol.* 32. *vers. secundò notandum de probib. feud. alienat.* per *Federic.* & ibi latè *Camerar. pag.* 619. *in parvis*.

In contrarium facit *Riminald. Sen. in rubr. Cod. qui admitti. nu.* 12. *& seq.*, *Aldobrand. Instit. de jur. nat. gent. & civil.* §. *Prætorum quoq; num.* 2. ubi quòd successor videns aliqua edicta successoris esse benè constituta, ea confirmat, & vocantur edicta translatitia. Cui autem æquiparetur Gubernator Mediolani signanter tangit, *Purpur. in l.* 1. *sub num.* 216. *ff. de offic. ejus*.

Adverte, quòd in omnem casum non videtur Gubernatoribus, seu Proregibus licitum condere legem contra jus commune, ut post *Crot. in d. l. omnes populi num.* 33. latè tradit, & voluit *Caravit. d.* §. 2. *num.* 10. *& sequ.*

An autem successor si ea non revocet videatur approbare? videtur quòd sic, *Butr. in cap.* 1. *num.* 13. *vers. si autem successor. de rescript. Gemin. in cap.* 1. *num.* 28. *de Constit. in* 6. *Afflic. in Const. rubr.* 58. *de officio Magn. Cam. post medium num.* 12.

Verum adverte, quòd Afflic. loquitur de Rege, & Butr. ac Gemin. de Legislatoribus, quo casu lex durat etiam mortuo Rege, qui eam tulit, *l.* 2. *vers. exactis ff. de orig. jur. ubi Bald.*, *Alber.*, *& Cagnol. num.* 42. concludens

1563 cludens post Barbatiam, quòd facto Rege novo, nova dicitur lex, si mutetur, quia alioqui viget, & durat. Atque ideò traditio prædicta perperam adducebatur in materia proclamatum Gubernatoris defuncti, quia per ejus mortem expirasse præsupponebatur,

Adverte etiam, quòd idem *Butr. in d. cap. 1. de Constit. in 6. num. 65.* Aliter loqui videtur in hoc proposito, requirens quòd successor observari fecerit legem Prædecessoris ad hoc ut eam adprobasse videatur.

Garonus.

Declaratio circa titulum gratuitum, vel onerosum immunitatis ab oneribus.

MDLXIII. Die xv. Julii.

IN causa prætendentium immunitatem titulo oneroso propter pecunias per eos solutas in executione decreti editi de anno 1419 & 1440. pro obtinenda confirmatione, seu renovatione eorum antiquarum immunitatum, & Civitatum hujus Domini contrarium prætendentium. Auditis partium Advocatis, nec non duobus ex ordine Senatorio ad dictas causas delegatis, qui pluries partes, & illarum Advocatos coram se habuerunt, & tandem omnia in Senatu retulerunt, omnibusque bene, & diu consideratis.

Senatus ordinavit, & declaravit, nec virtute dictorum pecuniarum ut supra solutarum, nec virtute dictorum decretorum immunitates præfatas acquisivisse qualitatem tituli onerosi, nec beneficio dicti tituli gaudere posse, & ità servari mandavit.

Quodsi præscriptione, vel aliquo privilegio Principis gratuito, vel alia probabili causa bona hactenus præservata esse immunia reperientur, in æstimo non registrentur, verum ad partem in aliquo libro annotentur, ut hujusmodi bonorum Domini ad onera, à quibus nemo immunis præservandus est ex Cæsarea jussione, ac juris dispositione ad Civitatum sublevamen condigna ipsorum consideratione habita, quæ tali in casu haberi potest, conferre possint.

Hi vero, qui titulo oneroso immunitatem quæsiverint, immunes præserventur; verum ubi id, quod pro immunitate consequenda datum est, non correspondeat æstimationi immunitatis, ponantur inter habentes immunitatem titulo gratuito, & eorum conditionem sequantur.

A N N O T.

1 IMmunes ab oneribus etiam ex titulo oneroso concurrere debent ad solutionem onerum impositorum post acquisitam immunitatem ex ordine Cæsareo diei 28. Junii 1713.

Magnus Fossatus.

Decretum pertinens ad onera bonorum Feudalium.

MDLXIII. Die 16. Julii.

IN causa D. Feudatariorum prætendentium immunitatem bonorum ipsorum Feudalium in hoc Dominio existentium, visis scripturis per eos, seu eorum nomine, exhibitis, ac auditis duobus ex numero Senatorio, delegatis super causis immunitatum, qui pluries Advocatos præfatorum DD. Feudatariorum coram se habuerunt, ac audiverunt, & omnia referenda in Senatu retulerunt; omnibusque benè, & maturè consideratis.

Senatus ordinavit, ac declaravit, prædia Feudalia à retroactis Principibus hujus Dominii, vel etiam à Sereniss. Rege nostro in Feudum obtenta, aut recognita, describi debere super libro particulari, & pro eis solvi debere onera mensualis impositi ab anno 1556. proximè præterito citra; nec non aureorum quingentorum millium impositorum de anno 1559., ac onera mensualis in futurum imponendi; & alia onera imponenda ex causa belli, aut conservationis Status. Ita tamen, quòd pro bonis prædictis solvatur cum diminutione tertiæ partis ejus, quod solveretur, ubi bona prædicta essent merè allodialia. Et quod propter præsentem ordinationem nullum intelligatur factum præjuditium juri exigendi annatam, ad quam dicta bona aliàs sint obnoxia, & salvo jure declarandi super aliis bonis Feudalibus.

Annib. Crucejus.

Ordo pro celeri expeditione Causarum Criminalium.

MDLXIII. Die 24. Octobris.

ETsi antiquis decretis cautum fuit, processus criminales perfici debere intra spatium à jure municipali Civitatis, aut loci cujusque, ubi supra jus municipale adest; ubi autem non adest, intra dies 15. à die delati criminis inchoari, & intra 60. perfici, non computatis tamen feriis in honorem Dei institutis: Viguitque consuetudo, ut, ubi processus intra ejusmodi temporis spatium non perficerentur; Judices non-

per-

perfectorum processuum causas Senatui red- cumbant; & processus coram se pendentes, 1563
derent, attamen perdiu est, cùm nihil horum observatur, magno cum subditorum hujus Provinciæ Mediolanensis incommodo, & damno, certoque justitiæ contemptu. Quo circa malo huic remedium adhibere volens Senatus, submonitus etiam ab Illustrissimo, & Excellentissimo Regio Locumtenente.

Mandat omnibus, & singulis Officialibus, & Jusdicentibus hujus Provinciæ Mediolanensis, tàm mediatis, quàm immediatis, ut omni studio, ac diligentia muneri suo incumbant; & processus coram se pendentes, & quos posthac agi contigerit, intra præfixos terminos inchoent, & perficiant: aut causas, quare perfecti non fuerint, aut perfici nequeant, Senatui quamprimum reddant, sub pœna privationis officii, & alia graviori Senatui ipsi arbitraria: idque in officio quisque suo publicari, & registrari faciat: ut successoribus etiam innotescat; inviolabiliterq; & perpetuò observetur: publicationisque, & registrationis factæ literas ad Secretarium subscriptum quamprimum mittat.

Annib. Crucejus.

A N N O T.

RENovatus fuit Ord. diei 23. Julii 1683, 5. Maji 1707., 9. Junii 1714., qui incipit *pluries*; & novissimè Ord. diei 27. Martii 1741.

Declaratio pertinens ad immunitatem XII. Liberorum.

MDLXIII. Die x. Novembris.

CUm orta esset dubitatio, an filii eorum, quibus immunitas ratione duodecim liberorum concessa fuerat, defunctis parentibus, & ipsis ad minorem numerum, quàm duodecim reductis ipsis tamen in communione existentibus, & habitantibus, adhuc in fruenda immunitate ipsa perseverare deberent; eo quia nonnulli ex eis liberis, quorum aliqui decesserant, à possessione ipsius immunitatis ammoti dicerentur: ac de ea re factum in Excellentiss. Senatu verbum fuisset ab Egr. D. Vicario Provisionum Mediolani.

Senatus re maturè, ac diligenter perpensa, & examinata, & edoctus quid aliàs super hoc terminatum fuerit; Censuit hujusmodi filios, etiam si aliqui ex iis obierint, perseverare debere in fruenda ea immunitate, dummodo in communione vivant, & habitent.

Annib. Crucejus.

A N N O T.

LIcet ex hoc ordine pro fruenda immunitate requiri videatur communio bonorum, &
simultanea habitatio inter Fratres, ibi; *dummodo in communione vivant, & habitent*; sufficere
1 tamen communionem bonorum paternorum, nec officere separatam habitationem
post mortem patris declaravit Senatus Excell. in ejus ord. diei 7. Julii 1603., unde hisce
2 temporibus in communione vivere nil aliud est, quam bona in communi retinere Garon. *in obser. ad N. C. tit. de immunit. duodecim. liberor.* verb. *in communione vivant.* versus finem;
3 inspecto autem jure communi non esse necessariam hanc communionem probat Menoch. *cons.* 486. *à n.* 25 *ad* 29.
Post mortem Patris immunitas continuat in filiis, Menoch. *d. cons.* 486. *n.* 1. 12 *&* 24., & hanc
4 opinionem uti veriorem, & receptiorem semper fuisse à Senatu Excell. approbatam testatur Calvin *de aquit. lib.* 2. *cap.* 128. *n.* 198.; si tamen aliqui ex filiis moriantur, non continuat indistinctè, sed in hunc modum: ubi ex filiis supersint tantum sex, immunitas
5 competit solum pro medietate onerum, à quibus immunes erant, & ubi filiorum numerus reducatur ad tres, vel minus, tunc competit solum pro quarta parte, ut cavetur in Proclamate diei 4. Aprilis 1658.
Si decedat aliquis ex filiis immunibus relictis post se filiis, isti non fruuntur amplius immu-
6 nitate, etiam si perseverent in communione cum eorum Patruis, ut disponitur in citato Proclamate anni 1658.

Magnus Fossatus.

Decretum, quòd Coloni proprias domos habentes, licet majorem partem bonorum Civium colant subjecti sint minori Magistratui.

DEclaratum est per Excellentiss. Senatum eos Colonos, qui in domo propria habitant, licet majorem partem bonorum Civium colant jurisdictioni Feudatariorum esse subjectos, Judices tamen diligenter advertant, ne illi sub nomine proprio domum conductam habitando fraudem huic decreto 1564
faciant. Coloni quoque Feudatarii subsint ipsi Feudatario. Coloni Ecclesiæ, vel ejus Fictabiles perinde habeantur, ac Coloni Civium quod decretum est pœnes Magnif. D. Petranigra Secretarium de anno 1564. 2. Januarii.

A N N O T.

1 UT Coloni Civium subsit majori Magistratu duo copulativè requiruntur, nempe quod colant bona Civium, & quod habitent Domum Civium, ut habetur ex ord. Senatus diei 26. Augusti 1557., & declaravit Senatus in casu controversiæ inter Prætorem Garlaschi, & Prætorem Papiæ, ut notat Ruginell. *pract. quæst. cap.* 46. *n.* 44.

K Si

1564 Si autem dicti Coloni Civium habeant bona propria, eaque colant; pro hisce bonis eorum
2 propriis subjecti sunt minori Magistratui, ut post Alexand. *cons* 198. *vol.* 4., tenet Alba
cons. 128. *n.* 20. & 21. volens Novam Constitut. intelligendam esse de illis colonis non sub-
ditis Feudatario, qui à Cive conducantur ad colenda bona; cæterum eos, qui Feudata-
rio erant subjecti, ipsique juraverunt fidelitatem, non fieri exemptos ab eorum jurisdi-
ctione, si colant bona Civis, ejusque Domum habitent, fuisse mentem plurium DD.
testatur laudatos Alba, & consentit Anguissola *cons.* 19. *lib.* 7. *n.* 10.
Super hoc puncto Gattus *de majori, & minori Magistratus lib.* 3. *quæst.* 13. nihil determinat, & alibi
3 reservat ejus sententiam proferre, & subjungit se vidisse annotatum tales Colonos Ci-
vium non frui privilegio, si colant bona propria, in quacunque quantitate, & testatur
vidisse ita firmatum à J. C. Sancto Augustino *in tractatu manuscripto de Sportulis quæst.* 7. *n.* 80.
Si Colonus partim habitet Domum Civis, & partim Domum propriam una cum filio,
4 subjectus est minori Magistratui, ut declaravit Senatus die 22. Augusti 1704. referente
Magnif. Com. Senatore Vicecomite in causa Jo. Baptistæ Magni, qui occiderat Caro-
lum Antonium Bottinum, & ambo habitabant in loco Castri Ponzoni in Domo pro-
pria eorum respective Genitorum, licet Pater homicidæ esset Massarius D. Marchionissæ
de Alis, ejusque Domum etiam habitaret, ut notat Gatt. *ubi supra sub n.* 24.
Subconductorem Coloni Civis subjacere jurisdictioni feudali tenet Boss. *tract. var. tit. de foro*
5 *compet. n.* 23., qui ait sic fuisse sancitum à Senatu, & ita pariter fuisse declaratum pro
D. Philippo Estense notat Rugioell. *pract. quæst. d. cap.* 46 *n.* 46. super hoc puncto Gatt. *d.*
6 *tract. lib.* 3. *quæst.* 17. *n.* 6. sic putat distinguendum: aut agitur de Cive, qui conduxit bona
non Civis, & alteri sublocavit: aut agitur de non Cive, qui conduxit bona Civis, & al-
teri non Civi, & incolæ sublocavit. In primo casu putat competere debere decretum
majoris Magistratus; in secundo verò casu procedere debere minorem Magistratum, &
juxta hanc distinctionem intelligendos esse Bossium, & Ruginellum *locis supra citatis*.
Famuli Civium an fruantur privilegio majoris Magistratus distinguendum est: aut agitur
7 de Famulis necessariis pro honestate Dominorum, & isti frui debent dicto privilegio;
aut agitur de Famulis ad pompam simpliciter, & qui non solent inservire in Urbe, sed
tantum quoties Domini sunt in Territorio minoris Magistratus, & isti à dicto privilegio
excludendi sunt juxta distinctionem traditam à Gatto *d. lib.* 3. *quæst.* 18. *n.* 9.
Factores pariter Civium fruuntur privilegio majoris Magistratus, quia eorum opera indi-
8 gent Domini pro collectione fructuum, exactione fictorum, ac conservatione eorum
bonorum Gatt. *ubi supra sub n.* 8.
Ut autem Famuli, ac Factores Civium frui possint dicto privilegio, habitare debent cum
9 eorum Dominis, & ab ipsis alimenta recipere Boss. *d. tit. de foro compet. n.* 23., Ruginell. *d.*
cap. 46. *n.* 47 *versic extendit*, & Gatt. *ubi supra n.* 12. qui refert à Senatu sic decisum referen-
te Magnif. Senatore Burro in casu controversiæ vertentis inter Vicarium Marthesanæ,
& Prætorem Osnaghi pro negotiorum gestore Marchionis Lucini.
Bubulci Colonorum Civium, qui Boves custodiunt, & cum illis arant, comprehenduntur
10 in decreto majoris Magistratus, quia agrorum culturæ inserviunt Gatt. *d. lib.* 3 *quæst.* 18.
11 *n* 9. & 10; & idem dicendum est de aliis Famulis Colonorum Civium, quia & ipsi inser-
viunt culturæ agrorum operibus rusticalibus Ancharan. *quæst.* 81. à *n.* 24. *ad* 26., & licet
quoad illos dissentiat Gatt. *d. lib. quæst.* 18. *n.* 14., ejus tamen opinio mihi non arridet, quia
si admittit frui privilegio majoris Magistratus Bubulcus utpote inservientes culturæ
agrorum, admittere etiam debet alios Famulos, quia etiam in ipsis militat eadem ratio
ad l. illud. ff. ad leg. Aquil., & ad tradita per Albam *cons* 441. *n.* 8. & 9.
Colonos Feudatarii esse subjectos jurisdictioni Prætoris etiam Confeudatarii declaravit Se-
12 natus die 20. Januarii 1556. referente Magnif. D. Senatore Berturo, ut notat Ruginell.
pract. quæst. d. cap. 46. *sub n.* 61.
Ultra Colonos Feudatarii, etiam eorum Famulos subesse jurisdictioni feudali pluries decla-
13 ravit Senatus, nempe die 29. Julii 1557. datis literis Prætori Derthonæ; & die 9. Octo-
bris 1573 super relatione Prætoris Mundini, ut refert Ruginell. *d. cap. n.* 62. & 63., & die
29 Junii 1657. contra Prætorem Laudæ, ut notat Gatt *d. tract. lib.* 3. *quæst.* 19. *sub n.* 3.
Super hoc puncto Ruginell. *loc. cit. sub d. n.* 63 sequitur distinctionem Alberici *in l. si quis n.* 4.
14 *C. de offic. Prætor. orient.* volentis in gravibus delictis Massariorum, Fictabilium, & Famu-
lorum Feudatarii procedere debere majorem Magistratum, in levibus vero minorem
Magistratum. Contra tamen hanc distinctionem urgere videtur sententia Senatus, qui
jussit Prætorem majoris Magistratus non procedere in causis Massariorum Feudatarii,
etiamsi agatur de homicidio, ad normam Senatusconsulti anni 1574., quæ sententia
lata fuit in casu controversiæ vertentis inter Prætorem Mediolani, & illum Loci Fabri-
cæ referente Magnif. D. Senatore Arconato ad votum Egr. Advocati Fiscalis Baldironi,
ut notat & ponderat Gatt. *d. quæst.* 19. *n.* 7., qui in hac re cum aliis distinctionibus proce-
dendum esse putat, ut *n.* 8. & *sequ.*
Colonos etiam Personarum Ecclesiasticarum frui debere privilegio majoris Magistratus plu-
15 ries decidisse Senatum Excell. testatur Ruginell. *d. quæst. n.* 40.; hoc tamen absolute non
admittit Gatt. *d. lib.* 3. *quæst.* 10. *n.* 7., ubi sic distinguit: aut bona Ecclesiastica adhærent
Ecclesiæ, ita ut eorum Possessor sit adstrictus immediato Ecclesiæ servitio, & anima-
rum curæ, ut sunt Parochi, Præpositi &c., & tunc verum putat hæc bona, eorumque
Colonos comprehendi in decreto majoris Magistratus, quia videtur agi de Ecclesia, &
vult sic intelligi debere Ruginell. *loco supra cit.*; aut bona Ecclesiastica sunt omnino di-
stincta ab Ecclesia, & ab ejus servitio, ut sunt simplices Beneficiati, & tunc putat con-
tineri in decreto minoris Magistratus; nisi agatur de Ecclesiastico habente beneficium
Regii Jurispatronatus, quia hunc pariter, & ejus Colonos esse de majori Magistratu
firmat idem Gatt. *d. lib.* 3. *quæst.* 8. *n.* 30.
Quoad Colonos Clericorum sic pariter distinguendum putat Gatt. *d. quæst.* 8. *n.* 22. & *sequ.*; si
agitur

16 agitur de Clerico Cive, & Incola Civitatis, dubium non est frui privilegio majoris Magistratus, quia per susceptionem Ordinis Ecclesiastici non debet privari privilegio majoris Magistratus, quod ante habebat vigore originis, vel domicilii; si vero agitur de Clerico originario, & Incola loci feudalis, nec aliquo Beneficio Regio, vel insigni decoratu, nec agatur de bonis, quæ sint Ecclesiæ, sustinet non esse exemptum à jurisdictione feudali; & cum de hoc dubitaretur refert Senatum anno 1673. 12. Julii viso voto Collegii Fiscalium declarasse, Ecclesiasticam dignitatem non efficere de majori illum, qui antea subditus esset minoris Magistratus. 1564

Colonos Regularium habitantium in Villa esse de majori Magistratu declaravit Senatus in
17 ejus ord. diei 26. Februarii 1601., quod non admittit Gatt. *d. lib. 3. quæst. 11. n. 14. & sequ.*, volens procedere solum quoad Regulares habitantes in Civitate, & pro ejus opinione adducit etiam res judicatas à Senatu, quas retuli *in Annot. ad d. ord. anni* 1601.

Magnus Fossatus.

Ordo servandus à Judicibus in comparenda coram Senatu pro relationibus faciendis.

MDLXIV. Die iii. Januarii.

Usu compertum est, tolerantiam quòd à nonnullis annis citra Officiales, & Judices rerum Criminalium hujus Civitatis, simul omnes, sive plures eorum uno tempore, Senatum ingrediantur pro referendis processibus, impedimentum inter se, & temporis jacturam parere, esseque contra Senatus dignitatem. Quare is ordo decrevit, priscam consuetudinem esse servandam.

Mandat itaq; præfatis Officialibus, & Judicibus, ut ad Senatum tantùm veniant diebus, quibus audiendis publicè causis non vacat, nisi forte sibi contingeret ex urgenti causa, quæ dilationem non admitteret, eundem ordinem consulere. Prohibetque illis ingressum absq; licentia; sed vult, ut subsistant in Cancellaria, donec à Secretario singuli vocentur, hoc ordine, videlicet primò D. Capitaneus Justitiæ, secundò D. Prætor, tertiò D. Vicarius Justitiæ. Et his exinde succedant Judices Prætorii. Quos omnes monet, quòd statutis diebus veniant hora admodum matutina, ut in prima hora, quæ sibi ad referendum assignata est, possint suas relationes absolvere. Vult tamen, quòd si D. Capitaneus, sive Prætor non aderunt quando Senatus incipiet sedere, introducatur unus ex aliis, qui prior veniret ne tempus teratur. Et insuper ordinat, quòd ubi primò admissus retulerit, statim recedat, aliusque post alium ut suprà introducatur.

Subscrip. Landrianus, & sigillat. &c.

ANNOT.

1 AD Principem, cujus personam repræsentat Senatus Ruginell. *de Senator.* §. 1. *glos.* 6. *cap.*
2 27. *n.* 271. spectat præcedentiam assignare inter Officiales, ut firmat Antunez *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *n.* 17.

Magnus Fossatus.

Ut Notarius edere possit testamentum relictum à Testatore clausum, ac sigillatum.

Nomine Marchionis Ferrandi.

Ea autem in Senatu nostro lecta, & perpensis diligenter omnibus in illa narratis, jussimus testamentum ipsum ad Senatum afferri. Cum autem illud allatum fuisset septem sigillis obsignatum, & à suprascripto Secretario nostro apertum, & lectum una cum subscriptionibus testatoris, ac testium septem Jurisconsultorum, inter quos unus aderat ex Spectab. Senatoribus nostris. Visum est Senatui Supplicanti morem geri debere. Itaque nos tanti ordinis judicium sequentes, præsentium tenore Jo. Baptistæ Buschæ Notario publico Mediolani facultatem, & auctoritatem concedimus, ac elargimur edendi in publicam formam dictum testamentum, & quamlibet ejus partem, prout expedierit. Eique ab ipso Notario edito, & cuilibet ejus parti plenam, ac indubitatam fidem adhiberi debere decernimus, & ordinamus, non secus ac si, citatis citandis, & servatis aliis de jure servandis, apertum fuisset; narratis in supplicatione contrarium disponentibus non attentis, quibus &c. In quorum &c. Mediolani primo Februarii 1564.

Ordo, quòd Notarii Actuarii non commendent originalia acta partibus.

MDLXIV. Die Veneris ultimo Augusti.

Innotuit nuper Excellentiss. Senatui, plerosque Tribunalium Dominii Mediolani Notarios, acta causarum recipientes, eorum originalia parti adversæ, ut eis respondere possit, commodando dare consuevisse. Quod & si subditis utile esse prima facie videatur, tanquam factum ad minuendas impensas, & ut celerius respondeatur; tamen cùm sit indecens, ut quispiam adversarii sui scripturas originales in potestate sua habeat, præ-

1564 fertim cum, & falsitates ea via committi aliquando, & alia præjudicia causis afferri possint, ultra eorum actorum amissionem; optimum judicavit Senatus huic periculo quamprimum occurrere. Matura itaq; superinde habita deliberatione.

Ordinavit, & ita servari mandat, ut nullus Notarius, aut Scriba Actuarius cujuslibet Tribunalis, & Officii in toto Dominio Mediolani, audeat post hac originale aliquod actuum alteri parti tradere; sed copiam; sub pœna privationis officii, & alia graviori arbitrio Senatus ipsius.

Sigillata more solito.

Signat. Annib. Crucejus.

Decretum pro expeditione Processuum veterum pendentium.

MDLXIV. Die xv. Octobris.

Cum intellexisset Illustris. & Excellentiss. Regius Locumtenens Processus multos veteres criminales inexpeditos remanere, consuluit per litteras Excellentiss. Senatum, quid pro illorum expeditione providendum esset, mox Senatus responso accepto, eoque laudato rescripsit optimum fore, ut Senatus ipse, prout consuluerat, ita executioni mitti quamprimum curaret.

Senatus igitur tenore præsentium eligit Egr. Jurisconsultos D. Cæsarem Advocatum, & D. Jacobum Brippium Vicarios Generales; quibus mandat, ut alter videlicet D. Advocatus ad Tribunal Capitanei Justitiæ, alter verò videlicet D. Brippius ad Tribunal Prætoris Mediolani, cùm interventu Fisci, & participato negotio cum Magnif. D. Sigismundo Picinardo Senatore, perficienda in dictis processibus perficiant, illorumque expeditioni totis viribus incumbant, & referenda Senatui referant. In aliis autem Civitatibus, & locis totius Dominii Mediolanensis mandat Senatus ipsarum Civitatum, ipsorumque locorum Fiscalibus, ut unà cum Prætoribus earundem Civitatum, & eorundem locorum vacent ejusmodi processuum expeditioni; & singulis mensibus de iis, quæ gesserint, prædictum Senatorem admoneant: qui de omnibus in Senatu verbum faciet, & eorum perfectionem curabit.

Annib. Crucejus.

Ordo servandus in relationibus, quæ fiunt in scriptis.

MDLXV. Die 22. Junii.

1565 Relationes statuum causarum criminalium, aut processuum perfectorum, quæ per Officiales, Jusdicentesque hujus Dominii ad Senatum mittuntur; quum perperam, atque inordinatè, aut prolixius, quàm par est, scriptæ sunt; legentes, audientesq; graviori labore afficiunt. Hac de causa decrevit Senatus, tenore præsentis ordinationis huic non mediocri molestiæ occurrere. Monet propterea ipsos omnes, & singulos Officiales; atque etiam mandat, ut relationes posthac faciant breviores, quam poterunt: non tamen ex ea brevitate obscuræ reddantur, aut quicquam de substantia causæ omittatur: easque distinctis, & intelligibilibus litteris, bonaque papyro, & latæ impressionis conscribi curent: ut facilius legi queant, folia etiam in modum paginæ consuenda erunt, ne fortè (quod aliquando fit) dissoluta depereant. Denunciæ, notificationes, querelæ delictorum, nomina delatorum, detentorum, constitutorum, testiumque ad offensam, ac defensam receptorum, inquisitio, si extat, & alia hujusmodi, in capita, cum dierum annotatione, in quibus ea facta fuerint, redigenda sunt; & successivè ordinanda, ut illa citiùs; minorique incommodo inveniantur: Itaque extra ordinem linearum in margine promineant; Marginesque foliorum latiores, ac cum debitis spatiis esse debeant; ut Lectores in eis, quæ sibi videbuntur, apponere possint. Cùm super eodem capitulo diversi testes deposuerint ad defensam, & sint conformes in dictis: sat erit in relatione, post explicitam unius testis narrationem, dicere, eos omnes conformes esse: & si quispiam ex eis aliquid addiderit; insuper addita subjicere, ubi verò diversimodè fuerint testificati: seriatim narrentur singulorum dicta cum eorum exceptionibus, omissis superfluis; ita ut semper post quodlibet capitulum ponantur dicta testium, capitulum ipsum respicientia. Quòd si relatio plures causas, aut imputationes contineat, singulæ seorsum, eum suis indiciis, & defensionibus, ac omnibus pertinentibus distinguendæ sunt; neque una cum altera cõmiscenda, ut confusio sequatur: sed juxta superius dicta omnia clara sint. Cùm autem in fine relationis diffinitivæ Curiæ votum apponitur (ut moris est) ipsum etiam prominere convenit, & in capite locari, in quo perstrictius, quàm fieri poterit, dicendæ sunt causæ, rationesque quibus ad proferendam sententiam suam Judex adductus fuerit. Hæc verò speciatim commemorata sunt, quoniam in iis frequentius peccatur, non quod diligens Relator plura quoque præstare non possit suo studio; quæ Senatui gratissima futura sint.

G. Rocha.

ANNOT.

A N N O T. 1565

PRo exacta hujus Ordinis observantia emanavit Ordo diei 18. Junii 1717.

Magnus Fossatus.

Casus Gratiæ reservati Regiæ Majestati.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, &c. Rex, Dux Mediolani, &c.

MAgnifici, Reverendi, Spectabiles, Nobiles, Docti, Devoti, Fideles, Dilecti. Litteris vestris diei 25. Junii certiores redditi sumus, quænam vobis ex delictis atrocibus videantur, quorum remittendorum auctoritas ex ordinibus Vormatiensibus generaliter nobis reservata est, præter ea, quæ in eisdem ordinibus specialiter expressa sunt, videlicet Rebellionis, sive læsæ Majestatis, homicidii præmeditati, ac adulteratæ pecuniæ. Nos autem maturè criminibus hujuscemodi perpensis, aliqua etiam ultra ea, quæ per vos commemorata sunt, addenda censuimus; quæ omnia his nostris specialiter describi, de iisque Illust. Locumtenentem istthic nostrum admoneri mandavimus, ut ab his condonandis deinceps abstineat. His igitur nostris volumus, & declaramus, delicta atrocia, quorum nobis condonatio, ut præmittitur reservata est, infrascripta omnia censeri debere, videlicet:

Homicidium ab eo commissum, qui alia duo homicidia patravit etiam si ob ea damnatus nondum sit.

Vulnus proditoriè sclopo rotato illatum, etiam si mors non succedat.

Diminutionem monetarum ubi ampliùs quàm semel fiat.

Raptum mulieris honestæ, etiam si copula non sequatur.

Usum venereum cum Sanctimoniali in habitu intra Monasterium degente.

Sodomiam.

Spoliatores viatorum, seu derobatores stratarum.

Adulterantes sigillum Principis, vel Senatus.

Propinationem veneni.

Cædem Officialis Ducalis.

Qui seditionem movent, populumq; aut plebem adversus Principis, aut Senatus decreta, & provisiones concitant.

Qui testimonium falsum in causa, in qua ingeratur pœna mortis naturalis, ad alicujus offensam dicunt, aut ab alio dici curant, aut mandant.

Qui exequutiones reorum, ubi de mortis, vel mutilationis membrorum pœna agitur, impediunt, vel ab aliis impediri curant, aut mandant. Dat. Segoviæ lect. nono mensis Augusti 1565. Signat.

YO EL REY.

Vargas. V. Casatus R.

A tergo. Magn. Rever. Spectabilibus, Nobilibus, Doctis, Devotis, Fidelibus, Dilectis Præsidi, & Senatui Status nostri Mediolani.

A N N O T.

ISte Ordo utpotè rigorosus est strictè accipiendus, adeo ut solum casus supra enumera-
1 tos comprehendat, non autem alios, vel similes Ruginell. *pract. quæst. cap. 35. sub nu. 74.*
Circa casum triplicis homicidii advertendum est illa debere esse patrata non eodem tem-
2 pore, sed diverso, quia tali casu homicida ob consuetudinem delinquendi est indignior
3 gratia Donde. *consult. 84. nu. 23.*; intelligi pariter debet de homicida vero, qui proprie
occidit, non de ficto, & præsumpto Calvin *de æquit. lib. 2. cap. 131. nu. 3.*, hinc condem-
4 natus in contumaciam ratione homicidii ab incerto ex certis commissi non dicitur verus
homicida, nec comprehenditur in hoc Ordine, ut declaravit Senatus die 8. Junii 1636.
referente Amplissimo Senatore Lambertengo favore Thesei Zanotti, qui in contuma-
ciam fuerat capitaliter condemnatus ratione homicidii ab incerto ex certis patrati, &
bina alia homicidia commiserat, à quibus fuerat liberatus, ut refert Calvin. *ubi supra
nu. 7. & 8.*
Item ubi agitur de homicidio præmeditato, non comprehenditur auxiliator, licet inquisitio
5 in facto principali formata sit cum facti narratione, quæ sapiat præmeditationem, ut
declaravit Senatus die ultimo Octobris 1591. in casu gratiæ petitæ per Julium Cæsarem
de Capitaneis, ut refert Ruginell. *d. cap. 35. sub d. nu. 74.*
Ut casus vulneris proditorii sit comprehensus in hoc Ordine non sufficit proditio latè sump-
6 ta, ut quando quis incautus offenditur, sed requiritur proditio stricta, cum quis sub
7 specie amicitiæ læditur, cum vis proditionis consistat in violatione fidei debitæ, vel con-
ceptæ, Donde. *consult. 91. nu. 8. 9. & 12. cum ibi alleg.*; hinc casum vulneris ex insidiis tan-
tum illati non esse de reservatis declaravit Senatus die primo Septembris 1588. favore
Orphei Brixiensis, ut notat Ruginell. *ubi supra.*
Raptus mulieris factus non causâ libidinis, non comprehenditur in hoc Ordine, ut declara-
8 vit Senatus die 5. Januarii 1590. in casu Silvii Boriamini, qui Angelam Margaritam
Petrograssam, cujus ipse Sororius erat, ea tantum de causa abduxerat, ne apud quem-
dam mulierem degeret, ut refert Ruginell. *ubi supra.*
Si quis adulteraverit Sigillum Magistratus tam Ordinarii, quam Extraordinarii, aut alte-

rius

1565 9 rius Tribunalis, non erit comprehensus in hoc Ordine, quia loquitur de Sigillo Principis, vel Senatus, & probat Gram. *super Constit. Regni tit. de falsariis nu.* 3., item *voto* 24., *& decis.* 27.

Casus cædis Officialis ut sit de reservatis requiritur, quod occisus, fuerit Officialis tempore
10 cædis, quod fuerit Officialis Ducalis, nempe non electus à Feudatario, & quod uccisio
secuta fuerit ex causa Officii, ut probat Donde. *consult.* 84.

Ubi agitur de pœna falsi, non comprehenditur, qui condemnatus fuit, quia citatus ad repe-
11 tendum se retraxerit, ut teste Ruginell. *ubi supra* dictum fuit anno 1589. tempore visitationis generalis favore Jacubi de Cumis detenti in Carceribus D. Prætoris Mediolani.

Dubitatum fuit an Reus homicidii animo deliberato commissi, & damnatus pœnâ extraor-
12 dioaria ob minorem ætatem consequi posset gratiam à S. E.; negante autem Fisco super hoc excitato, facta fuit per Senatum super hoc dubio consultatio S. R. Majestati, quæ declaravit hunc casum esse de sibi reservatis, ut ex reg. litteris diei 13. Septembi 1607. inferius impressis.

Mandans aliquem occidi, si mandatarius animo deliberato vulneret, & vulneratus conva-
13 lescat, non est in casu habendi gratiam à Principe, ut declarasse Senatum in casu cujusdam de Valvasoribus notat Por. *fascic. rer. criminal.* §. *homicidium* versic. *circa hanc materiam fol. mihi* 141.

Ubi pro robaria ad stratam justis de causis imponatur pœna extraordinaria, casus evadit gra-
14 tiabilis, ut judicavit Senatus favore cujusdam Cremonensis pro robaria ad stratam condemnati ad triremes tantum pro triennio die 27. Augusti 1593., à quo postea porrectis precibus pro obtinenda gratia Fiscus dixit casum esse reservatum, sed quia Senatus pœnam mitigaverat, se remittere; & die 8. Novembris ejusdem anni Senatus judicavit dignum gratiæ alium de robaria impictum, aut quia semel tantum, & per lascivlam potius in hoc crimine incidisset, aut quia pœnam temperasset propter minorem ætatem, ut notat Ruginell. *ubi supra*.

Si Carcerum Custos, vel alius aufugere faciat Reum de delicto non gratiabili, dubitari po-
15 test an hoc Custodis delictum pariter non sit gratiabile, & videtur dicendum esse de exceptis, quia es dispositione tum juris communis *l. ad Comentariensem C. de Custod. Reor.*, tum N. C. *tit de pœnis* §. *faciens ut quis.* cavetur fugere facientem Reum, teneri eadem pœna, qua puniendus erat ipse Reus, si fuisset condemnatus; contrarium tamen de æquitate verius est, quia licet eadem imponatur pœna, culpa tamen eadem non est Calvin. *de æquit. lib.* 1 *cap.* 100. *nu* 6., *& sequ.*, *& nu* 9. refert sic decisum à Senatu die 4. Martii 1625. favore Martini Albani Carcerum Custodis in Officio Egr. Capitanei Justitiæ referente Magnif D. Senatore Bellooo.

Ex dispositione proclamatum prohibitum est Subditis hujus Dominii sub pœna rebellionis
16 alienis Principibus in militia inservire; & quamvis delictum rebellionis regulariter non sit gratiabile ob illius enormitatem, & gravitatem, ut tenet Clar. *quæst.* 59. *versic. in hujusmodi*, ibique Bajard. *nu.* 90, & habetur in hoc Ordine; nihilominus hujusmodi pœna
17 quoad inservientes alienis Principibus censetur potius imposita ad terrorem, & propterea hoc delictum esse gratiabile censuit Senatus die 22. Nuvembris 1619. referente Magnif. D. Senatore Quintana Duegnas, ut notat Calvin. *ubi supra nu.* 11.

Magnus Fossatus.

De quodam evaginante in domo privatæ.

PHILIPPUS Hispan., Angliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

Dilecte noster. Jo. Mariam Canellum, quem condemnasse dictis ob querelam contra eum porrectam à Jo. Jacobo Lanzavegia, pro appositione manus ad arma: Cùm ea res in domo successerit, non molestabitis: Et condemnationem tolletis, quò ad primum ponentem manum ad arma. Dat. Mediolani die 13. Octobris 1565.

Jo. Maria Cattaneus.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Alexandriæ.

Judices Feudatariorum procedere possunt contra Consules, Commune, & Homines suæ Jurisdictionis.

PHILIPPUS Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux.

Dilecte noster. Lecta in Senatu nostro Petri Francisci Nibiæ supplicatione; vobis mandandum duximus, quòd nec in casu in precibus memorato, nec in aliis, quibus Judices Feudatariorum procedunt contra Consulem, Commune, & Homines locorum, eis infeudatorum, illis inhibeatis, sub prætextu, quòd interdictos Consulem, Commune, & Homines, sint aliqui coloni, aut fictabiles Civium.

Propterea vobis mandamus, ut recitatam inhibitionem tollatis, & mentem prædictam ad unguem observetis si quid in contrarium habebitis, rescribatis. Dat. Mediolani 30. Octobris 1565.

Facius.

A tergo. Egregio Jureconsulto Prætori Novariæ nostro dilecto.

Ordo,

Ordo, quod Dominus Domus, in qua banniti ipso inscio receptati sunt, non molestetur. 1565

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Vidimus relationem, quam fecistis ex ordine nostro de imputatione à Baptista Bonolo bannito, eo quod ipsum receptaverint, & omnibus consideratis vobis committimus, ut omnes nominatos in ipsa relatione, imputatos de banniti receptatione, non molestetis. Et posthac caveatis eos molestare, contra quos non adsint indicia, quod ipsis scientibus in eorum domibus banniti fuerint receptati; uti sunt Fratres de Tonellis, & Jacobus de Rocco, quos Bonolus non dixit ejus receptationia habuisse scientiam, & propterea eos volumus liberari, & penitus absque ulteriori impensam. Mediolani die tertio Novembris 1565.

Jo. Maria Cattaneus.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Novariæ.

A N N O T.

IDem declaravit Senatus Excellentissimus die 6. Decembris 1583. Ut locus sit pœnæ receptationis banniti, requiritur probatio scientiæ veræ, & propriæ in receptante, nec sufficit probatio scientiæ præsumptæ, quæ sufficienter tollitur per allegantem ignorantiam cum juramento, ut probat Caball. *resol. crim. cas. 287. nu. 42., & sequ. cent. 3.*

Magnus Fossatus.

Ordines pro Cancellaria Excellentissimi Senatus.

MDLXVI. Die secundo Aprilis.

CUm in plerosque ordines Officialium Cancellariæ Excellentiss. Senatus Mediolani aliquæ corruptelæ invasissent; quæ non solum Senatus ipsius splendorem maculis aspergere, & Officialibus non parum dedecoris afferre videbantur, sed etiam privatorum rebus perniciose esse poterant; eatum certior tandem factus Senatus, modum aliquem ponere optimum arbitratus est, quo, & splendor suus illæsus servaretur, & suum Officialibus decus restitueretur, & privatorum utilitati simul consuleretur. Et quoniam totius rei summa, & cardo in prima eorum electione versatur; & qui in Cancellaria scriptores appellantur, aliorum tanquam Seminarium quoddam existunt: ex iis enim ad extremum Secretarii creantur: maximi autem refert (ut in vineis plantandis è quo vitium genere plantentur) cujus indolis, ac eruditionis, quorumq; morum ii sint, qui ad superiores ordines pro tempore traduci debeant; à Scriptoribus potissimum incipiendum, mox de aliis ordinatim tractandum, & quid quisque servare debeat, sanciendum esse judicavit. De Scriptoribus igitur ita primum statuit, & decernit.

De Scriptoribus Cancellariæ.

NUllus Scriptor in Cancellariam posthac introducatur, nisi priùs legitimè constiterit, eum honestis parentibus ortum esse, præditum bonis moribus, latinisque literis benè eruditum: De quibus ab uno ex publicis professoribus humanarum literarum periculum fiat coram Senatore, & Secretario eligendis. Sciat autem is non modò rectè, & servata ortographia, sed etiam pulchris, & elegantibus characteribus scribere: nisi adeò literis excelleret, ut etiam sine hac characterum elegantia mereretur admitti. 1566 Et cùm aliquis admittetur, juramentum præstet more Officialium à Principe creatorum.

Qui nunc introducti reperiuntur, cùm numerum aliàs præfinitum excedant, & ex iis quidam minus idonei esse dicantur; interrogentur omnes de literis modo antedicto; idonei reperti retineantur ad numerum octo, ultra prorogationum receptorem, & archivii custodem. Quòd si ex iis, qui nunc adsunt, octo idonei non reperientur, alii conquirantur, & admittantur.

Eorum officium erit literas, & supplicationum literis includendarum exempla scribere: nec ab aliis scripta accipere, nisi conferant cum decretatis, & eis subscribant; pro qua collatione nihil omnino accipiant, etiam à sponte dantibus; quia literæ missivæ gratis scribi debent, ut superioribus temporibus fieri consueverat. Secretarium acta tenere, prout alius ab alio eorum fuerit electus, quemadmodum infra, cùm de Secretariis tractabitur, dicetur: pro quorum omnium scriptura nihil plus accipiant, quam aliàs ordinatum fuit.

A minutis, ut vocant, faciendis Scriptores admittendi, vel retinendi, ut supra, abstineant.

Hora campanoni parvi mane in Cancellaria omnino adsint, nec, nisi discedente Thesaurario, aut habita ab aliquo Secretario licentia, discedant: à prandio autem, æstate hora 19., hyeme 21. neque discedant, nisi ut supra.

Contrafacientibus pœna erit ejectio è Cancellaria, & alia gravior Senatus arbitratu.

Non nominentur Scriptores, ut ad Coadjutoratus officium promoveantur, nisi ex testimonio

1566 monio Secretariorum, aut majoris partis eorum, illos idoneos esse constiterit.

De Coadjutoribus.

COadjutorum officium erit omnia, quæ ex officio scribenda erunt, ubi eis vel à Thesaurario, vel ab aliquo Secretario injungatur, statim, & nulla expectata mercede, & literas missivas scribere: pro quibus nihil etiam à sponte dantibus accipiant; nisi supplicationis exemplum quoq; scripserint: pro quo nihil plus exigant, quàm aliis ordinibus permissum fuit.

Literarum verò patentium mercedem exigant, sed moderatam, ita, ut si papyro mediocris formæ contineri possint, non ultra solidos 15. si majoris formæ papyro scribi necesse fuerit; non ultra 24. accipiant.

A faciendis minutis ipsi quoq; abstineant: quia illæ ad Cancellarios pertinent, ut loco suo dicetur.

Unus eorum semper hebdomadarius sit, & hora, qua Senatus convenire solet, in Cancellaris præstò sit: omnium expeditionum, criminalibus exceptis, indicem scribat muro affigendum, nec aliqua in parte posteà delendum, in quibus si aliquas inexpeditas reperit, eas in indice minimè describat: sed ad Senatores, qui subscripserint, à Supplicantibus non videndas remittat, retento earum particulari indice, nemini ostendendo.

Alii adsint, maneantquè in Cancellaria iisdem horis, quibus Scriptores adesse, & manere jussi sunt.

Inobedientibus pœna erit primo pecuniæ sigillaris menstruæ retentio: secundò suspensio trimestris ab officio, cum retentione pecuniæ sigillaris ejus temporis, tertiò alia gravior etiam privationis officii Senatus arbitratu.

Nullus Coadjutor ad officium Cancellarii promovendus nominetur nisi Secretariorum testimonio, ut supra idoneum eum esse constiterit.

De Cancellariis.

CAncellarii omnes ad Cancellariam mane, hora primi campanoni veniant; omniumquè supplicationum à Senatoribus decretarum, & non aliter, minutas faciant, neque aliis tradant, ab eisvè accipi sinant: nec recedant, nisi minutis omnibus absolutis, quas, si ante Senatus discessum absolvi contingerit, non tamen abeant, nisi abeunte Senatu, à prandio æstate adsint hora 19., hyeme 21. nec recedant, nisi ut supra.

Qui eorum hebdomadarius fuerit; hora, qua convenit Senatus, præstò illic sit; curetquè in primis, nè decretationes ad aliorum, quàm Cancellariorum, manus deveniant, nevè à supplicantibus inspiciantur, nevè eis tradantur.

Abstineant Cancellarii à scribendis literarum patentium, aut supplicationum exemplis; nisi necessaria ex causa, & Secretarii eis aliter non subscribant.

Non faciant minutas supplicationum non decretatarum, ut supra dictum est.

Pœnæ inobservantibus eædem erunt, quæ sunt Coadjutoribus indictæ.

Nullus Cancellarius ad Secretarii officium promovendus nominetur; nisi constiterit ut supra.

De Thesaurario.

THesaurarius in Cancellaria quotidiè adsit horis, quæ aliis Officialibus præscriptæ sunt: neque discedat; nisi discedente Secretario hebdomadario, qui & ipse nonnisi hora congrua, ut loco suo dicetur, discedat.

A Coadjutore hebdomadario expeditiones accipiat; & cum indice facto conferat, & recognoscat, eiquè subscribat: nec à partibus, nec ab aliis, exceptis Secretariis, & suo Adjutore, illas evolvi, aut inspici finat: sed ipse eas quærat, & suas cuique ostendat, non tamen tradat: sed per Hostiarium Coadjutoribus, vel Scriptoribus, cùm partes voluerint, describendas tradi curet, si quæ posteà defecerint, earum rationem se omnino redditurum esse sciat.

Omnia distribuenda æqua lance distribuat, Coadjutoribus primùm, deinde Scriptoribus, juxta aliàs ordinata, nec eorum quidquam ipse scribat, nec cum scribentibus participet.

Quæ ad Secretarios pertinebunt, ut sunt audientiæ, status causarum, & alia hujusmodi, ea inter eorum Scriptores æqualiter, & absque ulla personarum acceptione, partiatur.

Pecuniarum rationem optimam teneat; neq; quidquam ultra taxationes aliàs factas exigat. Neminem immunem faciat, exceptis Officialibus Regiis perpetuis, Curialibus Principis personæ deservientibus, Religiosis mendicantibus, Hospitalibus, aliisque Locis Piis eleemosynas distribuentibus, miserabilibus personis, habita miserabilitatis fide, juxta ordines, Advocatis ordinariis coram Senatu causas frequenter dicentibus, Causidicis Senioribus ad xii. Cancellariis Senatorum, atque Actuariis Capitanei Justitiæ, Prætoris Mediolani, Vicarii Provisionum, Officii Panigarolarum, & Officialibus biennalibus Civitatis Mediolani, durante biennio.

Adjutorem habeat, non Scriptorem, sed Coadjutorem hebdomadarium: qui ea hebdomada nihil ad Cancellariam pertinens, nisi expeditionum indicem, & pecunias in libro Thesaurarii scribat: sed curet diligenter nè expeditiones à quoquam, nisi ut supra, evolvantur, & inspiciantur, nevè in sinistrum transeant. Quod si aliquando indicem facere, & pecuniam scribere, commodè non poterit; provideant Secretarii, & ut successurus hebdomada sequenti ei auxilietur.

Si aliquo legitimo impedimento detinebitur, unum ex Cancellariis antiquioribus, à Se-

à Secretariis nominandum substituere possit. Subjaceat pœnis aliis Cancellariis indictis.

De Receptore Prorogationum.

Receptor prorogationum horis Coadjutoribus præfixis adsit, nec recedat nisi recedente Thesaurario: servet inviolatè, & ad unguem ordines suos: nec contra eos, etiam assentientibus ambabus partibus, quidquam faciat: moneatque omnes talem esse Senatus mentem.

In cæteris quæcunque de Coadjutoribus statuta, & ordinata sunt, observet, sub pœna illis indicta.

Possit etiam ipse, ubi idoneus esse reperiatur, nominari cum cæteris Scriptoribus.

De Custode Archivii.

Archivii custos hora primi campanoni, quotidiè adsit: & omnia servet, quæ de Scriptoribus ordinata, sanciraque sunt.

Diligentiam summam in custodiendis scripturis adhibeat; nec quempiam ad eas manum apponere sinat, nisi sit ex iis, qui in Cancellaria admissi sunt.

Si quærendæ erunt scripturæ mensis tunc labentis, aut proximi superioris, nihil omnino accipiat, nisi pro scriptura, si quam facere contigerit, juxta ordines: si alterius temporis, solidos quinque ultra scripturam, pro quovis scripturarum cumulo, seu filo, ubi dies certa detur: ubi autem certa dies non detur, solidos decem, ultra scripturam accipiat: nec ultra diem unum, postquàm requisitus fuerit, quærere differat: ne procrastinando inducat scripturis indigentes ad majorem summam persolvendam.

Contrafacienti pœna eadem erit: quæ Scriptoribus aliis est imposita.

De Secretariis.

Etsi Secretarii quotidiè in oculis Senatus versantur, ideoque castigatione minus egere debent; attamen in his ordinibus prætermittendi non sunt.

Secretarii officium suum laudis, & honoris, non alterius cujusquam rei certamen esse sciant: quamobrem diligentes, & assidui sint: fidemque studiosissimè colant. Secreta Senatus nominis sui memores nequaquam evulgent: & ordines aliàs editos observent.

Qui eorum hebdomadarius fuerit, summo mane conveniente Senatu adsit; & post Senatus discessum horam saltem in Cancellaria maneat, & cum eo alius, is videlicet, qui ei hebdomada sequente successurus est.

Qui Ticinensis Academiæ curam gerit, onus sustineat scribendi ad Reg. Majestatem, aliosque Principes quotiescunq; oportuerit: idem etiam confinium causas tractet cum Senatoribus ad id deputatis, deputandisvè; quousque aliud ordinatum fuerit.

Nullius expeditionibus Secretarii subscribant, nec etiam diebus festis, nisi ab admissis in Cancellaria scriptæ, & Thesaurarii manu subsignatæ fuerint: nullas etiam literis abrasis, maculatisvè, aut aliter deformatis. 1566

Literarum criminalium minutas, quas secretas esse oportet, ipsi faciant; vel ab alio fido dictantes ipsi scribi curent, & Ostiariis tradant quò oportuerit, deferendas.

Unum tantum sibi Scriptorem juxta aliàs ordinata, ex approbatis, & admissis, singuli eligant, nisi Coadjutorem maluerit: nec acta sua per aliorum manus ambulare, aut tractari permittant.

Neminem ex iis, qui vel per approbationem gratiæ, vel aliter liberantur, aut è carcere dimitti jubentur, relaxari faciant; nisi approbatione, vel absolutione, vel alia ordinatione, à Præside, Propræsidevè subsignata.

In audiendorum indice non ultra septem, & nonnisi habita relatione monitionis adversariorum, describant, ea cautione, ut qui prius obtinuerint, & institerint, prius describantur. Descriptorum ordinem mutare, aut descriptum quempiam delere non audeant, nisi Præsidis, aut Propræsidis auctoritate accedente.

Qui secus, quàm his, & aliis ordinibus statutum est, fecerint, præterquàm quòd Senatus gratia excident; pœnas etiam dabunt, quas Senatus ipse arbitratus fuerit.

De Ostiariis.

Ostiarii, quò sunt aliis omnibus Officialibus inferiores, eò humilius, ac submissius se gerere debent; nec superbè, & insolenter respondere, inter se quotidiè rixari, & perstrepere, clamoribusque, ac jurgiis omnia complere. Proinde ab iis omnibus abstineant: officium suum, & operam libenter indigentibus impartiantur, nec tergiversentur, laboresvè declinent, & fugiant, dum alius alium respicit.

Contenti, sint statuta mercede, ac pro sigillo nihil omnino, etiam à sponte dantibus, accipiant, quemadmodum aliàs quoque ordinatum fuit. Pro supplicationibus, aliisque scripturis hac in Civitate intimandis non plus quam solidos quatuor, in suburbiis verò non ultra sex accipiant. Pro iis autem, quas extra suburbia intimari contigerit, ubi eodem die reverti commodè possint, non ultra solidos quadraginta, omnibus computatis, accipiant: ubi autem ultra diem unum abesse oporteat, solidos viginti tantùm ultra equum, & impensam cibariam singulis diebus accipiant: neque permittant alium, etiam si esset ex publicis servitoribus Communis Mediolani, suo loco proficisci.

Sedente Senatu unus uni, alius alteri ostio semper adstet, ascendenti autem ad causas publicè audiendas duo adsint, contrahendis, & explicandis fipariis, nec locum deserant, nisi discedente Senatu, alius, ut anteà fieri solebat, aditum Advocatorum

 obser-

1566 observet, neminemque obstrepero, aut deambulare sinat, canes etiam latrantes abigat, alius in Cancellaria semper Thesaurario præstò sit, qui minutas ad Coadjutores, & Scriptores, aut alio, quò opus fuerit, deferat: quia nullo modo partibus tradi debent, alius sigillandis literis incumbat.

Festis diebus omnibus duo ex eis Præsidi, Propræsidivè assistant, aliis diebus unus.

Decretatas supplicationes nulli omnino, nisi Cancellario hebdomadario, minutas verò civiles nulli, nisi Coadjutori hebdomadario tradant, neque has, neque illas à quoquam ullo modo inspici sinant.

Criminales verò omnes Secretario hebdomadario, suas cuique daturo, præbeant: nec ipsi legant, nec aliis ostendant; caveantque si quid ipsi intellexerint, ne cuiquam referant, aut signis aliquibus indicent, declarentvè, sub pœna privationis officii, & alia etiam corporali, Senatus arbitratu.

Pro deferendis ad Senatores Præsidemvè minutis, ac relationibus criminalibus, & ut dicunt, bulletinis in Senatum, nihil penitus accipiant, etiam à spontè dantibus, in cæteris ordines aliàs editos ad unguem servent.

Contrafacientibus, salva semper pœna paulò supra ad res criminales imposita, primò pœna erit privatio pecuniæ sigillaris bimestris, secundò privatio officii atque uni fide digno testi fides adhibebitur.

Nullus cujusvis ordinis Cancellariæ causas, expeditionesvè aliquas, nisi sint ipsius propriæ, apud Senatum, Senatoresvè, sollicitet, aut procuret.

Nullus supplicationibus, aut aliis scripturis nomen, cognomenvè suum, inscribat, aut ab aliis inscribi curet, aut patiatur, & si scriptum fuerit, deleat, aut abscindat.

Contrafacientibus pœnæ erunt eædem, quæ superius singulis ordinibus impositæ sunt.

Quia verò mentis Senatus est, ut suprascripta omnia omnino serventur ad unguem: elegit D. Facium Gallaranum Secretarium: cui mandat, ut sedulò, & accuratè invigilet, circumspiciatque quid quisque in officio suo faciat, & si quem à præscripto aberrare, & inobservantem esse compererit; illico ad Senatum, aut ad Præsidem Propræsidemvè, si ex aliis Officialibus fuerit, referat: si autem ex Ostiariis, ipse in comminatas pœnas condemnet, justitia semper, ac veritate præ oculis habita.

Si contrafacientem, aut inobedientem aliquem pecunia sigillari mulctari contigerit, ea pecunia in ornamenta Altaris Senatus expendatur.

Cæterum, quia supervenire aliquando possunt impedimenta aliqua prohibentia, ne quis juxta præscriptum adesse queat; permittit Senatus, ut qui legitimè impediti fuerint, alium sui ordinis substituant.

Annib. Crucejus.

ANNOT.

1 Alia servanda ab Egr. DD. Secretariis Senatus Excell. pro adimplemento eorum muneris habentur in Ord. diei 8. Januarii 1665., 14. Julii 1667., 29. Januarii 1684.

2 Alia servanda à Cancellariis, aliisque Officialibus Cancellariæ Senatus circa eorum exercitium habentur in Ord. diei 8. Januarii 1665., 14. Julii 1667., 21. Julii 1678., 29. Januarij 1684.

3 Alia servanda ab Ostiariis Senatus pro adimplemento eorum muneris habentur in Ord. diei 10. Novembris 1627., 19. Augusti 1638., 28. Novembris 1669.

Quòd in impetrandis prorogationibus instantiarum servetur ad unguem forma Constitutionum.

MDLXVI. Die xi. Aprilis.

Animadvertit jamdudum Senatus Excellentissimus, nonnullos abusus inolevisse in impetrandis instantiarum causarum prorogationibus, eam potissimùm ob causam, quòd Novarum Constitutionum forma, juxta quam supplicationes fieri debere statutum est, à plerisque negligitur: quod cùm tollerandum diutiùs non videatur.

Senatus statuit, & ordinat, nullas posthac instantiarum causarum prorogationes fieri debere, nisi in supplicationibus porrigendis pro eis impetrandis servata fuerit ad unguem forma dictatum Constitutionum, tàm circa exprimendum numerum prorogationum jam obtentarum, quàm circa causas per Judicem exprimendas, & reliqua omnia in eis contenta.

Annib. Crucejus.

Aliud decretum in materia prorogationum.

MDLXVI. Die xi. Maji.

POst editum, die secundo mensis proximi superioris, Senatus consultum, de porrigendis supplicationibus, ad impetrandas à Senatu prorogationes instantiæ causarum; quo in Senatus consulto de exprimendo prorogationum jam obtentarum numero mentio facta fuit; animadvertit Senatus difficile admodum fore, numerum adinvenire proroga-

rogationum omnium, in causis multos ante annos cœptis factarum. Proinde ut hac molestia, nec non, & impensa, quæ in eis prorogationibus conquirendis non exigua facienda esset, subditos liberaret. 1566

Censuit satis esse, si loco exprimendi ejusmodi prorogationum numerum, exprimatur tempus litis contestatæ. Annib. Cruc.

Decretum pertinens ad supersedentias.

MDLXVI. Die xii. Junii.

ETsi Novis Constitutionibus cautum est, quando Judices causarum civilium supersedere debeant; ubi altera partium porrecta supplicatione causam in Senatum introduxerit; & vel partes audiri, vel preces intimari, vel aliter adversarium ad Senatum, vel Senatorem evocari obtinuerit; videtur tamen Judices ipsos in omnibus causis, in quibus aliqua dictarum provisionum obtenta fuerit; etiam si supersedentia adscripta non sit; ob reverentiam quandam, sive ad partium instantiam, supersedere; atque hoc modo causarum expeditionem in longius, quam par sit, tempus protrahi; non sine magno partis alterius incommodo, & damno: Quo circa procrastinationes hujusmodi tollere volens Senatus, matura super ea re consideratione habita,

Censuit, mandandum esse, prout mandat, omnibus Judicibus causarum civilium, & criminalium tàm in Civitate Mediolani, quàm extra, ne per quamcunque dictarum provisionum à Senatu, Senatorevè obtentarum, prætextu aliquo, etiam reverentiæ Senatus, ullo modo supersedeant: nisi in ipsis provisionibus juxta formam ipsarum Constitutionum expressè adscripta fuerit supersedentia. Annibal Crucejus.

Aliud decretum pertinens ad prorogationes.

MDLXVI. Die xiv. Junii.

QUia mentis Excellentiss. Senatus est, ut causarum nimiæ procrastinationes, diuturnitates omnino tollantur; ac propterea introductum fuit, ut solitæ formulæ litterarum prorogationum instantiarum causarum, ubi jam ultra triennium prorogatæ reperiantur, addatur dictio peremptoriè, vel aliquid aliud idem valens; ac fieri potest, ut eo non obstante, aliqui etiam instantiam eo modo prorogatam prorogari denuò postulent.

Senatus censuit, eos omnes, qui instantiam ejusmodi cum additione prorogatam, protogari rursum petierint; teneri ejus additionis in literis jam obtentis appositæ, & quoties apposita fuerit, mentionem facere; alioquin prorogatio, quæ concedetur, nulla sit, & nullius momenti, prout jam nunc Senatus ipse nullum, ac nullius momenti esse, declarat.

Annib. Crucejus.

Ordo contra Concubinarios.

PHILIPPUS Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

DIlectè noster. Intelleximus, quamplurimos esse, qui Dei Omnipotentis parum Reverentes, in sordibus concubinatus vitam ducunt, quod cum ob Dei honorem, ac publicum exemplum ferendum non putemus, committimus, ac jubemus vobis ut habita singulorum notitia, illis præcipiatis sub ea pœna pecuniaria, quæ vobis pro eorum facultatibus convenire visa fuerit, pro tertia parte Fisco nostro, pro alia tertia accusatori applicanda, & pro alia tertia parte in pios usus convertenda, ut illico concubinas domo ejiciant, nec amplius recipiant, nevè ad eas quoquomodo accedant, & si qui parere neglexerint, eos in pœnam comminatam condemnetis: mox ad ulteriora contra eos procedatis, ac Justitiam faciatis, referendo, si quæ referenda fuerint. Mediolani 21. Julii 1566.

Subscrip. Annib. Crucejus, & sigillat. &c.

S C H O L I A.

QUia scilicet cohabitant continuò, diutinè, & publicè simul edendo, & bibendo, *Farinac. conf.* 80. *num.* 37. *Garonus.*

A N N O T.

1 COncubinarii accipi possunt triplici modo, strictè nimirum, largè, & largissimè, ut exemplificat Conciol. *ad Statuta Eugub. lib* 4. *rub.* 26. *nu.* 1.

2 Concubinatus de jure civili Romanorum non permissus, sed toleratus fuit, ut per *text. in l.* 3. *ff. de Concubin.* notant Ludovic. *decis. Perus.* 18. *nu.* 10., Faber *in C. lib.* 4 *tit.* 24. *defin.* 36. *nu.* 5. *in not.*, & alii relati à Matthæu, & Sanz *de re crimin. controvers.* 58.; & non in omnibus

 indi-

1566 3 indistinctè, sed tantum in hominibus non uxoratis per text. *in l. fin. ad fin. C. commun. de manumiss.* ibi; *hominibus etenim uxores habentibus Concubinas, vel libertas, vel ancillas habere, nec antiqua jura, nec nostra concedunt*, & concordat *l. un. C. de Concubin.*, & firmat Matthæu, & Sanz *ubi supra nu. 2.*

Hodiè vero concubinatus omnibus indistinctè prohibitus est ne dum per Jus canonicum *in c.*
4 *auditum 4. distinct. c. Concubina 32 quæst., & c. nemo 32. quæst. 4.*, & per Sacrum Concil. Tridentin. *cap. 8. sess. 24. de reformat.*; verum etiam per jus civile novissimum in *Novel. Constit. Leon. 91. Novel. 12. cap. 4., Novel. 18. cap 5., Novel. 117. cap. 2., & 3.*, & in usibus feudor. *cap. 1. de filiis suscept.*, & firmant Matthæu, & Sanz *d. contr. nu. 13. 14 24., & 25.*, & alii plures relati à Rnmaguer. in addit. ad Conciol *ad Stat. Eugub. lib. 4 rub. 26. nu. 7.*

Concubinatus est delictum mixti fori, ut probant Fontanel. *decis. 138. nu. 6, & 7.*, Barbosa
5 *ad Concil. Triden. sess. 24. de reformat. cap. 8. nu 9.*, Baron. *de corpore humano tit. de virilib. nu. 207.*, & alii penes laudatum Rnmaguer. *ubi supra nu. 8.*

Qua pœna puniantur Concubinarii de jure communi tradunt Farinac. *de delict. carn. quæst. 138.*
6 *nu. 76.*, Clar. *pract. crim. §. fornicatio nu. 6.*, Menoch. *de arbitrar. cas. 289. nu. 7. in addit.*

Et quomodo probetur Concubinatus docent Ricc. *in prax. part. 4. resol. 548., & part. 3 resol. 304.*,
7 Ciarlin. *contr. cap. 109. nu. 53.*, Anguisc. *cons. 7.*

In proclamate diei 23. Junii 1677. contra tenentes Concubinas sive domi, sive extra, adest
8 pœna scutorum mille, ac corporalis perpetui exilii ab hoc Dominio, & carcerationis, ultra alias pœnas majores ad arbitrium S. E. juxta casuum circumstantias sine aliqua personarum exceptione.

Severe agendum esse contra Concubinarios pœnis sacrorum Canonum, & pecuniariis,
9 & ter monitos, & contumaces esse excommunicandos cavetur in Concil. Mediolani Provinc. 6. *tit. quæ ad Matrim. pert. à §. Grave ad § Pastoribus*, & in Concil. Provinc. 2. *tit. 1. decr. 29.*

Magnus Fossatus.

Quòd terminus præfinitus ad decidendum articulum an causa sit appellabilis, nonnisi bis, prorogatur.

MDLXVI. Die ii. Augusti.

INter alia, quæ justitiæ exequutionem valde impediunt, & in longum tempus producunt, terminus est dierum decem, Judicibus appellationum præfinitus ad decidendum articulum, an causæ sint appellabiles, si multoties terminus ipse prorogaretur. Ita enim fieret, ut is articulus, qui diebus decem decidi omnino deberet, ne annis quinque decideretur, vel propter Judicum negligentiam, vel propter appellantium calumniam, vel propter utrunque simul. Proinde cùm maximè ad Senatum pertineat efficere, ut & Judicum negligentiæ, si qua est, occurratur; & quidquid calumniæ in appellantibus est, amputetur, ac litibus, quàm citius fieri potest, finis imponatur, & sententiarum latarum exequutio, ut par est, non retardetur. Senatus, re hac tota maturè deliberatà, decrevit, ac statuit antedictum terminum ad articulum, an causæ appellabiles sint, nec nè, decidendum præfinitum, non plus quàm semel, bisve ad summum, nec nisi maxima ex causa, prorogare velle: Mandatque ut si qui eum prorogari petierint, exprimere teneantur; an alias, & quoties, terminus ipse prorogatus fuerit: alioquin obtenta prorogatio nulla sit, & pro non concessa habeatur. Insuper Senatus ipse decernit, & vult, quòd Judices articuli, qui causam fortè appellabilem esse declaraverint; in causa principali Judices esse non possint; nisi ipsius deinde de partium consensu, absque aliqua fraude, causa committetur. Quæ omnia ut omnibus innotescant; Mandat idem Senatus omnibus, & singulis Officialibus, ac Jusdicentibus Dominii Mediolani, tàm mediatis, quàm immediatis, ut Decretum hoc in locis solitis jurisdictionis eorum divulgent, & aliorum ordinum numero adjungant, atque in posterum servari curent.

Annib. Crucejus.

Ordo servandus in commissionibus causarum civilium.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

COllegium DD. Jureconsf. Civitatis Mediolani porrexit nobis infrascriptas preces: in quibus petunt approbari ordinationem per eos factam tenore hujusmodi, videlicet:

Serenifs. Rex. Quia æquum, & laudabile pœnes graves viros Statutum illud habitum semper fuit, per quod fraudes removentur, communique omnium, & honori, & commodo consulitur: Idcirco animadvertentes Magnif. Abbates, & Jureconsulti ex Vener. Jurisperit. Mediolani Collegio, quòd in commissionibus causarum, quæ in dies fiunt, innumeræ, atque turpissimæ fraudes committuntur, tàm per aliquos Judices, quàm etiam Actuarios, quibus cedulæ confidentium erroneè deferuntur; cùm dicant semper, neminem in cedulis porrectis concurrere, donec is tandem, in cedulis scribatur, in quem ipsi præ cæteris malint commissionem fieri: Rem profecto, & tur-

& turpem, & tam litigantibus, quàm cæteris Doctoribus apprimè præjudicialem, Relatione facta per nonnullos ad id spetialiter electos, omnibusq; maturè perpensis, Collegialiter sanxerunt, commissiones causarum per ipsos tantum Judices fieri debere in eum, in quem cedulam utrinque porrectam priori loco concurrere contingerit; cedulasq; ipsas omnes, tàm illas, in quibus confidentes non concordant, quàm in quibus conveniunt, per Judicem ipsum subscribi, & in actis poni debere, ita ut si ibi talia ad unguem servata non fuerint, commissio ipsa, & omnia subsequuta nullius sint roboris, non secus ac si facta non fuissent, ut ex ea, quæ exhibetur. Verùm quia tale statutum absque M. V. approbatione procedere posse non videtur: ideò ex ejusdem etiam Collegii voto ad M. V. recurrunt Alexander Piola, Simon Bossius, & Jo. Taberna moderni Protectores ipsius Collegii. Eamque supplices rogant, ut dictam Collegii ordinationem de verbo ad verbum, prout jacet, approbare dignetur. Insuperque mandare omnibus, & singulis hujus Dominii jusdicen. quatenus ordinem ipsum sic à M. V. approbatum inconcussè custodiant, & exequantur, ut speratur &c. Die Jovis xxvii. Septembris 1565. Convocato Collegio, propositum fuit, quòd Magn. DD. Relatores electi ad providendum ne fierent practicæ com-missionum, parati erant referre, & cùm retulissent, Collegium in eam venit sententiam, quòd cedulæ confidentium dentur Magnif. DD. Judicibus tantùm, & per eos fiant commissiones: quòd cedulæ ipsæ, tàm in quibus confidentes non concordant, quàm in quibus concordant, remaneant in actis illius Judicis, per quem commissio fiet. Et quòd prius referatur conclusio hæc Excellentiss. Senatui, cujus approbatio expectetur; illo etiam addito ex communi voto Collegii, quòd commissio causæ illi fiat, in quem cedulam utranq; priori loco concurrere contingerit, cedulæq; ipsæ ab eodem Judice subscribantur. Et ubi prædicta ad unguem servata non fuerint, commissio ipsa, cum omnibus exinde sequutis, nullius sit roboris, non secus, ac si facta non fuisset. Nos autem consideratis omnibus, & maximè recitata ordinatione, quæ facta videtur ad honorem ipsius Collegii, & ad removendas fraudes, quæ fieri contingebant in committendis causis; decrevimus ipsam ordinationem, prout jacet, approbandam esse, prout approbamus. Mandan. quibus spectat: ut recitatam ordinationem servent, & exequantur. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri jussimus. Dat. Mediolani die xiv. Augusti 1566. 1566

Sign. Jo. Maria Cattan., & sigill. sigillo Regio Ducali, &c.

Decretum de causis remittendis à Senatoribus ad Judices inferiores.

MDLXVI. Die 18. Septembris.

DEmandavit quandoque Senatus Excell. Magn. DD. Senatoribus causas aliquas ex iis: quas inferiores Judices cognoscere possunt; ita & maxima quidem cum instantia, requirentibus partibus; idquè etiam rationalibus ex causis. Sed cùm usu posteà compertum sit, propter varias, ac multiplices Senatorum occupationes, in illis causis, quæ ab inferioribus Judicibus cognosci nequeunt; alias diutius, quàm par sit, protrahi; longeq; majus ex ea re subditis incommodum, & justitiæ detrimentum sequi quàm sit utilitas, quæ ex Senatus, aut Senatorum cognitione resultare possit.

Senatus subditis, quo ad ejus fieri potest, consulere cupiens, censuit causas omnes coram Senatu, & Senatoribus introductas ad Judices ordinarios, qui de eis alias respectivè cognoscere possunt, esse remittendas; iis tantum exceptis, quarum processus perfecti omnino jam sunt, & Senatores clari adeò, ut nihil aliud agendum supersit, nisi ut ad sententiam deveniatur: & iis, in quibus de Regii Fisci interesse tractatur: & iis; quæ Senatui universo, vel Senatoribus à S. M., vel ejus Locumtenente, vel aliter, preterquàm ab ipso Senatu, delegatæ sunt: nec non iis, in quibus Senatores, Senatorumvè filii, aut conveniunt, aut conveniuntur, eæ quoque omnes; quæ ex Novis Constitutionibus specialiter, & expressè ad Senatus cognitionem spectant, sine dubio retinendæ sunt.

Annibal Crucejus.

A N N O T.

1 MAgnifici Domini Senatores in eorum causis etiam in prima instantia agere, & conveniri possunt vel coram Senatu, ut cavetur in hoc Ordine, & in illo anni 1534. diei 18. Decembris; vel coram Egr. Capitaneo Justitiæ, ut disponitur in Nov. Constit. *tit. de Offic. Capitanei Justit. §. possunt*, & pendet ab eorum arbitrio eligere coram quo velint

2 agere, vel conveniri, ut probat Ruginell. *de Senatoribus. §. 1. glosa 6. cap. 34. sub nu. 308. versic. finem, & pract. quæst. cap. 44. sub nu. 34. versic. arbitrarium.*

Eodem privilegio fruuntur Senatorum filii, ac nepotes ex filio *ad text. in l. liberos ff. de Senato-*

3 *ribus*, & ita declaravit Senatus favore Com. Jo. Baptistæ Borromæi die 26. Februarii 1590., & favore Lucretiæ Caimæ filiæ Senatoris contra Quæstorem Clementem Arsagum impugnantem avocationem causæ ad Senatum, ut refert Ruginell. *de Senator. ubi*

4 *supra sub nu. 308. versic. & sane, & pract. quæst. loc. cit. sub nu. 38.* ubi testatur sic passim fuisse exinde servatum.

Et

1566 Et licet in recensito Ordine anni 1534. quoad filios Senatorum exprimatur dictum privile-
4 gium competere post mortem Patris, ibi: *& eis prædefunctis*; tamen ex hoc Ordine uti
posteriori debet censeri correctus, quia indistincte loquitur, ibi: *nec non in iis., in quibus Senatores, Senatorumve filii aut conveniunt, aut conveniuntur*; & jure merito, quia in causis filiorum possunt habere interesse etiam eorum Genitores, ut probat Ruginell. *de Senator. ubi supra sub nu. 309. in versic. controversum fuit* & testatur sic fuisse decisum a Senatu anno 1586. in causa nepotum, ex filio Com. Sancti Secundi, declarando causam esse privilegiatam propter usumfructum Avo paterno debitum.

Filii Senatorum legitimati potiuntur eodem privilegio, quia legitimati æquiparantur legi-
5 timis, & naturalibus *Auth. quibus mod. natural. effic. sui § quæ propter*, adeo ut nihil à legitimis
differant § *illud tamen Auth. eod.*, & Ruginell. *de Senator. cit. versic. controversum fuit*, testatur se, vidisse attestationem Egr. Secretariorum Senatus probantem legitimatos semper fuisse admissos.

Hoc privilegium competit etiam Uxoribus Senatorum, tam viventibus Maritis, quam post
6 eorum mortem, durante tamen viduitate, ut probat Ruginel. *de Senator. cit. cap. nu. 309.*,
& refert sic decisum à Senatu die 17. Decembris 1582. in causa Dominionis Catiæ contra Fratres Costas.

Cessat hoc privilegium etiam respectu Senatoris pro ejus debito contracto versus aliquem
7 Subditum huic Dominio, vel pro bonis alicujus possessis ante adeptam dignitatem ex
dispositione N. C. *tit. de foro compet.*, & probat Ruginell. *de Senator. ubi supra nu. 310.*, & pariter si agat ex jure cesso, ut ex *cit. tit. N. C. in fine*, & ex eodem Ruginell. *loc. cit. in fine*.

Mognus Fossatus.

De eodem.

MDLXVI. Die xvii. Octobris.

POst editum ab Excellentiss. Senatu decretum de causis à Senatoribus remittendis; visum est ei ordini non omnino plenè universo ei negotio provisum; nisi etiam iis; quorum causæ sunt; tempus præfiniretur; intra quod illas remitti, si remittendæ, aut committi, si committendæ essent, curarent. Quam ob rem re maturè, atquè diligenter considerata, Senatus edicit, ut omnes, qui causas coram Senatoribus habent remittendas; sive rei sint; eas intra spatium duorum mensium, à die publicationis præsentis edicti inchoandorum, remitti, vel committi omnino curent. Post quod tempus; nisi remissæ, vel commissæ reperiantur; earum instantiam ex nunc, prout ex tunc, lapsam intelligi vult.

Annibal Crucejus.

De eodem.

MDLXVI. Die xxii. Octobris.

NE quandoque dubitari contingat, an causæ locorum piorum; quibus Senatores in Conservatores, & Judices dati sunt: sint retinendæ, vel remittendæ, juxta formam decreti de causis remittendis, superioribus diebus editi. Senatus declarat eas etiam remittendas esse; nisi sint eorum Locorum Piorum: quibus ex forma privilegiorum eis concessorum Senatores in conservatores dare oporteat.

Annibal Crucejus.

A N N O T.

1 JUre communi inspecto dubium non est etiam Locis Piis competere privilegium *l. un. C. quando Imperator &c.* quia in ipsis militat eadem ratio, propter quam dictum privilegium fuit concessum Ecclesiis, nempe propter contemplationem Dei, & bonum animarum,
2 & quia sub nomine Ecclesiæ continetur omnis Locus Pius Novar, *de elect.*, *& variat. fori quæst. 50. nu. 3. sect. 2.*

Mognus Fossatus.

Ordo, quòd Notarii teneantur Officialibus, & Fiscalibus dare notulam processuum pendentium.

MDLXVI. Die xxviii. Novembris.

ETsi ex ordinibus antehac editis Notarii rerum Criminalium hujus Civitatis teneantur Magistratibus, Fiscique Advocatis, & Syndicis processuum pendentium scientiam scripto dare; innotuit tamen Senatui Excellentiss. etiam ex Fiscalium querimonia, dictorum Actuariorum maxima negligentia, magnusque abusus, & ordinum neglectus; in non leve justitiæ detrimentum, idcirco præfatus Excellentiss. Ordo mandat Notariis prædictis sub pœna suspensionis ab officio ad semestre, & alia etiam graviori ejus ordinis judicio, quatenus hinc ad festa Natalitia proximè ventura cum effectu consignent Judicibus suis, & Fiscalibus notulam processuum quorumcumque pendentium

dentium ab anno 1559. inclusivè citra .s. post decretum gratiosum, aliorum verò posthac agitandorum teneantur singulo bimestri certos reddere præfatos Judices, & Fiscales, per notulam in scriptis, processuum pendentium, & non perfectorum: ut ii eorum perfectioni studere valeant, quibus Officialibus mandat Senatus, ut omni studio, & diligentia perfectioni incumbant. 1567

Sigillata, &c. in cera rubea more solito, & signat. Facius.

Ordo circa causas compromittendas.

COnstitutionem de causis compromittendis non derogare alteri de causis per Senatum cognoscendis, & ita censuit Senatus die 3. Septembris 1567. in causa Com. Borromæorum.

A N N O T.

1 JUre merito sic fuit declaratum; tum quia N. C. *tit. de arbitr.* non tribuunt Arbitris jurisdictionem privativam, sed cumulativam, ut egregie probat Menoch. *conf.* 479. *nu* 9., *& sequ lib.* 5.; tum quia Senatus uti Principem repræsentans, omnium Pater, & defen-
2 sor est *text. in c. Regum* 23; *quæst.* 5., & eum procedat sola facti veritate attenta, & ex bono,
3 & æquo, mirum non est, si exceptio compromissi coram eo locum non habeat Rugi-nell. *pract. quæst. cap.* 43; *nu.* 47. ubi refert alias decisiones Senatus.

Magnus Fossatus.

Ordo pro Syndicatoribus.

MDLXVII. Die iv. Decembris.

CUm nonnulli ex Syndicatoribus, quorum munus præcipuum est curare, ut Officiales exactam administratæ Provinciæ rationem reddant, nihil minus, quam quod sui muneris proprium est, præstent, id tantum studentes, ut pecunias undique congerant, ordines etiam ad coercendam eorum aviditatem alias editos contemnentes, ac si omnia sibi licerent, cum Officii sui rationem aliquam se non reddituros confidant, ut tanto morbo occurratur.

Senatus in primis decernit, ut Sydicatores omnes à causis ordinariis terminandis, prout alias ordinatum fuit, omnino abstineant, sub pœna nullitatis, & alia Senatus ipsius arbitrio, imponenda, & ut Notarii, qui de sententiis hujusmodi in causis latis rogati fuerint, à Notariatus Officio Senatus ejusdem arbitrio suspendantur.

Mandat item Senatus, ut Syndicatores omnes causas criminales, quæ ex ordinum forma, vel ex consuetudine referendæ sunt, modo aliquo terminare non audeant, & ut intra octo dies, postquam successores habuerint, illarum omnium causarum criminalium, quas durante syndicatu expedierint, notulam fidelem manu propria subscriptam, exprimendo cujusque causæ expeditæ titulum criminis, in manibus subsignati Secretarii deferre teneantur, & aliam similem notulam Notarii criminalium causarum, pœnes quos earum libri remanebunt, in formam authenticam ad eundem Secretarium mittant sub pœna contrafacientibus Senatus arbitrio imponenda.

Decernit etiam Senatus, ut Syndicatores neminem eorum, quos in libris criminalium causarum sub fidejussore relaxatos invenerint, ad carceres inconsulto Senatu revocent, nisi de delicto capitali agatur, aut nisi ex Correis aliquis in carceribus retineatur, qui aliter expediri non possit, qui aliter citati fuerint, parere non teneantur.

Decernit pariter Senatus, ut Syndicatores nullum processum, nullamve ordinationem facere possint, nisi adhibito Fisco, aut saltem eo legitimè citato, sub pœna nullitatis ut supra.

Ut autem facilis cuicumque contra Syndicatores, à quibus aliquo modo injustè oppressus fuerit, querelas porrigere volenti, aditus pateat, Senatus Senatores querelis hujusmodi audiendis deputabit, ad quos poterunt, qui querelare voluerint, etiam per literas, ubi ipsi ad hanc Civitatem conferre se nequeant, querelas suas mittere.

Sciant autem Syndicatores ipsi, si in eorum Officio male se gessisse deprehensi fuerint, re ad Senatum relata debitas pœnas se daturos.

Atque ut decretum hoc omnibus innotescat, mandat idem Senatus in Locis Civitatum, & Locorum omnium, in quibus jus dicitur, & Syndicatus fiunt, publicari, & affigi debere, affixumque remanere quousque Syndicatus perfecti fuerint.

Constitutionum dispositionem servandam omnino, in exigendis debitis Cameræ.

CEnsuit Senatus dictos Barueros liberandos esse, verum quòd in posterum caveatur per proclamata; re participata cum Magn. Magistratu Ordinario, ut etiam pro debitis Cameræ serventur per Executores omnia contenta circa Execut. in Nov. Constitut. die 7. Aprilis 1568. 1568

Ordo

1568 *Ordo ut Confiscationes applicentur Fisco feudali.*

MDLXVIII. x. Augusti.

AD preces Ill. Marchionissæ Melegnani, præsente Fisco, & habito voto Magn. Magistratus Extraord. in causa nonnullarum confiscationum factarum contra nonnullos subditos præfati Marchionis, qui interfecerant nonnullos milites Hispanos Suæ Majestatis, declaratum fuit dictas confiscationes Fisc. Marchionali applican. esse, ut ex literis Domino Malumbæ delegato transmissis sub dicta die subscript. per D. Crucejum Secretarium.

ANNOT.

1 SI major Magistratus procedat ob negligentiam minoris Magistratus, & hujus negligentiæ conscius sit etiam Feudatarius, tali casu pœnam esse applicandam non Fisco Feudali, sed Regio sentit Gatt. *de majori, & minori Magistr. lib. 2. quæst. 13. nu. 6*; quia sicuti
2 Judex Feudalis tali casu ob negligentiam privatur exercitio jurisdictionis, ita ob eandem culpam privari debet Feudatarius fructu jurisdictionis, ut sunt pœnæ, & mulctæ Bosf. *tract. var. tit. de pœnis nu. 32.*, Lagunez *de fruct. part. 1. cap. 20. n. 41.*, Brun. *cons. feud. 120. vol. 2.* *Magnus Fossatus.*

Quomodo Syndicator Vicarii Provisionum Mediolani deputari debeat.

MDLXIX. Die xiv. Januarii.

1569 CUm superioribus diebus Senatus deputasset Egregium Jurisconsultum D. Aloysium Palatium ex Vicariis Generalibus, & de Collegio etiam Mediolanen. Doctorum, qui Vicarium Provisionum Egregium D. Hieronymum Tonsum, ac Judicem syndicaret, de ea deputatione conquesti sunt universum Collegium, & Vicarius, ac Decuriones Provisionum per supplices libellos exempli sequentis. Quibus in Senatu propositis, & re discussa; ne ipsis supplicantibus ulla justæ querelæ relinquatur occasio; in eam itum est sententiam, ut ipsi supplicantes intra quatriduum nominent tres è suo Collegio Doctores, & Senatui proponant: è quibus ipse unum deliget, eique hanc syndicandi Provinciam demandabit. Quod decretum de cætero etiam observari vult Senatus.

Ordo circa Domos locandas Officialibus, aliisque privivilegiatis.

Illustriss., ed Eccellentiss. Signor Principe.

LI fedeli servi di Vostra Eccellenza gli Archibugieri di sua Guardia hanno avuto commissione de' suoi Officiali da ritirarsi per casa più vicini al Palazzo di V. E. si vuole, per essere più pronti nelli casi occorrenti di S. M., e V. E. al suo servizio, gli è un ordine dell' Eccellentiss. Sig. Marchese di Pescara, che gli Officiali di S. M., e li stipendiati, e li Gentiluomini, domestici della casa del suo Luogotenente possino aver in affitto per uso suo le case, che li proprj Padroni non hanno bisogno per uso proprio, per quello prezzo, e condizione ritroveranno da altri, e comanda al Magn. Sig. Capitano di Giustizia, che lo eseguisca, siccome in esso ordine, quale a V. E. si esibisce, ve ne sono stati delli nostri, li quali si sono ricorsi dal sudetto Sig. Capitano, che conforme al detto ordine si facesse dare luoghi con stalla, quale per uso suo avevano bisogno, ed esso Sig. Capitano dice, che per essere affittate non le possono avere, ed altra provisione da lui non si può avere; laonde tal' ordine non valerebbe niente a beneficio, siccome di sopra, che rendendosi li Padroni difficili in dar affitto case a tali sopra nominati, come sapessero che tali le volessero, subito le affittarebbero ad altri, e tal' ordine l'Eccellentiss. Sig. Marchese non lo fece ad altro, se non, che affittate, o d'affittare che fossero, tali sopra nominati li potessino avere, il che vedendo li Supplicanti che il Magn. Sig. Capitano di Giustizia non vuol avere alcuno riguardo, si sono ricorsi da S. E.

Supplicandola sii servita mandare al Magn. Sig. Capitano di Giustizia, che ancora che abbino affittate le case costringa li Padroni a dargli, over mandar all' Eccellentiss. Senato, che conforme a tal' ordine, che si esibisce, faccia giustizia.

PHILIPPUS Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux.

VIsis precibus quas Equites tormentarii personam Illust. Locumtenentis custodientes porrexerunt, vobis mandandum duximus, ut omnino juxta memorati decreti continentiam provideatis, ut supplicantes domum pro sua ipsorum habitatione conducere

ducere possint, non obstantibus locationibus in alias personas factis, advertendo tamen ne quisquàm extorqueatur, sed omnia sincerè procedant; & cum minori subditorum incommodo, quàm fieri possit. Dat. Mediolani die 20. Septembris 1569. Signat. Jo. Maria Cattaneus, & sigillat. 1569

A tergo. Egreg. J. C. Capitaneo Justitiæ Mediol. nostro dilecto &c.

Quòd nulla habeatur ratio rescriptorum posteriorum, nisi facta fuerit mentio anteriorum.

MDLXIX. Die xxii. Septembris.

CUm usu compertum sit, diversas aliquando à Senatu Excellentiss. in eadem causa literas à litigantibus vel importunitate, vel malitia subreptas fuisse; dum quæ prioribus literis, & supplicationibus in eis insertis continentur, aut omnino reticent, aut minus integrè, minusvè fideliter narrant: atquè ob id fiat, ut multæ, ac magnæ, in causis difficultates frequentissimè oriantur; quæ præterquàm quòd laboribus, & impensis litigantes ipsos fatigant, & gravant; novas subinde molestias Senatui afferunt; dum vel Judices, vel Advocati ex eis extricare se nequeunt, earum difficultatum causas prædicere per necessarium visum est.

Ac propterea Senatus, re totà diligenter, & accuratè pertractata, & examinata; præsenti sanctione; quam decreti, & legis vim perpetuò habere vult; statuit, ut nulli Magistratus, Judices, Commissarii, sive ordinarii, sive delegati fuerint, posteriorum literarum à se emanatarum rationem aliquam habeant, nisi certam prius præsentatarum, & supplicationum in eis insertarum sententiam integrè, & fideliter explicatam contineant.

Decretum de Columbariis.

MDLXX. Die primo Martii.

FActum est Senatus consultum ad petitionem Ruralium Cameri, & Calpignani agri Novariensis, quòd nemo in illis locis possit Columbaria ædificare, nisi habeat perticas 200. terræ arativæ; facta autem ab hinc retro Columbaria sustineri, modò eorum Domini possideant perticas 50. terræ arativæ. 1570

Jo. Maria Cattan.

A N N O T.

COlumbi pascentes in Campis non possunt occidi, quia eorum victus innocens est
1 Novar. *de gravam. Vassallor. tom. 1. gravam 368 nu. 6., & 7.*
Columbos alieni Columbarii capiens, dum sunt in consuetudine redeundi, furtum com-
2 mittit *l. Pomponius* §. 1. *ff famil ercisc.*, Covvar. *in reg. peccatum 2. part* § 8. *nu. 14.*, Sot. *de justit.,
& jure lib. 3. qu. 6. art. 4.*, Molin. *de justit., & jure disp* 48., Navar. *in Manual cap. 17. nu. 128.*,
& alii apud Antunez *de donat. reg lib. 3. cap. 9. nu. 28.*, & tenetur ad restitutionem secundum laudatos Auctores. An autem, & quando peccet, & teneatur restituere, qui Co-
3 lumbas deducit de alterius Columbario, & ad proprium attrahit puta in suo ad hunc
finem certa semina spargendo videndi sunt Auctores mox relati, & etiam Gutier. *canonic. quæst lib. 2. cap. 28 nu. 53., & sequ.*
Si Columbarum numerus in excessum crescat; & prædiis vicini magnum damnum afferat,
4 potest Judex Columbarum numerum limitare Tondut *resol. civil. cap. 140. nu. 7. part. 2.*,
& nu 8. dicit cessante circumstantia magni damni vix posse impediri usum Columbarum, quia ipsæ connumerantur inter animalia mansueta, & innocens existimatur
5 earum victus; & ideo quod habentes Columbaria non teneantur ex damni causa, quod
per Columbos contingit, quamvis non possideant latos Campos sufficientes eorum pastioni tenent Romaguer. ad Conciol. *sup Statut. Eugub. lib. 6. rub. 16. nu 7.*, & alii apud
Pacichel. *de distant. cap. 6. membr. 8. nu. 5., & sequ.*; debere tamen Senatum providere, ne
6 quis Columbaria construat, nisi habeat Campos proportionabiliter sufficientes pro
pascendis Columbis tradit Christin. *ad leg. municip. Mechlin. tit 2 à nu. 17.*
De jure nostro municipali pœna capientis Columbos est librarũ viginti quinque Imperialium
7 pro quolibet Columbo, & qualibet vice, ut ex Statuto 442 *vol. 2.*, hæc autem pœna aucta
est ad aureos decem ex proclamate diei 13. Januarii 1564 ut notat ibidem Carpan. *nu. 7.*
Columbaria quomodo custodiri debeant, ut abundent Columbis, & quomodo sint resti-
8 tuenda à Conductoribus tradit Cyriac. *contr. 229. nu 24., & sequ.*, & alia de hac materia
late habentur apud Rendell. *de pascuis*.

Magnus Fossatus.

Tassa della Cancellarìa del Magistrato Ordinario per l'Officio delle Biade, stabilita fra altri ordini per l'Ill. Sig. Presidente, e Magistrato Straordinario adì 5. d'Aprile 1570.

GLi Officiali della Cancellarìa delle Biade, averanno da osservare l'infrascritta Tassa.

Prima per la liberazione d'uno imputato solo, alla Cancellarìa soldi trenta, ed altro tanto alli Cancellieri, ed agli Uschieri soldi

1570 soldi 10., e se saranno più d'uno, sin' in quattro, non si possi pigliare più del doppio, e da quattro in sù, si possi pigliare il quadruplo.

Per le composizioni d'un scudo, alla Cancellarìa soldi cinque.

De duoi scudi soldi dieci.

Per trè scudi soldi quindici.

Di quattro scudi soldi venti.

Di scudi cinque sin' a vinticinque, soldi vinticinque.

Da vinticinque scudi sin' a cinquanta, soldi cinquanta.

Da scudi cinquanta in sù, soldi uno per scudo.

Per tutte le composizioni, li Cancellieri averanno d'avere dalle parti altro tanto, come quello, che si sarà pagato alla Cancellarìa.

Gli Uschieri averanno da pigliare per il sigillo ogni dieci soldi, che si pagaranno alla Cancellarìa, soldi duoi.

Per le Tratte alla Cancellarìa, per ogni soma de Biada denari trè, per ogni soma di Riso, denari sei.

Per le tratte gratis, di qualunque sorte, per ogni soma denari sei.

Per le licenze da luogo a luogo, che pagano il grosso in Camera, denari tre per soma.

Per quelle, che non pagano il grosso, denari sei.

Avvertendo che l'Avena, Melica, e Risone non pagano se non la metà.

Per le castagne, o lovini, che si conducono fuori dello Stato, denari sei per soma, e da luogo a luogo, nel Stato, denari trè tanto per soma.

Per le prorogazioni di qualsivoglia tratta, o licenza, per ogni soma denari trè.

Per la nuova concessione d'un Mercato, libre quattro alla Cancellarìa, ed alli Cancellieri libre due.

La remissione d'un Mercato sospeso libre due alla Cancellarìa, ed alli Cancellieri libre una.

Per la patente d'un Capitano ordinario libre due alla Cancellarìa, ed al Cancelliero della Provincia altro tanto, computata la sicurtà, ed al Coadjutore soldi dieci, computata la instruzione, ed al Tesoriero per il registro delle loro patenti soldi sedeci, ed al Contrascrittore soldi sedeci, ed alli Uschieri soldi otto.

Il medesimo pagaranno li Commissarj di Sesto, e Lecco.

Per la patente d'un Commissario, o Capitano straordinario pagata, il medesimo.

Per le patenti degli altri Commissarj, e Contrascrittori il quarto manco.

Per la patente d'un Commissario straordinario non pagato, il medesimo.

Per una lettera toccante a processo fatto ad istanza d'una persona particolare, soldi dieci alla Cancellarìa, ed al Cancelliero altro tanto, ed al Coadjutore per la scrittura, computato il memoriale soldi cinque, ed agli Uschieri soldi due.

Per una lettera di più persone, o di Comunità il doppio.

Per le licenze de' Pegorari per un'anno libre una, e soldi dodeci alla Cancellarìa, e per manco tempo alla rata, e la scrittura soldi cinque, ed agli Uschieri soldi quattro.

Per le licenze de' Molini, per un'anno libre una, e soldi dodeci alla Cancellarìa, ed alli Cancellieri per la sigurtà soldi otto, e per le copie autentiche soldi quattro l'una, ed agli Uschieri soldi due.

Li Cancellieri, Coadjutori, ed altri dell' Officio d'essa Cancellarìa, non hanno da pigliare per licenza, che si concedono, cosa alcuna da' particolari, a cui si concedono, eccetto per la scrittura di una soma sin' a cinque, soldi due; da cinque sin' a diece, soldi due e denari sei; e da diece sin' a vinticinque, soldi cinque; da vinticinque sin' a cinquanta, soldi dieci; da cinquanta sin' a cento, soldi quindeci; e da cento in sù, per qualsivoglia soma reali due.

Salvo che per le tratte di qualunque sorte si possi pigliare il terzo di più alla rata.

Le licenze, quali si concedono di condurre grano a Milano, non hanno a pagare cosa alcuna per conto della Cancellarìa, nè degli Uschieri, nè d'altro, eccetto, che per la semplice scrittura, secondo la Tassa di sopra posta.

Agli Uschieri per le tratte, e licenze di qualunque sorte, si hanno da pagare per una soma sin' a trè, e da trè in sù, denaro uno per soma, purchè non ecceda la somma de soldi dieci in tutto: e questo così delle licenze, e tratte, che si concedono immediatè dal Magistrato, come di quelle, che si concedono per lettere direttive a' Capitani, o Commissarj, e quando si darà commissione alli Commissarj sopra le tratte di concedere le tratte, o altre licenze, e di scuodere l'onoranza per la Cancellarìa, se gli darà ancora ordine di scuodere la tassa, come di sopra, per gli Uschieri.

Per le relazioni, che si faranno al Prencipe, overo al Senato, il Coadjutore abbia da pigliare soldi quattro il foglio.

Per li processi criminali, che le parti vorranno levare autentichi, li Cancellieri avranno soldi sei il foglio, per quelli, che si fanno quì a Milano, e per quelli, che si fanno fuori della Città, soldi quattro in tutto, computata la scrittura, e nel resto si servi la tassa stabilita negli Ordini, e Statuti di Milano.

Per la copia d'una ordinazione, o atto autentico, il Cancelliero averà soldi dieci, ed il Coadjutore per la scrittura soldi quattro il foglio. Jo. Baptista Ossius.

Ordo

Ordo contra reos, & eorum fidejussorem, perhemptoriè citatos. 1570

MDLXX. Die vi. Junii.

CUm ad officia Maleficiorum D. Prætoris, & Judicum Mediolani multi sint cum fidejussione relaxati delati de diversis criminibus, & processus sint expediti, & in actu relationis, & multi perhemptoriè etiam sint citati, nec fidejussores, neque principales rei velint comparere, hocque cedat in detrimentum Regiæ Cameræ, & cùm de eis ominibus per D. Judicem Equi factum fuerit verbum in Senatu Excellentiss.

Censuit is ordo, eos, qui sunt perhemptoriè citati, de novo citari debere, & ubi non compareant, fidejussores condemnandos, & principales detinendos fore; mox ad expeditionem eorum processuum deveniendum esse.

Subscrip. Landrianus, & sigillat. &c.

Decretum de pretio bladorum.

MDLXX. Die iv. Julii.

ETsi maxima, & penè universalis anno superiori omnis annonæ penuria fuerat, & adeo immensa, ut miserrimi coloni quid minimum, aut ad summum non plus duplo jacti seminis collegerint; quo factum est: ut quamplurimi, qui bona ad tritici fictum conduxerant, licet quicquid perceperint Locatoribus erogaverint, non tamen integrè conventam pensionem dederint: ideò aliqui bonorum Domini parum misericordes, efflagitent ad majus tritici pretium sibi satisfieri; Huic in congruo Senatus occurrere volens, re optimè considerata, hoc decreto.

Statuit restantes pensiones anni superioris æstimandas, & persolvendas fore in singulas decem, & octo libras pro singulo frumenti modio, sicalis verò quatuordecim, & milii undecim, quam legem singulis in locis hujus Mediolanensis Dominii servari mandat, & proinde conventiones, aut contractus, si qui secus facti sunt, irritat, & pro infectis haberi vult.

Facius.

S C H O L I A.

HUjus S. C. justitia ex eo pendet, quòd in his quæ concernunt vitam hominis licita est taxatio, *Surd. de alim. tit. 8. privileg.* 94. *num.* 8. Hinc est quòd dicitur posse quem cogi vendere viliori pretio, *Franc. decis. 9. nu.* 1., *Georg. de Cabed. decis.* 105. *nu.* 8. *p.* 1.

Garonus.

Querelatus Querelantem querelare non possit.

MDLXX. Die x. Julii.

INolevit non parva in Urbe hac Mediolani corruptela in causis eriminalibus, ut cùm quis apud unum aliquod Tribunal querelatus, delatusvè est ille aliud illico adeat, ibiq; vel Querelantem, vel delatorem, vel testes deferat, & aliud contra illos judicium instituicuret. Quo fit, ut prioris causæ processus aut impediatur, aut subvertatur, aut omnia ob testium præsertim varietates, & contrarietates, quandoque etiam falsitates ita confundantur, ut tenebræ Judicibus, offundantur, & qui verè sontes sunt, impunè plerunque abeant. Huic tàm perniciosæ corruptelæ obviam necessariò eundum esse judicans Senatus; præsenti sanctione, quam perpetuæ legis, & decreti vim habere vult, decernit.

Non licere posthac cuiquam, simul atque ad unum aliquod Tribunal cujuscunq; criminis causa contra eum procedi cœptum fuerit, ad aliud accedere, & contra se judicium ut impediri, aut retardari possit, attentare. Mandatque omnibus iis, ad quos spectat, spectabitvè, ne tales ullo modo audiant: Sed ad primum Judicem remittant. Quòd si fiat, declarat jam nunc acta illa omnia irrita, & nulla fore, & ullam eorum rationem haberi non debere. Non prohibet tamen, quin priore processu perfecto, & absoluta causa, tales querelati, delativè contra Querelantes, 1571 delatoresvè, aut testes agere possint, si qua agendi justa causa fuerit, coram quocunque Judice competenti.

Annibal Crucejus.

A N N O T.

COncordat cum dispositione tum juris civilis *in l. is qui reus ff. de publicis Judic.* ibi: *si quis reus factus est, purgara se debet, nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus. Constitutionibus enim observatur, ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur*; tum juris canonici *in c. neganda il primo* 3 *quest.* 11. ibi: *neganda est accusatis licentia criminandi, prius quam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes: quoniam periculosa est, & non debet admitti rei adversus quemcumque professio.*

1570 Inspecto jure communi hæc materia plures recipit declarationes, ut videre est apud Clar.
2 *pract. crim. §. fin. quæst. 14. nu. 12.*, & Decian. *tract. crim. tom 1. lib. 3. cap. 24 per tot.*

Pendente causa criminali contra Notarium Drisaldum in Officio Prætorio, & coram Abba-
3 tibus Notariorum, ac publicato processu offensivo; Drisaldus coram Vicario Justitiæ querelavit quemdam Arrigonum de instigatione facta ipsi Drisaldo ut fugam arriperet ad tollendas eis defensiones, postea eundem Arrigonum tamquam subornatorem testium examinatorum contra ipsum Drisaldum. Ex Ordine Senatus fuerunt à Vicario Justitiæ examinati testes, & dum disputaretur de validitate processus attento hoc Ordine prohibente querelatum querelare; processus factus à Vicario Justitiæ tamquam factus ex Ordine Senatus fuit declaratus validus, & decretum, ut Vicarius Justitiæ simul procederet cum Prætore, & Abbatibus attenta connexitate causæ juxta resolutionem factam in utraque Curia simul juncta coram Amplifs. Senatore Puteo ex Ordine Senatus diei 30. Junii 1664. pœnes Actuarium Carolum Carpanum.

Magnus Fossatus.

Ordo, quod Secretarii conveniri debeant coram Capitaneo Justitiæ.

SEnatus ad preces Secretarii Facii scripsit Prætori Mediolani, ut causam remitteret Capitaneo Justitiæ Judici competenti, sub die 13. Julii 1570.

SCHOLIA.

INde colligit *Ruginell. pract. qq. cap. 44. nu. 29. & seq.* verbum POSSUNT, in Nov. Const. tit. de officio Capitanei Justitiæ, æquipollere verbo DEBENT.

Garonus.

Commissarii, qui huc illuc mittuntur, debent, ubi reversi fuerint, acta tradere Judicibus ordinariis.

MDLXX. Die xvii. Septembris.

COnsuevere, & Illustrifs. Reg. Locumtenens, & Excellentifs. Senatus Vicarios generales, aut etiam alios, alio atque alio mittere ad capienda indicia criminum, quæ hic illic pro tempore patrari contingit; atque ii cùm post accepta indicia, & cœptos processus, ad hanc Urbem reversi sunt, totius causæ Judices se factos arbitrantes ad ulteriora procedere, pergunt, processusq; pœnes Cancellarios suos remanent, & sæpè disperduntur, ita ut nulla de illis, cùm opus est, notitia haberi possit. Quod quidem per absurdum videtur, cùm in Civitatibus omnibus adsint sui Judices ordinarii, ad quos causæ illæ pertinent, & pœnes quorum Actuarios processus remanere debent, itaque ne tali absurditati ulterior locus relinquatur.

Senatus habita matura rei totius consideratione, mandat Vicariis Generalibus omnibus, ac aliis etiam si quos tales ob causas mitti contigerit, ut statim, atque ad Urbem hanc redierint, processus à se factos vel Capitaneo Justitiæ, vel Prætori Mediolani, aut ejus Civitatis, ad quem causam spectare cognoverint, aut in cujus jurisdictione delictum patratum fuerit, tradant; & à procedendo ipsi desistant. Atque hoc etiam de processibus ante præsens Senatus consultum factis servari vult. Quòd si ob Capitanei, vel alterius Prætoris, aut Judicis suspicionem causam aliquam eorum alicui demandari contigerit, vel si causa illis particulariter delegata fuerit, vult nihilominus Senatus processu perfecto illum Actuariis illius Tribunalis, ad quod causa prius tractari debuisset, tradi omnino debere. Atque hæc omnia sub pœna Senatui ipsi arbitraria.

Anib. Crucejus.

Decretum Nivis.

MDLXXI. Die viii. Januarii.

1571 CUm ob inauditam quantitatem nivium; quæ hoc anno è cœlo deciderunt; plurium domuum tecta collapsa fuissent: periculumque maximum immineret, ne alia etiam collaberentur: multæque etiam domus rimas duxissent ita, ut tibicinibus eas fustinere necesse fuerit, nivesque è tectis omnibus dejicere opportuerit: dubitatum est, an ii, qui aquas pluvias è viciniorum tectis in domos suas, jure servitutis stillicidii delabentes, recipere teneantur, nives etiam ab illis dejiciendas recipere teneantur. Itaque re ad Excellentifs. Senatum relata, & maturè, ac diligenter considerata, & eo maximè, quòd alia est aquæ pluviæ, alia nivis ratio, quoniam aqua statim, ac è tectis alicujus decidit, dilabitur, ac nullam ferè vicino molestiam exhibet, nix autem ad longum tempus plerumque durat, & maximo damno atque incommodo vicinum afficit.

Senatus censuit, posse eum, qui servitutis stillicidii jus habet, Nivem in vicini domum dejicere: sed tamen ad eam intra biduum, postquàm dejecta fuerit, impensa sua exportandam teneri, & ad id per pœnas, & mulctas Regio Fisco applicandas cogi debere: aut

aut vicinum ipsum, in cujus domo nives dejectæ fuerint, eas exportari facere posse expensis ejus, qui illas dejici fecerit: ad quarum solutionem per quamcunque realem, & personalem exequutionem astringi possit. Mandatque quibuscunque Judicibus, ut summariè, & absque figura judicii prædicta omnia exequi faciant, ubi requisiti fuerint: Et Senatus consultum hoc in toto Dominio Mediolanensi divulgandum, & observandum esse. Annib. Crucejus. 1571

Decretum Gratiosum editum die xviii. Decembris MDLXXI.

Don Alvarus de Sande, Arcis Portæ Jovis Mediolani Præfectus, & Provinciæ Mediolanen. Gubernator, ac Italiæ Regius Capitaneus Generalis, &c.

Magnæ sanè, atque optabiles superioribus temporibus causæ se se obtulerunt ob quas frequentes Deo immortali gratias agi, & varia publicæ lætitiæ signa edi par fuit: Sed nulla, judicio nostro, aut major, aut optabilior extitit; quàm quæ Dei Opt. Max. beneficio nuper oblata est, cum Sacratissima Regis Catholici Domini nostri Majestas Filiolo, non modo ad successionis tot Regnorum suorum spem, sed etiam ad universi terrarum orbis tranquillitatem, aucta est, ob cujus fælicem atque opportunum, exoptatissimumque ortum, post actas bonorum omnium datori Deo debitas gratias, hoc etiam, in majus lætitiæ argumentum, edictum publicè proponendum curavimus: quo variorum criminum pœnas condonandas, & creditorum in debitores severitatem aliqua ex parte mitigandam duximus.

Itaque præsenti edicto nostro, Regia, & Ducali auctoritate, qua fungimur, habita Senatus Excellentiss. sententia, reque postmodum etiam in Consilio Secreto participata. Decernimus, statuimus, & mandamus omnes & singulos huic Dominio Mediolani mediatè, immediatèvè subjectos, aut in eo firmam habitationem habentes; qui de quibuscunque delictis, & criminibus, etiam capitalibus, ab hodierna die retro factis, vel commissis suspecti, delati, accusati, vel judicati sint, etiam si confessi aut convicti fuerint, & sive processus ipsi adhuc cœpti non sint, sive adhuc pendeant, sive jam condemnatio sequuta fuerit, & sive rei in carcere sint, sive jam ad triremes deportati, sive sub fidejussione extra carcerem jusdicant, sive adhuc in judicio non comparuerint, & sive in contumaciam banniti, aut condemnati, aut arbitrio nostro, vel Senatus, aut aliter certo tempore, aut perpetuo exulare jussi fuerint; à quacunq; pœna, non modo corporali, sed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione, quæ tàm ad Regiam Cameram, quàm ad Feudatarios, vel Communitates hujus Dominii spectaret, dummodo pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, vel composita non sit, aut bona ipsa per sententiam confiscata, & actualiter apprehensa non fuerint; ipso jure, & facto absolvi, & liberari debere. Atque ita præsenti edicto absolvimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus, & si aliqui prædictis de causis carceri mancipati sunt, eos illico liberari, & dimitti mandamus.

Atque hæc omnia locum habere declaramus quo ad eos tantum, qui legitimam remissionem, & pacem ab offensis habuerint, in casibus in quibus remissio necessaria est; aut illam intra tres menses, post hujus edicti publicationem, obtinuerint, & infra idem tempus Officialibus, ad quos spectat, spectabitvè, citato Fiscali illius Civitatis, aut loci, ubi adsit, in authenticam formam legitimè præsentaverint.

Declarationes etiam inter casus, in quibus remissio partis non requiritur, comprehendi casum provocationis ad rixam, insultus simplicis, primæ evaginationis, aut delationis armorum prohibitorum; ubi tamen vulnera, percussionesvè sequutæ non fuerint.

Volumus autem, ut Officiales, in abolitionibus faciendis, ad omnia diligenter advertant: & si qui fortè simpliciter de homicidio condemnati fuerint aliquibus indiciis præcedentibus; ex quibus suspicio animi deliberati elici possit; licet qualitas ipsa expressa non sit, sed tantùm præmissa facti narratione inquisitio formata fuerit; mandamus, ut productis legitimæ remissionis instrumentis, rem omnem Senatui referant, qui pro casuum, & personarum qualitate, quid agendum fuerit decernet.

Declaramus insuper in hoc edicto non comprehendi eos, qui in crimina læsæ Majestatis, Rebellionis, Hæresis, Fabricationis falsæ monetæ, Sodomiæ, Homicidii animo deliberato patrati, Mandati ad occidendum dati, ex quo sequutus fuerit effectus, & Testimonii falsi ad offensam in causa capitali perhibiti, aut in aliquod eorum inciderint: quos omnes, & singulos præsentis edicti beneficio gaudere nolumus: sicuti neque eos, qui dum Officiales essent, in suis officiis deliquerunt, quos pariter ab hujus Edicti indulgentia exclusos esse declaramus.

Volumus tamen Consules terrarum, Antianosque Parochiarum, qui ob denunciationes omissas, vel minus legitimè factas in pœnam aliquam incurrerint, sub Officialium nomine non censeri, sed in hoc decreto comprehensos esse.

Mandantes omnibus, & singulis Officialibus, Jusdicentibus, & Notariis huic Dominio mediatè, vel immediatè subjectis, ad quos spectat, spectabitvè, ut omnes, & singulos

1571 singulos processus, scripturas, condemnationes, acta, banna, & quælibet alia, quæ in causis supra narratis facta fuisse reperiuntur (salvis tamen reservatis ut supra) gratis deleant, & annullent, ac reorum hujusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant: sicut & nos præsenti Edicto delemus, annullamus, tollimus, & abolemus, salvis iis, quæ respectu gratuitæ remissionis à Senatu ordinata fuerunt die 21. Aprilis anni 1559., quæ ad unguem servari volumus.

Volentes etiam, & ita expressè mandantes quibuscunque Officialibus, & Jusdicentibus utsupra, ut pro quibuscunque delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent (exceptis tamen superius reservatis) atque eorum occasione, nullo modo in futurum procedere, inquirere, aut aliquos molestare audeant: modò in casibus, quibus requiritur, ab offensa parte legitima remissio obtenta fuerit, vel illam in futurum obtineri contingat, & termino mensium triū postquam de ipso delicto delati fuerint, & contra ipsos procedi cæptum sit, remissio ipsa eorum officio legitimè exhibita fuerit.

Ad hæc decernimus, & ordinamus, quoscumque tàm publici, quàm privati debiti causa in carcere detentos ex ipso carcere illico dimitti debere: quos omnes, & alios quoscunque debitores, sive ex causa publica, sive ex privata, intra quatuor menses personaliter molestari hoc edicto prohibemus.

Decernimus prætereà omnes, & quascumque mulctas, sive condemnationes pecuniarias, tàm Regiæ Cameræ, quàm Feudatariorum, & Communitatibus, Urbium, Oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum hujus Dominii, quacumque ex causa in hanc usque diem factas, & applicatas nullas esse, neque exigi aliquo modo posse, salvo utsupra, & salvo semper jure tertii, quo ad capitale debitum, cui derogare non intendimus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas fieri jussimus. Mediolani die 18. Decembris 1571.

Signata Don Alvaro de Sande.

Declaratio Excellentiss. Senatus super præcedenti decreto gratioso.

INnotuit nuper Senatui quamplures in interpretanda, & exequenda generalis abolitionis sententia, abusus per aliquos Officiales admissos fuisse; Nam etsi in publica hac, & tanta lætitia quamplura fuerint condonanda, nonnulla etiam justè veniunt retinenda, aut saltem accurate perpendenda; in iis præcipuè casibus, qui ex annexa notula adnotantur; pariter & ubi de re pecuniaria agitur, si per fidejussionem, aliterve Cameræ cautum sit. Itaquè animadvertendum, nec prius ad hæc apponenda manus, quàm consulator Senatus, & quæ ipsius ordinis sit, sententia habeatur.

Declaratio in causa Furtorum pertinens ad decretum gratiosum.

MDLXXI. Die xix. Decembris.

CUm refereretur Carceratorum generalis visitatio coram Illustriss., & Excellentiss. Gubernatore Dominii Mediolani, sedente in Excellentiss. Senatu, & sermo haberetur de nonnullis pro furtis ad remum damnatis: DD. Protectores Carceratorum dixerunt, aliquos dictorum damnatorum aliqua forta fassos fuisse, sed de illis non constare, & proptereà ignorari à quibus habendæ sint remissiones. Petebant igitur provideri, ut ipsi fures memorato impedimento non obstante, ubi alia requisita habeant, decreti gratiosi nuper editi beneficio possint gaudere, re verò maturè perpensa.

Declaravit idem Gubernator, cum voto ipsius Senatus, fures ipsos, etiam quòd remissiones non habeant pro illis furtis, de quorum Dominis non constat, ubi idoneas aliàs habuerint remissiones pro aliis delictis, dicto decreto posse gaudere: cum eo tamen, quòd si Dominus, cui furtum illud patratum fuerat, apparuerit, fur jam in gratiam receptus virtute hujus decreti, ab ipso Domino remissionem obtineat termino mensium duorum postquam apparuerit.

Signat. Jo. Maria Cattaneus, & sigillat.

Ordo, ut Prior Scholarium Artistarum Ultramontanorum primum locum habeat post Rectores Gymnasii Ticinensis.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

1573 REver. nobis dilectè. Quæ rationes moverunt Senatum nostrum, ut Prioribus Scholarium Juristarum Ultramontanorum primus post suos Rectores locus in publicis actibus daretur, eædem etiam faciunt, ut Prioribus Scholarium Artistarum Ultramontanorum primus pariter locus post suos Rectores in publicis actibus dari debeat. Proinde viso supplici libello ejus, qui Artistarum Ultramontanorum Prior nunc est, illius exemplum ad vos mittendum duximus, hortantes vos, ut provideatis, ut & ipse, & qui illi

illi successuri sunt, primum semper post Rectores locum in publicis actibus consequantur omnino; ne Ultramontani Artistæ Juristis deteriore conditione utantur. Mediolani die ix. Aprilis MDLXXIII. 1573

Annibal Crucejus.

A tergo. Rever. Domino Vicecancellario, Academiæ Ticinensis nobis dilecto, & sigillat.

Ordo, ne Satellites executiones faciant sine licentia Regiorum Judicum.

MDLXXIII. Die xiv. Julii.

INtellexit Senatus Collaterales, Birruarios, sive Satellites Officialium Justitiæ hujus Dominii sæpe absque licentia Superiorum suorum requisitos à Judicibus Regiæ jurisdictioni non suppositis, executiones tam reales, quam personales facere consuevisse in non parum Regiæ Majestatis Subditorum damnum, ejusque Jurisdictionis, cui occurrere volens,

Tenore præsentium mandat prædictis omnibus Regiis Officialibus Justitiæ hujus Dominii etiam sub pœna privationis Offitii, ne directè, vel per indirectum permittant dictos Satellites aliquam executionem sive realem, sive personalem facere ab aliis concessam nisi cum eorum licentia in scriptis; præcipiantque dictis Satellitibus ut id observent sub pœna triremium; insuper memoratos omnes Judices Regios admonet, ut diligenter advertant ut fiant servatis servandis.

Correctio quorundam abusuum, qui in faciendis processibus Criminalibus committebantur.

MDLXXIII. Die ix. Septembris.

CUm Egregius D. Jacobus Brippius unus ex Vicariis Generalibus Status Mediolani ab Excellentiss. Senatu electus ad syndicandum Vicarium Capitanei Justitiæ, Notariosque, & alios illius Tribunalis ministros pro annis 1572., & 1573. in relatione sua præfato Senatui facta adscripsisset, se in evolvendis actorum libris abusus quosdam provisione dignos animadvertisse: Senatus, qui nihil aliud studet, nisi ut justitia, cujus administrandæ cura ei commissa est, rectè, & ritè omni ex parte administretur; habita eorum, quæ præfatus D. Brippius admonuerat, matura consideratione, & re communicata cum Illustriss., & Excellentiss. Regio Locumtenente, ad singula monita opportunas provisiones adhibuit in modum infra scriptum.

Primùm D. Brippii monitum est, quòd in prædictis libris actorum, ubi tractatur de pœna vulneris, quæ per remissionem partis offensæ tollitur, ubi præsentatur remissio, ulterius nunquam in illis causis proceditur cùm tamen supersit ferè in omnibus delictum prioris evaginationis, & abusus: unde damnum in hoc Fisco infertur, ex eo quòd omittitur processus ad ulteriora.

Decretum Senatus, procedatur ad condemnationem abusus armorum, & prioris evaginationis, non obstante remissione.

Secundùm monitum est, quòd Actuarii multas, immo omnes visitationes, multas autem querelas, & multa indicia in foliis describunt, dicentes se in libris mox relaturos: sed multas hactenus omiserunt, quas in libris, ut debebant, non scripserunt; ideò fortè bonum esset brevem aliquem terminum dictis Notariis, & Actuariis, & Coadjutoribus; & simplicibus Scriptoribus præfigere, intra quem sub aliqua pœna tenerentur omnia in libros officii transferre; aliàs multæ fraudes circa dispersionem oriri possent, quæ non modicum, & Fisco, & privatis damnum possent inferre.

Decretum Senatus, præfigatur trimestre ad registrationem omnium retroactorum, & in futurum registrentur.

Tertiùm est, quòd ex quo librum particularem relaxatorum fidejussori conscribunt, frustra ille conficitur, postquàm non omnes in illum referuntur; quia cognovi ex lectione processuum, & collatione scripturarum, multos esse omissos, ideò cogendi sunt omnes in illum librum conferre, cum titulo delicti, nomine fidejussoris, & expressione quantitatis, pro qua fidejubetur.

Decretum Senatus, fiat juxta monitum.

Quartùm est, quòd Notarii multas habuere decretationes, ut formarent inquisitiones de turbata possessione, & ipsi addiderunt etiam de furto; unde gravioribus expensis querelati gravati fuere.

Decretum Senatus, moneantur, ut in posterum abstineant à simili abusu, sub pœna suspensionis ab officio per trimestre.

Quintùm est, quòd multos detinere fecerunt pro insolentiis, quos noluerunt relaxare, nisi prius per eos datis fidejussoribus de se consignando in termino limitato, unde magis gravarentur querelati, quàm debuerint.

Decretum Senatus, ad hoc non videtur esse manus apponenda, ne fortè processuum expeditio differatur; sed Judicibus mandat Senatus, ut illos quamprimum expediant, & ab avaritia abstineant.

Sextùm est, quòd concesserunt capturas contra octo, & quandoque decem pro abductione lignorum, cum maximo querelatorum detrimento: ut puta, Titius prætendens ligna cujusdam nemoris ad se pertinere, cùm tamen in illius possessione esset Sempronius, de facto conduxit operarios ad succidendum dicta

1573 dicta ligna; qui bona fide conducti, credentes verò Domino operas præstare, succiderunt, alii, ut bubulci, pariter bona fide conducti, dicta ligna abduxerunt. Querelatur Titius, qui conduxit operarios, querelantur & operarii, & bubulci: & damnum lignorum fortassè non excedit pretium duorum aureorum. Ideò videtur nimis grave, ac dispendiosum, quòd pro tali delicto tot personæ graventur captura, & tot expensis.

Decretum Senatus, caveant jusdicentes ab hujusmodi abusu.

Septimum est, quòd in libro condemnationum die 16. Novembris anni 1573. facta fuerat condemnatio contra quandam Prudentiam pro scaccho capitum sex peltri, facto D. Cæsari de Valle Coadjutori in officio, pretii lib. 7. sol. 10., & condemnata fuerat ad fustigationem, & aurium perforationem, item ad restitutionem peltri, vel pretii, & tamen fuit cancellata, & in margine scriptum, errore condemnata, quia aderat remissio: & interrogatus super ea Notarius dicit, quòd sub die 15. delata fuerat remissio, sed quòd non fuit tunc aptatum volumen condemnationum, super quo jam ut condemnata fuerat descripta, & quòd ideò nec ad Cameram fuit transmissa.

Pariter etiam sub die 12. Decembris inter alios fuit condemnatus Moyses Faber cementarius, pro verbis injuriosis, & colapho cum sanguine mulieri illatis, in libris 25. tertiolorum; & cancellata fuit à Notario condemnatio, & scriptum in margine errore, quia aderat comparitio, hic dicit idem Notarius, quòd condemnatio facta fuit sub die 12. sed quod jam sub die 10. allata fuerat remissio, qua non visa pronunciatæ fuerunt condemnationes, quæ tamen non essent illis Notariis permittenda.

Decretum Senatus, abstineant Actuarii à similibus; sed si quid erroris intervenerit, curia ipsa consulta corrigat, & non ipse Actuarius sub pœna falsi, & animadvertant Judices ad causam scacchi, quam nimis frequenter in inquisitionibus describunt, & indebitè.

Atque, hæc decreta, & provisiones mandat Senatus apud omnia Tribunalia hujus Dominii Mediolanensis inviolatè observari, sub pœna Judicibus arbitrio Illustriss., & Excellentiss. Regii Locumtenentis, aut Senatus ipsius imponenda; Actuariis verò, Coadjutoribus, & Scriptoribus privationis officii, & alia graviori eidem Senatui arbitraria.

Annib. Crucejus.

Ordo, ut solvens onera per decennium separatim, & non cum Ruralibus subsit majori Magistratui, & quod Prætores Mediolani, & Varisii sint major Magistratus Vallis Travaliæ.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Visis precibus nobis per Franciscum Bernardinum Sessam porrectis, una cum responsis Prætoris Luini, ac Fisci pariter Luini, & his, quæ ab eodem Sessa replicata sunt; visisque etiam his, quæ istius Loci Fiscalis adduxit, quæ omnia literis nostris diei ultimi mensis proximè superioris ad Senatum nostrum transmissa sunt: omnibus maturè consideratis cum non dubitetur Sessam supplicantem fuisse filium suppositi majori Magistratui licet legitimatum, ipsumque solvisse onera per decennium separatim, & non cum Ruralibus, non est ambigendum illum esse majori Magistratui suppositum; quo vero ad Pheudatarios Vallis Travaliæ majores Magistratus sunt Mediolanenses, & Varisienses Prætores, uter eorum, qui præveniat. Dat. Mediolani die xvii. mensis Septembris MDLXXIII.

Jo. Maria Cattaneus.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Varisii nostro dilecto, & sigillat. &c.

A N N O T.

1 ANno etiam 1561. die 10. Julii Senatus Excell. declaravit contra Camillum Stampam Pheudatarium Castioni Abduæ quosdam de Aribertis esse Majori Magistratui suppositos, ea ratione, quia demunstraverant Ariberti se se per decennium solvisse quidem onera ruralia, verum separatim à Ruralibus, licet Cives essent tantum ex privilegio, & Ruri habitarent, nempe Castri Novi Buccæ Abduæ.

In casu superius recensito Francisci Bernardini Sessæ notandum est, quod eidem objiciebatur per Fiscum Feudalem, quod ejus Pater jurasset fidelitatem Pheudatario Luini, & tamen non obstante hoc juramento Senatus declaravit dictum Sessam non esse suppositum Minori Magistratui, & quidem jure merito, quia ex N. C. *in* §. *interdictum est tit. de*
2 *feud.* expressè vetitum est Pheudatariis fidelitatem exigere à subditis Majoris Magistratus, undè attenta hujusmodi prohibitione feudalis jurisdictio prorogari non potest etiam de voluntate partium *Authen. de defens. Civit.* §. *& judicium l placuit C. de pedan. Judic.*, *& DD. in l. testamenta omnia C. de testam.*, *& in c. significasti de foro compet.*, Capyc. *decis.* 9. *nu.* 3. 8., *&* 16., Osasch. *decis.* 78. *nu* 13, Boer *decis.* 114 *nu.* 10., Bellamera *cons.* 11. *nu.* 3., *& cons* 53. *nu.* 42., Bart. *in l.* 2. §. *& post operis in ult. quæst ff. de nov. oper. nunciat*, Bal. *in l. testamenta C. de testam.*, *& in Auth. habita C. ne filius pro patre col.* 8. *versic. super hoc distingue*, & Subditi Majoris Magistratus non possunt consentire in Pheudatarios, eorumve Prætores, & jurisdictionem, in præ-
3 juditium eorundem Subditorum, ac Regii Fisci, ut sæpe declaravit Senatus Excell., & signanter die 24. Maji 1595. jubendo causam homicidii Vincentii Ferrarii remittendam

dam esse Majori Magistratui Prætoris Cottonei, non obstante partium consensu in Prætorem Pheudalem, ut annotatum fuit ad Nov. Constit. Præsidis Ricardi. 1573

Mognus Fossatus.

Decretum secundum de Syndicatoribus.

MDLXXIII. Die xiv. Novembris.

Animadversum fuit non semel à Senatu, magnam partem eorum, qui ad syndicandos jusdicentes biennales mittuntur, nihil minus agere, quàm id, cujus causa mittuntur: ea sanè de causa, quòd lucri nimis cupidi, omisso eo, quod præcipuum est sui muneris, in eo potissimùm laborant, ut nummatiores, quàm fieri convenit, domum revertantur. Et si igitur ad coercendam eorum avaritiam Senatus multos ordines edere coactus sit: quia tamen in eis nulla certa pœna expressa est, animadvertit Senatus, ipsos ordines non servari; ac si nulli editi essent, eorum aviditati omnia patere. Quam ob rem, ut metu pœnæ cogantur eorum muneri qua decet diligentia, ac probitate, vacare.

Jubet Senatus, omnia, quæ in ordine 4. Decembris anni 1567. in hac materia promulgato continentur, ab ipsi Syndicatoribus ad unguem observari debere, sub pœna scutorum quingentorum pro tertia parte accusatori, pro aliis duabus Fisco Regio applicanda.

Insuper mandat, quòd omnes libros rerum criminalium diligenter, & accuratè inspiciant; & quæ adnotanda fuerint, ordinatim adnotent: ac singillatim in ipsa Syndicatus relatione, si quid in processibus perficiendis per incuriam, aut inscitiam ipsius Jusdicentis omissum, aut commissum comperiant, omnium mentionem facere debeant, notulam omnium processuum pendentium, tempore relationis Syndicatus, ad Senatum mittant: quam intra dierum sexaginta spatium omnino absolvere, & ad Senatum ipsum mittere aut causas, ob quas eo in tempore absoluta non fuerit, rescribere, teneantur.

Quæ de sportulis sancita, ac decreta aliàs fuerunt; ad unguem servent.

Jubet etiam ipsis Syndicatoribus, ut sub recitata pœna scutorum quingentorum, statim ut in Provinciam pervenerint, decretum hoc, una cum decreto prædicto, anni 1567. in solitis locis publicari, ac registrari faciant, ut omnibus innotescant: deque publicatione, ac registratione Senatum faciant certiorem per literas ad subsignatum Secretarium dandas.

Annib. Crucejus.

A N N O T.

Hujus Ordinis observantia præcipitur etiam in Proclamate Eminentissimi Cardinalis Infantis Gubernatoris Status Mediolani diei 1. Martii 1634., & fuit renovatus à Senatu Excell. in ejus Ord. diei 9. Junii 1714., qui incipit *Quamvis Justitiæ &c.* *Mognus Fossatus.*

De mercede debita, vel non debita Judicibus pro visitatione cadaverum.

PHILIPPUS Hispaniarum Rex, &c. Dux Mediolani, &c.

Dilectè noster. Lectis in Senatu nostro his, quæ ad nos rescripsistis in executione literarum nostrarum ad vos datarum die 24. Octobris proximè præteriti, ad visitationem Infantis oppressi, non esse dubitandum quin honorarium pro solitis visitationibus Cadaverum debitum, vobis quoque debeatur, postquàm apparet severè processum fuisse contra dicti Infantis Matrem, tanquàm suspectam, quòd ipsa ipsum vivum necasset. Quo verò ad secundam visitationem memorati Ghini, casu à vase vini oppressi, nullum de jure, vobis honorarium deberi, cùm jam id aliàs pluries per eundem Senatum fuerit ordinatum, cui sententiæ nos quoque accedentes, mandamus vobis, ut ita exequamini. Mediolani die 24. Novembris 1573. Octavianus Rob.

A tergo. Sapienti Jureconsulto Commissario Aronæ nostro dilecto.

A N N O T.

Circa exactionem honorarii visitationum pro casibus fortuitis variatum fuit; nam nullum deberi sancitum est etiam in Ord. diei 17. Augusti, & 15. Novembris 1662., 15. Julii 1710., 29. Maji 1722., & 24. Maji 1729.; quod vero debeatur medietas sancitum fuit in Ord. diei 23. Augusti 1689., 6. Martii 1733., & 22. Aprilis 1735. *Mognus Fossatus.*

Litteræ Senatus, mandantes pro Dotis restitutione posse dari bona insolutum juxta veram æstimationem.

XVII. Junii MDLXXIV.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum, &c. utriusque Siciliæ, &c. Rex, Mediolani Dux &c.

Cæsar Applanus sic ut infra nobis supplicavit, &c. Serenifs. Rex. Restat. deb. fid. M. V. fer. Cæsar Applanus de lib. 2200. Imper. vel circa erga Camillam Buziam ejus 1574

foro-

1574 forpriam causa restitutionis dotis suæ uti fidejussor filiorum suorum, hæredum qu. Francisci Mariæ Applani olim ipsius Camillæ mariti obligatus in forma Cameræ. Qui Applanus ad reciprocas preces dilationem sex mensium à M. V. obtinuit eo fidejubente, tamen de solvendo capitale finito termino, & libras quinque pro centenario ad ratam in anno pro interesse, quod fuit servatum. Verum dum instaret tempus solvendi dictum capitale ad Senatum M. V. iterum rediit Applanus petens attenta qualitate temporis, & penuriæ, & præcipuè in eorum regionibus, ob quam si quis vellet vendere prædium valoris scutorum 200. non reperirentur emptores, nedum pro scutis 50. ut Senatus Excellentiss. unum de duobus decerneret vellet, aut supplicanti statuere aliam dilationem ad solvendum dictum capitale, solvendo tum pro interusuriis lib. quinque pro centenario ad ratam temporis, vel cogeretur adversaria ad accipiendum tot de bonis supplicantis, vel de bonis relictis per dictum qu. Franciscum Mariam Applanum dictis minoribus pro satisfactione dictæ ejus restantis dotis. Senatus Excellentiss. mandavit inthimari parti, & visis supplicatione cum responsione adversantis ab Ill. Senatore Hortitio, decrevit partes uti juribus suis, Adversaria autem seu ejus modernus Maritus, ad aliud non tendit, attento quod Applanus est obligatus in forma Cameræ, nisi eum in carcere introcludi facere, quod impium, & crudele videtur. Videat quæso M. V. negotium pendet ex causa restitutionis dotis, in quo Senatus millies ita censuit cogere creditorem ad accipiendum tot de bonis insolutum debitoris, etiam justo pretio, providere est ex exemplo obtento ad simplicem supplicationem, quod ibidem exhibetur cum supplicatione hæredum qu. D. Herculis Vicecomitis, contra D. Leonoram pariter Vicecomitem de mense Novembris proximè præteriti 1573. Idque Senatus Excellentiss. servavit inter Jo. Petrum de Regalibus, & Franciscum Cerrotum, prout est videre ex literis paten., quæ pariter producuntur. Item inter assertos Termillos Novarienses, quæ non fuerant deducta in supplicatione, quam vidit Ill. Hortitius, quando decrevit partes, uti juribus suis, qui credebat supplicans non opus esse, cum Senatus Excellentiss. indistinctè id servare soleat, impiumque esset tollerare supplicantem in carceribus introcludi, qui est fidejussor ut supra dependens ut supra ex debito dotali, contentaturque solvere de tot bonis suis, vel de bonis relictis à dicto qu. Francisco Maria Applano ejus fratre, quæ bona sunt prope Civitatem per milliaria octo vel circa, vel solvere ei interusurium ad rationem ut supra qui Applanus re vera est gravatus matre, uxore, & septem filiis suis masculis, quid si in carcere dicta de causa introcluderetur, esset disperdere dictos filios suos matrem, & uxorem, quod non credit in hanc sententiam Senatum Excellentiss. insistere, propterea ipse Applanus.

Humiliter rogat M. V. attentis præmissis &c. ordinare, & declarare, quod de tot supradictis bonis, vel dictorum filiorum suorum hæredum ut supra juxta veram æstimationem, & non deducta tertia parte dante insolutum supplicante, ulterius ipsum non molestari ut supra.

Nos autem petitis annuere volentes, præsertim cum Senatus noster soleat decernere ut pro satisfactione dotium dari possit insolutum bona juxta veram æstimationem, non deducta tertia parte, per has nostras decernimus, & declaramus, mandamusq; omnibus ad quos spectat, & spectabit, ut supplicante dante tot de bonis in solutum juxta veram æstimationem, & non deducta tertia parte, eum ulterius non molestent, nec molestari sinant. Dat. Mediol. sub nostri fide sigilli die 17. Junii 1574.

Sigillat. Octav. Robius.
J. C. D. Aloysio Meltio Deleg.

SCHOLIA.

Aliter declaravit Senatus die 10. Januarii 1608. nimirum favore Annæ Coriæ, contra hæredes Octavii Revertæ. Si autem restitutio esset facienda ob culpam Mariti, puta ob adulterium ab eo commissum, Senatus in facti contingentia inter Comitiss. Liviam Balbianam, & Com. Hieronymum Moronum ejus virum adhibuit temperamentum, & Com. adjudicavit dimidiam illius 3. par. 19. Augusti 1613. *Garonus.*

Decretum, per quod prohibetur nominatio Notariorum de Pilastro loquendo de Actuariis durante ejus officio.

Mediolani MDLXXV. xxviii. Martii.

PHILIPPUS &c.

1575 Lectis in Senatu nostro, precibus Collegii Notariorum de Pilastro, hujus nostræ Civitatis, una cum responsione Notariorum Actuariorum, causarum civilium prædictæ Civitatis, partium diversarum, quæ sic legebantur, videlicet: (*omittuntur causa brevitatis.*)

Super quibus antequam quicquam Senatus ipse decernere voluerit, jussit vocari Abbates Collegii Notariorum, coram uno ex

ex Spectabilibus Senatoribus nostris, ut eorum votum superinde intelligeret qui vorum suum dederunt, prout infra videlicet. (*omittitur causa brevitatis.*)

Senatus super hinc inde deductis habita matura consideratione, censuit inter Notarios de Pilastro nominandos pro testium examinibus faciendis non posse nominari aliquem ex Actuariis qui sit Notarius de Pilastro, donec duret ejus officium. Et nominationes in futurum fiendæ fiant in citationibus transmittendis parti ad videndum produci Capitula. Et in contumaciam fiat commissio in primum ex nominatis, & hoc sub pœna nullitatis quorumcumque agitandorum si secus fiet. Quam Senatus nostri sanctionem, Nos quoque laudantes approbamus, & idem sancimus, & volumus, Volentes ut præsens ordinatio in locis solitis, & consuetis publicetur, ut ad omnium notitiam pervenire possit. In quorum &c. 1575

Signat. Mazenta, & Raynoldus.

Registrata die Lunæ vigesimo octavo Martii anni 1575., & fuit publicat. suprascripta die 28. Martii.

Decretum in materia nominationis Notariorum de Pilastro faciendæ non super Capitulis, sed in Citationibus.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

LEctis in Senatu nostro precibus Collegii Notariorum de Pilastro hujus nostræ Mediolani Civitatis tenoris hujusmodi videlicet: Serenifs. Rex. Ægrè ferentes Notarii Actuarii causarum civilium Mediolani. Quòd hic amplissimus Ordo ad preces Collegii Notariorum de Pilastro, cum matura causæ cognitione fraudibus, & abusibus occurrendo sanciverit inter Notarios de Pilastro nominandos pro testium examinibus faciendis non posse nominari aliquem ex Actuariis qui sit Notarius de Pilastro, donec duret ejus officium, & nominationes in futurum fiendæ fiant in citationibus transmittendis parti ad videndum produci capitula, & in contumaciam fiat commissio in primum ex nominatis, ut latius ex Senatus consulto, quod exhibetur, quotidiè stratagemmata excogitant, quibus hanc sanctissimam Legem elusoriam reddant: in primis namque dant operam; ut deferentes capitula in actis eandem nominationem super capitulis reiterent, ut hinc ante admissionem notitiam habeant nominatorum, & deinde eandem operam præstant, quòd pars adversa seligat quem ipsi Actuarii malint, cum quo secretam habent pactionem, & lucri participationem; & quamvis ex dispositione Statuti, de receptione testium expressè cautum sit, quòd in quibuscunque causis civilibus à libris vigintiquinque Imper. supra non possint recipi testes sub quocunque Magistratu, & Jusdicente, quam per Notarios de Pilastro nominandos, & eodem etiam statuto declaretur id habere locum in omnibus, & per omnia etiam si testes recipiantur super petitione, sive requisitione, nihilominus dicti Actuarii curant probationes fieri per viam summariarum informationum, eo sub prætextu quòd hæc via in dicto Statuto non comprehendatur, & amplius volunt, quòd Statutum generaliter loquens, tantum in Prætorio locum habeat, non autem coram aliis Jusdicentibus, quare ut Statutum ipsum ad unguem servetur, & fraudibus occurratur memorati tabelliones de Pilastro fidiss. M. V. servi illam supplices rogant, ut dignetur sancire, & ordinare, quòd memorata Notariorum nominatio ad formam dicti Senatus consulti in citationibus, & non super capitulis fiat. Item quòd dictum Statutum de receptione testium in cæteris ad unguem servetur, declarando illud etiam habere locum, quacunque via in judicio probationes fiant secus acta non valere, quæ ordinatio publicetur in locis solitis, & ita speratur &c.

Et eis diligenter consideratis censuit is ordo ad tollendas frandes, quòd non fiat nominatio super capitulis, sed tantum super citationibus, & servetur dictum Decretum in omnibus testium examinibus, & id publicari mandat idem Senatus in locis solitis, in quam sententiam nos quoque euntes mandamus, ad quos spectat, & spectabit, ut ita observent, & servari faciant. In quorum testimonium præsentes sigillo nostro muniras fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani septimo Junii MDLXXV.

Signat. in angulo. Facius.

A tergo. Registratæ in filo patentium, & sigillat. Sigilloque Ducali in cera rubea more solito.

Decretum tertium de Syndicatoribus.

MDLXXV. Die xix. Novembris.

ETsi multa superioribus temporibus sancita, & decreta fuerunt ad tollendas fraudes, & imposturas, quæ justitiæ in dies fiunt: tanta est tamen pravorum ingeniorum malitia, versutiaque ut illa plerumque eludantur. Nam plerique ex iis; qui biennalia officia quandoque exercuerunt ab Illustrissimis Regiis Gubernatoribus obtenta; si

1575 fortè syndicatuum suorum absolutiones ob sua malè gesta consequi nequierint; ac propterea in aliorum officiorum petitione repulsam patiantur; ad Dominos Feudatarios se conferunt: ab iis, repulsæ eorum inscii, Præturas, & alia officia impetrant, eoque modo improbitatis suæ nullas dant pœnas. Quod cum Excellentissimo Senatui tolerandum non videatur; justumque sit huic etiam fraudi obviam ire.

Censuit is ordo mandandum esse: itaque mandat (atque hoc perpetuo servari vult) omnibus Syndicatoribus tàm præsentibus, quàm futuris, atque iis etiam, qui à Dominis Feudatariis deputati fuerint; ne aliquorum Officialium ab ipsis Syndicatorum successores ad officia exercenda admittant; nevè illis locum cedant, nisi syndicatuum officiorum ab se antea gestorum absolutiones prius exhibuerint. Annibal Crucejus.

ANNOT.

Observantia hujus Ordinis demandatur etiam in Proclamate Eminentissimi Cardinalis Infantis Gubernatoris Status Mediolani diei 1. Martii 1634., & fuit renovatus à Senatu Excell. in ejus Ord. diei 9. Junii 1714., qui incipit *Quamvis Justitia &c.*

Magnus Fossatus.

Proclamationes de Baculo percutientibus locum non habere in casibus in itinere occurrentibus, extra loca habitata, & inter rusticos.

PHILIPPUS Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

1576 Dilectè noster. Lecta in Senatu nostro relatione Syndicatoris præcessoris tui, de Dionysio Loviolo nobis facta, quòd non erat tanta dote opus hoc casu, neque tàm magna molestia afficiendi erant reus, & testes, qui tot difficultatibus involuti fuerunt, in re, in qua nulla pœna, nisi pecuniaria, & ea quidem levis locum habere poterat; præsertim cum proclamationes de baculo percutientibus locum non habeant in casibus, qui in itinere occurrunt, extra loca habitata, & inter rusticos. Propterea sublata hujusmodi qualitate justitiam facias: Caveasque ne quem ultra quàm par est, molestes. Quare, tibi committimus, ut ita exequaris. Mediolani 15. Martii 1576.

Landrianus.

A tergo. Prudenti Viro Prætori Sexti Calendarum nostro dilecto.

Decretum Senatus declarans Statutum Ascendens, quod est. Cap. 305. vol. 1.

PHILIPPUS, &c.

Dilectè noster. Cum proposita fuerit in Senatu difficultas coram nobis excitata super testamento qu. Jo. Petri Burri, qui testamento suo reliquerat Blanchinæ uxori suæ lib. 10500. eamque gravaverat, ut eas relinqueret illi filio masculo, seu filiis masculis, qui tempore obitus ipsius Blanchinæ fuissent ex Francisco filio ipsius testatoris. Cumque tempore, quo Blanchina ipsa decessit solus ex Francisco testatoris filio superesset Antonius Maria: ea verò defuncta, idem Franciscus ex secunda uxore alios susceperit, qui prætendunt legatum ipsum inter ipsos testatoris Nepotes æqualiter dividendum esse, cùm aliàs diceretur ipsius Antonii Mariæ meliorata conditio. Audito Senatore, cum quo vos ex ordine Senatus verbum fecistis, & auditis partium advocatis, & negotio maturè discusso.

Venit Senatus in eam sententiam, legatum ipsum uti factum contra dispositionem recitati Statuti servandum non esse: Sed inter omnes ipsos testatoris nepotes æqualiter dividendum, & allegati Statuti dispositionem servandam esse. Datum Mediolani die ultimo Junii 1576. Sigillat. Octavianus Robius.

A tergo. Sapien. J.C. Domino Martino Castrofranco causæ commiss. nostro dilecto &c.

ANNOT.

1 Statutum Mediolani *cap. 305. vol. 1.* habere locum tantum in filiis primi gradus, vel nepotibus, cum primum successionis locum obtinent, latè probat Amplissimus Senator Sertorius apud Redenasch. *cons.* 90, & eum sequitur Sadarin. *resp* 30 *à nu.* 115. *ad* 124., & ita judicasse Excellentissimum Senatum die 10. Decembris 1612. in casu primogeni-
2 turæ constitutæ favore descendentium Marchionissæ Liviæ Castaldæ per Marchionissam Constantiam Borromæam refert Carena *resolut* 158. *nu.* 13., & ita pariter novissime decidit idem Amplissimus Ordo die 12. Augusti 1726. in causa vertente inter D. Raymundum Delfinonum, & D. Joannem Magistretium Fratres uterinos Filios D. Marinæ Cerianæ referente Magnif. Marchione Senatore Don Carolo Castillionæo nunc dignissimo Præside Illustrissimi Magistratus Reddit. Ordinar. Agebatur in hac causa de validitate augumenti Dotis facti à D. Joanne Ceriano Patre dictæ D. Marinæ occasione ejus secundi matrimonii cum D. Marco Delfinono cum pacto quod illa pars Dotis aucta occasione harum nuptiarum moriente D. Marina in totum cederet lucro D. Marci, vel ejus filiorum. Obiit D. Joannes Cerianus, postea D. Marina ejus filia relicto D. Raymundo

mundo ex secundo matrimonio, occasione divisionis Dotis, & hæreditatis D. Marinæ 1576
disputatum fuit de validitate dicti pacti, contendente D Joanne Magistretto filio ex primo conjugio non subsistere, quia, ubi admitteretur prædeductio favore D. Raymundi illius partis Dotis auctæ ab Avo materno, diceretur meliorata ejus conditio contra dispositionem statuti, Senatus tamen declaravit validam obligationem susceptam per Joannem Cerianum, & locum esse prædeductioni petitæ per Delfinonum.

Sadarinus *cit. resp. 30. num. 120. in margine* notat Senatum contra à se scripta à *num. 115. ad 124.*
3 judicasse die 4. Septembris 1671. decernendo Dotem, & hæreditatem Aloysiæ Pusterlæ Proaviæ æqualiter esse dividendam inter Fratres Jo. Baptistæ Pronepotis in totum hæredis instituti, & ratio hujus decisionis esse potest, quia dicta D. Aloysia præteriit Bernardum ex filio nepotem adhuc viventem Patrem dicti Jo. Baptistæ hæredis, qui acquievit præteritioni, ideoque instituendo dictum Jo. Baptistam Pronepotem præterito dicto Bernardo ejus Patre, illi dedit primum gradum successionis, & sic æqualitas servanda erat etiam inter Fratres dicti Jo. Baptistæ, utpotè eundem successionis gradum obtinentes.

Mognus Fossatus.

Ordo, ne testamenta, aut legata facta à peste infectis exequantur inconsulto Senatu.

MDLXXVI. Die xxvii. Novembris.

IN hac deploranda ne dum Civitatis, sed aliquorum etiam locorum Ducatus Mediolani calamitate; dum invigilat Senatus, & multum accuratè studet, ut (quo ad fieri potest) ab imminenti peste Cives, & plebem servet, interim ipsi Ordini innotuit miseros nonnullos, quos sæva pestis afficit, sive intra solitos lares, seu ad cœnobia, vel ad casulas reductos; hos minus peritos, aut illecebris, aut donis, & pecunia, quinimo illicitis etiam, sed reticendis modis, inductos fuisse, de cæteroque induci posse ad testandum de bonis, pecunia, rebus, & juribus suis, instituendumque minus legitimos hæredes, aut legata ipsismet Suasoribus sub aliquo velo faciendum; quæ omnia lites, discordias, & mala parere possent, quibus occurrere volens.

Senatus hoc decreto statuit elogia sic facta, vel quæ fieri contigerit, legataque, & alia in eis scripta executionem habere non posse; nisi prius in ipso Ordine recitentur, & voto habito, qui secundum casuum exigentias, & formas opportunè deliberabit.

Facius.

Decretum de remissionibus pensionum faciendis occasione pestis.

MDLXXVII. Die xvii. Julii.

VIgente hac in Urbe Mediolani, vehementerquè seviente anno proximo superiore pestifera contagione: multa ad eam avertendam excogitata, & provisa fuerunt. In primis autem quoniam ex frequenti hominum concursu, assiduaqne conversatione incrementum ea lues in dies capere videbatur: opportunum visum fuit homines ab eo concursu, & conversatione arcere, itaque justitium primò indictum fuit: deinde omnes ad quadraginta, mox ad alios; atq; alios dies domi se continere jussi sunt. Eoq; tempore mercatorum omnium, artificum, operariorum, institorum, & caponum negotia, exercitia penitus cessaverunt. Hinc factum fuit, ut, posteaquàm Dei Opt. Max. bonitate ea lues defervescere, minorquè in dies, ac minor ejus rabies fieri cœpit: pleriq; omnes qui domos, atque tabernas, seu officinas conductas habebant; apud Excellentiss. Senatum conquesti sint, durum sibi videri ajentes integras pensiones locatoribus exoluere; cum non sua culpa, sed communis calamitatis causa evenerit, ut omne ferè lucrum, quod ad se rebus integris redundaturum fuerat, interruptis sibi deperierit; petieruntque aliquam damnorum à se passorum rationem haberi. Petitio hæc Senatui ab honestate non abhorrere visa est, itaq; negotium duobus ex Magnificis Collegis suis dedit, ut ejus rei cogitationem susciperent, 1577
eaque accuratè, & diligenter perpensa, quid sibi æquum, & justum videretur, in medium afferrent. Quod cùm ab illis per quàm studiosè factum fuisset.

Senatus, iis omnibus, quæ ad eam rem facere videbantur; æquitatis, & justitiæ trutina examinatis; censuit in causis ejusmodi aliquid de summo jure remittendum esse. Itaque hac sanctione, quàm perpetuæ legis vim obtinere vult. Decernit, ut iis, qui in tabernis, & officinis conductis merces suas tenuerunt, atque conservaverunt, tertia pensionis annuæ pars à locatoribus remittatur, iis, qui cum tabernis, aut officinis domos etiam conductas habuerunt, tertia pariter tabernarum, officinarumvè pensionis pars remittatur; domorum autem integra pensio solvatur: quod si ambigatur quanta sit domibus, quanta officinis, tabernisvè spectans pensionis portio; ea controversia periti alicujus judicio dirimatur. Hoc idem servetur in textoribus, atque iis, qui filatores vocantur; aliisque hujusmodi artificibus: quibus tametsi tabernas, officinasvè non haberent; majores domos conducere, & majores pensiones solvere necesse fuit; quam si habitandi tantùm gratia conduxissent, iis, qui ad Divi Gregorii Hospitale, aut ad tentoriola, quas Capannas vocant, Pestilentiæ causa traducti fue-

1577 fuerunt, integra tàm domorum, quàm tabernarum, officinarumvè pensio pro eo tempore, quo domibus, tabernisvè, aut officinis usi non fuerunt; remittatur: neque tempus illud mensibus quatuor minus fuisse censeatur. Iis, qui hac in Urbe, & intra corpora, ut vocant Sanctorum Cauponariam fecerunt; cùm superiorum jussu advenas hospitari prohibiti fuerint, & sublata prohibitione rari admodum advenæ ad Urbem adveniant è tribus pensionis annuæ partibus duæ remittantur, atque hoc idem servetur in iis, qui Cameras, ut ajunt, locandas habuerunt. Pistoribus, Furnariisque, quibus permissum non fuit panem coquere, aut vendere, tertia itidem annuæ pensionis pars remittatur. Qui Sosterii vocantur, iis tertia pariter annuæ pensionis pars remittatur: excipiantur tamen qui earbones, & ligna ad ignis usum parata venalia habuerunt; quandoquidem ipsis in dies ea vendere licuit. Qui Paterii vocantur, & ii, qui Tentorii, seu tabernas, officinasvè mobiles habuerunt; & eas exportare jussi, aut merces suas vendere prohibiti fuerunt; pro tempore prohibitionis nihil solvant; quod si domum etiam cum taberna, seu officina, tentoriovè non conductam habuerunt, à solutione pensionis domus non excusentur; quæ pensio quanta esse debeat, periti alicujus judicio definiatur. Ubi de re sublocata agatur, remissio pensionis in sublocantis damnum facta primi locatoris damno; ubi verò de domo, aut officina, tabernave pensioni emphiteuticæ obnoxia agatur, remissio pro rata parte Domini directi damno cedat. Quia verò fieri potest, ut aliqui sint casus; in quibus particulares aliquæ insint rationes, aut qui præsenti sanctione comprehensi non fuerint. Senatus elegit Magnificos DD. Bellonum, & Valianum Senatores, quos partes; pro casibus ejusmodi adeant; quibus datur facultas minuendi etiam pensiones iis, qui adeò miserabiles effecti sunt, ut solvendo non sint. Annibal Crucejus.

Decretum in materia Notariorum de Pilastro, ut non possint examinare certos testes, prout infra.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum utriusq; Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

COllegium Notariorũ de Pilastro hujus nostræ Civit. Mediol. porrexit nobis preces, quæ (*omittitur supplicatio causa brevitatis.*)

Cujus indemnitati consulere volentes attentis his quæ narrantur, per has nostras sancimus, & declaramus memoratos Actuarios, etiam quòd sint Notarii de Pilastro omnino aliquos testes examinare non posse durante eorum officio ad formam dictorum ordinum, etiam quòd partium consensus accedat, sub pœna ultra nullitatem, & alia de quibus in dictis ordinibus scut. vigintiquinq; Fisco nostro applicandorum pro qualibet vice qua contrafactum fuerit, mandantes his, ad quos spectat, ut hanc nostram sanctionem servent, & servari, & exequi faciant, & ad Officium Panigarolarum publicari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani &c. secundo Augusti 1577.

Signat. in angulo. Facius, & sigillat &c.

A tergo. Registratæ in filo patentium. Publicat. ad Officium Panigarol. sub die 9. Julii 1590., & registratæ &c.

Ordo circa remissionem faciendam ob pestem pro Domibus, Tabernis, & Officinis.

MDLXXVII. Die xi. Septembris.

PRæter eas difficultates ab incommodo pestis ortas, quas Senatus Excell. suis decretis sustulit; cum aliæ quædam nuper emersissent, quæ provisionem mereri videbantur: eis maturè ab ipso Ordine consideratis, visum est opportunum, hoc decretum aliis addere; quo decernit Senatus, ut ii, qui domos, tabernas, vel officinas in Urbe hac, vel ejus suburbiis anno proximo superiore locaverunt, & Principis edicto, prohibiti fuerunt possessionem bonorum tradere; si domus per se infectæ fuerint, aut aliqua ex parte sublocandæ essent; teneantur tertiam partem ficti remittere, nisi malint locationes effectum non habere, quod declarare debeant intra dies quatuor post hujus decreti publicationem.

Idem in locationibus quoque ante dictum annum cœptis locum habeat.

Qui domos, tabernas, officinas, aliave alia loca conduxerunt exercitii alicujus gratiâ, & peste interierunt, hæredes autem eorum in exercitio non perseverant; non cogantur ipsi hæredes in conductione perseverare, nisi malit Dominus tertiam ficti partem remittere. Facius.

Ordo pro Notariis Actuariis durante syndicatu.

MDLXXVII. Die xxix. Novembris.

CUm Notarius Officii Maleficiorum Civitatis Laudæ petiisset ut Excellentiss. Senatus mandare vellet illi, cui munus inquirendi gesta Magistratus illius Civitatis demandatum fuisset, ut ipsum Notarium durante syndicatu permitteret idem officium exer-

exercere; fecus cogeretur Cancellarius Syndicatoris folvere fictum datii ipfius officii pro tempore, quo officium exerceret, atq; erogare eidem Notario portionem, proceffuum pendentium, & confectorum; deinde finito termino querelandi; ubi aliqua non fuerit porrecta querela, admittatur Notarius Conductor, ut ipfum poffit officium exercere. Animadvertit Senatus hanc petitionem poffe à quibufcumque rerum criminalium Notariis fieri; & propterea hac fanctione, quam vim decreti obtinere vult, mandat Cancellarios Syndicatorum reddere debere rationem Actuariis proceffuum ab ipfis confectorum, & à Curia expletorum, unà cum emolumentis laborum fuorum ad ratam, Conductores verò, cum ea officia conducant cum eo onere, ut fe fyndicatui fubjiciant, teneri, ad integram fictorum folutionem, & fi aliquis non querelaverit, nihilq; in libris perperam factum fuiffe inventum fuerit, libros Actuario reftitui debere: ubi verò fuerint querelati, aut aliquid ab eis malè geftum inventum fuerit, Syndicatores libros illos, de quibus dubitari contingerit, providere debere ut inconfulto Senatu non relaxentur. 1577

Jo. Maria Cattaneus.

Quod non proferantur fententiæ, nec confilia prout in cedula.

MDLXXVIII. Die vii. Martii.

INtellexit Senatus inolevisse abufum in aliquibus Civitatibus hujus Dominii Mediolanenfis, quòd Prætores, & Jureconfulti, in proferendis fententiis, & dandis confiliis in caufis civilibus, eas, & ea non publicent in terminis citationum, fed mandent Notariis, & Cancellariis caufarum, ut fint rogati de eis, prout dabitur in cædula, ex quo plura inconvenientia occurriffe, & in futurum poffe occurrere, compertum eft. Igitur dicto abufui volens Senatus occurrere. 1578

Statuit per hoc decretum, quòd quicunq; Judices, per quos fententias proferri, aut confilia dari deinceps continget, illas in termino perhemptorii, hæc verò intra triduum proferre, & dare teneantur Notariifque, & Cancellariis caufarum configrare, fub pœna nullitatis.

Literæ mandantes, quod tutor non attenta liberatione à minore etiam in ampla forma reportata denuò rationem tutelæ reddant.

PHILIPPUS Hifpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè nofter. Confideratis expofitis per Tullium Daverium, in ejus occlufa fupplicatione opportunum duximus illum ad vos remittere mandantes, ut ftantibus narratis dicta liberatione non attenta cogatis dictum Jo. Antonium Adminiftratorem ad reddendam rationem dictæ adminiftrationis, nec non et de omnibus, in fe arreptis, ac etiam per eum ommiffis, & neglectis ad damnum fupplicantis, procedendo fummariè, fimpliciter, & de plano, fine ftrepitu, & figura judicii, ipfa facti veritate attenta, frivolis, & calumniofis exceptionibus quibufcunque rejectis. Dat. Mediol. die 20. Novembris 1578.

Signat. Facius.

A tergo. Egreg. J. C. Prætori Mediol. noftro dilecto, &c.

S C H O L I A.

QUando enim rationes funt inordinatè redditæ, vel minus fincerè, neque fervatis fervandis, tunc iterum reddi debent, *Caftill. decif.* 202. *vol.* 3., *Baez. de decima tutor, cap.* 2. *nu.* 162., *& feqq.*, *Felic. de fociet. cap.* 38. *num.* 63. *ufq; ad finem*, *Roland. conf.* 49. *nu.* 47. *vol.* 1. potiffimum præftito juramento, quòd citra animum calumniandi defideratur iterata ratio rationum, *Pedrocha conf.* 4. *à num.* 3., & allegaretur interveniffe errorem, & tutorem minimè de fingulis inftruxiffe, ut tenebatur *Pacian. conf.* 146. *num.* 8., & fuerint aliqua ommiffa, quæ defiderat *Gratian. difcept. forenf. cap.* 563. *num.* 30.

Alioqui femel reddita ratio, non debet iterum exigi *Merlin. decif.* 61. *num.* 1., *Menoch. conf.* 22. *per totum*, *Gratian. difcept. forenf. cap.* 761. *num.* 3.

Garonus.

A N N O T.

1 RAtiones invalidè, & minus fincerè dicuntur redditæ, nec valet liberatio, fi non fint
inferti calculi *text. in l. cum fervus ff. de condition.*, *& demonftrat.* ibi: *nam neu utique, fi ille in*
folle reliqua obtulerit, liber erit, & firmant Valeron. *de tranfact. tit.* 3. *queft.* 4. *nu.* 42., Odd. *de*
reftit. in integr. part. 1. *queft.* 4. *art.* 13., Gutierez *de tutel. part* 3. *cap.* 1. *nu.* 120., Rol. à Val.
2 *conf.* 49. *nu.* 53., *&* 64. *vol.* 1.; nec valet confeffio de difpunctis ratiociniis, quia lex requirit
redditionem rationis per veritatem facti, non per confeffionem *text. in l. fi ftatu libera.*
6. §. *fin. ff. de ftatu liberis*, ibi: *rationem autem reddendarum conditio, quod ad reliqua quidem attinet,*
in danda pecunia confiftit, quo autem ad ipfa volumina rationum tradenda, percuntandafque, & examinan-
das

1578 *das rationes, & dispungendas, atque excutiendas, factum habet*, & quando lex requirit factum,
3 verba non æquipollent, ut in hisce terminis reddendarum rationum tutelarium magi-
ſtraliter docent Guttierez *de juramen. confirm. part. 1. cap. 40. nu 21, & ſequ.*, & Flores de
Mena *var. quæſt. 15. nu. 13 lib. 1.*; Hinc communiter apud DD. receptum eſt liberatio-
nem Tutori factam non ſubſiſtere, & novæ rationum redditioni locum eſſe, quando
4 hæc data non ſit per actualem ſcripturarum, & documentorum diſcuſſionem, & cal-
culorum diſpunctionem juxta modum à lege præſcriptum, non obſtante confeſſione
5 etiam geminata, & jurata à minore facta de receptis calculis, ſcripturis, & documentis
Montan. *de tutel. cap 38. nu. 4., & ſequ., & nu. 118. ad 189.*, Gratian. *diſcept. cap. 563. nu. 30.,
& cap 761. per tot.*, Cavaler. *deciſ. 225. per tot.*, Menoch. *de arbitrar. caſ. 209. nu. 37., & ſequ.*,
Angel. *de confeſſ. lib 2. quæſt. 15. per tot*, Merlin. *deciſ. 603.*, quia agitur de materia ſuſpecta,
6 & de facili fraudarentur leges actualem rationum redditionem requirentes Rol. à Val.
conſ. 49. nu. 51. 52, & 53. lib. 1., Rimin. Jun *conſ. 338 à nu. 31. ad 38.*, Flores de Mena *var.
quæſt. 15. nu. 13 lib. 1.*, Felic. *de ſociet. cap. 38. nu. 83., & 84.*, & alii apud Galganet. *de tutel.
lib. 3. quæſt 59. ſub nu. 5.*

Et ita pro nova rationum redditione, non obſtante liberatione, & confeſſione geminata,
& jurata de receptis calculis, ſcripturis, & documentis pluries judicavit Excellentiſſi-
7 mus Mediolani Senatus, nimirum die 1. Septembris 1651. favore D. Comitis Joſeph
Durini contra D. Comitem Jo. Baptiſtam Durinum ejus Fratrem referente Magnif. D. Senatore Carolo Patellano; die 2. Septembris 1671. favore D. L. T. Colonelli Don Egidii Meltii Carpani contra D. Don Flaminium Meltium referente Magnif. D. Comite Senatore Loayſa; die 8. Julii ejuſdem anni in cauſa vertente inter Ven. Monaſterium Sanctæ Mariæ Conſolationis nuncupatum della Stella Mediolani, & DD. Horatium, & Hyacintum Fratres Gallaranos Ceſſionarios Ven. Hoſpitalis Majoris Mediolani hæredis J. C. Caroli Pairanæ referente Magnif. D Marchione Senatore Areonato; & demum eodem anno in cauſa vertente inter Petrum Antonium Ferrarium, & Joannem Angelum Ripam, ac alios litis Conſortes referente Magnif. D. Marchione Senatore Erba.

Magnus Foſſatus.

Ordo, ut litteræ Senatus pro appellationibus in cauſis Mercatorum præſententur eorum Abbatibus, & Officio.

1579 ABbates, & Conſules Mercatorum hujus Urbis nobis dederunt preces &c. Quibus conſideratis, ſupplicantium petitione annuendum duximus. Itaque per has noſtras edicimus, & ordinamus, nullam habendam eſſe rationem reſcriptorum per appellantes à nobis reportandorum, niſi illa decreta fuerint, & præſentata dictiſmet Abbatibus, & eorum Officio, qui juxta ordines commiſſiones appellationum facere habeant; quin imo reſcripta ipſa ad quoſcunque alios Judices quovis modo data, pro irritis, & non conceſſis habere debere, modo harum parti adverſæ notitia detur. Die 20. Junii 1579.

Landrianus.

Ordines poſtremi pro obtinendis reſcriptis ab Excellentiſſ. Senatu, ut valida ſint.

MDLXXX. Die xv. Januarii.

1580 CUm quandoque propter litigantium importunitatem, & Patronorum cauſarum imperitiam, contingat ad Senatum recurſum haberi in his, quæ à Judicibus cauſarum expediri poſſunt, multaque etiam peti, quæ licet prima facie juſta, & æqua videantur, tamen (veritate comperta) vel in damnum alterius partis tendere, vel alia injuſtitia laborare cognoſcuntur. Quo fit, ut Senatus qui omnibus ſuccurrere ſtudet, & quantum fieri poteſt cavillationes, & litium protellationes reſſecare conatur, ſæpiſſimè ſupplicationibus mendoſis, & veritatem reticentibus, decipiatur; ita ut varia, & plura reſcripta, & contrarias quandoque proviſiones in eadem cauſa emanare contingat, tàm in Civilibus, quàm Criminalibus cauſis; nec non etiam in diſpenſationibus, & aliis proviſionibus, quæ in dies à Senatu petuntur. Propterea iis omnibus, quoad fieri poteſt, occurrere volens Senatus, infraſcripta ſtatuere neceſſarium duxit, eaque notificari juſſit; ut ſciant cuncti quid obtentuti ſint.

Quòd ſi quid contra ipſa petatur, id uti calumnioſum rejiciendum eſſe, nec à Judicibus (ubi fortè aliquid per importunitatem in contrarium obtineretur) ullo modo ſervari debere cenſet.

In primis igitur omnia, quæ ex Conſtitutionibus hujus Dominii circa reſcripta ſancita ſunt, memoriæ repetenda eſſe, & inconcuſsè obſervari debere à Judicibus ſtatuit; ac pro clariori eorum obſervantia declarat.

Quòd reſcripta, quibus mandatur Judicibus ordinariis, vel aliis juriſdictionem habentibus, ut ſummariè, & facti veritate attenta procedant; non tollunt, quominus dari debeat Conſilium Sapientis; quòd aliàs ex jure municipali aſſumendum ſit; Nec etiam cenſentur dare juriſdictionem, ut quis extra forum ſuum ad litigandum trahatur, niſi in ſpecie id fuerit expreſſum. Verùm animadvertendum eſſe, ne id concedatur, niſi cum cauſæ cognitione, & ex juſta cauſa, parteque vocata, ac etiam re in Senatu propoſita; ſecus reſcriptum ſit nullius momenti.

Impe-

Impetrantes rescripta teneantur intra sex dies juridicos ea præsentare Judici causæ, parte citata; aliàs nulla, & irrita sint; & Judices, eo termino lapso, ea non observent.

Confirmationes pactorum in forma Cameræ non tribuant jurisdictionem Executoribus Cameræ; sed partes coram Judicibus ordinariis, tàm Mediolani, quàm in aliis Civitatibus, & Terris jus suum prosequantur. Quòd si partes in contractibus inter ipsas faciendis convenerint, ut coram Executoribus conveniri possint; eo casu Exequutores ipsi nullum salarium sententiarum accipere possint; sed tantùm sportulas moderatas pro videndis scripturis; Quòd si causam Consilio Sapientis, ubi juris articuli emergant, committi contingat Consultot nihil plus accipere possit, quàm in aliis causis ab ordinibus cavetur.

Supersedentiæ non fiant in causa appellabili, post emanatum perhemptorium, & Judex, ubi fiat, ea non attenta, si voluerit, judicet.

Idem etiam in causa appellationis, ubi emanata sint duo perhemptoria signata manu Judicis.

In aliis causis, supersedentiæ, quæ fiunt ad effectum, ut parti supplicatio intimetur; non habeant effectum post terminum ex Constitutionibus limitatum in *tit. de rescript. §. si quis preces*, & eo lapso Judices procedant, nisi pars, quæ preces porrexit, provisionem reportatam præsentaverit; Nec fiant prorogationes dictarum supersedentiarum, nisi ex occupationibus Senatorum, quibus supplicationes, & responsiones ad referendum datæ sint, expediri non possint; quo casu Senatores, quibus delatæ sunt, fidem faciant de impedimento, subscribendum supplicationi.

Supplicationes non admittantur, nisi sint subscriptæ à parte, vel per Advocatum, vel Causidicum, qui descriptus sit in matricula illius Civitatis, in cujus territorio causæ tractantur.

Semel decisa per Senatum non revocentur in dubium, nec iterum proponantur; & in hoc diligenter animadvertatur dum supplicationes potrectæ leguntur; & ubi ex aliqua causa id fieri debere videatur, non fiat, nisi re in pleno Senatu proposita, & primo Relatore causæ audito. Quòd si quis adversus rem decisam per Senatum supplicaverit, non facta mentione ordinationis jam factæ, ultra quòd provisio superinde obtenta, nullius erit momenti; Impetrans etiam teneatur ad expensas resarciendas parti adversæ, & ulterius in pœnam quinquaginta aureorum Fisco Regio applicandorum.

Non avocentur causæ ad Senatum, nisi ubi Judices jure ordinario providere non possint, & res provisione egere videatur, atque re in Senatu proposita.

Senatores nullam supplicationem expediant, nisi prius in Senatu proponatur; exceptis casibus, quibus de forma solet provideri, & dispensari; vel casus moram non pateretur.

In causa principali, & in quocunq; articulo, in quo parti consuli possit per remedium appellationis, sive ab interloquutoria, sive à diffinitiva, nullæ fiant provisiones, sed partes ad eorum Judices remittantur.

Si petatur tolli aliquam exceptionem ad præcidendas lites, vel calumniam adversæ partis, nihil concedatur, nisi parte audita, & re in Senatu relata.

In causa appellationis super articulo principali non apponatur manus, nec causa ad Senatum trahatur, nisi tractetur de dolo, & fraude alicujus ex partibus; vel nisi subesset maxima æquitas ex parte petentis; aut tractetur de re valdè exemplari, vel Judex malè sentiret: & in his casibus non apponatur manus, nisi parte audita, & re in Senatu tractata.

Exequutio rei judicatæ non impediatur, nec differatur ultra disposita à jure communi. Quòd si pars de judicato conqueratur, res in Senatu proponatur, non retardata exequutione.

Non fiant de cætero provisiones, quòd Judices causarum civilium, tàm in Civitate Mediolani, quàm extra, faciant relationes in Senatu; aut verbum cum Senatore.

Non fiant expeditiones, quòd non obstante appellatione, exequutio primæ sententiæ concedatur; nisi ex evidenti calumnia appellatio interposita cognoscatur; & eo in casu res in Senatu, parte prius vocata, proponatur.

Informationes petentium immunitatem duodecim liberorum non expediantur, nisi lectis in Senatu informationibus.

Non concedantur moratoriæ debitoribus ultra quindecim dies, nisi parte consentiente, vel nisi magna æquitate subsistente; Idq; etiam non fiat, nisi præstita cautione de solvenda sorte, & expensas, damna, & legitimum interesse termino præfigendo, & una concessa non concedatur alia, Et si quis supplicaverit, non facta mentione concessionis ei prius factæ, puniatur in scutis decem Fisco Regio applicandis; & pro eo teneatur ille, qui supplicationem subscripserit; & ulterius in expensis duplicatis per partem ea de causa factis.

Non fiant expeditiones detinendi aliquos personaliter, nec in Domo, & diebus feriatis, in casibus prohibitis; nisi clarè constet de malitia debitoris intervertentis modum faciendi realem exequutionem.

Non tollantur exceptiones retitudinis capturarum in causis civilibus, sed cognitio earum permittatur Protectoribus.

Prorogationes termini ad redimendum non fiant, non audita parte, & ex causa rationabili, & ultra primam vicem non fiant, nisi relatis in Senatu precibus, & responsionibus partium.

In causis fictabilium, & colonorum adversus

1580 versus conventa cum Dominis, non fiant dispensationes super caducitate locationum invito Domino, nisi magna æquitate subsistente; Idque etiam nisi prius solutis fictis, & præstita fidejussione de solvendo in futurum.

In causis emphiteotarum adversus caducitatem, ob alienationem factam irrequisito Domino, non fiant dispensationes, & adversus caducitatem ob non solutionem, ultra primam vicem non fiant, nisi relato negotio in Senatu.

In causis cognoscendi articuli, an causa sit appellabilis, nulla prorsus fiat prorogatio, sed termino præstituto expediantur.

Non fiant dispensationes adversus Constitutiones, & Statuta, ex quibus tollatur, vel lædatur jus tertii, datum ex ipsis ordinibus, puta contra statutum *ascendens*, vel statutum *nulla mulier*, & alia similia.

Item nec super admittendis Notariis ante tempus ab eorum ordinibus limitatum, vel super admittendis forensibus, nisi consentientibus Abbatibus eorum Collegii.

Non concedantur prorogationes forensibus, qui bona acquisiverunt in Dominio cum eo, ut veniant intra annum habitatum; nec etiam licentia recedendi postquam venerint; nisi ex causa urgenti, & re in Senatu relata.

Non concedantur literæ, quòd nulla habita ratione juramenti procedatur in causa.

Non concedantur literæ, quòd prius cognoscatur super lapsu instantiæ, nisi depositis xxv. aureis, qui pro medietate parti, & pro medietate Fisco Regio cedant, ubi instantia subesse comperiatur, & hoc ultra expensas parti persolvendas.

Non concedantur literæ, quòd testes examinentur cum interventu Fiscalis in causis civilibus, ne Fiscales ab eorum negotiis abstrahantur; possint tamen concedi, ut cum interventu aliquorum ex Notariis, qui vocantur de Pilastro, examinentur; & etiam super interrogatoriis per partem dandis: & quòd unico contextu (ubi commodè fieri possit) examinentur; quando verisimiliter subest timor falsitatis, vel subornationis.

Non introducantur in Senatum causæ Datiorum, aut aliæ causæ Fiscales, ad Magistratus spectantes, vel in eis pendentes; nisi in casibus, in quibus causæ ad cognitionem Senatus ordinariè spectarent, sed omnia semper ad Quæstores remittantur.

Idem fiat in causis literarum cambii, quæ Abbatibus Mercatorum remittantur, ad quorum cognitionem spectant, Nec etiam dentur dilationes ad solvendum debitoribus ex causa literarum Cambii, parte contradicente.

Audientiæ non concedantur, ubi per remedium appellationis parti succursum esse possit.

Item non concedantur in aliis, nisi ex causa, quæ prima facie indigere videatur provisione Senatus, præsertim quando addiur supersedentia, & nisi supplicatione in Senatu proposita.

Audita semel causa, iterum non audiatur; & si non facta mentione in supplicatione pars surripuerit, condemnetur in scutis xxv. Fisco Regio applicandis; & in duplicatis expensis versus partem; & teneatur etiam ille, qui supplicationi subscripserit.

Cum in publica audientia, vel mutuis responsis ordinatur partes uti debere juribus suis, succumbens censeatur in expensis condemnatus. Item cùm ordinatur exhiberi debere jura, non recipiantur per Secretarium lapsis octo diebus à die ordinationis inthimatæ; & si non deferantur, partes juribus suis utantur.

Idem etiam sit, si deferantur, ubi actor intra mensem expeditionem non reportaverit; nullo legitimo impedimento subsistente.

Quòd si dicatur adeundum esse Senatorem, Senator omnino intra trimestre causam expediat; quo lapso, & non proviso, causa ad suum Judicem remissa censeatur.

Injungitur Advocatis, ut brevitate utantur, ita ut saltem quatuor causæ intra tempus audientiis publicis tributum expediantur, sub poena etiam suspensionis ab advocatione Senatus arbitrio, ubi extra punctum, super quo audientia concessa est, tempus conterant.

Non fiant dispensationes adversus prohibitiones testatorum, ne filii bona intra certum tempus alienent, nisi ex causa, quam si testator cogitasset, verisimile sit, quòd prohibitionem non fecisset.

Item nec adversus prohibitionem alienationis factam per testatorem, qui non sit ascendens per lineam rectam, etiam quòd dicatur fiendam esse implicationem pretii, vel illud deponendum ad eum effectum, nisi melioretur conditio fideicommissi, Senatus judicio; quo in casu de eo in dispensatione fiat mentio.

Non fiant dispensationes super obligationibus dotium mulierum, vel super liberatione bonorum ad utilitatem mariti, quando mulier non remanet cauta pro dote super aliis bonis mariti, nisi sumptis prius informationibus de præcisa necessitate, quo casu fiat etiam consentientibus duobus agnatis proximioribus uxoris, vel in eorum defectum duobus cognatis proximioribus. Quibus non extantibus non fiat, nisi mulier omnino cauta reddatur.

Non dentur literæ, quòd hæres scriptus, vel ab intestato, esse debeat curator hæreditatis, donec deliberet de adeunda hæreditate; sed alius deputetur.

In causis criminalibus relationes, quæ diffinitivæ non sunt, sed tantum statum causæ continent, referantur summatim, unà cum provisione petita.

Advertatur tamen ne fiant literæ, ut status referatur, nisi maxima injuria per Judices conquerentibus inferreretur.

Item

1580

Item non mandetur Judicibus in Civitate Mediolani, ut verbum de processu in Senatu faciant, nisi ex magna causa.

Pariter non injungatur, ut pendente processu quis relaxetur, vel retineatur, aut aliud fiat, quod per Judices provideri potest, & debet; sed omnia Curiæ, & Judicibus permittantur, nisi evidenter Judices indebitè facerent, quo in casu habita aliqua causæ cognitione, Judice vocato, & negotio in Senatu tractato, fiat provisio.

Non fiant literæ, quòd differatur constitutio alicujus, donec alii compareant, etiam quòd fidejussionem offerat de se constituendo, &c.

Non fiant supersedentiæ bannitis ad recedendum, & si videbitur aliquid ex justa causa indulgendum, id fiat in ipsa sententia, vel ordinatione, quæ fit super relatione diffinitiva, in qua specificetur tempus, quo lapso non fiat ulterior prorogatio.

Idem etiam in condemnatis ad triremes, ut exequutio differatur, nisi ex aliqua supervenienti infirmitate gravi, quo in casu habeantur prius informationes à peritis Medicis ex officio Judicum, qui causam tractaverunt, eligendis, cum illorum Judicum voto, & Senatui referatur.

Idem in condemnatis pœna pecuniaria.

A Non concedatur facultas citandi præceptis pœnalibus, nisi in casibus gravioribus, ubi indicia non sufficiant ad inquirendum, & probabiles suspiciones adsint contra citandos.

Novæ defensiones non concedantur etiam intra annum, ubi petentes convicti sint.

Non concedantur salviconductus bannitis, & condemnatis, pro perhibendo testimonio, ubi alia via probatio haberi possit, & ubi concedantur, non fiant ut possint plus morari, quàm necessitas perhibendi testimonium postulet; quòdque interim vagari non possint per loca, in quibus venerint pro perhibendo testimonio; sed prius etiam caveatur, quòd neminem offendent.

Salvisconductus bannitis, qui pro alio delicto vocantur, licet concedi non solerent, tamen cùm de jure concedendi sint, in futurum concedantur, modò judicant in carceribus.

Non fiant salviconductus pro non delatis, nec indiciatis his, qui condemnati sunt; & petunt admitti ad novas defensiones.

Item his qui petunt approbationem gratiæ pro delictis capitalibus.

Non audiantur relationes prohibitæ exequutionis in causa civili, ubi non adsint vulnera, vel alia delicta; sed ad Judices remittantur, qui justitiam faciant.

Idem in causa blasphemiæ, ubi non agatur de atroci, vel dubitetur, an fit atrox.

Idem de priori evaginatione simplici, quando vulnus, aut aliud delictum sequutum non est.

Non audiantur Judices consulentes Senatum quomodo sit procedendum, nisi ubi certa forma à jure, vel ordinibus data non reperiatur.

Idem de Officialibus Feudatariorum, qui Auditores illorum consulere debent.

Moneantur omnes Jusdicentes uti brevius quoad fieri poterit, relationes criminales perstringant, & præmittant semper qualitatem delicti, & numerum, ac nomina personarum, de quibus agitur; scribant bonis caracteribus.

Qui Senatores, vel Præsidem suspectos allegant, si causa non fit notoria, teneantur intra biduum causas suspicionum adducere, & probare coram Secretario à Præside, vel Propræside eligendo; quæ postea in Senatu discutiantur. Et si per Senatum declarabitur causas adductas non esse legitimas, vel non probatas, condemnetur allegans in scut. 50. Fisco Regio applicandis, nec admittatur ad allegandum causas suspicionis, nisi prius facto deposito in manibus Secretarii.

Landrianus. Et sigillata &c.

S C H O L I A.

A Regulariter enim non est procedendum per præcepta pœnalia *Roland. conf.* 47. *num.* 44. *lib.* 2. attenta tamen qualitate delicti id conceditur, *Francisc. de Ponte de potest. proreg. de provis. fieri solitis tit.* 1. *num.* 20. *Garonus.*

A N N O T.

Plures ex hisce Ordinibus fuerunt confirmati, & plures reformati in aliis Ordinibus ejusdem Senatus Excellentissimi diei 11. Augusti 1616.
Quoad disposita in §. *supplicationes* renovati sunt Ordines die 14. Decembris 1678., 4. Martii 1679., & 9. Maji 1680.

Ordines pro quibusdam abusibus, qui in causis criminalibus committebantur tollendis.

MDLXXX. Die xiv. Maji.

In relationibus processuum agitatorum in causis Syndicatuum Senatui Excellentiss. Mediolani factis, intellexit Senatus multa fieri, tùm à Notariis, tùm à Judicibus, multa item omitti, ex quibus gravia damna Regiis Subditis inferuntur, justitia violatur, & ordines ab eodem Senatu conditi, vel penitus evertuntur, vel in sinistrum sensum trahuntur:

1580 huntur: Inter alia animadvertit abusus subsequentes, videlicet.

Notarios quandoq; insciis etiam Judicibus, capturas, & relaxationes satellitibus, & Custodibus Carcerum oretenus tantùm concessisse.

Contigisse plerunque ut capti fuerint à satellitibus aliqui cum armis, sub prætextu quòd aut arma, aut locus, aut tempus essent ex proclamationum superinde publicatarum dispositione prohibita, cùm tamen prohibita verè non essent, & nihilominus ejusmodi captivos gravibus impensis, & molestiis carceris, capituræ, relaxationis, & aliis similibus affectos fuisse.

Notarios abusum aliquando induxisse in scribendo in libris causarum criminalium diversas decretationes, videlicet: Non procedatur; casus inopinatus; non extant inditia, & similia; cum tamen hæc non ad illos, sed ad Jusdicentes judicare pertineat, & ex inscriptionibus hujusmodi Judices moveri facilè possint ad non procedendum.

Citationum præsertim perhemptoriarum relationes in libris sæpius scriptas non fuisse, aut si scribi cœptæ fuissent, non completas, aut etiam aliquibus in locis deletas, aut immutatas.

In casibus levibus formatas fuisse inquisitiones super sola, vel partis, vel consulis denuntia.

Examina testium, & alios alius generis actus imperfectos remansisse.

Processus aliquando in foliatiis, non in libris, ut ordines disponunt, fuisse conscriptos, etiam si nulla esset necessitas ita faciendi, mox cùm in libris referrentur, aliqua inventa fuisse immutata, & foliatia dispersa.

Processum fuisse sæpius ad pœnam prioris evaginationis, ubi aliquis manum tantùm apposuisset ensi vel pugioni, licet non eduxisset.

Contra verò non fuisse processum ad pœnam abusus armorum postquam sequuta esset partis offensæ remissio, etiam in casibus, in quibus extiterit confessio reorum.

Denique animadvertit commissa quandoq; fuisse delicta ab iis qui fraudibus bladorum præsunt, eosq; impunitos sæpè evasisse, quia Judices ordinarii contra eos non procedant.

Quibus morbis medelam adhibere volens infrascripta decreta, quæ inviolabiliter observari mandat, condere statuit.

Primò, quòd deinceps capturæ omnes, & relaxationes carceratorum à solis Jusdicentibus concedantur, & per Notarios in scriptis dentur Exequutoribus, & in processibus registrentur.

Secundò, cavere debere Prætores, & alios Officiales, ne aliqui detineantur ex causa delationis armorum, qui non sint comprehensi in dispositione proclamationum, & ubi detineantur, dimittendos absque impensa, & damna eis esse reficienda.

Tertiò, Actuarios ad processus in libris descriptos applicare non debere apostillas, quibus dicatur, vel non esse procedendum, vel quòd casus sit inopinatus, vel quòd indicia non extent.

Quartò, relationes quarumcunque citationum, & maximè perhemptoriarum, in libris esse describendas.

Quintò, inquisitiones non deberi formari ad simplices denuncias, etiam si casus leves sint, sed examinatis prius testibus in processibus nominatis omnibus, si fieri poterit.

Sextò, examina testium, & alios quoscunq; actus, debere ad longum perfici, nec aliquo pacto imperfectos esse relinquendos.

Septimò, dispositionem Nov. Const., & ordinum, de conscribendis processibus in libris, omnino ad unguem esse observandam, & ubi necessariò oporteat aliquid in foliatiis conscribi, cum postea in libris referentur foliatia ipsa nihilominus in actis omnino dimittenda esse, & asservanda.

Octavò, de primo ponente manus ad arma, vel primo evaginante ensem, vel pugionem, non esse procedendum, nisi ensis vel pugio plenè evaginatus fuerit, vel extra corigiam eductus.

Nonò, etiam post sequutam partis remissionem procedendum esse ex officio ad pœnam abusus armorum, remissione ipsa non obstante, præsertim si rei delictum falsi fuerint.

Decimò, si milites ad fraudes bladorum deputati, aut alii privilegiati delicta communia committant. Et Judices sui intra terminos à Constitutionibus limitatos processus non expediant, & expeditionis Judicibus ordinariis fidem non faciant, Judices ipsos ordinarios eis terminis lapsis, procedere contra illos omnino debere.

Et prædicta omnia servari mandat Senatus sub pœna scutorum quinquaginta Fisco Regio applic., & alia graviori, etiam corporali, ad Senatus ipsius arbitrium, juxta casuum, & personarum qualitatem. Et quia ex eisdem Syndicatuum relationibus cognitum fuit, Actuarios, quorum cura est, ut testes ad offensam temporibus debitis examinentur, & rei contumaces quam primum condemnentur, in utroq; fuisse negligentes, ita ut justitiæ quandoque fucus factus fuerit, & delinquentes, impuniti dimissi. Mandat idem Senatus, sub pœna de qua supra, Actuariis omnibus, in prædictis exequendis, quàm celerrimè fieri possit, accuratè incumbant, & ita agant, ne eorum diligentia desideretur, ac præterea, ut singulis mensibus Judici proponantur in scriptis causæ inexpeditæ, & propositiones, in libris redigantur, & similiter notula fiat omnium condemnandorum, eaque Judici exhibeatur, mox in libris condemnationum referatur ad ipsorum Actuariorum excusationem, quòd nisi relatæ fuerint, aliæ eorum excusationes non admittentur. Facius.

Et sigill., &c. Publicata die 10. Juni 1580.

Ordo,

Ordo, ut detenti pro delicto capitali retineantur in strictiori carcere facta per Judicem Senatui Excell. relatione status eorum causæ. 1581

Prætori Papiæ.

MDLXXXI. Die v. Januarii.

Dilectissime noster. Audaces ad delicta patranda, aliquando malitia sua confisi in carcerem se ponunt, & Judices falsis eorum probationibus decipere student. Horum etiam fraudibus Judices aliquando decepti, latiorem illis carcerem assignant, mox processum ad Senatum referunt. Is autem ordo, qui omnia summa cum diligentia perpendit, persæpe in duriorem sententiam, quam votum fuit Relatorum, venit, sed audivit etiam, ut delinquentes Senatus sententia certiores redditi, fugam arripuerint, propterea nos providere volentes, ne posthac carcerati pro delicto capitali judicium Senatus nostri evitent, volumus, & sic vobis præcipimus, ut quotiescunque nobis relationem pro delicto capitali facietis, carceratos in stricto carcere detineri faciatis, & bene custodiri, donec ab eodem ordine responsum habueritis. Jo. Maria Cattaneus.

Ordo, ut Scholares Gymnasii Ticinensis, eligant suos Rectores.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

Rever. nobis dilecti. Scire vos non ignoramus, quo studio, & quanta diligentia Senatus negotia istius Academiæ curet, atque perpendat; is igitur semper optavit, ut Rectores, quibus dignitas ipsius Academiæ augeri videtur, eligerentur; propterea cum à Consiliariis istius studii nobis porrectæ fuerint preces, quarum copiam vobis mittimus, & hæ lectæ fuissent in Senatu, vos hortandum duximus, ut nomine etiam Senatus Consiliariis ipsis, & Universitati Scholarium dicatis, quod alacri animo de Rectoribus provideant, quia illis omnia privilegia concedentur; quæ & honori, & commodis ipsius Universitatis convenire judicabunt. Dat. Mediolani xxvii. Januarii. MDLXXXI. Jo. Maria Cattaneus.

A tergo. Rev. Vicecancellario Academiæ Ticinen. nobis dilecto, & sigillat.

A N N O T.

1 De Rectoris Universitatis institutione, amplitudine, & potestate agunt Lipsius *in Lovanium lib. 3. cap. 5.*, Christophorus Besold. *politicor. lib. 1. cap. 12. nu. 23.*, Mendenderp. *de Academ. orbis lib. 3. de Rectore*, Alphonsus de Escobar. *de jurisdict. Scholasticor. cap. 1., & seq., & cap. 6. per tot.*, Tusc. *conclus. verb. Rector*.

2 Rector Scholarium in Universitate potest esse Clericus, immo debet esse talis, si vult habere jurisdictionem in omnes Scholares tàm laicos, quàm Ecclesiasticos, saltem tacitè prorogatam, post Alb. *cons. 642. vol. 4.*, Costa *de remed. subsid. remed. 72. nu. 9.*

3 Rector Universitatis præcedit Episcopum existentem in studio cum Scholasticus est, Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 1. cas. 68. nu. 24.*

4 Judices competentes Scholarium in criminalibus, sunt Episcopus Civitatis, Rector Gymnasii, & Lectores Universitatis secundum dispositionem juris in *Auth. habita C. ne filius pro patre*; quæ quoad Lectores de consuetudine non servatur, ut dicit Bart. *in d. Auth. habita n. 4.*, quem refert Horat. *de privil. Scholar. cap. 65. in 1. ampliat.*, quoad Rectorem vero Universitatis Papiæ testatur Clar. §. *fin. quæst. 35. sub nu. 23.* sic vidisse servari: si Scholaris delinquens erat Clericus beneficiatus, vel in sacris, procedebat Episcopus, & Rector; si vero erat laicus, procedebat Rector, & Prætor Civitatis, & refert ita pluries rescripsisse Senatum Excellentiss., & signanter die 12. Julii 1561., & die 2. Martii 1562.

Magnus Fossatus.

Ordini dati nuovamente da S. M. Cattolica al Senato Eccellentissimo di Milano, tradotti dalla Spagnuola nella lingua Italiana.

DON FILIPPO, per la grazia di Dio Re di Spagna, delle due Sicilie, di Gierusalem, &c. Duca di Milano.

Magnif. Rev. Nob. Spett. Fed., e Cari Consiglieri nostri, Presidente, e Senatori, che al presente siete, o col tempo sarete nel nostro Senato di Milano. Avendo inteso essere necessario ordinare alcune cose pertinenti alla buona espedizione de i negozj, che si trattano in cotesto Tribunale, e desiderando di farlo in quel modo, che conviene al servizio di Dio, al nostro, ed alla buona amministrazione della giustizia, e per conseguente all' universale, e particolar beneficio dei Vassalli, e Sudditi di cotesto nostro Stato, e Dominio; vogliamo, e comandiamo, che abbiate, e teniate gli avvertimenti, che nella presente saranno espressi, per istruzione, e per ordine preciso, guardandoli,

1581 dandoli, ed osservandoli in maniera tale, che per cagione alcuna non si trappassi, o si muti, o si alteri, nè in tutto, nè in parte il contenuto di essi senza saputa, e volontà nostra, come voi siete obbligati a fare, e noi nella integrità vostra, e nell'amore, e diligenza, con che ci servite, confidiamo.

Essendo manifesto che le Costituzioni di cotesto nostro Stato vi danno nei giudizj civili la cognizione di cause feudali, & altre, ove si tratti d'interpretazione de' privilegi, o di differenza di confini, o di cause, che importino mille scudi d'entrata, ed alcune d'appellazione in dette Costituzioni nominate, ed espresse; si dice, che oltre a quelle, voi tirate, ed applicate al Tribunal vostro le cause di qualsivoglia qualità, e quantità, o sopra una supplica della parte, o sopra risposte, e contra risposte, o per via d'audienza, ordinando. *Quod jura exhibeantur, Quòd adeant Senatorem deputandum*, ed altre cose simili, le quali alle parti, e specialmente a' forastieri, sono di gran danno, sì perchè le cause si fanno immortali, e sì perchè è remota l'appellazione. E che oltra questo occorre molte volte, che trattandosi in alcune cause vertenti innanzi a' Tribunali, ed a' Giudici ordinari, di qualche articolo, il quale pare doversi provedere per il Tribunal vostro, e stando essi Giudici in termine di sentenziar nella causa, la parte, che da i motivi argomenta il Giudice sentir contra di lei, procura di tirar la causa al Senato per allongarla, e riportar fra tanto qualche provisione stravagante, e le riesce, perchè dando il memoriale al Senatore, che più gli pare, quello decreta subito: *Vocetur pars*, overo, *Vocetur Judex ad me*, overo, *Intimetur parti*, overo, *Audiantur partes, & interim supersedeatur*, altre volte, *Judex non deveniat ad causæ expeditionem, nisi facto verbo cum Senatore deputando*. Onde la giustizia resta impedita, e le cause, che di ragione toccano a' detti Giudici ordinarj, e dinanzi a loro cominciate, sono in procinto di sentenziarsi, si sospeodono, ed allungano oltra il dovere. Le quali cose essendo dell'inconveniente, che sono, e volendovi noi applicar il rimedio necessario, dichiariamo per la presente, stabiliamo, ordiniamo, comandiamo, che si osservino in ciò da quì innanzi inviolabilmente le Costituzioni di esso Stato, senza che cotesto Tribunale s'impacci, o s'intrometta in modo alcuno in quel, che tocca a gli altri Tribunali, e Giudici: nè ammetta altre cause, nè recorsi di persone particolari, più di quelle, che per dette Costituzioni li sono date, e permesse; osservando in tutto, e per tutto le dette Costituzioni, nè pigliandovi niuna delle cause, che toccano gli altri Tribunali, eccetto se non ci fosse qualche cagione urgentissima, che ricercasse il contrario: nel qual caso vogliamo, ed ordiniamo, che innanzi che vi risolviate a porvi la mano, ne diate parte al nostro Governatore presente, o futuro, acciocchè con saputa, e partecipazione sua, e non altrimenti, possiate procedere in dette cause conforme alla giustizia.

Oltra ciò intendiamo, che le cause, che son proprie de' Magistrati Ordinario, e Straordinario, a' quali la Costituzione commette tutte quelle, che toccano al Patrimonio, ed all'entrate nostre remota ogni appellazione dalle loro sentenze: molte volte sono tirate al Tribunal vostro, ora delegandole totalmente a' Senatori, ora intimando al Fisco le notificazioni delle parti, che contra di lui pretendono, ed ora dando al Magistrato un Senatore per aggiunto, di maniera che se bene per le Costituzioni non potete io prima, nè in seconda instanza intromettervi nelle dette cause, venite nondimeno a tirarle per indiretto a voi, levandole a chi le toccano, e la parte conoscendo che il Magistrato è per sentenziare contra di lei, ricorre al Tribunal vostro, e ne cava supersedenza: onde le sentenze si differiscono, ed il Fisco non può, essendo in continova necessità, prevalersi nè della ragione, nè della roba sua. E quello, che più è da considerare, volete che il Senatore aggiunto col voto suo contraposi a tutto il Magistrato: sì che nel Magistrato sono per una parte dieci voti, per l'altra uno, o due d'essi convengono col parere del Senatore; il voto di quell'uno, o due prevale a gli altri otto, o nove: di che il Fisco, e la ragion sua viene molte volte a ricevere gran pregiudizio. Per rimedio adunque di questo, stabiliamo, ordiniamo, e comandiamo, che per l'avvenire non v'intromettiate in modo alcuno nelle cose toccanti a i detti Magistrati Ordinario, e Straordinario, ma in quelle sole, che dalle Costituzioni vi sono specificamente concedute. E se alcuno si chiamarà gravato dalle sentenze, e provisioni d'essi Magistrati: vogliamo che il Governator nostro Generale di quello Stato, presente, o futuro, comunicatasi seco la tal querela, chiami al Consiglio Secreto quel Magistrato, dal quale si pretenderà, che venga l'aggravio, e due Senatori d'elezione del Presidente del Senato, e quivi alla sua presenza, presi i voti d'esso Magistraro, d'essi due Senatori, e de i Togati soli del detto Consiglio Secreto, si risolva, e determini quello, che parerà convenire di giustizia, e non altrimenti. Avvertendo, che ne i casi simili si ha da osservare questo ordine stesso inviolabilmente.

Non ostante, che per le dette Costituzioni, vi sia data facoltà di conceder qualsivoglia dispensa, ancorchè sia contra gli Statuti, e contra le stesse Costituzioni, il che però s'intende che sia fatto senza pregiudizio del terzo, ma solamente della parte, o parti, che dimandino, come conceder a minori d'età,

d'età, ed a Donne, che possano far contratti anche senza guardar la forma, che danno gli Statuti delle Città, o dispensare, che le Comunità possano vendere, ed altre cose simili, delle quali non segua danno al terzo: intendiamo nondimeno che quest' autorità ancora si è nel Tribunal vostro di maniera ampliata, che già non vi è altro Statuto, nè altro Decreto, nè ragion comune, che il beneplacito vostro, dispensando voi (come siamo informati) indifferentemente in tutti i casi, che occorrono, ancorchè ci sia il danno del terzo, e della propria Camera nostra: tanto che solevate dar licenza a i Feudatarj di alienare i lor Feudi, quando vi dimandavano dispensa a poterlo fare, ed era in man vostra diminuir il feudo per grande che fosse, e ridurlo a niente: dalla qual cosa ben intendiamo che vi astenete da poi che il Molto Rev. in Cristo Padre Cardinale di Granuela Vescovo allora d'Arras, e del Consiglio di Stato dell' Imperatore mio Signore, ch' è in gloria, avvertì da parte di S. M. cotesto Tribunale, che più nol facesse; tuttavia nel rimanente perseverate di conceder ogni sorte di dispensazioni, avvenga che sia in danno, e pregiudizio di molti, come è, se alcuno dubita del valore della eredità lasciatagli, e non potendo accettarla *cum beneficio legis, & inventorii*, per esergli ciò vietato dalle Costituzioni, non vuole anco obbligarsi a i creditori, e ricorre a voi dimandando facoltà a poter riscuotere crediti, o far atti, che non si possano fare *citra jus, & nomen hæredis*, senza obbligarsi ancora a' creditori, e senza accettare, o ricusare la eredità, il Senato in questi casi dispensa tuttavia in grave pregiudizio dei creditori; ad altri poi dà tali, e sì lunghi i termini a deliberare se vuole, o nò, accettare l'eredità, che per quello, che non vuol chiamarsi erede, gode di lungo l'eredità, e quelli, che vi pretendono azione, non sono mai pagati: di che nascono gl' inconvenienti, che si possono considerare. Però non è giusto che ciò più si faccia, anzi in caso di che s'abbiano da concedere queste, ed altre simili dispensazioni, vogliamo che la concessione di esse sia riservata a noi, & alla disposizione, e volontà nostra, e così stabiliamo, ordiniamo, e comandiamo.

Sotto colore dell' arbitrio che le dette Costituzioni concedono al Tribunale vostro, intendiamo che si usa da voi tanto assolutamente l'arbitrio nelle sentenze civili, e criminali, che assolvete, e condannate senza guardare Leggi, Statuti, nè Costituzioni dello Stato, talchè si dice non esservi causa alcuna, nella quale altri per molto che abbia ragione, si possa assicurare che gli abbia a valere, se s'introduce nel Tribunal vostro: trattandosi quivi più per puro, e mero arbitrio, che per legge, o per equità, come si vede da questo, che in un caso determinate ad un modo, ed un altro simile fate al contrario, e nelle cause criminali un delitto ben grande viene assoluto, ed un' altro leggiero con severità gastigato: non bastando che l'Imperator mio Signore negli ordini di Vormazia commettesse a cotesto Tribunale, che vigilasse con ogni integrità, e che le cose della giustizia, le quali vi si trattassero, fossero terminate secondo gli Ordini, e gli Statuti dello Stato. E perchè sono grandi le querele, che sopra ciò ne sono state fatte, e non mal fondate per l'informazione, che abbiamo degli arbitrj da voi mal usati: ordiniamo, ed espressamente comandiamo, che di quà avanti nel giudicar le cause civili debbiate seguire, e guardare la ragion comune, le Costituzioni, gli Ordini, e gli Statuti di cotesto Stato senza allontanarvene in alcun modo. Dichiarando, che nostra mente non è, nè vogliamo, che per virtù della detta Costituzione, possiate nell' avvenire usare d'altri arbitrj, che di quelli, che la ragion vi permette. E che nepiunemeno nelle cause criminali non eccediate in maniera alcuna, sotto colore d'arbitrio, o di ragione, o di moderazione quello, che la Legge, la Ragione, e le Costituzioni dello Stato vi permettono: non ostante qualsivoglia costume, o possesso, nel quale siate stati, perchè quello più propriamente è da chiamarsi abuso, e corruttela, onde come tale deve cessare.

Intendiamo ancora, che per le dette Costituzioni vi è data facoltà d'approvare, e limitare le grazie, che facessero i Prencipi de' delitti commessi, e che questo fu fatto a fine, che se l'importunità di qualch' uno gli sforzasse a far alcuna grazia, che non paresse ben fatta, potesse il Senato metter difficoltà nell' approvarla: la qual cosa, essendo presenti i Duchi, poco importava; perchè non ostante le opposizioni del Senato, era in man loro di fare, che l'approvasse, come facevano; ma per la differenza de i tempi, è venuta questa tal facoltà a partorire inconvenienti assai, e diminuzione d'autorità a' nostri Ministri; non parendo giusto, che il Senato reprovi le grazie, che fanno i Governatori nei casi a loro permessi, di pena corporale, ed ora approvi liberamente, ora nel pari caso, e per avventura più lieve, castighi severamente, ed ora in cose gravi restino i colpevoli senza pena; onde gli uni, e gli altri rimangono ingannati sotto la parola del Governatore, ed egli nella dignità sua offeso. E perchè non conviene, che per questa via il Senato si usurpi l'autorità di alterar le grazie ne i casi permessi fatte da' Governatori sopra narrazione delle parti; anzi pare indecenza, che il Senato, senza participazione del Governatore, voglia arbitrar, o moderar le sue grazie, o aggravarle; perciò ordiniamo, e comandiamo, che di quì innanzi il Governatore sopra memoriali di grazia, dimandi il parer vostro, e quello inteso, faccia,

1581 faccia, o lasci di fare la supplicata grazia, come la sua coscienza gli dettarà: e che facendola, la parte ricorra per l'interinazione al Senato, il quale, udito il Fisco, la faccia. E trovandosi che il Supplicante abbia esposto il falso, procederete ordinariamente per termini di giustizia: ma se ancorverà supplicato il vero, e con tutto ciò parerà al Senato, per qualche cagione, non convenirsi, che la fatta grazia abbia luogo; volontà nostra è, che senza dichiarar altro alla parte, e pubblicare il parer vostro, consultiate secretamente col Governatore in iscritto, o a bocca per mezzo d'un Senatore che l'informi, e che il Governatore, avuta l'informazione vostra, chiami i Togati soli del nostro Consiglio Secreto, rimossi i non Togati, ed assistendo il Senatore mandato, tratti con loro sopra la consulta, che il Senato gli averà fatta, e quello che il Governatore in questa forma risolverà, quello abbia effetto senza alcuna replica, nè contravenzione; che tale è la nostra mente, e questo vogliamo, che così il Governator nostro, presente, e futuro, come il Senato, ciascun per quel, che gli tocca, reciproca, e puntualmente adempia, ed eseguisca.

Le querele, che del continuo ci si danno da i Sudditi di cotesto Stato della lunghezza delle cause nel Tribunal vostro agitate con grave danno, e pregiudizio delle parti, e l'obbligo nostro di provedervi in maniera, che la giustizia si amministri con l'equità, e brevità che si deve, ci muove a ordinarvi, e precisamente comandarvi che nel terminare, e decider le cause osserviate puntualmente gli Ordini, e le Costituzioni dello Stato. E quanto all'istanza della ragion comune nelle cause, che si trattano innanzi ai Giudici inferiori, a' quali si dà termine di quaranta giorni utili, e per le prorogazioni, che il Tribunal vostro concede vengono quelle cause a durar molto più: ordiniamo, che possiate prorogare il detto termine *ex causa*, purchè tutte le prorogazioni insieme poste non passino i tre anni stabiliti dalla legge; guardando, ed adempiendo similmente tutto quello, che la ragion comune dispone sopra la decisione delle liti. E perchè ci faria gratissimo che si trovasse anco forma da dar in questo ai Sudditi piena soddisfazione; riceveremo per particolar servizio da voi, che andiate pensando il modo, ed espediente, che ci potesse essere d'accortar tanto più la decision delle cause, e lo proponiate al nostro Governatore, acciò che egli comunicatolo similmente coi Dottori del nostro Consiglio Secreto, ci avvisi di quello che così parerà: affine che noi possiamo poi ordinar quello, che più convenga.

Siamo informati che ciascuno dei tre Senatori di lettura, che sono ogni mese, cioè due del Criminale, ed uno del Civile spedisce in casa sua supplicazioni in quel modo che gli pare, e da questo procede, che ricorrendo l'una delle parti a un Senatore, e l'altra a l'altro, e decretando ciascuno di quelli a suo modo, e le più volte in favor della parte, che và da lui, e senza che l'uno sappia dell'altro, escono in una medesima causa, ed in un tempo medesimo diverse, e contrarie spedizioni, cosa d'eccessiva spesa alle parti, perciò costrette di tornar a procurar nuovi rimedj, oltre all'impedimento, ed alla dilazione, che ne risulta alle cause, con discapito ancora dell'autorità, e decoro del Senato. Oltra ciò intendiamo, che se il Senator di lettura vuol risolvere, e spedir un negozio pendente, senza disturbo, nè impedimento, consultatolo col Presidente solo passeggiando per la Città, o in casa dell'istesso alla presenza d'uno, o due Senatori solamente, lo spedisce, e che per ingiusta che sia la spedizione fatta; forza è, che la parte, a cui và contra porti pazienza. Le quali cose essendo di tanta importanza, e sì degne di rimedio; per dargliela, statuiamo, ordiniamo, e comandiamo, che da oggi innanzi non possano i due Senatori di lettura criminale espedir niuna causa civile, ma che il Senatore di lettura civile di quel mese spedisca quelle solamente, che occorreranno nel mese suo, e ciò s'ha da intender di quelle cause sole, che si spedíscono in forma consueta, e non d'altre. Avvertendo, che nelle piccole feste, nelle quali i Senatori si congregano in casa del Presidente, non si ha da trattar, nè spedir quivi cos' alcuna controversa fra parti; ma solamente l'altre facili, ed espedienti; al cui tratto non abbia anco a trovarsi minor numero di quattro Senatori. Avvertendovi eziandio, ed incaricandovi, che vi asteniate di trattare fra voi negozj toccanti a tutto il Senato, in altro tempo, che quando tutti vi trovate a sedere *pro Tribunali*, per quanto importa servar in ciò il debito ordine, e decoro.

Avemo similmente inteso accadere molte volte, che cominciata la relazione d'una causa civile in Senato, quella si lascia dietro per cominciarne un altra; di che nascono inconvenienti, e spese alle parti dilatandosi le cause loro. Per rimedio di questa, nostra volontà è, che di quì innanzi si finiscano successivamente, e per ordine tutte le cause cominciate, o che si cominciaranno a riferire. E che trovandosi presenti le parti, sempre si cominci a trattar la più antica; e non trovandovisi, l'altra che le seguirà più anteriore fino a concluderla, e terminarla; sicchè non sia in elezione del Presidente, nè d'alcun Senatore, il qual abbia molte cause da riferire, e spedir prima quella dell'amico, se ben poco tempo innanzi fu cominciata, e tralasciar l'altra di molti anni pendente: che così vogliamo, ordiniamo, e comandiamo.

Ordiniamo eziandio, e comandiamo, che alla relazione delle cause siano chiamate le Parti, e suoi Procuratori, ed Avvocati, accioc-

acciocchè possano ricordare quello, che nella narrazione del fatto si tralasciasse: perchè, secondo intendiamo, dal non servarsi questo ordine in cotesto Stato seguono inconvenienti, e gravi danni alle parti.

Vogliamo ancora, e comandiamo, che il Relatore non possa levare, nè aggiugnere cosa alcuna alle ordinazioni del Senato (come intendiamo che ora si fa) senza comunicar prima la cagione di ciò, che si leva, o s'aggiugne con quei Giudici, che si saranno trovati a deliberare.

Intendiamo, che parimente nelle cause criminali sono abusi degni di rimedio, come a questo; che quando mancano indizj a formare l'inquisizione d'alcun delitto secondo la via ordinaria della ragione comune, voi, o la maggior parte, usate di dar licenza a petizione de' Giudici, di poter procedere senza indizj, con precetti penali; cosa a' Sudditi nostri di gran pregiudizio. E quantunque prima d'ora v' abbiamo ordinato, che non usiate di questa facoltà, se non in cose gravi, e di notabil necessità: dicesi che nol fate, di che non poco ci maravigliamo; e non meno, che (oltra ciò) quando i Giudici vogliono in cause criminali aggravar qualcuno o di tortura, o d'altro, che di ragione non possano, nè debbano fare, ricorrendo al Senato, ne cavano provisioni fatte *manu Regia*. Ed essendo tutto questo della considerazione, che si vede; per rimedio ordiniamo, e comandiamo, che per l'avvenire si guardi in ciò precisamente la disposizione della legge, sì che le informazioni, che in tutti i delitti si pigliaranno, si conformino a quella.

In oltre, siamo informati, che quando alcuno è detenuto in prigione da alcun' Offiziale, e qualche volta innanzi ancora che sia preso, perchè non si proceda contra di lui col rigore, che quell' Offiziale usa, e che forse merita il delitto, o per aver luce degli indizj, che contra di lui si hanno avanti la pubblicazione del processo, non li potendo sapere dal Giudice Ordinario, nè da i Notari, espone al Tribunal vostro, quel che gli pare, dimandando che intenda il negozio, e proveda; può qualsivoglia Senatore di lettura ordinare sopra la supplicazione sua, che *Fiat verbum in Senatu*, overo, che *Referatur status causæ*. E quando lo stato della causa si riferisce, che sono gli indizj del processo, dicono trovarsi molte volte presenti fra Senatori, Fiscali, e Segretarj, vinti, o più persone, onde subito si sa il secreto del processo, e resta la giustizia delusa. Perchè, bisognando riparare a questo disordine, vogliamo, e comandiamo, che nell' avvenire il Senatore di lettura criminale, non possa ordinare ad alcun Giudice, che riferisca lo stato della causa del processo, che non sarà già pubblicato, se non supplicando dopo aver la parte appellato dal Giudice per cagione di qualche preteso gravame, nel qual caso il Senatore di lettura criminale, intimata la parte, comunichi col Tribunale, e parendovi che pur s'abbia a fare relazione del processo secreto, ordinarete, che ella si faccia nel detto Tribunale alla presenza di coloro, che l'averanno veduto, mandandone fuori tutti gli altri, eccetto i Fiscali.

1581

Più, intendiamo, che quando altri recusa come sospetto alcuno di voi, o altro Ministro degli altri Tribunali di esso Stato, non ci è forma nella maniera del procedere, nè di specificar le cause della recusazione; anzi che dipoi ancora d'essersi dichiarato, che il ricusato s'astenga, tuttavia si sta presente al trattar del negozio, ed agli articoli di quello, come basti solo il non votare nella causa: il che similmente ha necessità di rimedio. Per tanto vogliamo, e comandiamo, che in ciò ancora si guardi la legge, nè si proceda sopra quelle cause di ricusazione, le quali anche provate che fossero, non fariano bastanti di ragione: nè si trovi il sospetto presente, quando si trattarà di ricusarlo, e poichè si sarà dichiarato, nè sia presente, nè assista, non che al votare, ma neanche nel referire, ed al trattare della causa. Ma non provandosi la cagione della ricusazione, incorra il ricusante nella pena di vintiquattro ducati, applicandi per terzo al Giudice ricusato, al Fisco, ed alla parte.

Ancora intendiamo, che se il Senatore, o altri dei due Magistrati, che si trova al principio del referir una causa, o a tutta, s'ammala, o s'absenta, quella causa si espedisce senza la sua presenza, ed anco senza il suo voto, onde procede inconveniente, e danno grande alla parte. E per evitarlo, faremo serviti, che di quì innanzi, occorrendo che altri abbia cominciato a udire la relazione, e fra tanto che ella dura, sia da legittimo impedimento ritenuto; quella relazione si sospenda in fin' a tanto, che possa trovarsi ad udirla tutta. E se dopo udita, e vista se ne starà absente più di trenta giorni, si riservi il suo voto per il tempo della sentenza.

Intendiamo oltra ciò, che nel Tribunal vostro si admettono *ad novas defensiones*; quasi tutti i condannati che lo ricercano, se per lo processo non è concludentemente provato il delitto; e che le più volte chi vuole per questa via liberarsi aspetta sei, otto, o più anni dopo il delitto, a dimandarlo; quando già i testimonj sono morti, o quando per essersi composto, ed accomodato con la parte contraria, non vi è chi lo cacci, onde poche volte, o non mai si traggono in luce perfettamente i delitti. Perchè considerando noi, che nel prefiger a tali condennati tempo a poter esser admessi alle lor difese, rimarrà questo male risanato abbastanza; ci è parso ordinare, e comandare, che coloro che pretendono esser innocenti d'alcun delitto a loro imputato, abbiano a dare, e diano le loro difese dentro d'un anno, o al

1581 più longo dentro di due, dal dì del delitto di che saranno incolpati, o condennati: che quanto più fresca sarà la memoria, tanto meglio potrà chi sarà innocente provar l'innocenza sua, e s'amministrerà più retta giustizia, e con maggior satisfazione delle parti.

Oltre a tutto quello, che di sopra si è detto, abbiamo inteso eziandio, che il Senato s'intromette nei matrimonj delle figliuole principali, e di qualità, che sono in cotesto Stato, pretendendo che non possano maritarsi senza vostro consentimento, e promulgando comandamenti penali se fanno altrimenti; il che non solo è contra la nostra mente; ma è contra ogni dovere, disponendo la legge, che a niuno si levi la libertà con che nacque.

Ordiniamo per tanto, e comandiamo, che di quì innanzi non v'intromettiate direttamente, nè indirettamente in simili matrimonj, avvenga che quando qualche considerazione ci fusse, per la qual convenisse metter la mano in alcun d'essi, toccherebbe al Governator nostro, e non al Senato, questa, o cognizione, o provisione.

E tutto quello, che in questa nostra lettera si contiene terrete, guardarete, e compirete per l'innanzi, senza eccedere nè in tutto, nè in parte (come è detto, e voi dovete fare) per legge, instruzione, e decreto inviolabile; che per tale ve lo diamo, e vogliamo che da voi sia preso, tenuto, e fedelmente eseguito.

E però faremo dar copia di tutto ciò all' Illustrissimo Duca di Medina Sidonia nostro Cugino, al quale, come dovete sapere, abbiamo dato i carichi di Governatore, e di Capitan Generale di cotesto nostro Stato, affine che egli sappia ciò che quì si contiene, come è onesto, ed abbia cura dell'osservanza, e compimento di quanto vi comandiamo. Data nel Convento di Tomar a xvij. d'Aprile MDLXXXI.

YO EL REY.

Cum signo Illustris. Cardinalis Granuelani. Vidit Comes de Chincon. Gabriel de Cayas. Vidit Ramondectus Regens. Vidit Carvajal Regens. Vidit Herrera Regens. Vidit Leon Regens. Vidit Moles Regens.

Sigillata, ed a tergo. Alli Magn. Reverendi, Nobili, Spettabili, Fedeli, e cari Consiglieri nostri, Presidente, e Senatori del nostro Stato di Milano.

A N N O T.

Istos Ordines confirmavit, observarique jussit Invictissimus Imperator Carolus VI. in ejus Ordinibus datis Mediolani die 29. Octobris 1711.

1 Licet in §. *intendiamo oltraciò*, disponatur terminum anni, vel biennii ad præstandas novas defensiones currere debere à die patrati delicti, postea tamen declaratum fuit incipere debere non à die delicti, sed à die condemnationis, ut in regiis litteris diei 3. Februarii 1587., & in Ord. Senatus diei 7. Aprilis ejusdem anni.

2 Quod condemnatus admitti debeat ad novas defensiones etiam post lapsum dictum terminum, quando sententia fuit nulla tenet Ruginell. *de appellat.* §. 4. *cap* 2. *nu* 58.

3 Circa disposita in §. *oltre a tutto quello &c.* Senatus luculentissima, & solidissima responsione ad S. R. M. transmissa sub die 29. Septembris 1581. probavit justam aliquando habuisse rationem prohibendi Tutoribus, ne ipso inscio tractarent nuptias alicujus Puellæ, & dum S. R. M. nil ulterius replicavit, acquievisse censetur ad *text. in c. si quando de rescript.*, *& in c. cum teneantur de præbend.*, ut notat Sadarin. *resp.* 12. *nu.* 108.

Mognus Fossatus.

Quòd nullus delatus, aut defferendus de auxilio ad homicidium in rixa, possit posthac pœna mortis, & confiscationis condemnari.

MDLXXXII. Die vii. Maji.

1582 SÆpè dubitatum in Senatu fuit, post publicatos novissimos ordines jussu Reg. Majest. quibus Senatui eidem iojungitur, ut legum communium, ac Constitutionum Status præscripta adamussim observet in diffinitione causarum; consuetudine contraria, qualibet explosa; an qui de auxilio ad homicidium in rixa præstito culpantur, & contumaces condemnantur, possint ad pœnam mortis, & confiscationis posthac condemnari, juxta antiquum usum in hac Metropolitana, & nonnullis aliis hujus Dominii locis, qui etiam inter postrema Senatus Decreta relatus est. Cum verò jura, & rationes in utranque partem per Senatores non semel adducta, simul, & discussa fuissent; Auditusque demum unus ex Egr. Fisci Advocatis, cui munus refferendi fuerat ab eodem Senatu demandatum; quo manus extrema huic negotio, quod magni alioquin est momenti imponeretur, isque verba Decreti in titulo de pœnis, versiculo. Si quis verò auxilium, in sensum consuetudini recitatæ contrarium bifariam observasset, & quòd adversativa præcedentibus, ne dum in facto, sed etiam in jure adverseтur, (A) & quòd non possit pœna semper esse uniformis mortis, & bonorum confiscationis, ut si in Decreto legitur, juxta facti qualitatem puniendus est auxiliator, & illud dein subjecisset, quòd arbitrium Judici ad fontes puniendos concessum, ad pœnam mortis numquam extendi queat, nisi in casibus, quibus tali pœna lege communi puniri reperirentur. Jure autem

1582

tem communi inspecto, auxiliatores pœna capitis, & quæ ab illa consequitur, non damnari, nisi quando ante homicidium, vel in actu homicidii, allatum ex proposito auxilium fuisset, non etiam si casualiter, & in rixa, idque vel ex ipso etiam usu compertum, qoandoquidem de tali auxilio qui convincuntur, vel confessi verè deprehenduntur, non nisi extraordinaria pœna damnari consueverint: Dictu propterea absonum videri, quòd plus quicquàm fictæ, quàm veræ confessioni sit tribuendum. B

Sanxit Senatus inhærendo veræ decreti ipsius interpretationi, nullum de auxilio ad homicidium in rixa delatum, aut dufferendom, sive contumax fuerit, sive non, posse posthac pœna mortis, & confiscationis bonorum condemnari, sed alia infra mortem leviori, & graviori, juxta facti ipsius qualitatem, re tamen per Judices inferiores apud Curias prius proposita, & conclusa, vel cum Fiscalibus generalibus, vel Auditoribus; si minoris fuerint Magistratus, communicata: omnemque contrariam consuetudinem, & illam similiter, quam alibi inolevisse relatum est, condemnandi reos istiusmodi ad certam pecuniariam quantitatem, irritam ex nunc decrevir, ac decernit. Mandatque quibus spectat, ut hanc ipsam sanctionem in locis consuetis publicari curent.

S C H O L I A.

A De vi hujus adversativæ latè *Barbosa de dictionibus dictione* 420. *nu.* 1.
B Confessio enim inducta per contumaciam dicitur ficta *Cyriac. contr.* 227. *num.* 4. Et quod ei non sit plus tribuendum, quam veræ notat *Chartar. de execut. sententiæ capto bannito, cap. fin. num.* 142.

In materia auxilii illud observandum, quem non posse inquiri, neque puniri, nisi constet de principali delinquente, *Paris. cap.* 171. *num.* 10. *vol.* 4. nam auxilium est quid dependens à principali: & non potest quæri de dependenti, si non constat de principali, *Marf. cons.* 34. *nu.* 4. Quare ad hoc ut possit procedi de auxilio ad homicidium, debet constare à quo illud fuerit patratum, *Marf. cons.* 24. *nu.* 23., & quidem per veras probationes, & non per contumaciam, *Menoch. de arbitrar. cas.* 349. *nu.* 13.

Garonus.

Literæ pro executione præcedentibus Ordinis.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Sicuti noctes atque dies studet Senatus, ut justitia civilis, & criminalis suas obtineat partes, sic etiam providere solet, ne quis indebitè, aut severius mulctetur; animadvertens igitur in aliquibus Civitatibus abusum inolevisse in damnandis iis, qui homicidio citra animi propositum interveniunt, nec tamen principales sunt, opere pretium duxit declarare quomodo sit in his casibus procedendum, ut seriosius vi debitis ex declaratione alligata; quam vos, & successores vestri servabitis, & apud officium vestrum registrari facietis. Dat. Mediolani 10. Maji 1582.

Declaratio, quod Rationator Fisci sit conveniendus coram Egr. Capitanso Justitiæ.

SEnatus die 20. Maji 1582. referente D. Odescalco in causa Ambr. Plati Rationatoris Fisci, qui pro bonis in agro Laudensi sitis conventus fuerat actione reali à quibusdam de Micholis, declaravit eum posse declinare forum Laudense, & esse conveniendum coram Capitaneo.

S C H O L I A.

Refert *Ruginell. pract. quæst. cap.* 44. *num.* 39.

Quòd condemnationes pecuniariæ per Judices non fiant inconsulto Senatu exceptis, quæ in contumaciam fieri debent.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Quid posthac servandum sit circa condemnationes pecuniarias per Officiales omnes faciendas, ex occluso Decretu videbitis, quod vos observabitis, & ut aliis Officialibus inferioribus in jurisdictione vestra, quovismodo jusdicentibus etiam immediatè innotescat, curabitis, illud in actis criminalibus registrari faciendo. Dat. Mediolani quinto Septembris 1582.

Subscrip. Facinus.

A tergo. Egregio Jureconsulto Prætori Novariæ nostro dilecto. Et sigill.

Expedire visum est Senatui, ut certa omnium condemnationum pecuniariarum habeatur cognitio, & propterea jam statuit ut liber habeatur, in quo Secretarii hasce condemnationes, de quibus notitiam habuerint, ipsi adnotent, ut igitur omnia recto tramite pertranseant.

Mandat omnibus Jusdicentibus criminalibus,

1582 libus, ut, exceptis condemnationibus, quæ fieri debeant in contumaciam, nullam posthac aliam condemnationem pecuniariam faciant, nisi prius monito Senatu.

Quod Decretum delictorum militarium observetur.

PHILIPPUS Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux.

Dilectè noster. Ex incluso exemplo literarum nostrarum, quas ad Illustriss. Locumtenentem nostrum dedimus, cognoscetis, quæ sit mens nostra circa observationem Decreti militaris, vestræ igitur partes erunt, illud juxta mentem nostram observare. Dat. Mediolani die 20. Octobris 1582.
In calce. Landrianus.

A tergo. Egregio Jureconsulto Prætori Novariæ nostro dilecto. Et sigill. &c.

Don Sanchio di Guevarra, e Padiglia, del Consiglio Secreto di Sua Maestà, Castellano, e Governatore di Milano, e suo Capitano Generale in Italia, &c.

Ill., Rever., & Magnif. Dilectiss. nobis.

IL Re N.S. con sua lettera di 6. Giugno prossimo passato ci scrive un capitolo del tenor, che segue:

Hase visto lo que me scrivistes a los dos de Deziembre, sobre lo del Decreto militar, hecho para el conocimiento, y castigo de los delictos no militares, de entro los soldados, y naturales, juntamente con las fees de Don Antonio de Londonio, de los Doctores Alonso de Guevarra, y Alonso Lopes, que han sido Auditores del Exercito, del Veedor Diego Garcia de Padilla, y Cap. Melchior Osorio, y assi mismo lo que el Senado ha scripto en favor del dicho Decreto militar, y las fees, que ha embiado para prueva de su intento; que por ser negocio de la qualitad, que es, se ha mirado de spacio, y con mucha circonspecion, y aunque consideraciones, que vos tocais en vuestra carta ayan parescido graves, y la manera de proceder, que en esto haveis tenido conveniente a mi servicio, y por las fees de los ya nombrados, se ve a que el dicho Decreto militar no haya estado sempre en observancia, considerado por otra parte que cosa stabeliscida con tan maduro acuerdo, y tan necessaria, para reprimir la libertad, y insolencia de la gente de guerra, en que por la mayor parte suele exceder, y por satisfacion de los Subditos, que son los que de ordinario padescen, confirmada, y mandada observar tantas vezes por el Emperador mi Señor, y por mi en todas las instruciones de los Capitanes Generales d'este Exercito, y Stado, es justo que se observe, y cumpla; me ha parescido ordenaros, como por la presente os ordeno, y mando, que en todos los delictos, que no sian militares, se observe, y guarde inviolablemente el dicho Decreto militar, justa su serie, y tenor. Salvo en algunos casos, en que vos, y los Capitanes Generales nuestros, que por tiempo fueren en este Stado, y Exercito vienedes, o vieren, que de su observancia nasciesse motin, alboroto, o descontento general de toda la gente de guerra, o che estando para salir en campaña, o yr a hazer alguna facion importante, fuesse esto causa de impedir la expedicion, o quitar el animo, y voluntad con que la gente và con la tal facion, o otro caso importante a vuestro arbitrio, y de los dichos mis Capitanes Generales, en qualquier dellos, os remitto proveays que el Auditor del Campo, o otra persona eligida por vos, o por el Capitan General, que por tiempo fuere juntamente con el Potestado Juez de la tierra, donde huviere succedido el delicto de los soldados, formen el processo y le refieran al Capitan General para que con interviento y parecer de los Doctores del Consejo Secreto, se determine lo que fuere de Justitia, conforme al delicto, en lo qual como en lo demas, que se ha offrecido del servitio de N. S. y mio, soy cierto que terreis la mira que se deve, a que la gente da guerra guarde la disciplina, y orden conveniente, ny ellos, ni los subditos d'este Stado se offendan, ni agravan, antes los unos, y los otros bivan con la paz y conformidad que deven, siendo vasallos de un Señor, y que como tales deven aspirar a un mismo fin, siendo este el del servitio de N. S. y mio.

Del qual capitolo ve ne mandiamo la preinserta copia, acciocchè vediate quel che S. M. comanda, e procuriate di osservar il contenuto di esso, che per altra nostra d'oggi abbiamo ordinato il medesimo all' Auditor Generale, affine che in tutti i modi si venghi ad osservar la mente di Sua Maestà tanto espressa, siccome è in intenzion nostra. Dio vi guardi. In Milano l'ultimo di Settembre 1582.

Signat. Don Sanchio Guevarra, y Padilla.

V. Filiodonus. Subscr. Montius.

A tergo. Ill. Rever., & Magn. D.D. Præsidi, & Senatui Provinciæ Mediolanensis nobis dilectiss. Et sigill.

Decre-

Decretum in materia prohibitæ executionis, quando ad unguem non servatur forma Novarum Constitutionum. 1583

MDLXXXIII. Die x. Februarii.

CUm Aluisius Agazinus causa cognita condemnatus fuisset per D. Jacobum Brippium Jureconsultum delegatum à Senatu Excellentiss. ad expeditionem processuum veterum pendentium, propter prohibitam exequtionem, & is Agazinus conquestus fuisset de indebita condemnatione, allegando inter cœtera non servatam fuisse formam à Constitutionibus traditam, cùm nec Antianus, minusque duo testes jurati in defectu Antiani ad dictam exequutionem faciendam, quæ prohibita dicitur, intervenerint, sed solummodo Antiani famulus. Qua de re cum negotium istud ad referendum demandatum fuisset Egr. Prætori Mediolani; eoque deinde audito, & si à Fisco allegaretur inveteratam consuetudinem vigere, quòd in executionibus faciendis in defectu Antiani, vel Consulis, solent quandoque uxores, quandoque filii, & quandoque famuli intervenire. Propterea, stante dicta inveterata consuetudine, præfatam condemnationem nullo modo circumscribendam fore.

Senatus, omnibus hinc inde discussis, & maturè consideratis, censuit, præfatam condemnationem tollendam, & annullandam.

Et sigillat. &c. Landrianus.

Ordo, quod in donationibus servetur forma juramenti præscripti à Nov. Constit., & Statuto cap. 446. vol. 1.

MDLXXXIII. Die iii. Septembris.

CUm orta esset controversia inter Vener. Præpositum, & Clericos Regulares Sancti Barnabæ Mediolani ex una, & Nob. Genepriam Nigram, ac Franciscum Bernardinum Crucejum ex altera, occasione cujusdam cessionis titulo donationis factæ per Cæsarem Malettam, contra quam se opponebant inter cætera ipsi Vener. Clerici S. Barnabæ ob defectum solemnitatis Statuti *de cessionibus, & donat.*; Pars vero adversa allegabat sufficere juramentum delatum fuisse ad formam Novar. Constit.; cumque res ipsa introducta esset in Senatu, ad quem onus interpretandi Constitutiones, & Statuta spectat, & superinde auditi fuissent ipsarum partium, nec non Pomponii Vocearcæ Notarii rogati de ipsa cessione, Advocati, & visæ essent juris allegationes exhibitæ, omnibusque semel, atque iterum in eodem Ordine propositis, & discussis.

Censuit idem Senatus, statuto, de quo agitur, per Nov. Constit. *tit. de donat.* derogatum non fuisse, salvis in reliquis juribus omnium partium etiam respectu alterius observantiæ, quam, ubi subsit, tolli in futurum Senatus ipse mandat, præsensque decretum publicari vult, ita ut omnes sciant posthac & Statuti, & Nov. Constit. formam in hac materia separatim observandam esse.

A N N O T.

1 PEr Nov. Constit. *cit. tit.* non esse derogatum Statuto Mediolani sub rub. *de cession. tit. donat. cap.* 446. *vol.* 1 probat etiam Menoch. *consf.* 1077.; verum super hoc puncto ponderandus est alter ordo Senatus Excell. dici 11. Octobris 1585. *Magnus Fossatus.*

Ordo de Domibus locandis Officialibus, aliisque privilegiatis.

PHILIPPUS Dei gratia Rex, &c. Dux Mediolani.

AVendo l'Illustrissimo, & Eccellentissimo Signor Don Carlo d'Aragona Duca di Terranova &c. Governatore di questo Stato, e Capitan Generale di Sua Maestà Cattolica in Italia, confermato già per un'ordine suo di 10. del presente, il Decreto fatto da' suoi Predecessori, in materia delle Case d'affitto, a favore degli Officiali, Stipendiati, e Curiali, acciò che s'osservi puntualmente; ha pensato esser bene dichiarare ora quali siano compresi in detto Decreto, per levar ogni dubbio, e disputa, che nell'interpretazione di quello possa nascere per l'avvenire, come intende esser occorso per il passato, fin che l'esperienza non mostrerà altro in contrario.

Dichiara adunque Sua Eccellenza i compresi nel detto Decreto essere gli Officiali di Sua Maestà perpetui residenti in Milano, e che non hanno Casa lor propria. E gli Officiali dell' Esercito residenti come di sopra; e quelli delle Guardie dell'Illustriss. Governatore insieme con i Soldati di dette Guardie, e gli Stipendiati della detta Maestà, che seguitano questa Corte, ed i Curiali, che servono alla persona di S. E., e quei Nobili Spagnuoli, che per aver lungamente servito in queste parti alla detta Maestà, sono benemeriti d'ogni convenevole favore; ancora che non fossero stipendiati.

Dichiara ancora, e comanda S.E., che a niuno

1583 niuno sia lecito pigliar Case a fitto per affittarle ad altri, in pregiudizio de i sopranominati: e pigliandone, che i detti compresi siano preferiti nell'affitto: ancora che le locazioni fossero già fatte, ed avessero tuttavia a durare.

E che niuno si possa escusare dall'affittar casa ad alcuno de i compresi nel presente Decreto, se non quando in effetto vorrà ritenerla per uso suo, e non altrimente.

Il simile ancora ordina, e dichiara contra coloro, i quali per escludere alcuno de i compresi già detti, dicessero voler far vendita della casa da lui pretesa in affitto, e poi non la vendessero liberamente.

Ordina ancora, e dichiara Sua Eccellenza, che il Decreto non abbia luogo in pregiudizio di quegli altri, i quali vogliano affittar solamente la metà, o parte delle lor case, e l'altra ritenerla per suo uso, massime avendo moglie, figliuoli, e figliuole, o essendo Donne vedove.

Vuole nondimeno che i compresi come di sopra, sian tenuti a notificare presso al Magn. Capitan di Giustizia, innanzi alle Calende di Settembre le case, che pretendono in affitto; acciocchè gli abitanti di esse abbiano tempo a provedersi d'altra abitazione.

E finalmente che le differenze, che per questo Decreto possono causarsi, sommariamente, e senza lite, e processo, s'abbino da spedire, e col minor incomodo dei Sudditi, che sia possibile, e di ciò grava, ed incarica i Giudici, a' quali toccherà questa cura. In Milano l'ultimo di Settembre 1583.

Don Carlo d'Aragon.

Vidit Filiodonus. Julianus.

ANNOT.

Confirmatus fuit iste Ordo in proclamate diei 30. Augusti 1721. promulgato ex ordine Excell. Gubernatoris Comitis Hieronymi Colloredi prævia consultatione Egr. Capitanei Justitiæ tunc temporis Comitis Don Joannis Baptistæ Trotti postea Senatoris dignissimi, & demum Præsidis Supremi Consilii Justitiæ Placentiæ, & L. T. Gubernatoris Parmæ, & Placentiæ, & ex intimis Consiliariis Status S. C. C. M.

Magnus Fossatus.

Sententiæ Magistrales, à quibus non datur appellatio revideantur per Consilium Secretum adhibitis Quæstoribus, & duobus Senatoribus.

PHILIPPUS Dei gratia Rex Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, &c. Dux Mediolani, &c.

MAgn. Rev. Spectabiles, Nobiles, Docti, Devoti, Fid. dilecti, accepimus literas vestras scriptas circa dubitationem ortam in interpretatione, & intelligentia ordinum ultimo loco à nobis Senatui datorum super forma procedendi in dicto Senatu, & causis ad ipsum pertinentibus, & præcipuè in his, in quibus per dictos ordines cautum est, ut lata sententia per Quæstores, à qua ex for. Constitut. illius dominii appellare non liceat, si quis se gravatum prætendat, Gubernator dicti Status, re secum comunicata, advocet ad Consilium Secretum illum Magistratum à quo prætensum processerit gravamen, & duos Senatores à Præside Senatus eligendos, ibiq; præsente Gubernatore collectis dicti Magistratus, & duorum Senatorum, ac Consiliariorum longioris togæ, id decernatur, quòd Justitiæ videatur convenire. Dubitatio igitur orta est, an hoc in casu alicui ex Senatoribus, qui cognoscendi hujusmodi gravaminis causa in dicto Consilio convenerint, vel uni ex Magistris qui eadem de causa illuc vocati fuere incumbat in consilio onus refferendi omnem causæ statum, quo in casu quotiescunq; id acciderit, Magistratum qui prius in ea judicavit, & à quo processisse gravamen prætenditur; volumus omnem causæ statum proponere, atq; referre. Quantum autem ad secundam attinet dubitationem, an in similibus, ex eisdem actis, quibus prius judicatum fuit, iterum sit judicandum. an supplicans debeat admitti ad deducenda, & probanda nova, nec prius deducta, nec probata, super hoc statuimus, & declaramus, ex eisdem actis judicari, & definiri debere causas similes, & iis partem supplicantem ad nova deducenda, & probanda admitti non debere. Tertia autem dubitatio est an in suffragiis colligendis singulorum vota expectanda sint, an ipsi Quæstores tamquam unum corpus, unicum votum, & vocem, licet plures sint personæ, constituere debeant, & se à voto abstinere debeant Magistri brevioris togæ faciunt: Hoc autem in casu jubemus, & præcipuè mandamus, ut vota singulorum omnium Quæstorum illic congregatorum, qui in prima dictæ causæ instantia votum suum protulerunt, etiam in fecunda pro numero personarum admittantur, & quod majori parti in causa videatur, id executioni mandetur. Quarta etiam restat dubitatio, an causa in meritis revideri, vel articulus tantum revisionis discuti debeat; Quòd etiam, & si per se patere existimemus, tamen his vos admonere voluimus, de meritis tractari debere in dicto Consilio Secreto. Quæ omnia his nostris respondendo duximus. Injungentes vobis, illa in similibus quando contigerit, ita intelligatis, & exe-

exequamini, ut rem nobis gratam facturi, Dat. apud Sanctum Leurentium die decimo-octavo mensis Octobris 1583.

Signat. YO EL REY, cum signo Illustris. Cardinalis.

Vidit Come. Vidit Leon Regens. Vidit Noles Regens. Vidit Saladinus Regens. 1583
Vidit Herrera Regens. Vidit Simoneta Regens. Gaboit. Cancell.

A tergo. Magn. Rever. Spect. Nob. Doctis, Devotis, Fidelibus, dilectis Præsidi, & Senatoribus Senatus nostri Mediol., & sigillat. &c.

A N N O T.

HUnc Ordinem in eo, quod disponit ex eisdem actis in judicio revisionis judicandom esse;
animadvertit Donde. *consult.* 30. *sub nu.* 15. *versic.* *& quamvis* intelligendum esse procedere
1 solum in revisionibus petitis adversus sententias latas à Magistratibus, tractandis coram
Consilio Secreto; secus vero in revisionibus à sententiis Senatus Excellentissimi; quia
in petitione revisionis à sententiis Magistralibus arguitur injustitia ipsius sententiæ Magistralis;
in petitione autem revisionis sententiæ Senatus ab eodem revidendæ non proponitur
injustitia sententiæ, sed error, negligentia, aut circumventio adversæ partis,
2 ideoque in revisionis judicio coram Senatu licitum esse debere nova jura allegare, & probare,
& refert ita decisum à Senatu in judicio revisionis sententiæ ab eodem latæ in causa
Sclafenati, & in revisione petita à D. Commissario Generali Comite Joanne Borromæo
à Decreto Senatus facto circa suspicionem DD. Senatorum ab eodem Comite propositam.
Idem sentit Carena *resol.* 243. *nu.* 10., & in fine refert sic decisum à Senatu die 8.
Augusti 1646. referente Magnifico Senatore Petracino in causa Comitissæ Hippolytæ
Annonæ Vicecomitis, & ita pariter declaravit idem Senatus die 12. Maji 1671. in causa
vertente inter Laorentios, & Novatum referente Magnif. Comite Senatore Loaysa
quando novæ probationes tendunt ad coadjuvandas probationes jam factas; prout pari-
3 ter nunquam censentur exclusæ illæ probationes, quæ fiunt per instrumenta maximè de
novo reperta, ut non semel declaravit Senatus, & signanter pro Bossio Physico Corbettæ
die 22. Augusti 1669. referente Magnif. Comite Senatore Sicco Borella.

Magnus Fossatus.

Decrctum de causis jam delegatis, & in futurum delegandis.

MDLXXXIII. Die x. Novembris.

CUm innotuerit Excellentiss. Senatui Mediolani, multas causas, etiam capitales, quæ aliàs ab aliquibus Judicibus ordinariis, avocatæ, aliis delegatæ fuerunt, vel partium incuria, vel ipsorum delegatorum negligentia inexpeditas, & sopitas omnino remanere, idque sit omnino contra ipsius ordinis mentem, qui omnes causas, quàm celerrimè fieri potest terminari desiderat; ineundam censuit rationem, ut causæ ipsæ, tàm jam delegatæ, quàm in futurum delegandæ debitum, ac celerem finem accipiant.

Propterea tenore præsentis decreti mandat omnibus, quibus hactenus causæ delegatæ fuerunt ad instantiam partium, ut ubi sibi præsentatæ fuerint delegationis literæ cum processu, ipsas causas intra tempus ab ordinibus limitatum omnino expediant: mandatq; iis, ad quorum preces delegari causas, sive alias contigit, sive in futurum continget, ut omni diligentia curent quamprimum ab ordinariis processum habere. Quibus Judicibus ordinariis injungit etiam præfatus ordo, ut requisiti, statim (si fieri poterit) eum illis tradant, sin ita prolixus fuerit, ut describi statim non possit, diligentissimè ejus extractioni incumbant, ut eo breviori termino quo fieri poterit, eum petentibus tradant. Quo descripto, ubi ii, qui delegationem obtinuerint, eum delegato intra dies quindecim non præsentaverint, præterquam quòd declarat Senatus nullam haberi debere rationem delegationis, sive jam factæ, sive in futurum faciendæ, ac procedi, causamque per Judicem ordinarium intra tempus ab ordinibus limitatum terminari debere, perinde, ac si delegatio facta non fuisset; vult eos, ad quorum preces facta erit delegatio, incidere in pœnam scutorum decem Fisco applicandorum. Si autem delegationem, & processum præsentaverint, præcipit ipsis delegatis, ut causas ut supra terminent, & eis terminatis, processum consignent officiis Judicum ordinariorum. Quòd si ex officio avocari à Judicibus ordinariis, & delegari aliquas causas contigerit, hoc dat negotii Secretariis suis, ut intra dictos dies xv. mittant delegatis delegationum literas, quibus eis præcipiatur, ut in causis procedant, & eas expediant ut supra; præterea moneant, & excitent Fiscales Regios earum Civitatum, vel locorum, in quibus perficiendæ erunt ipsæ delegationes, ut ipsarum causarum expeditionem omni diligentia curent. Quòd si etiam acciderit aliquas fieri inhibitiones per jusdicentes majoris Magistratus Officialibus Feudatariorum, edicit præfatus ordo ipsas causas inhibitionum expediri debere termino dierum viginti, aliàs licere Prætoribus Feudatariorum procedere. Et quia quandoque Judices ordinarii allegantur suspecti, ita ut providendum sit de alio Judice, decernit, eos, qui suspectos allegabunt, debere penes unum ex Egr. Secretariis deponere pecunias dandas novis Judicibus.

Petranigra.

Decla-

1584 *Declaratio circa Ordinem diei 10. Januarii 1548.*

MDLXXXIV. Die xxxi. Augusti.

SEnatusconsulto edito de anno 1548. 10. Januarii cautum est, quòd ubi appellantes à sententiis DD. Quæstorum latis in causis onerum intra trimestre à die appellationis interpositæ provisionem non reportaverint sententiæ exequutioni mittantur.

Dubitatum fuit an S. C. istud procedat tantum eo casu quando tractatur de exequutione sententiæ condemnatoriæ ad solutionem onerum, & sic censeatur editum favore facilioris exactionis onerum tantùm, an verò generaliter intelligatur in quacunq; materia onerum, etiam liberatoria à solutione onerum, & quæ etiam inter privatos agitur, & propterea, quòd exequutioni mittenda sit sententia DD. Quæstorum lata ad favorem Magn. D. Jo. Bernardini Tornielli, in qua Civitas Novariæ condemnata fuit ad separandum æstimum bonorum per eum assignatorum Magn. J. C. D. Jo. Baptistæ Torniello ejus filio Lectori in Ticinensi Gymnasio pro eis bonis immunitatem prætendenti, an verò stante appellatione interposita nomine præf. Magn. Communitatis Novariæ supersedend. sit, tamquam quod S. C. prædictum non extendatur ad casum hunc liberatorium à solutione onerum, & prima quod ajunt facie videbatur dicendum S. C. istud tanquam generaliter loquens de causis onerum vertentibus coram DD. Quæstoribus generaliter etiam intelligi debere, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debere, vulg. juribus.

Secundo videbatur dicendum prædictum S. C. tanquam publico, & privato favore, factum in illis verbis ibi, *& sic eorum exequutiones in suspenso remanent in non parvum damnum, & præjuditium tam publicum, quam privatum*, intelligendum esse non solum quando tractatur de sententia condemnatoria ad solutionem onerum versus Fiscum, vel Communitates, sed etiam quando tractatur inter Universitates, & etiam inter privatos ipsos de sententia absolutoria, ut absolutus à solutione onerum etiam, quòd esset in possessione ea solvendi lapso trimestri ex hoc S. C. facto etiam favore privatorum, non possit molestari donec appellationis causa pendet.

Tertio, hanc interpretationem suadebat natura correlativorum, quæ est ut dispositum in uno, censeatur dispositum in altero, etiam in correctoriis, ut per *Jas. l. fin. num. 2., & seq. ubi num. 17.* dicit id etiam procedere in actore, & reo, & in pœnalibus. *C. de ind. vid. toll.*, sed ubi D. Torniellus actor condemnarus fuisset ad solutionem onerum, nedum lapso trimestri, sed etiam statim (ubi fuisset, prout est in possessione ea solvendi) sententia exequutioni demandata fuisset, ergo idem jus statuendum in Civitate Novariæ, ut condemnata ad faciendum separationem æstimi bonorum pro quibus ab oneribus D. Torniellus liberatus fuit lapso trimestri sententia exequutioni mandetur, ut per *Jas. d. num. 18.* maximè cum actor, & reus ad impar non debeant judicari, ne judicium claudicet *l. solemus de Jud. c. 2. de mut. petit. Jas. l. admonendi num. 66. in fine, ubi Rip. num. 59. 60. de jurejur.* Quibus tamen, & aliis, quæ adduci possent minimè obstantibus contrarium est dicendum jure verius esse, nempè prædictum S. C. ad casum nostrum non extendi, & consequenter præf. D. Torniellum non obstante lapsu trimestris debere perseverare in solutione onerum etiam pro bonis assignatis ejus filio Lectori in Gymnasio Ticinensi.

Quia ratio hujus S C. nulla alia fuit nisi favor facilioris exactionis onerum; videns enim Senatus impositum huic Dominio onus tercentorum mille aureorum, belloque ingravescente in dies augeri onera, pro quibus solvendis, plurimæ oriebantur quæstiones coram DD. Quæstoribus, cum plurimi immunitatem prætenderent, alii alias causas adducerent, quibus solutionem onerum effugiebant, ita ut pauperrimæ Universitates variis exequutionibus molestarentur, cum non possent Fisco onera persolvere, quorum solutionem plurimi recusarent, cautum fuit hoc S. C. ut sententiarum latarum in causis onerum, ultra trimestre non retardetur exequutio, & propterea intelligendum est S. C. de sententiis condemnatoriis ad onera, non autem de absolutoriis ab oneribus. Quòd quidem optimo probatur simili; finge enim me condemnatum ad præstandum alimenta Titio, certè hoc casu dabitur appellatio, sed non retardata exequutione, quia non obstante appellatione favore alimentorum, quæ non recipiunt dilationem, cogi potero ad eorum præstationem, *Jas. l. de alimentis num. 5. C. de transact. Gramm. cons. civil. 146. num. 14.* Quod tamen secus est in casu contrario, quia si absolutus fuero à præstatione alimentorum, quæ præstare solebam, non propterea potero præstationem hanc evitare, nisi etiam in causa appellationis obtinuero, quia inductum favore alimentorum, ut non obstante appellatione sententia exequatur, & sic quod alimenta debeantur, non debet in eorum odium retorqueri; pari ratione dicendum est, quòd licet condemnatus ad solutionem onerum lapso trimestri, ea solvere teneatur, quia onera sicut alimenta non patiuntur dilationem, & propterea in eis proceditur summariè, & executivè, *Cravet. cons. 111. nu. 1., Rol. à Vall. cons. 32. num. 5. lib. 1.* non tamen absolutus ab oneribus lapso trimestri debet immunis

ab

ab eis præservari, sed debet in solutione perseverare, donec per Judicem appellationis res fuerit decisa, quia inductum favore facilioris exactionis onerum, & favore Universitatum, quæ ubi facilius, & celerius onera exigunt à particularibus, ea etiam ipsæ Universitates celerius Fisco pendunt, non debet in eorum odium retorqueri, *vulg. l. quod favore C. de ll.* Nec obstant, quæ in contrarium adducuntur, &

Primò, quòd S. C. istud tamquam generaliter loquens generaliter etiam intelligi debeat; quia respondetur, quòd licet generaliter loquatur quo ad verba, attamen quia nulla alia ratio assignari potest huic S. C. quàm supra expressa, ea habetur, ac si in individuo expressa fuisset, ita ut etiam ex ea arguatur extensivè, *Jas. l. quamvis n. 6. C. de fideicommiss.*, *latissimè Tiraquell. tract. cess. caus. limit. 21. num. 8. 9.*, nec propterea censetur S. C. loqui generaliter, sed specialiter in casu isto *Text. in l. 2.*, *& ibi Doct. de lib.*, *& posthum. cum concordan.*, *& similibus adductis per Tiraq. de ll. connub. glos. 7. nu. 128. & seq.*, & consequenter hoc S. C. tamquam odiosum, quia contra jus commune, latè *Tiraq. de utroque retract. tit. pri. in præf. nu. 62.*, *& Cravett. cons. 30. sub nu. 2.* strictè est interpretan., ut censeatur tantum loqui secundùm terminos suprà expressos, nempè ut lapso trimestri sententia condemnatoria ad solutionem onerum exequatur, secus in absolutoria à solutione onerum, quæ non est exequenda, nisi re decisa per appellationis Judicem.

Secundo, non obstat quòd S. C. hoc tamquam factum publico, & privato favore intelligendum sit generaliter etiam in casibus, in quibus tractatur inter privatos de absolutione à solutione onerum, ad hoc ut illi S. C. verba adaptentur, quia respondetur, quòd nullo modo favor privatorum hoc casu est considerabile saltem principaliter, quia licet uni favor esset, odiosum tamen esset alteri contra quem exequeretur sententia in præjuditium appellationis; qui enim favor rationabilis privatorum considerari potest, quòd contrà privatum sententia exequatur contra alium privatum, contra expressam juris dispositionem? hujus igitur irrationabilis favoris non est verisimile quod Amplissimus hic Senatus rationem habuerit. Præterea dici potest hoc S. C. factum quidem favore facilioris, & celerioris exactionis onerum, & sic favore publico principaliter. Sed secundario favore privatorum, & ad hunc favorem fortè adaptari poterunt verba S. C. in illis verbis: *in non parvum damnum tàm publicum, quàm privatum*, ut scilicet damnum principale sit Universitatis, quæ cum non possit onera exigere, ut ea Fisco pendat multimodè exequutionibus infestatur, quæ exequutiones postea plerumque ad particulares transmittuntur pro publico debito, *Ripa l. 4. nu. 34. de re judic.*, *& de hoc damno privatorum secundario intelligendum est S. C. prout intelligit Summus Pontifex in c. quàmvis pactum juncta glos. fin. de pact. in 6.* Sed non de principali illo damno quòd ex suspensione harum exequutionum sentit res publica. Et propterea istud tamquam principale est considerabile, non id quod secundario, & in consequentiam venit *Alex. qui id pluribus probat cons. 1. nu. 26. lib. 3.*, *latissimè Jas. l. si quis nec causam ff. si certum pet.*, *& in cons. 74. instrumentum col. 2. vers. 2. principaliter*, *& seq. lib. 3.*, *& Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 30. glos. 9. num. 56.* 1584

Tertiò, non obstat quod dispositum in uno ex correlativis censeatur dispositum in altero. Et propterea quod idem jus statuendum sit contra Civitatem quæ succubuit, quòd pro ea statutum fuisset, si obtinuisset: quia istud verum, quando eadem est utriusq; correlativi ratio, secus si diversa, quia tunc dispositum in uno non censetur dispositum in altero, ut latè per *Jas. ad quem sufficiat remissio qui hoc decem similibus comprobat in l. bin. C. de indict. viduit. toll.* Quòd autem sit diversa ratio hoc nostro casu patet ex supra deductis.

Quod verò ultimo loco dicebatur per Ill. D. meum D. Relatorem semper tractari de favore facilioris, & celerioris exactionis onerum etiam quòd privatus absolvatur ab eorum solutione, quia ex ea absolutione sequitur necessario condemnatio contra Communitatem, & Universitatem quæ cogitur solvere ea onera ad quæ coactus fuisset ille particularis si condemnatus fuisset, cum sententia semper includat, & excludat, quando sequitur necesse includendum, vel excludendum, ut dicebat *Bal. l. penul. lect. 1. sub nu. 2. ff. de his qui sunt sui, uti alieni juris.* Et propterea quòd idem favor debeat tribui, eaq; exequutio concedi lapso trimestri, quando privatus absolvitur à solutione onerum, ac quando privatus condemnatur, cum utriusq; par sit ratio, quia semper sequitur condemnatio, sivè contrà privatum, sivè contra Universitatem, quia respondetur advertendum, quòd Universitas ea est quæ semper tenetur ad onera, & pro quibus semper remanet condemnata, nec Fiscus contra quempiam privatum actionem dirigit. Et propterea illa condemnatio quæ tacitè inest, & quæ in consequentiam venit contra Universitatem ex absolutoria sequuta ad favorem privati non est habenda in consideratione, quia hoc casu non militat ratio hujus S. C. quæ fuit, ne prætextu appellationis interpositæ procrastinetur solutio onerum, quæ quo citius privati solvunt in manibus Universitatum, eo etiam citius Universitates Fisco pendunt, & è diverso. At quando privati absolvuntur dispar est favor, & favoris dispar ratio, quia nec facilius, nec celerius Fiscus exigit onera, & consequenter licet ex absolutione facta ad favorem privati, includa-

Q tur,

1584 tur, & sequatur condemnatoria contra Universitatem, juxtà *alleg. doctr. Bald. l. pen. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* quia tamen in hac condemnatione, quæ contra Universitatem resultat non viget ea ratio, quæ viget quando quis condemnatur expresse ad solutionem onerum. Propterea censeo prædictum S. C. non procedere nisi quando sequitur condemnatio ad solutionem onerum, non autem quando sequitur absolutio, quia isto casu absolutus, non potest etiam lapso trimestri (quando est in possessione onera solvendi) exequutionem sententiæ consequi, nisi re decisa per Judicem appellationis; quæ tamen dicta sint salvo &c.

Jo. Franciscus Catius J. C., & Civitatis Novar. Orator.

PHILIPPUS Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster &c. Audivit Senatus noster, quæ opposuit Nob. Jo. Bernardinus Torniellus adversus preces istius Civitatis in controversia inter eas partes vigente super interpretatione Decreti à Senatu nostro editi anno 1548. 10. Januarii de non retardandis ultra trimestre à die appellationis exequutionibus sententiarum Magistratus nostri Ordinarii in causis onerum, cujus Decreti declarationem Civitas petiit, omnibus autem maturè consideratis, venit ordo ipse in hanc sententiam, ut dictum Decretum non se extendat ad casum, de quo inter partes prædictas agitur, & de quo in ipsis precibus, & responsione, quas ad nos misisti inclusa literis tuis diei 4. hujus mensis. Nos igitur Senatus sententiam probantes tibi mandamus, ut juxta illam serves, & servari facias. Mediolani die ultimo Augusti 1584.

Subscrip. M. Antonius Marlianus.

A tergo. Nob. Viro Refferendario Novariæ nostro dilecto.

Decretum in favorem condemnationum factarum contra condemnatos in contumatiam.

Prætori Mediolani.

Dilectè noster. Animadvertit Senatus fieri excessus per aliquos in formandis inquisitionibus, & condemnationibus, ex quibus persæpè subditi ultrà quàm par est, gravantur, præcipuè contumaces; Itaq; volens huic abusui occurrere; duxit scribere omnibus rerum criminalium Officialibus, ut benè advertant, ne contumaces damnent majore pœna, quàm damnarentur, si præsentes fuerint, & contenta in inquisitione faterentur, neve procedant ad Inquisitiones formandas, vel Reos criminum constituendos, nisi præcedentibus legitimis inditiis juxta juris dispositionem: monitos tamen Officiales esse vult, tàm Regios, qui Urbibus tamen jus non dicant, quàm Feudatariorum, ut quandocunque à pœna criminum ordinaria abstinen. putaverint ob causas aliquas jure delictum minuentes, pœna extraordinaria Reos non condemnent, quàm consuluerint Officialem Civitatis, cui subsunt super pœnæ qualitate, cujus votum deinde, & expectare, & sequi teneantur. Ille verò intrà dies sex à consultationis præsentatione cum Curia deliberare, & scripto respondere jubetur. Quod si non fecerit, moneatur Senatus à consulente Officiali, ut opportunè providere queat, sic igitur servabitis, & has nostras registrari faciatis, & ut vestris successoribus in officio innotescant. Dat. Mediolani die 22. Octobris 1584.

Sign. Facius.

A tergo. Egr. J.C. Prætori Mediol. nostro dilectissimo, & sigill. &c. Fabritius Ferrarius publicus Mediol. Not. Act. in Prætorio Mediol. pro fide subscripsit &c.

Ordo in materia prohibitæ exequut., & prioris evaginationis.

PHILIPPUS Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.

1585 Dilectè noster. Propositis in Senatu nostro duabus dubitationibus vestris, altera de eo, quid servandum sit cum non constet in rixa quis prior ensem evaginaverit, altera, quomodo procedendum sit contra prohibentes exequutiones quando non adest copia testium, omnibusque diligenter consideratis.

Venit is ordo in sententiam, ubi non constet de primo evaginante neutram partem condemnandam esse in pœnam primæ evaginationis, de prohibita verò exequutione procedendum esse contra delinquentes ubi adsit depositio unius testis ultra familiæ relationem, sic igitur exequamini. Dat. Mediolani die 30. Martii 1585.

Signata Marcus Antonius Marlianus pro Domino Crucejo.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Alexandriæ nostro dilecto, & sigillata &c.

ANNOT.

A N N O T.

OB incertitudinem delinquentis non esse locum pœnæ corporali, secus vero pecuniariæ 1585
1 tenent Clar. §. *fin. quæst.* 60. versic. *vidi ego*, & Caball. *var resol. crim. lib.* 2. *cas.* 230., con-
2 trarium tamen esse magis conveniens æquitati, ut tali casu nulla imponatur pœna, probat Calvin. *de æquit lib.* 2. *cap.* 129., qui *nu.* 18., *& sequ.* testatur sic servari ab Excell. nostro Senatu.

Super hoc puncto Menoch. *de arbitrar cas.* 394. *nu.* 43., *& sequ.*, & præsertim in *addit. ad eundem*
3 *casum nu.* 21. aliam adducit distinctionem; ut nempe in casu incertitudinis delinquentis non sit locus pœnæ ordinariæ; secus vero extraordinariæ; verum hanc pariter distinctionem rejicit Calvin. *ubi supra nu* 21., *& sequ*; cum melius sit nocentem dimittere,
4 quam Innocentem condemnare *ad text. in l absentem ff de pœnis*; & quia ignorato quis fuerit prior in ponendo manum ad arma, deficit qualitas prioritatis, quæ est objectum pœnæ Proclamatis; ideoque omnes impuniti evadere debent Magnif. Senator Bonettus *de armis cap.* 16. *sub nu.* 68. in fine versic. *igitur*.

An, & quando incertitudo delinquentis faciat omnes absolvi, vel pœnas minorari, latè exa-
5 minant Farinac. *de pœnis temperan. quæst.* 96 *nu.* 14., *& sequ.*, Tusc. *litt. I. conclus.* 67. *nu.* 7., Giurba *cons.* 2. *nu.* 2, *& sequ.*

Quando cum depositionibus Satellitum concurrit depositio Testis fide digni, tunc Satellites
6 dicuntur Testes idonei, ut post Mascard. *de probat. conclus.* 289 *nu* 6. *lib.* 1., & Farinac. *de testib. quæst* 56. *nu.* 395., *& cons.* 100. *nu.* 20. *lib.* 1., firmat Conciol. *resol. crim.* verbo *Birraarius resol.* 4. *nu.* 7.

Magnus Fossatus.

Ordo favore Carceratorum.

PHILIPPUS, &c.

DIlectè noster. Visa inclusa supplicatione fratrum Cruceorum, mandamus vobis, ut non permittatis à Supplicantibus, vel aliis carceratis, aliquid exigi, si victum, vel lectum non habuerunt, nisi id quod pro custodia in Constitutionibus permittitur. Mediolani xx. Septembris 1585.

Signata Landrianus, & sigillata &c.

A tergo. D. Vicario Justitiæ nostro dilecto.

Literæ Excellentiss. Senatus, quòd donationes valeant, licet in eis appositum sit tantummodo juramentum ex forma Novar. Constitut. requisitum.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecti nostri. In controversia pendente inter Fiscum nostrum, & Nob. Alphonsum Vicecomitem, in qua apprehensis nomine Fisci nonnullis bonis qu. Nob. Petri Francisci Vicecomitis ejus patris ob condemnationem scutorum duorum mille, eisq; ad cridas positis, & facta per ipsum Alphonsum contradictione, exhibitoq; instrumento donationis à patre sibi factæ de omnibus bonis confecto die xxi. Martii MDXIV. oppositum fuit nomine Fisci donationem ipsam non valere, & sustineri non posse, ea præsertim ratione quòd in instrumento superinde confecto appositum fuisset tantummodo juramentum ex forma Novarum Constitutionum requisitum; omisso altero ex dispositione Statutorum sub titulo de donationibus requisito. Lectis coram Senatu nostro literis vestris diei decimi noni Augusti proximè præteriti ad nos ea de re datis, quibus ejusdem ordinis sententiam, cum agatur de interpretatione Statutorum, & Constitutionum requisitis, & excitato rursus uno ex Fiscalibus, qui opponeret si quid haberet opponen. ac omnibus denique diligenter, & maturè perpensis. Censuit Senatus eam donationem, & alias ejusmodi valere, & sustineri debere non obstan. objectis, & ideò apprehensionem nomine Fisci nostri de dictis bonis factam fieri non potuisse in præjudicium ipsius donationis, & propterea revocandam esse. Quam sententiam nos quoque probantes eidem decernimus, & declaramus: vobisq; mandamus, ut juxta illam exequamini. Dat. Mediolani die xi. Octobris 1585.

Signat. Octavianus Robius.

A tergo. Spectabili, & Egregiis Jurisconsultis, ac Nobilibus Viris Præsidi, & Quæstoribus Redditutum Extraordinariorum Status Mediolani nostris dilectis, & sigillat. in cera rubea sigillo Reg. Duc. more solito.

S C H O L I A.

HUjus declarationis non habuit notitiam *Menoch. cons.* 1077. ubi contrarium tenet, motus potissimum alia ordinatione facta die 3. Septembris 1583., quæ ibi recitatur, non erat tamen destitutus ratione; quòd scilicet lex antiqua non censetur correcta per novam, quando utraque tendit ad eumdem finem.

Garonus.

A N N O T.

DUbitari potest an per hanc declarationem Senatus Excell. dici debeat abrogatus alter Ordo diei 3 Septembris 1583. emanatus super eadem materia; tum quia nulla adest
1 clausula derogatoria alioquin necessaria, ut lex posterior corrigat præcedentem ad tra-

1585 dita per Tusc. *lit. L. conclus.* 260., Caball. *resol. crim. cas.* 2. *nu.* 7., Alvarez de Velasc. *tract. de Jud. perfec. rub.* 9. *annot.* 2. *nu.* 9., *& sequ.*; tum quia in dubio lex posterior est interpre-
2 tanda, ut potius declaretur, distinguatur, aut limitetur per præcedentem; quam quod præcedens per posteriorem tollatur, & corrigatur, quando utraque potest stare, & simul concordari Altograd. *cons.* 83. *nu.* 87., *& sequ. lib.* 1., Sanfelic. *decis.* 393. *nu.* 9., Alvarez de Velasc. *cit. tract. d. rub. annot.* 3. *nu.* 28., *annot.* 8. *sub nu.* 3, *& annot* 12. §. 1. *nu.* 8.

Conciliari autem uterque Ordo sic posse videtur; quod nempe si in donatione bonorum
3 nulla adsint credita, tunc sufficiat juramentum præscriptum à Nov. Constit. *tit. de donat.*, & sic habeat locum iste Ordo, quia nullis existentibus creditis deficit subjectum, super quo cadere possit juramentum præscriptum à statuto *cap.* 446. *vol.* 1., nimirum quod donans sit verus creditor; si verò in generali donatione bonorum reperiantur etiam
4 credita, tunc requiratur utrumque juramentum, & sic procedat alter Ordo, quia tali casu adest subjectum, super quo verificari queat utraque species juramenti; & hanc conciliationem insinuare videtur Magnif. D. Comes Regens Caroell. *disquisit. jurid. pag* 95. *à nu.* 1. *ad* 10.

Magnus Fossatus.

Decretum effectus ut Cridæ non præjudicent nondum natis.

PHILIPPUS Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux &c.

DIlecti nostri. Cum in causa contradictionum factarum superioribus annis proclamationibus factis de more, pro bonis Marchionis Jo. Mariæ Malaspinæ, ex Marchionibus Castri Prægolæ, & pertinen. Cameræ Reg. hujus Dominii confiscatis literis vestris diei 5. Martii anni 1582. Senatum nostrum super hoc articulo consulueritis, num Cridæ factæ respectu confiscationis bonorum præjudicare habeant Anton. dicti Marchionis filio, tunc temporis non nato, quemadmodum ex parte agentium ipsius tunc non nati, qui pro eo contradixerunt, contenditur, eas non præjudicare, etiam non obstante, quòd antequam nasceretur hic, conceptusve esset, lapsa essent tempora ex cridis ipsis limitata, & multa jura, & juris allegationes, tàm ex parte dicti Antonii, quàm Fisci nostri producta fuissent, eaque omnia etiam ad præsentiam ejusdem Fisci ad hæc specialiter citati in ipso ordine relata, & diligenter excussa fuissent, dictum fuit, vobis rescribendum esse, prout nos rescribimus, & dicimus hujusmodi cridas nondum natis non præjudicare. Proinde vobis mandamus, ut juxta hoc Decretum; Quod etiam in similibus cæteris causis servari volumus, justitiam faciatis. Dat. Mediolani 19. Octobris 1585.

Sign. Petranigra.

A tergo. Spect., & J. C., ac Nob. Viris Præsidi, & Quæstoribus Redditum Extraordinarior. Status Mediol. nobis dilecti.

S C H O L I A.

HOc Senatusconsultum recitat ad verbum *Petra de fidcicom. q.* 11. *nu.* 623. eamdem mentem fuisse Magistratui testatur *Bosr. in tit. de procl. quod fit bon. publ. n.* 11. *vers. sed adverte*, cui subscribunt Senatus Casalensis, ut testatur *Surdus decis.* 151. *nu.* 15., *Raud. de analog. cap.* 34. *nu.* 320., *Riminald. Jun. cons.* 564. *n.* 38., ubi respondet rationibus allatis per Alciatum, *cons.* 138. *lib.* 5.

Hoc intelligas, quando aderat qui poterat contradicere, & non contradixit, ne ejus negligentia noceat aliis: si etenim contradixisset, & fuisset exclusus, sententia noceret etiam non natis.

Garonus.

A N N O T.

CRidæ non præjudicant non natis, quando nulla facta contradictione bona transierunt
1 in Fiscum; secus vero quando facta contradictione per aliquem ex vocatis ad feudum, vel fideicommissum conservatorium, bona acquisita sint ipsi contradicenti; nam tali casu filios condemnati postea natos non revocare dicta bona per contradicentem acquisita probat Beretta *cons.* 20. *nu.* 15., *& cons.* 51. *nu.* 12.

Quod Cridæ non præjudicent non natis, procedit non solum quoad Cridas fiscales, ut in hoc
2 Ordine; verum etiam quoad Cridas provisionales, ut firmat Giulian. *de bonis ad Crid. ponend. cap.* 21. *nu.* 295.

Magnus Fossatus.

Ordo circa modum sedendi in visitatione Carceratorum.

MDLXXXV. xvi. Decembris.

FActo verbo in Senatu Mediolani, quomodo in visitatione Carceratorum facienda, sedere debeant Magn. D. Proprætor, & Projudices, & Fiscales, & Protectores, & habita super hoc negotio opportuna consultatione.

Censuit Senatus à parte dextera sedere debere Magn. D. Proprætorem; postea DD. Fiscales tam longioris, quam brevioris togæ; deinde Protectores togatos; à parte vero sinistra omnes quatuor Projudices ordine suo, deinde Protectores brevioris togæ sine præjuditio partium in petitorio.

Petranigra.

ANNOT.

A N N O T. 1586

ALius sedendi modus in hisce visitationibus Carceratorum præscribitur à Senatu Excellentissimo in Ord. diei 6. Maji 1684.

Quòd imputati de delatione Armorum prohibitorum post decessum Gubernatoris, & antequam publicentur Cridæ confirmatoriæ in loco delationis, non molestentur.

PHILIPPUS Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Considerata inclusa supplicatione Jo. Francisci Trotti, mandamus vobis, ut, ubi in facto verum sit, quòd delatio sclopi de qua agitur, successerit post mortem Ill. Marchionis Ayamontis Locumtenentis nostri, tempore quo Cridæ confirmatoriæ, adhuc in ista Regione publicatæ non fuerant, nullam ulteriorem supplicanti molestiam eam ob caussam inferatis. Mediol. die xxvii. Junii 1586.

Prætori Gremiaschi. Crucejus.

A N N O T.

PRoclamata S. E. finito tempore ejus gubernii adhuc durare per bimestre absque alia confirmatione, post varios casus, declaravit Senatus Excell. in casu cujusdam Valesani capti in loco Domus Ossulæ anno 1670. die 9. Julii referente Magnif. D. Senatore Menochio. *Mognus Fossatus.*

Declaratio circa tempus admittendi ad novas defensiones.

MDLXXXVII. Die vii. Aprilis.

EXcellentissimus Senatus Mediolani, tenore præsentium notificat omnibus, & singulis, quorum interest, Catholicam Majestatem D. N. per suas literas diei tertii Februarii proximè præteriti scriptas ad Illustrissimum, & Excellentissimum D. Terrænovæ Ducem hujus Dominii Gubernatorem, & ab Excell. Sua ad ipsum Senatum missas, declarasse, tempus præfixum iis, qui contra aliquam condemnationem corporalem se ad novas defensiones admitti postulant, incipere debere à die condemnationis sequutæ, non autem à die commissi delicti. 1587

Landrianus.

A N N O T.

PEr hunc ordinem corrigitur dispositio Regii ordinis Tomanensis diei 17. Aprilis 1581.
1. §. *intendiamo oltra ciò &c.* superius impressi, præscribentis tempus ad petendas novas defensiones incipere debere à die patrati delicti.
In Curia Egr. D. Capitanei Justitiæ de mense Maji anni 1664. in causa cujusdam Radaelli, qui
2. se consignavit eadem die, qua fuit bannitus, declaratum fuit purgasse moram, & non esse admittendum ad novas defensiones; sed examini subjiciendum, ac si non esset condemnatus, quod votum Curiæ per Senatum Excell. fuit confirmatum, ut ex actis Notarii Ronchi. *Mognus Fossatus.*

Ordo, ut super cognitione rititudinis Capturarum locus sit præventioni inter Judices ordinarios, & Protectores Carceratorum.

MDLXXXVII. Die iv. Junii.

CUm propositæ fuissent in Excellentissimo Senatu Mediolani preces Antonii Bitii carcerati ex causa debiti, quibus contendebat exceptionem sexagenariæ ætatis utpote concernentem rititudinem capturæ cognosci debere per DD. Protectores Carceratorum, prout cognitam jamdudum fuisse afferebat, sed ejus difinitionem impeditam Senatus ejusdem rescripto, donec & votum, & voti rationes ad Senatum perscripsissent; jussit idem Senatus, ut ad unum ex Magnificis Senatoribus vocarentur DD. Protectores, & etiam DD. Abbates Mercatorum, ac Galeotus Arlunus adversarius, qui coram eo deducerent quidquid voluissent super dicto puncto ad effectum, ut iis & aliis, quæ per eundem Senatorem visa, & considerata fuissent, relatis, ac maturè discussis posset opportunè decerni, tàm in casu proposito, quàm in cæteris omnibus, qui posthac se se obtulerint, & controversiæ orientes super Judicium ordinariorum, & dictorum Protectorum potestate tandem præcidantur. Cum verò eam in rem incubuisset idem Magnif. Senator, in mediumque attulisset Statutorum hujus Civitatis dispositionem, potissimum in cap. 252., & 254., Novarum Constitutionum, & postremi Senatusconsulti editi anno 1554. inter novos Ordines relati; dein responsa per dictum Arlunum, ac supplicata per DD. Protectores, punctumque hujus, ac aliarum consimilium difficultatum à sola rectitudinis, rititudinisve distinctione, veraque horum terminorum

1587 rum cognitione pendere ostendisset, quo maturior, & plena magis deliberatio fieret adhuc super ea re cogitandum statuit, omnibus autem in Senatu denuo propositis, & discussis:

Censuit is Ordo rectitudinis cognitionem ad Judices quoscunque ordinarios pertinentem, qui capturas contra debitores decernunt, ne dum causæ Justitiam, idest veri debiti existentiam continere, sed etiam rititudinem, hoc est ejus solemnitatem tam in captura ipsa decernenda, quam in ea ad exitum per Apparitores perducenda. Rititudinis vero, quæ Protectoribus quoque concessa est, nihil cum Justitia causæ commune habere, sed solis nullitatibus contineri, quæcunque illæ sint, etiam quæ ex personæ inhabilitate fierent, ut in occurrenti casu Bitii propter sexagenariam ætatem. Verum rem ita temperandam, ut si unus aliquis in cognitione alicujus nullitatis prævenerit, alius ab ea cognitione abstineat, & prævenisse intelligatur Judex ordinarius etiam eo casu, quo constaret de tali nullitatis exceptione ante decretam capturam cognovisse; salva semper Protectoribus facultate obeundi id, quod sui muneris est præcipuum, curandi scilicet summo studio ut, quæ favore Carceratorum constituta sunt, ab aliis quoque Judicibus serventur ad unguem, & alia præterea exequendi, quæ sibi per Statuta concessa sunt, quatenus tamen præmissis non adversentur, & in viridi sint observantia.

Mandandum propterea esse, quibus spectat, ut ita posthac observent, & quod pertinet ad casum Bitii mandat eisdem Protectoribus, ut super allegata ætatis exceptione, quod juris fuerit, decernant.

Petrapigra.

A N N O T.

1 CAsus, in quibus bæc rititudo considerari potest, enumerantur à Ruginell. *pract. quæst. cap.* 39 *num.* 39., & ab Oldrad. *de liter. & mand. Princip. prælud.* 7. *sub. num.* 203. versic. *veluti quando*.

Si oriatur disputatio super rititudine capturæ, interim debitor potest dimitti sub fidejussio-
2 ne, ut post Trentacinqu *lib.* 3 *var. resol. tit de solut. resol.* 10. *num.* 21. firmat Calvin. *de æquit. lib.* 1. *cap* 97. *num.* 21., & ex dispositione Statutorum Mediolani *cap.* 154. *lib.* 2.

Super cognitione rititudinis esse locum præventioni inter Protectores Carceratorum, &
3 Judices Ordinarios cavetur etiam in alio Ord. Senatus diei 2. Junii 1610., ut notat Oldrad. *de liter. & mandat. Princip. prælud.* 7. *sub nu.* 203.

Quando capturæ sunt minus rite executæ, non solent dari literæ à Senatu Excell., ut con-
4 stito de bono jure Judex eam capturam nullam confirmet, ut notat Oldrad. *sub d. nu.* 203. versic. *unde quando*.

Magnus Fossatus.

Depositum non esse faciendum à Paupere petente revisionem.

1588 DEpositum à Nov. Constitutionibus desideratum, dum petitur revisio sententiæ per Senatum latæ, non esse faciendum à paupere, censuit Senatus die 27 Julii 1588. in causa Equitis Arcimboldi contra Joannem Arcimboldum.

A N N O T.

IN casu cujusdam miserabilis Mulieris Senatus Excell. anno 1666. die 12. Februarii re-
1 ferente Magnifico Com. Senatore Siccoborella admisit petitionem revisionis sine deposito, sed præstita juratoria cautione, & jure merito Senatus usus est hoc remedio, ne Pauperes ob impotentiam faciendi depositum priventur benefitio revisionis; communiter siquidem receptum est juratoriam cautionem esse à jure introductam ad re-
2 parandum damnum, quod Pauperibus contingere posset ob impotentiam præstandi cautionem à lege, vel statuto requisitam, Bald. *in l.* 4. *n.* 8. *C. de usufruct.*, *& in c. coram* 9. *de offic. deleg.*, Rol. à Val. *cons.* 43 *n.* 46., Surd. *decis* 141. *n.* 4. *&* 5.; hinc requisita in aliquo
3 casu fidejussione, si eam quis præstare nequeat ob ejus paupertatem, admittitur ad juratoriam cautionem, & per eam satisfacit obligationi, vel legi, aut statuto requirenti fidejussionem *textus est in Authen. generaliter C. de Episcop. & Clericis*, *in l.* 2. §. *omnes vero*, *C. de assertione tollen. in Authen cui relictum*, *C. de indicta viduit.*, & Glos. *in l* 1. *in verb. fidejussoribus ff. qui satisd. cogant.*, & firmant Marsil *de fidejussor. n.* 166., Jas. *in l.* 1. *n* 23. *ff. qui satisdare cogant.*, Hering. *de fidejussor. cap.* 18 *n.* 89., Seraphini *de privileg. juramenti privileg.* 18. *n.* 1. *&* 37., Beninc. *de paupertat. speciali* 8. *in judic. n.* 34., *& speciali* 7. *in ult. volunt. n.* 12., *& sequ.*, & alii pœnes Salgad. *labyrint. credit. par.* 1. *cap. final. sub n.* 10., & in terminis *Authent. quæ supplicatio*, *C. de precib. Imperat. offerend.* præscribentis præstandam esse fidejussionem à Parte Victrice, quæ petit executionem rei judicatæ, pendente supplicatione per con-
4 demnatum interposita, si agatur de Paupere, qui nequeat dare fidejussorem, admittitur ad juratoriam cautionem, ut tradunt DD. pœnes Ab Eccles. *observat. forens.* 196. *n.* 7., & Salgad. *d. cap. final. n.* 18, & tanto magis in casu Novar. Constitutionum debet admitti juratoria cautio loco depositi, si agatur de paupere, qui eum facere nequeat,
5 quia depositum in casu petendæ revisionis præscribitur simpliciter, & per consequens non inducitur forma, nec præcisum, & specificum adimplementum, nec nullitas actus sine tali requisito gesti Jas. *in l. patre furioso. col.* 3. *ff. de his qui sunt sui*, *vel alieni jur.*, Eugen. *cons.* 19. *n.* 29., Gutierez *de tutel. cap.* 11. *n.* 37., ut enim inducatur forma, requiritur
6 clausula annullativa actus aliter facti *textus in l. fin. versic. huic adjicimus functionis. C. de sentent. ex breviloqu. recitand.*, *& in c. dilecto. versic. nisi forte. de præbend.*, *& dignit.* Bald. *in*

l. 2.

l. 1. n. 2. ff. de libert. & posthum., Alex. *cons.* 23. *n.* 3. *lib.* 4., Jas. *in l.* 1. *lect.* 2. *n.* 77. & 78. *C. de summa Trinit.*, & *in l.* 5. *n.* 18. *C. de legib.*, Vela *dissert.* 21. *n.* 36. *tom.* 1., & alii pœnes Salgad. *d. cap. final. n.* 38. 1588

Mognus Fossatus.

Capitoli contra il Custode delle Carceri della Malastalla.

MDLXXXVIII. Die Martis xxiii. mensis Augusti.

PRima, che detto Custode non possi proibir alli Carcerati, che non mandino a pigliar il loro vivere dove vogliono per maggior loro utilità.

Secondo, che detto Custode non solo non possi proibir, che alla ferrata delle Carceri si tratti, e porti le cose necessarie per servizio de' detti Carcerati, ma che anco occorrendo volersi far portar in dette Carceri matarazzi, overo altre cose necessarie, e bisognevoli alli Carcerati, le introduca senza pagamento alcuno, e parimente le lasci portar fuori ad ogni richiesta de' detti Carcerati, senza impedimento alcuno.

Terzo, che detto Custode non possi pigliar da quelli, che dormono nella camera da basso più de soldi duoi per notte per ciascun Carcerato, dandogli però letto buono, e fornito; ed a quelli che dormono negli altri luoghi, salvo come da basso, non gli possa pigliar oltre soldo uno, denari sei, dandogli letti, e come sopra, e non dando letto fornito come sopra, non possa esso Custode pigliar da' detti Carcerati tanto che dormiranno nella camera, quanto negli altri luoghi da basso più che un soldo per ciascuna notte.

Quarto, che detto Custode non possi pigliar da quelli, che dormono nell'Infermaria più de duoi quattrini per notte da cadauno prigione, ed il resto si scoda a benefizio di detta Infermaria.

Quinto, che detto Custode non possi pigliar da quelli, che dormono nel luogo nominato solar de' pomi se non quello sarà ordinato da' detti Illust., e Molto Magn. Signori Protettori.

Sesto, che detto Custode abbi dar' ai detti Carcerati il pane, vino, carne, ed altre vittovaglie buone all'arbitrio del Sig. Rettore della casa, il qual ancora abbi autorità di moderare li prezj se alcuno prigione si dolerà.

Settimo, che detto Custode non possi lasciar entrar in dette Carceri, nè in cucina alcune Donne sotto qualsivoglia pretesto senza licenza del Sig. Priore, overo del Sig. Rettore.

Ottavo, che a tutte le Congregazioni solite de' detti Signori Protettori abbi sempre esso Custode d'esser assistente per ogni bisogno, ed alle visite degl'Illust. Signori Senatori. Sia ancor obbligato provedere de' Fanti, acciò li Carcerati possono venir al luogo della Visita, ed il medesimo abbi a far ogn'altro bisogno a richiesta de' detti Signori Protettori.

Nono, che detto Custode non possi accettar alcun sequestro nè civile, nè criminale contra prigioni, se non è in scritto, e subito ne abbi far memoria al suo libro, e darne avviso al Cancelliero de' detti Signori Protettori.

Decimo, che non possi metter ferri a prigioni, nè metterli in camuzoni senza commissione de' detti Signori Protettori, non avendo ordine in scritto dalli Signori Giudici, del qual ordine avendolo ne dii avviso al Sig. Priore, overo al Sig. Rettore della Casa.

Undecimo, che detto Custode non possi pigliar alcuna cosa per consegna da' miserabili, e dagli altri se non soldi cinque per caduno, e non più.

Duodecimo, che detto Custode abbi tener ferrata la porta grande delle Carceri quando si celebra la Messa, e si fa la Congregazione.

Decimoterzo, che detto Custode si possi far pagar dalli Carcerati, dentro de quindeci giorni dopo che saranno carcerati, e non pagando, che sia lecito al detto Custode far metter detti prigioni, quali non pagaranno, nel solar de' pomi con licenza del Sig. Priore, o del Sig. Rettore, e non altrimente.

Quartodecimo, che detto Custode possi di giorno tener serrato tutti gli uschj delle prigioni, senza contradizione alcuna, eccetto quello della camera della Stuffa.

Quintodecimo, che detto Custode non si possi partir dalla presente Città di Milano senza licenza in scritto, o almeno a bocca del Sig. Priore.

Sestodecimo, che detto Custode sia obbligato far tener netto, e spazzato il pozzo, e mantenerli la catena per cavar l'acqua ancora a servizio delli prigioni, ed ancora sia obbligato far portar fuori delle dette prigioni, e corte d'essa tutto il rudo, e farle tener nette una volta ogni mese, ed aver cura della cisterna di dette prigioni, il tutto a sue spese.

Decimosettimo, che detto Custode non possi pigliar da quelli, quali fanno sequestrar prigioni per debito più de soldi cinque per qualunque sequestro.

Decimo ottavo, che l'interpretazione di tutti li presenti capitoli spetti alla Congregazione de' detti Signori Protettori; la qual ancora abbi autorità di ampliar, e sminuir detti capitoli, secondo che alla giornata parerà espediente a' detti Signori Protettori, e di condennar detto Custode in caso della contravenzione de' detti capitoli, o d'alcuni d'essi fino alla somma de scudi dieci d'oro

per

1588 per cadauna volta d'esser applicati a beneficio del detto Luogo Pio della Malastalla.

Dichiarando, che per li presenti capitoli, non s'intenda fatta alcuna derogazione ad altri ordini, quali esso Custode sia tenuto servare, e che detto Custode abbi da giurar avanti detti Signori, e nelle mani del loro Cancelliere di servar detti ordini, e capitoli, ed abbi da dare la debita figurtà in Magistrato, conforme al solito non avendola data.

Prior, & Protect. Carceratorum Mediol.

Anaxarchus Ripa Cancell.

ANNOT.

Renovatus fuit in Ord. diei 16. Februarii 1669.

Debitoris inopis privilegia.

JUre communi constitutum est, ut pro debito privato carcerari possit debitor, si condemnatus fuerit, & facta bonorum discussione alius solvendi modus non reperiatur l. 1. in fin. C. de cessio bono. Glos. & Bart. in l. 3. paragr. Tutores ff. de susp. tut. tradir. Jas. in l. à Divo Pio paragr. in vendit. num. 1. ff. de re jud. & est receptissima opinio, ut videre est apud Did. lib. 2. var. resolur. cap. 1. num. 2., Brun. de ces. bo. q. 76. nu. 2. quartæ quæstionis principalis, cum pluribus aggregatis per Moder. apostill. ad Statutum Mediol. 167. ubi fallentiæ subjiciuntur, sed hæc juris communis sanctio correcta est per dict. Statutum, & per Novas Constitutiones in tit de con. & prohib. execut. quibus prohibetur nequis pro debito privato carceribus mancipetur, nisi in casibus ibi exceptis. Et in dict. scholiis nu. 32. 33. an in his casibus servandus sit idem ordo juris communis faciendæ excussionis, & concluditur servandum non esse, & ita usu receptum. An autem in eisdem casibus quibus per statut. conceditur, ut quis possit carcerari, bonorum cessione carcer evitari poterit, Bal. quod sic in l. 1. sub nu. 3. C. qui bo. ced. poss. Ang. contra quem sequitur Castr. in l. aliam parag. Eleganter in fin. Et ibi Alex. num. 13. 14. ff. solut. matr. Apostil. ad Bal. ubi supra, cum verba non sint prægnantia sequerer opinionem Baldi longè æquiorem, & in specie legum nostrarum veriorem, posteaq; facta sunt ad mollien. rigorem juris communis, undè non debent contrarium operari, & hanc etiam tuetur Brun. in tract. de ces. bon. in 3. qu. prin. distinguens inter statutum simpliciter disponens, quod debitor carceretur, & illud quod progrederetur ulterius, ut per eum.

Si conveniret debitor, ut posset carcerari non valeret conventio. Ita se habet communia opinio uti testatur Rip. in l. Generali nu. 24. & seq. ff. de pign. & ibi rationes innectit, quod non sit quisquam Dominus membrorum suorum, quod sit quædam species servitutis, quæ in homine libero non conceditur, & quod juris ordo pervertatur, Rom. nu. 7. & Imol. in dict. parag. Eleganter, ubi limitant in casu à jure permisso. Fely. in cap. Ex rescripto nu. 13. de jurejur. Did. ubi supra sub nu. 7., & latè Brun. de cessio in q. principali 21. nu. 14. seq. Gasp. de debit. inop. cap. 1. nu. 26. & 37., Cott. in memor. in verbo debitor 2. etiamsi jurata sit, uti de magis communi testatur Alciat. in cap. cum contingat nu. 81. de jurejur. & Doct. in allegatis locis, quicquid aliter teneant Did. ubi supra, & Anch. reg. in q. 3. lib. 1. alios concordantes pro communi citat. D. Moder. in Scoliis ad d. statutum 167. nu. 21. seq. Multo minus autem valeret si auctoritatem hanc conferret in creditorem, vel de privato carcere concluderet, ut habetur in dictis locis.

Eisdem rationibus decisum est non valere pactum, ne liceat cedere bonis, quia per interdictum concludit, quod debitor ad carceres se obliget, cum proditum sit remedium cessionis ad carceres evitandos. Ità concludunt Bart. & pleriq; alii in d. parag. Eleganter Cyn., & Saly. nu. 9. in d. l. 1. C. de his qui bo. cæd. pos. Doct. in cap. Odoard. de solut. Did. cap. 1. nu. 7. lib. 2. var. resol. Rip. in d. l. generali nu. 30. & seq., Brun. in d. q. 11., Boss. de car. fid. relax. nu. 25. ubi quod Senatus ita servet, etiam si sit juratum data notoria mendicitate absque fraude debitoria, Cumia. de rit. Magn. Cur. cap. 95. nu. 4. & seq. ubi alios de contraria communi testantes refert si juramentum adsit, & receptiorem dato etiam juramento testatur Beatius in d. tract. de inop. debit. cap. 1. nu. 41. ubi latè insistit, & judicatum fuisse per illud parlamentum juramento non obstante, retulit Guid. Pap. q. 211. aliosque novissimè retulit Moder. in d. Scoliis ad Statutum Mediolani 408. nu. 169. & seq.

Longè majus est dubium an valeat statutum, vel ejus consuetudinem quò cessioni derogaretur, vel etiam quo quis ad carceres obligaretur Bart. in l. Titio paragr. de cond. & demon. tenet statutum valere, quod quis pro debito carceretur, & sequitur Imol. in d. paragr. Eleganter nu. 4. concludentes plus statuto, quàm pacto tribuendum, Eandem conclusionem probat Rom. respondendo ad omnia contraria in d. paragr. Eleganter nu. 13. de consuet. Rip. in d. l. obl. nu. 29., Bart. in cap. 1. nu. 39. sed non declarant, an propterea tollat remedium cessionis, Salycet. in d. l. 2. format. q. sub nu. 4. & postquam dixit valere statutum de carcerando debitore quærit an etiam valeat prohibitio cessionis, & remittendo se ad dicenda in materia renunciationis concludit non valere, & alios in hanc

hanc sententiam congeru it Beat. in d. tract. cap. 2. sub nu. 7. & nu. 3. citat. Bero. decis. 133. nu. 2. dicentem neque Summum Pontificem posse hoc beneficium tollere in terris suis, nisi ex justissima causa, quia nititur jure naturali, quod tolli non potest. Cumia. in d. capit. 95. num. 8. cum istis transire visus est, Brun. in d. q. 21. num. 4. inferens propterea, quod non valeant statuta Genuæ, & Pistorii contrarium disponentia.

Alii tamen sunt in contraria opinione, Alb. Pap. quem refert, & sequ. Ang. in l. tale pactum, parag. qui provocavit, num. 27. ad fi.. ff. de pact. dicens servandum esse quamvis durum, Bal. in d. l. 1. sub nu. 3. & sub nu. 9. vers. Item contra jus, Idem probant Castr. & Alex. in d. parag. Eleganter, dum tenent contra Bal. etiam eo casu quo statutum simpliciter disponeret de carcerando debitore, dicente Castr. quòd Florentiæ truffantur de illa decisione Baldi, cum quibus transit Brun. sibi non satis constans in d. tract. quæst. 3. principali sub nu. 4. distinguens inter statutum simpliciter loquens de carcerando debitore, & illud, quod ulterius progrederetur removendo cessionem per verba expressa, vel æquipollentia. Et hoc quando statutum expressè loqueretur clarum esse dicit, Alex. in d. parag. Eleganter n. 13. Eandem probat, & Boer. d. cap. 2. nu. 11. 12. cum temperamento tamen quod debitor in carcere non remaneat, sed eum effugere possint tradendo se in servitium creditori, uti jure Hispanico constituitur, quod, & repetit num. 25. Ego etiam hanc sequor quod statuto, vel consuetudine possit adimi beneficium hoc cessionis, si expressim id fiat, qui videam idem in multis casibus lege communi constitutum collectis per Socin. in regul. 46. per D. Moder. super d. statuto 408. num. 48. & seq. & passim per Brun. in d. tract. de cess. Inter quos unus est frequentissimua quando ex delicto debitor quis evadit, de quo mox specialiter agetur.

Quæstionis est modo in casibus quibus lege communi, vel municipali prohibita est cessio bonorum, remedio aliquo detentis subveniatur, si periculum sit; ne tales in carcere marcescant, vel squalore pereant. Feder. de Sen. in cons. 60. tenet pactum juratum quo renunciatur cessioni bonorum valere, sed limitat, nisi esset notoria, & manifesta mendicitas, paupertas, & fames, quia tunc pactum esset contra jus naturale, Idem voluit Bald. in d. l. 1. sub nu. 9. vers. tu concorda si qui bo. ced. pos. sequitur Rom. in d. paragr. Eleganter, nu. 16. ad fin. Ibi, nisi manifesta, & notoria sit paupertas renuntiantis sine spe lucri in futurum, puta quia decrepitus, & similiter cum spe negativa, quòd alius pro eo solvat, quia tunc cedere poterit renunciatione jurata non obstante, quæ invalida remanet propter inhumanitatem, sequitur, & Alex. ibi nu. 12. tunc enim verificantur rationes, quas idem Rom. contra impium creditorem meditatur, sub nu. 3. vers. quinto, 1588
& sub nu. 15. vers. secundo, idem sensit Did. in d. lib. 2. var. resol. cap. 1. nu. 7. propè fin. ibi ego Judicem admonitum esse velim, ut juratam etiam renunciationem cautè observet, negotii, & personarum qualitate perpensa, sæpè enim æquitas suadebit his non obstantibus permittendum esse debitori beneficium ei à jure concessum bonis cedendi quo etiam publicum carcerem effugere valeat, atque hoc indulgendum est inopiæ ejus, & paupertati forsan inculpatæ. Baet. qui citat alios in d. cap. 1. sub nu. 41. vers. præterea Aufrerius, & ibi multa subnectit ad exprobandam creditoris immanitatem, cujus nulla sit utilitas, quòd debitor carceris miseria, & sordibus tantum non enectus perpetuò suspiret, neque tamen sit expectandus diutius, qui pro eo solvat, quia jamdudum refrixerit charitas, raraq; sit, & tenuis hominum benignitas in egenos, præsertim si magnam summam debeant. Ad Judices planè pertineat in Rep. excitare exempla misericordiæ, & charitatis, non Tyrannicæ immanitatis, & Scythicæ feritatis. Hanc etiam probat Rip. in d. l. obligatione, num. 30. ad fin. quod scilicet non procedat pactum imminente periculo, ne debitor in carceribus moriatur, ut si constitutus sit in extrema necessitate, quia jura alimentorum renunciari non possunt. Et subdit: Ego autem dicerem Judicem ex officio pacto non obstante, tunc debere debitorem relaxare, quia vita morituri, debet prævalere cuicunque causæ pecuniariæ cap. non satis 86. dist. quia Judex debet in causa alimentorum impartiri officium non petenti, & sic relaxare carceratum non habentem unde se alat, si creditor eum alere noluerit, & Glos. in l. fin. in verbo agnoscere. C. de erog. mil. an. lib. 12., quod latè attingit Petr. Pech. de jur. sist., man. inject. cap. 28. num. 6. Et hoc servant Protectores nostri, sequitur, & Fely. in d. cap. Ex rescripto sub num. 12. de jurejur., Boss. de car. fid. relax. num. 25. quando redactus esset ad extremam miseriam, absque fraude sua, Et quod creditore inopem debitorem non alente debeat è carceribus relaxari, probat diffusè Brun. in d. tract. in 6. qu. princip. num. 8.

Quòd autem de debitore famelico dictum est, in sene, seu decrepito etiam procedit, uti exemplificat Rom. in d. l. Eleganter, semper enim eadem viget ratio, ne in carceribus moriatur, nulla satisfactionis spe consistente, Ad quod videndus Cacialup. de debit. susp. q. 5. nu. 6. nunciandum esse Principi, an aliquis carceratus sit senio confectus, quia pietate motus illum dimitti faciet, arg. tex. in l. in metallum. ff. de pœn. quo text. à fortiori in carcerato sene, vel creditori addicto dimittendo utitur Baet. cap. 7. per totum, Idem & infirmo infirmitate perpetua, probat idem auctor. cap. 19. ex text. in d. l. in metallum quem inducit à fortiori num. 1.,

1588 & subdit num. 2. debitorem nunquam ita fore destituendum omni remedio, ut sit periculum ne moriatur in carcere, ex dict. supra in d. cap. 1., & num. 6. agit de debitore dimisso ob perpetuum morbum ex judicio Medicorum, an si convalescat redire ad carceres teneatur, & sub nu. 10. monet Judicem, ut si talem è carcere dimittat, ob morbum de cujus sanitate desperetur, non simpliciter eum dimittat, sed donec duraverit ægritudo, & nu. 19. inquit, ut laborans morbo insanabili dimittatur è carcere absque fidejussore, suaden. humanitate, & Christianæ charitatis zelo, sed tamen expediendum esse per diffinitivam sententiam, audito plenissimè creditore, qui sua pecunia privatur, nec mirum, quia de extrema hac paupertate docendum erit citato creditore Afflict. decis. 377., Brun. de cess. bon. quæst princip. 26. Inter alias verò fallentias, quæ regulæ cessionis accommodantur. Illa est frequens, & practicabilis, quando debitum ex delicto procedit, tunc namque cedere volens non audiatur, sed in corpus pœnam luet, l. fin. ff. de in jus voc. l. 1. paragr. fin. ff. de pœn. tradit Jas. in paragr. pœnales nu. 43., & in parag. fin. nu. 13. Instit. de actio. in l. si quis id quod nu. 28. de jur. omn. Jud. Veron. latè in consil. 9. ubi de communi, & procedit sivè Fisco applicetur, sivè parti, ut per Veron. Ibi addendi, quod Statutum simpliciter loquens de cessione debitoris admittenda intelligeretur secundum jus commune, ut non recipiatur si debitum ex delicto proveniat. Ad idem Clar. quæst. 95. versic. Sed pone, Baet. cap. 11. d. tractatus, ubi latè Cumia. dict. cap. 95. nu. 9. ampliat. 2. Jo. Fab. etiam si civiliter ex delicto actum fuisset, veluti injuriarum ad pœnam pecuniariam in parag. fin., ubi Jas. nu. 13. Instit. de act. ampliat. 3. Abb. in c. fin. litibus nu. 5. de dol., & cont. per illum Text. etiam si non esset pœna, sed interesse respectu actoris, ob damna, quæ passus foret, modo sit pœna respectu rei, qui nihil habuerit, & sequitur Did. lib. 2. var. resol. cap. 1. nu. 8. ubi, & Francum citat, sed in hoc est differentia quando applicatur Fisco commutatur in corporalem, etiam eo non consentiente. Ita pulchrè decidit Abb. in cap. Odoardus nu. 5. de solut. quem sequitur Did. sub d. num. 8. versic. Hæc verò commutatio, & quod opus sit consensu partis, probat Text. quem ibi Bal. observat. in d. l. fin. ff. de in jus voc. in l. quod si minor. ff. de minor. in fin., & alii sequuntur quos congerit Jas. in d. paragr. pœnales nu. 46., Clar. ubi supr. versic. Sed quæro, Baet. d. cap. 11. nu. 7. ubi Boer. citat. testan. de communi d. qu. 349.

Cæterum lubet paulisper in eo immorari, quod supra de partis interesse tetigimus, ob ancipitem intellectum Theoricæ Innocent. in d. cap. Odoardus de solut. illam siquidem ita variè exaudiunt Doct. ut vix certi quicquam, ex eorum traditionibus desumi queat, ut videre est apud Abb. Anan., & Imol ibi Geminian. in cap. fraternitas nu. 212. qu. 2., Did. in cap. 1. sub nu. 8. vers. Ex quibus apparet, & rursus in vers. verum cum hæc quæstio, & Brun. in d. tract. de cess. bon. in quarto 17. quartæ qu. princip. Existimo namque veram illius Theoricæ declarationem sumi ex Abb. in c. finem litibus num. 5. de dol., & cont. Ex cujus dictis triplex partis læsæ interesse constituo, unum quod pœnam pecuniariam respicit, quæ sibi in solam ultionem injuriæ applicatur, & hanc commutari posse creditore volente in pœnam corporalem non ambigimus, per ea quæ supra relata sunt, & nuncupatim scribit Abb. ibidem dicens commutationem fieri, etiam si parti pœna applicetur, nedum Fisco, potest autem hoc primum interesse verificari in pœna furti ultra simplum. Ità intelligo eundem Abb. in dicto capitul. Odoardus, ibi, Aut convenitur quis ad interesse, & ad pœnam, Et tunc si pœna est applicanda parti, ut in furto, non debet fieri commutatio, quatenus est pœna, nisi actore consentiente, pondera hæc postrema verba, quatenus est pœna, Exemplificari etiam potest in pœna pecuniaria ob crimen injuriarum, de quo loquitur Innocent. ubi supra, & sequitur Gemin. in dicto capit. Fraternitas, quod ampliat Joan. Fab., & Jas. nu. 13. in dict. paragr. fin. de act. etiam si civiliter actum fuisset, quos sequitur Baet. dict. cap. 21. sub nu. 2. quicquid aliter putet Brun. in d. quæst. 17. ad fin. Aliud est interesse, quod mixtum appellatur, quia ex parte accusatoris continet damnum, quod ipse passus est, ex parte verò rei pœnam si nihil ipse habuit, & exemplificatur in casu dicti capitul. finem litibus in expensis, quas actor passus fuit propter calumniam partis, & in damnis vulnerum, quia licet tantum absit vulnerato, nihil tamen adest vulneranti; Et hoc etiam casu locum esse dictæ commutationi, probat ille text. sanè notab. in dicto capitul. finem litibus, prout ibi adnotat Abb. Plus probat inquit, hæc litera videlicet hanc commutationem posse fieri non solum cum in pecunia solvenda est pœna ex parte utriusque, sed etiam cum ex parte Rei est pœna, & ex parte Actoris debentis recipere, est interesse &c. Et hoc dictum post Fran. magni facit Did. sub nu. 8. sentiuntque non obscurè Innoc., & Gemin. dum purum interesse tantum excludunt, de quo mox agetur, Et hoc si criminaliter actum sit, secus si civiliter, quia tunc locus sit cessioni. Ita loquitur Innocent. in d. cap. Odoardus explicitè Imol. nu. 29., Brun. qui alios citat. d. qu. 17. 4. quarto princ. sub n. 2. Ita etiam intelligo Did. in c. loco nu. 8. ad fin. vers. At ea pœna.

Aliud igitur, & tertium est interesse, quod purum appellatur, quia nullam implicet pœnam, nec ex parte Rei, cui tantundem adest, & tunc nulla fiet commutatio in pœnam corporalem, sed expectabitur donec ad pinguiorem

guiorem fortunam deveniat, & ità loquitur text in d. cap. Odoardus, prout Abb. pulchrè explicat dicto loco, Ibi, fecus dic. ubi pecunia folvenda non eſt pœna, etiam ex parte Rei, qui folvendo non eſt, quia tunc non fiet commutatio. Et hoc exemplificabitur in furto, quatenus damnatur fur ad fimplum, feu ad rei ablatæ reſtitutionem fic enim non obfcurè voluit Innoc. dum poſt relatum furti exemplum fubjicit, fed pro puro intereſſe non fubjicitur pœnitentiæ, fed refervabitur res habenda tempore profperioris fortunæ. Idem fentit Abb. ibidem dum commutationem in pœna furti admittit, quatenus eſt pœna, clarius Gemin. in d. cap. Fraternitas, Ibi, Si verò agatur ad pœnam, vel pœnitentiam imponendam, ut in furto, tunc fi placet pœna, vel pœnitentia poterit, commutari in corporalem, fed pro puro intereſſe non fubjicitur pœnæ corporali, & ita refert fecundum traditionem Abb. judicatum fuiſſe Boer. decif. 349. fub num. 11.

Ab hac autem conclufione commutandæ pœnæ pecuniariæ in corporalem propter inopiam, demenda eſt mulcta, quam poterit Judex minuere, vel etiam remittere propter inopism l. illicitas paragr. fin. ff. de off. præf., & ibi Bart. tradit Jaf. in d. l. fi quis id quod num. 28. in 4. fall. ff. de jur. omn. Jud. in paragr. pœnales nu. 49. inſtit. de act., Brun. d. qu. 17., latè Baet. in d. tract. cap. 18., ubi limitat. num. 3. quando mulcta applicata eſſet parti, communem dixit Clar. d. q. 95. verf. Hæc autem, ubi quod Mediolani Senatus fervet, ut componantur non tamen in minori quantitate quartæ partis.

Advertendum prætereà, quod in hoc ſtatu iſtiuſmodi commutationes fiunt folius Senatus auctoritate teſtè Clar. dicta quæſt. 95. verfic. Sed quid fi Reus.

Stat modo eadem difficultas, quid fi pars nolit confentire commutationi, an femper iſte remanebit in carcere. Cumia. in d. cap. 95. nu. 15. dicit, quod tunc locus erit ceſſioni, fed nihil allegat, & ego ejus fententiam non probo utpotè Doctorum omnium aſſertioni contrariam pragmaticis tamen fanctionibus alibi receptam, de quibus meminit Dil. in d. cap. 1. fub nu. 28. verf. Verùm cum hæc quando. Melius propterea fenfit Caſt. in d. l. fin. quod tunc poterit Judex arbitrari, ut pœna corporali afficiatur ne moriatur in carceribus, & idem probavit Baet. in d. cap. 11. nu. 6. ad fin. verf. Sed objicis. Ibi nu. 9. format, & demum concludit cum Pau. de Caſt. pluribus rationibus prima, quod hoc pacto via præcluderetur humanæ libertati, quæ neque pactis, neque juramentis tolli poteſt ex dictis in 1. capit. nu. 45. relatis fupra in q. juratæ renunciationis: fecunda quod femper in carcere eſſet debitor, quod in jure reprobatur, l. incredibile. C. de pœn. tertia quia aliud pro alio folvatur, creditore invito, ut è carceribus eximatur auth. hoc nifi. C. de folut. Movetur propterea auctoritate Ripæ, quem fupra citavimus in materia renunciationis juratæ in d. l. obligatione generali num. 30. volens in fumma quod non fit difcrimen inter iſtum, & illum cafum fi fperetur quod debitor unquam folvere poſſit, fed ante iſtos hanc eandem conclufionem probat Bald. in l. quicunque num. 19. C. de furt. verf. fed quid fi adverfarius, dicens audiendum non eſſe accufatorem, fi dicat nolle aliam vindictam, nifi quod remaneat reus in carcere, donec folvat, quoniam vel fidem inquit, habebit de debito, fi pervenerit ad pinguiorem fortunam, aut fuſtibus cædetur, & abfolvetur, quia tenendus in carcere non fit, poſtquam de crimine conſtat per text. in l. dinus, paragr. fin. ff. de jur. pat. in l. quod fi minor, parag. fi fervus, ff. de minor. putat tamen, quod fi reus mallet ſtare in carceribus, quam fuſtibus cædi eſſet audiendus, fequitur Salyc. ibi fub nu. 14. per tex. dicentem pœnam corporalem non eſſe differendam in l. cum reis. C. de pœn. receditque à Bal. in eo quod cenfuit debitori fore indulgendum fi malit ſtare in carceribus, quam aliam pœnam fubire, quia non fit arguendum à contractu ad delictum tranfeunt cum eadem concl. Ang. num. 4., Caſt. nu. 9., & Fulg. nu. 10. in l. fi quis id quod ff. de jur. om. jud. Paris de Put. de fynd. verf. licet dicatur fol. 230. ea tantum fuffulti ratione ne in carceribus marcefcant debitores, cum ea etiam tranfit Alex. in d. l. fin. ff. de in jus vodum Bal. citat in d. verf. fed quid fi adverfarius, quem omninò videndum ait. Facit quod nullus debitor, etiam fi extrema prematur inopia; Creditori tamen iure Romano adjudicandus eſt, neque prætextu debiti retinendus l. fin. ff. de lib. ho. exh. l. ob æs. C. de act. & ob. Rip. in l. obligatione generali, nu. 9 ff. de pignor. Et quamvis operas quis locare poſſit l. qui operas ff. locat. non tamen jus creditori fuper ejus perfona quæri poteſt, ut proinde retineri valeat, & locatio operarum perpetua non confiſteret, fi promiſſio folutione intereſſe, vel fubſtitutione alterius explicari requiret, ut per Rip. eo. loci Gasp. Baet. de inop. deb. cred. addicen. cap. 1. num. 3. 5 6. 7. & 16. ad tempus autem valeret promiſſio Baet. nu. 18 Hinc dura rigoris, & inhumanitatis plena lex Hifpanica reputatur, qua debitor creditori addicit ad ferviendum, ut per dict. Auctorem nu. 56. & de ejus validitate differitur in cap. 2. per totum, fed admiſſa ejus validitate, nec ipfa recipitur in cafibus quibus inutilis futura eſſet addictio ita in fene divenæ & cariofæ ætatis. Baet. concludit cap. 7. ibiq; nu. 4. ex textu monetur in l. in metallum, ff. de pœn. Ibi fi valetudine, aut ætatis infirmitate inutiles operi faciundo deprehendantur à Præfide dimitti poterunt. Eadem ratione non addiceretur infans cujus nullæ funt operæ, ut apud eundem Auctorem cap. 8. fub nu. 5. Idem de furiofo, & muto, ac furdo, à

1588 natura constitutum, ut in cap. 9. num. 9. 10. 11., & de debitore perpetua infirmitate detento in cap. 19. Diversum quoq; in eum statuendum non foret, qui ita expers negotiorum sit, ut nulla ex eo sperari possit utilitas, Ita Pet. Pec. de jur. sist. & man. inject. cap. 4. nu. 1. subnixus auctoritate Ang. in l. pro hærede parag. si quid tamen nu. 2. ff. de acq. hær. quem ibi secuti sunt Rom. num. 7. Imol. nu. 4., & Alex. nu. 3. ff. de acq. hær.

Neque Boer. his adversatur in d. decis. 134. nu. 8. vers. Secundo si is cul. quo loci videtur, à Cast. recedere in d. l. fin. dicens omnes tenere opinionem Bal. in d. l. quod si minor, Innoc. in d. cap. Odoardus, & sequacium, ut retineri debeat creditore nolente, quod in corpus luat, sed expectetur, quod fiat solvendo, ne aliud pro alio sibi solvatur invito, quoniam contraria ista non sunt, sed diversa, sit vera, sit communis dicta conclusio, procedit illa tamen donec est spes, quod solvere possit in pecunia ipse, vel alius pro eo, sed si de hoc desperetur, tunc locus est fallentiæ, nec patitur lex ut in carcere quisquam marcescat, & ob id qui dictam conclusionem probant, hanc quoque Caldi, Cast. & aliorum declarationem sequuntur.

Sed ultra præmissa, ego aliud considero, quod quando hæc resolutio possit esse dubia apud Judices inferiores, apud Senatum tamen nullam propè contineat difficultatem, & ad hoc dicendum moveor ex Theorica Bal. in d. l. 1. sub nu. 9. vers. tu concorda C. qui bo. ced. pos. ibi enim nu. 8. & 9. examinat. q. an possit renunciari beneficio cessionis, & demum opiniones contrarias Jac. But., & Dyni fœdere distinctionis conciliat, ut respectu carceris nunquam evitandi renunciatio non teneat, adducit rationes libertatis non abrogandæ, & quia non interest creditoris debitorem in carceribus mori, sunt ejus verba formalia, aut respectu effectus cessionis, ut non operetur, si ad meliorem fortunam deveniat, & valeat, ut ibi per eum, Baldi distinctionem alii secuti sunt excepto. Alexan., & secundum eam sæpius judicavit Rot. Romana uti diffusè retulit Brun. ejusdem sententiæ in dict. tract. cess. bon. qu. princ. 21. num. 21., & seq. illam eandem rationem, quòd creditoris non interfit, quòd in carceribus debitor moriatur, nisi quando posset ibi operando aliquid superlucrari, probavit Rom. in d. parag. Eleganter, sub nu. 3. vers. 5. & sub nu. 15. vers. secundo, & patet ad sensum. Tunc dico, quod cum rigorosa ista dispositio, ut quis in carcere maneat, tota pendeat ex jure positivo, potest Princeps illi absolute derogare, Glos., & Doct. in l. fin. C. si cont. jus, vel pub. in doct. omnes in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. maximè Dec. nu. 29., & fine causa ex potestate absoluta, cum caussa verò ex ordinaria, ut habetur in dictis locis, hanc verò posteriorem tantum Senatui communicasse dicit: Felyn. in capitul. postulasti nu. 13., & melius in capitul. ad audientiam, 2. sub nu. 4. vers. omnia tamen ista, de rescrip. tradit Cur. Sen. in consil. 73. nu. 26. Rip. in tit. de rescript. Resp. 9. nu. 7. fol. 10. Apostil. ad Bald. in l. 2. nu. 39. C. de ser. & aqu. nulla autem potest major causa adduci, quam quod à morte debitor liberetur à servitute, à perpetuo carcere, absque aliquo pœnitus creditoris detrimento, si desperetur quòd possit ad meliorem fortunam devenire, tex. est ad litteram in l. Rescripta, C. de pre. Imper. offer. Imo etiam si cum aliquali damno, ut ibi in Glos.

Si modo quæratur qualis debeat esse hæc pœna corporalis, Respondet Ang. in dicta l. si quis id quod, de jur. om. jud. eam modicam esse debere, & secuti sunt Castren., & Fulg. ibi exemplificantes in pœna funis, vel fustigationis etiam intra Palatium, & secreto ad vitandam infamiam, Purpur. ad Jas. ibidem nu. 28., Paris de Puth. in dict. vers. licet dicatur. Nec quemquam moveat, quod Did. scriptum reliquit in d. cap. 1. nu. 8. ad fin. Judices illarum Curiarum plerumque delinquentem inopem damnatum pecuniaria pœna in satisfactionem privatæ læsionis non admittere ad cessionem bonorum, quam pragmatica induxit. Sed eum damnare, mittereque in publicas triremes, ut mercede publica ibidem remigis offitio fungantur donec ex mercedis pecunia damnum privatum farciatur, quoniam præter id quod formatur hæc sequela ex duritiè alterius legis addicentis debitores inopes creditoribus jure Romanorum reluctante quam meritò execratur Baet. d. cap. 1. post nu. 56. vers. Idem, in debentibus non est indistinctè exaudienda, sed duobus in casibus tantum, quando debitor hostis foret creditoris, cui propterea tuto non serviret, vel atrox esset crimen, ita Didacum in hanc sententiam exaudit, Baet. in d. tract. cap. 11. sub n. 6. versic. Et si conflito.

Hæc cum in Senatu discussa fuissent, probavit is ordo, recitatas conclusiones, hac ultima excepta, qua in re motus fuit consuetudine, quæ in eo servatur damnandi aliquem pecuniaria pœna, vel remi in subsidium, & quòd quis à pœna remi quandoque eximere se possit soluta quantitate suprascripta longe minori. (*Decreta autem Senatus hac de re edita sunt in ord. diei 15. Decembris 1588, & diei 15. Januarii 1589. post sequentem ordinem impressa*).

Ordo, ut major Magistratus procedat contra ejus Satellites reos de delicto commisso in suppositum minori Magistratui.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecte noster. Cum aliunde intellexerit Senatus noster factum longè aliter se habere, quam significastis literis vestris ad Magnif. ejusdem Ordinis Præsidem datis diei tertii

tertii præsentis mensis; nempe Barucrios vestros executionem memoratam nulliter fecisse, mox unum ex Olegiensibus ad mortem vulnerasse, causam ipsam Prætori Olegii relinquere cogitaverat, tanto magis cum unus ex iftis Barueriis fit frater Baricelli vestri. Volens tamen majori Magistratui, quantum fas est, favere, causam, & detentos ad vos remittendos esse censuit, vos tamen monitos volumus, ut bene advertatis, ne qua justitiæ fraus fiat, neve falsis informationibus, quod facile foret, locus detur, sed pro facti veritate viriliter contra delinquentes procedatis, & referenda referatis. Mediolani octavo Octobris 1588. 1588

Facius.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Novariæ nostro dilecto, & sigillat.

Ordo circa commutationem pœnæ, & cessionem bonorum concedendam condemnatis, ac debitoribus ob eorum paupertatem.

MDLXXXVIII. Die xv. Decembris.

Cum lectæ in Senatu fuissent mutuæ preces Pauli Castellii, & Fabritii Casati, quibus ex parte Castellii petebatur, ut inspecta ejus inhabilitate sanè manifesta ad persolvendum pœnam vulnerum, & magnam damnorum quantitatem ex adverso prætensam, potestas sibi fieret, vel cedendi bonis, vel luendi pœnam in corpus Senatus arbitrio, ad effectum ne marcesceret in carcere, in quo jam supra annum à condemnatione sequuta detinetur. Ex parte verò Casati contendebatur, locum cessioni in debitis ex maleficio non esse, nec etiam commutationi in pœnam corporalem, si creditoris consensus absit, & si aliter ipso etiam dissentiente foret statuendum, non prius tamen de pœna corporali deliberandum, quam creditum suum, quantitatis non exiguæ, extinguatur; quam data sibi facultate deliberandi, an velit pœnæ, quam Senat. statuet acquiescere, & crediti sui jacturam facere, vel potius quòd carceres impunitus evadat, præstita, quam debitor poterit, cautione de solvendo, si ad pinguiorem devenerit fortunam.

Propositis etiam non multis posteà diebus, supplicatis nomine Marci Cervii in carceribus Papiensibus quinquennio jam exacto detenti ex causa debiti privati subventionis Coloniæ, & fictorum, ut ejus egestate non dissimili perpensa, & quò obtulerat creditori suo Dominico Vicedomino dare insolutum bona uxoris dotalia juxta formam à Senatu probatam, liceret sibi tandem carceres evadere, facta omnium bonorum cessione, lege municipali, & Nov. Constitutionum, qua cessio fieri eo casu prohibetur, non attenta, ne in iis demum animam agere congeretur, absque ulla duri creditoris utilitate. Nec non & responsis dicti Vicedomini conditiones nonnullas offerentis, & si non acceptarentur, contendentis jus quæsitum ex aliqua sibi potestate auferri non posse, statuit Senatus seriò rem utramque agendam fore. Ut quid post hac in iis, & aliis casibus servandum sit, maturè decerneretur, proindeque mandavit dubia utrique creditori, ac Fisco excitari, responsaque expectari, quæ cum in Senatu lecta, discussaque fuissent semel, atque iterum.

Censuit is ordo, in iis, & cæteris hujusmodi casibus servandum esse, ut si de manifesta debitorum paupertate constiterit, creditoribus auditis, ità ut nulla alia subsit spes solutionis per se ipsos, vel per alios faciendæ, commutatio in criminalibus in pœnam corporalem fiat Senatus arbitrio, ne in carceribus moriantur debitores, tàm respectu pœnæ pecuniariæ Fisco, vel parti adjudicatæ, quàm interesse, & expensarum, quæ parti deberentur ob offensam sibi factam, ex qua tamen nil in ipsum condemnatum pervenisset, & hoc creditore etiam invito, data tamen ei optione post declaratam pœnam corporalem, an malit debitorem impunitum carceres exire, præstita quam poterit cautione. In aliis verò debitis, quæ ex maleficio non oriantur, vel etiam ex maleficio descendant, sed tamen purum ex utraque parte interesse contineant, cessionem bonorum eo casu fieri posse, lege aliqua communi, vel municipali non obstante, salvo jure creditoribus adversus debitores, si ad pinguiorem quandocumque fortunam devenerint. Verum ne pravi debitores paratam sibi opportunitatem putent, qua excogitatis artibus; & justitiæ, & creditoribus imponant; Decernit idem Senatus potestatem hanc nedum respectu commutationis, quæ ad ipsum solum spectat, sed etiam cessionis, an ejus obtentu deploratæ spei debitor sit excarcerandus, à solo ipsius arbitrio pendere debere; ipse enim excitatis creditoribus cuncta prius rimabitur adamussim, nec quicquam nisi causa perspecta, planèque cognita constituet. Cæterum quod ad casus præsentes pertinet, mandandum esse Egregio Capitaneo Justitiæ, ut terminum statuat partibus brevem ad deducendum, quicquid voluerint, Fisco citato, circa allegatam detenti inopiam, dein damna Casati, & expensas liquidet. Magn. verò Papiæ Prætori, ut similem terminum Vicedomino præscribat ad probandum, & allegandum quicquid voluerit in præmissis, quia his visis deliberabitur opportunè.

Concordat cum originali.

Signat. Landrianus.

Ordo

1589 *Ordo circa commutationem pœnæ ob paupertatem condemnati.*

MDLXXXIX. Die xiv. Januarii.

IN causa Pauli Castellii, qui jamdudum in carceribus Egreg. Justitiæ Capitanei retinetur ob pecuniariam condemnationem ex causa vulneris sclopo illati Fabritio Casato, damnorumque, & expensarum quæ passus fuit, & propterea quod pede debilitatus remansit, Visis litteris diei 19. Novembris proximè lapsi, quibus dicto Capitaneo injunctum fuerat, ut statuta brevi dilatione partibus ad deducendum, & probandum quicquid voluissent circa allegatam, à detento notoriam paupertatem, citato Fisco ad damnorum, & expensarum liquidationem procederet, ac referret, ut de pœnæ commutatione, & ejus qualitate deliberari posset, ad effectum ne in carceribus perpetuo manere cogeretur. Visa similiter dilatione statuta, intra quam probavit habere tantum credita pro summa librarum octocentum, & mille Imper., super quibus creditis habet infrascripta debita, videlicet ejus uxori libras octocentum Imper., Baptistæ Aliprando libras centum tredecim solidorum quinque Imper., & Custodi carcerum Malæ Mansionis libras quinquaginta duas solid. 18. Imper. Et successivè liquidatione damnorum, & expensarum facta per dictum Egreg. Capitaneum in summa lib. 5310. Reservato sibi jure declarandi super damnis, & expensis futuris, omnibusque maturè perpensis, ac inhærendo decreto ab ipso Senatu condito sub die 15. Decembris prox. præteriti.

Censuit idem Senatus, ex supradictis creditis dicti Castellii, libras octocentum relinquendas esse penes debitores pro dote uxoris suæ, & alias libras centum tredecim solid. quinque pro debito erga Aliprandum, & alias libras quinquaginta duas solid. 18. pro debito erga Custodem Malæ Mansionis, ut supra, & alia si quæ ab inde citrà eidem Custodi debitæ sunt, alias verò exigi debere, cessuras primo in pœnam dictorum vulneris, & abusus Fisco debitam, & carcerum novorum fabricationi applicandam, & quod reliquum fuerit dicto Casato relaxandum in causam dicti crediti sui pro concurrenti quantitate. Pro restanti verò summa eidem Casato debita taxata, & taxanda, cùm nulla sit spes, ut detentus eam unquam persolvere possit, commutationem esse faciendam in pœnam corporalem, atque ita condemnandum fore dictum Castellium ad Reg. Triremes, in quibus triennio remiget, tuncque ab omni ære quo tenetur erga Casatum, liberatus intelligatur, non tamen remigio exacto eum admittendum in hunc Mediolani Statum, nisi præstita fidejussione de non offendendo Casatum, cui Casato tamen integrum esse vult Senatus deliberare intra triduum statuendum, an malit detentum carceres evadere impunitum, præstita quàm poterit cautione tàm de non offendendo, quàm de solvendo, quòd debet, si ad meliorem fortunam devenerit.

Concordat cum originali.

Signat. Landrianus.

Juramento præstito pro relato, res non dicitur amplius integra; ideò eo casu, qui non juravit in termino, non est admittendus ad jurandum etiam prætextu litterarum Senatus, quod ubi res sit integra, refectis expensis admittatur.

Prætori Squadrarum de Maveris.

PHILIPPUS Hispan. &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Lectæ coram Senatu fuerunt preces Joan. Ambrosii Annoni, eum responsione Patris, & filii de Minutiis, quas ad nos misisti die 15. præteriti mensis Decembris, & ex ejusdem ordinis voto sancitum fuit respondentes non esse ampliùs admittendos ad jurandum, postquàm res non potest dici integra ob juramentum à supplicante præstitum, quam sanctionem ad te rescribere voluimus, ut ita exequaris. Mediolani die 19. Januarii 1589.

Fossa, & Riccardus.

Senatus mandat pecunias injustæ condemnationis prætextu exactas restitui.

Quæstoribus Extraordinariis.

MDLXXXIX. Die prima Februarii.

DEclaravit Senatus noster iniquam eam condemnationem, quam fecit Prætor Vallis Siccidæ, in pœnam scutorum centum, adversus Franciscum Agacinum, & Marcum Ravellum ejus fidejussorem, eo quod Agacinus de delatione gladii falcati, quem vulgò stortam vocant, sine extrema parte ferrea vaginæ, coram eo Prætore delatus non se consignasset intra præfixum terminum, auditisque postea ejusdem Francisci defensionibus, censuit, illum impicto crimine absolvendum, & eidem, ac fidejussori resti-

restituendas pecunias ejus condemnationis. Quas cùm Prætor rescripserit jam fuisse exactas per Exactorem à vobis deputatum, vobis mandamus, ut illas omnino restitui faciatis: ita tamen, ut salvum sit Fisco nostro jus suum adversus ipsum Prætorem, qui ad eam condemnationem iniquè devenit. 1589

Signat. Fossa, loco Magnif. D. Castellani, & Riccardus.

Famulos Feudatariorum esse subjectos eorum Prætoribus.

Famuli Feudatariorum excipiuntur à decreto majoris Magistratus, & ita servari mandavit Senatus die 21. Aprilis 1589.

S C H O L I A.

Meminit *Ruginell. pract. quæst. cap.* 46. *num.* 63. *Garonus.*

Ordo de relaxando debitore, & admittendo ad cessionem bonorum in forma pudenda.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectissimè noster. Relatis in Senatu nostro iis, quæ nobis rescripsistis in causa vertente inter Marcum Cervium, & Jo. Dominicum Vicedominum, omnibusque maturè perpensis. Venimus in sententiam, ut Cervius relaxetur è carceribus, facta per eum prius cessione bonorum suorum in forma pudenda, non obstante allegato statuto istius Civitatis, cum conditione tamen, quod bona ipsius Cervii, quæ dicuntur esse ejus uxori obligata ad Cridas ponantur, & ipsi creditori insolutum dentur ad formam litterarum Senatus ad vos datarum, tractato etiam negotio ad præsentiam Illustrissimi Locumtenentis nostri sub die vigesima octava Aprilis 1587. modo per prædictas Cridas non impediatur dicta relaxatio facienda ut supra, ac etiam cum conditione, quod salvum sit jus ipsi creditori adversus dictum Cervium, si ipse Cervius ad pinguiorem fortunam quandoque devenerit ad formam ordinis facti à Senatu sub die decimaquinta Decembris proximè præteriti. Insuper decrevimus in actu relaxationis fieri debere præceptum dicto Cervio de non offendendo dictum Vicedominum, nec ejus Agentes in ære, nec in persona sub pœna triremium triennalium. Itaque sic exequemini. Dat. Mediolani die 16. Martii 1589.

Spectab. J.C. Prætori Papiæ Senatori nostro dilect.

Declaratio Statuti de sexagenaria ætate.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti nostri. Relatis in Senatu nostro quæ nobis rescripsistis litteris vestris diei 30. Januarii proximè præteriti in causa Martini de Martinis, qui petiit declarari se comprehensum in Statuto, de Sexagenariis loquente, omnibusque maturè consideratis, dictum fuit ipsum Martinum gaudere debere benefitio dicti Statuti de sexagenaria ætate, non obstante quòd contraxerit postquàm sexagenarius factus est, cum renuntiis, & juramento in instrumento appositis, quod & nos censentes mandamus vobis, ut eum ipsius statuti benefitio frui permittatis. Dat. Mediolani die 5. Junii 1589.

Signat. Facius.

A tergo, ut supra, & sign. ut supra.

S C H O L I A.

Ex hoc Senatusconsulto intelligimus magis placuisse sententiam illorum, qui dixerunt non posse renunciari huic privilegio, quia esset tollere misericordiam, *Gratian. discept. forens. cap.* 506. *nu.* 18. *& prius cap.* 318. *nu.* 13. qui tamen *cap.* 328. *nu.* 13. *&* 24. ostendit articulum esse satis controversum, *Barbos. ad l. Aliam. §. eleganter. nu.* 13. *& seqq. ff. soluto matrim.* distinguit, ut si privilegium respiciat jus publicum non sustineatur renunciatio, secus quando respicit privatum, *Gallerat. renunciat.* 190. *nu.* 15. considerat num renunciatio sit generalis, vel specialis. Dispositionem statuti de sexagenaria ætate porrigi ad debita Fiscalia latè probat *Gratian. disceptat. cap.* 506. licet viderit contrarium tenuisse *Menoch. conf.* 916. *nu.* 27. *& seq.*

Illud est controversum inter scribentes, num seposita dispositione statutorum Senes possint pro debito detineri, *Osasc. decis.* 123. adheret affirmativæ sententiæ, quia nulla lege cautum legatur, ut hoc privilegio debeat potiri senex, quod etiam expendit *Natta conf.* 319. *nu.* 2.

Contrarium placuit *Intrigl. conf.* 18. *nu.* 1. *& seq.* cui etiam accedit *Gratian. disceptat. forens. cap.* 328. *nu.* 10. quia senes æquiparantur mulieribus, & pueris, & ejusdem sententiæ fuit *Carpanus statuto Mediolani cap.* 243. *nu.* 7.

1589 *nu.* 7. quando sunt septuagenarii *Gallerat. renunciat*, 190. *nu.* 6.

Bononiæ cessat hæc disputatio, quia & ibi provisum est per Statutum, ut legitur *decis. Bonon. divers.* 13., ubi etiam *Gypsin sua addit.* refert quamplura privilegia senectutis.

Garonus.

ANNOT.

1 NOn posse renunciari privilegio sexagenariæ ætatis juxta statutum Mediolani *cap.* 243. *vol.* 1. declaravit etiam Senatus Excellentissimus anno 1617. favore Dominini referente Magnif. Senatore Hieronymo Callento, & die 14. Novembris 1663. in casu Borani referente Magnif. D. Senatore Caxa,

Beneficium dictæ ætatis ad evitandos carceres prodest debitori etiam ex causa expensarum,
2 ut decidit Senatus die 12. Maji 1666. in casu Ripæ referente Magnif. Com. Senatore
3 Corio; item etiam si fit publicus Mercator, ubi non constet de fidefrago, & doloso, ut declaravit Senatus die 13. Decembris 1667. in casu Christofori Galli non obstante oppositione creditorum referente Magnif. Senatore Stampa; item pro debito proveniente
4 ex litteris Cambii non obstantibus privilegiis Mercatorum, ut viso voto Abbatum Mercatorum decidit Senatus die 3. Julii 1669. favore Ceriani referente Magnif. D. Senatore Caxa.

Opitulatur demum dispositio memorati statuti etiam debitori, qui post detentionem fiat
5 sexagenarius ut probat Calvin. *de aequit. lib.* 1, *cap.* 95. *nu.* 37., & etiam si contraxerit debi-
6 tum post sexagenariam ætatem Calvin. *d. cap.* 95. *nu* 23., *&* 24.

Ætas autem sexagenaria non prodest Massariis, Partiariis, Colonis, Fictabilibus, Pensionan-
7 tibus, Emphyteutis, & Molinariis ut cavetur in statuto Mediolani cap. 167. vol 1.

Magnus Fossatus.

Ordo circa jurisdictionem Abbatum Mercatorum Mediolani.

SEnatus die 22. Junii 1589. dixit Abbates Mercatorum Mediolani non habere jurisdictionem extra Civitatem: & hoc super precibus, & responsis Jo. Pauli Advocati Novariensis, & Consortum, ac Julii Cattanei.

SCHOLIA.

Testatur *Ruginell. pract. quæst. cap.* 44. *num.* 23., ubi meminit consimilis rescripti diei 2. Septembris.

Garonus.

ANNOT.

1 HAbere tamen jurisdictionem in toto Mediolani Ducatu in causis Mercaturæ declaravit Senatus Excell. die 12. Augusti 1612. in causa verteote inter Martinum Pecinum Cremonensem, & Annonum, ut notat Ruginell. *pract. quæst. cap* 44. *sub nu.* 25., & die 17. Septembris 1673. in causa Cuchini cum Vicecomite Procuratore nonnullorum Lugdu-
2 nensium referente Magnif. D. Senatore Arconato, & etiam si non agatur de litteris Cambii, ut declaravit idem Senatus die 30. Maji 1670. in casu Rosæ, & Cuchini referente Magnif. D. Com. Senatore Loaysa.

Magnus Fossatus.

Capitaneum Justitiæ esse Judicem competentem Filiorum Senatorum.

1590 CApitaneum Justitiæ esse Judicem competentem filiorum Senatorum declaravit Senatus ad preces Com. Jo. Baptistæ Borromæi 26. Januarii 1590.

SCHOLIA.

Testatur *Ruginell. pract. quæst. cap.* 44. *num.* 35.

Garonus.

Decretum in materia Actuariorum, Coadjutorum, & Scriptorum, qui omnes vocantur Actuarii.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

COllegium Notariorum de Pilastro Civitatis Mediolani, porrexit nobis preces, quæ sequuntur, videlicet. (*Omittitur supplicatio causa brevitatis*).

Nos autem priusquam quidquam super suprascriptis precibus deliberaremus, jussimus eas inthimari Jo. Ant. Palliato Notario causarum civilium in Prætorio Mediolani, nec non Jo. Ambrosio Rutulæ ejus Coadjutori ad Tribunal Consulum Justitiæ in eodem loco, qui etiam moniti respondere neglexerunt. Quare nos ipsius Collegii petitioni annuere volentes per has nostras declaramus appellatione Actuariorum de quibus loquuntur ordines, in suprascriptis precibus nominari, non solum venire Notarios causarum civilium,

1590

lium, sed etiam quoscunque eorum Coadjutores, & Scribas qui ad Judicum Tribunalia sedent, & acta recipiunt, mandamusq; omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut juxta hanc nostram declarationem servent, & servari faciant, sub pœna non modo, quæ dictis ordinibus continetur, verum etiam aliorum scutorum centum pro prima vice Fisco nostro applicandorum, pro altera privationis tabellionatus, pro tertia arbitraria Senatui nostro: ut autem hæc nostra declaratio omnibus innotescat, ipsam volumus in locis solitis publicari, & ad offitium statutorum registrari. In quorum fidem præsentes nostro sigillo munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die sexto Junii 1590.

Signat. in angulo Vicecomes, & sigill. &c.

A tergo. Registratæ in filo patentium, & publicatæ ad offitium Panigarolarum die nono Julii 1590., & etiam registratæ ad dictum officium.

Decretum circa Statutum Mediolani. Cap. 497. vol. 2.

MDXC. Die vii. Junii.

CUm ageretur de interpretatione Statuti Mediolanensis, de quo infra factum fuit verbum in Senatu Excellentiss. etiam ex voto Curiæ per Egr. D. Prætorem Mediolani de Catherina de Marchis, alias Ancilla in domo Jo. Ambrosii Porri, qui adversus eam querelam proposuit sub die 7. Augusti anni 1589. ex eo quòd malè, & inhonestè se gesserit in ejus domo à qua usque sub die 25. Martii dicti anni proximè præteriti recesserit, quàm postea ad carceres duci curavit die 25. Aprilis proximè præteriti, petens eam retineri per annum ad formam Statuti 497. vol. 2. Qua in re Agentes pro dicta muliere prætendunt memorato Statuto locum non esse posse, quia tempore querelæ, & detentionis ipsa mulier à Querelantis domo jam recesserat, omnibus maturè rectè, ac diligenter consideratis.

Censuit is ordo memoratum Statutum locum sibi vendicare non posse in casu mulieris suprascriptæ, quæ jam è domo Querelantis per plures dies ante discesserat, & propterea è carceribus eandem Catherinam fore relaxandam.

Facius.

Mulieres ministrantes bannito receptato per Dominum domus, non debent molestari: sed dimittendæ sunt absque impensa.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Cùm Bartholomæus de Juliano de Cilio, qui proximis superioribus diebus isthic detentus erat in suis examinibus inter cætera dixisset se domi Antonii Robii mense Septembri, anni 1586. semel cœnasse una cum Laurentio Masonefo bannito, & capite damnato, præsentibus ipsomet Antonio, Martha de Berto ejus matre, & Margarita Masonesa uxore, omnibus cœnam ministrantibus, Processum fuit per præcessorem vestrum de Banniti receptatione, & de auxilio illi præstito, tàm contra Antonium, quàm contra mulieres quos omnes impicti criminis reos constituit, personalique constitutione, ac aliis molestiis affecit, ac demùm facta ab eo fuit, quoad omnes relatio definitiva. Qua per Senatum nostrum visa, miratus est Senatus ita fuisse actum cum mulieribus, cum neque reæ constitui possent, neque aliqua illis esset ascribenda culpa, quæ Domino domus parere tenebantur, nec bannitum ab ea domo, cui ipsæ non præerant, ejicere; sed si qua alicujus culpa fuit, ea fuerit solius Domini domus. Propterea consideratis omnibus relatis, quoad ipsas mulieres censuit, ut absque impensa dimittantur, & aliæ etiam expensæ, ea ex causa factæ, eisdem restituantur. Quo autem ad Antonium, censuit, ut in tormentis interrogetur super impicto crimine, & ubi nihil emergat, absolvatur rebus stantibus. Vos igitur sic exequimini, & pecunias à mulieribus exactas illis restitui omninò curabitis. Dat. Mediol die 23. Junii MDXC. Marchesonius. Spect. J. C. Prætori Vallis Siccidæ nostro dilecto.

S C H O L I A.

OBservandum ad dilucidationem istius materiæ. De receptatione posse procedi contra eum qui consignavit bannitum; si constat ipsum ab initio non habuisse animum consignandi, sed cogitasse solum de receptatione, *Nellus 3. p. 2. temp. q. 24. nu. 24. ad finem.*

Pœnam receptationis cessat quando banniti ex improviso ingrediuntur domum, & sua authoritate sumunt cibum, etiam Dominis reluctantibus, *Bertazz. conf. 337. n. 1. & seq.*

In receptante requiritur scientia certa banni, *Bertazz. conf. 439. nu. 4. & 5.* neque sufficiet quòd potuerit suspicari esse talem, *Honded. conf. 88. nu. 35. vol. 2.*

Garonus.

1590 *Ordo circa jurisdictionem Abbatum Mercatorum Mediolani.*

SEnatus ad preces Jo. Antonii Borsani, & responsa Isabellæ Borsanæ declaravit jurisdictionem ad Abb. Mercatorum ita spectare, ut etiam si agatur inter affines, non sit locus statuto de Arbitris, & Arbitratoribus die 30. Julii 1590.

S C H O L I A.

Testatur *Ruginell. pract. quæst. cap.* 44. *num.* 24. *Garonus.*

Ordo circa Judicem Filiorum Fiscalium.

FIlii Fiscalium non habent Capitaneum Justitiæ in suum Judicem competentem, ut declaravit Senatus die 15. Novembris 1590.

S C H O L I A.

Refert *Ruginell. pract. quæst. cap.* 44. *num.* 37. *Garonus.*

Sentenza del Magistrato Ordinario, con intervento di duoi Senatori, in esecuzione di lettere di S. M., d'effetto che i Cittadini, che abitano in Villa più di 20. giorni continui, con la maggior parte della Fameglia, dalla Festa di San Martino, fino a Calende di Maggio seguente, siano tenuti pagare per tutto l'anno, con la Comunità del luogo ove abitaranno il censo del Sale, e tutte le gravezze, che si sogliono repartire sopra le persone, così sopra le teste, come sopra le bocche nell' istesso modo, e maniera, come fanno i Rurali, siccome dispone la Costituzione dello Stato, nel titolo de Oneribus, *nel* §. Quicunque Civis, *non ostante, che da quì addietro detta Costituzione non si sia osservata.*

L'esecuzione di detta Sentenza si comincia a San Martino dell' anno 1591.

MDXC. Die Martis xi. mensis Decembris in tertiis.

MUltum Illust., & Illust. D. Propræses, & Magistri Reg. Duc. Redd. Ordin. Status Mediolani, nec non et M. Illustres D. Balthassar Mugnoz de Salazario, & Sigismundus Fossa Regii Senatores, adjuncti ex dispositione litterarum Regiarum ut infra.

Visis litteris Regiis datis, Illustrissimo, & Excellentissimo Locumtenenti hujus Status, remissis Illustri Magistratui Ordinario sub die nona Januarii 1587.

Viso edicto publicato ex ordine ejusdem Magistratus ad instantiam Regii Fisci dato sub die octava Julii anni 1588. effectus ut Cives ruri habitantes comparerent ad allegandum, quare non deberent cogi ad solutionem onerum ruralium juxta dispositionem dictarum litterarum Regiarum, & Novarum Constitutionum in tit. de Oneribus §. quicunque Civis.

Visis comparitionibus factis nomine Civitatum Papiæ, Novariæ, & Derthonæ, & multorum Civium contendentium non debere observari dictas Constitutiones in allegato §.

Visis aliis litteris Regiis datis præf. Illustriss. Locumtenenti sub die 4. Martii 1589. pariter ad Magistratum remissis, exempli sequentis, videlicet.

PHILIPPUS Dei Gratia Rex &c.

Don Carlo d'Aragon, Duca di Terranova, Prencipe di Castelvetrano, ec. Governatore del Stato di Milano per Sua Maestà Cattolica, suo Capitano Generale in Italia, ec.

MAgn. Spect., & Egregii dilectissimi nobis. Con altre nostre di 9. Genaro 1587. v'inviassimo con una lettera di 22. Capitoli, che il Re nostro Signore ci scrisse, tra gli altri il decimosesto Capitolo del tenor, che segue:

Y porque se nos ha referido que hay en esta Ciudad muchos Ciudadanos, che con color de que lo son, aunque habitan en Villas, no pagan cargos Rurales, ni menos los de la Macina, y que assi mismo se eximen de los Civiles por estar fuera de la Ciudad, y no es justo permitir esto, sino que sean compellidos abolver a las Ciudades, ò que contribuyan en los cargos Rurales; proveereis que conforme a la Constitucion del Estado, se cobre de los tales lo passado, y por venir, y que si alguno pretendiere por ello aggravio, se le haga justicia, y que lo mismo se haga con los forresteros, que tienen bienes en el Estado, y no habitan en el, ni pagan las gravezas, que

que deven conforme a las Constituciones, pues (segun entendemos) son muchos los que han incurrido en las penas dellas. Ora S. M. ci scrive quello, che dalla seguente lettera vedrete.

Don PHELIPPE por la gracia de Dios Rey de Spaña, de las dos Sicilias, de Hierusalem, &c. Duque de Milan, Illustre Duque primo nuestro Governador, y Capitan General. Haviendose entendido los dias passados que havia en essa Ciudad muchos Ciudadanos, que con color que lo son, aunque habitan en Villas, no pagavan cargos Rurales, ni menos los de la Macina, y se eximian assi mismo de los Civiles por estar fuera de la Ciudad, se os scrivió entonces, que compeliendo a los tales a bolver a las Ciudades, ó que contribuyessen en los cargos Rurales, ordenassedes que conforme a la Constitucion deste Estado se cobrasse dellos lo que deviessen por razon de lo passado, y por venir, administrando justicia a los que pretendiessen recibir agravio en ello. Y porque se me ha hecho relacion que de mas de no haverse executado la orden que sobre este se os ha dado, y del perjuicio, y daño, que se sigue a las Villas de habitar en ellas personas, que no contribuyan en los cargos que son personales, le ricebe tambien muy grande mi Ducal Camara desse Estado por razon de los Dacios de la Macina, Carnes, Vino, Sal, y encargar os executeys precisamente lo que cerca desto se os ha scripto, que lo mismo se hos scrive tambien a instancia de los Sindicos de los Condados desse Estado para que le executeys, por ser lo que conviene a mi servicio, y buen govierno de mis subditos del, y avisareys me de como lo haveys hecho ansi. De Madrid a 4. Marzo 1589.

Signat. YO EL REY.

Vidit Cardinalis Toletanus. Vidit Comes. Vidit Saladinus Regens. Vidit Cadena Regens. Vidit Leon Regens. Vidit Ponzonus Regens. Cayas.

La quale lettera vi mandiamo insieme col detto Capitolo quì inserti, affinchè compitamente esseguiate quanto la Maestà Sua per essi comanda, dandoci avviso di quello, che operarete, acciò possiamo ragguagliarne la Maestà Sua, come per essa ci commette. Dio vi guardi. In Milano a' 20. d'Aprile 1589. Signat. Don Carlo d'Aragon. Vidit Filiodonus. In calce Montius. A tergo. Magn. Spect., & Egr. Præsidi, & Magistris Redditutum Ordinariorum Status Mediolani nobis dilectissimis, & sigillat. &c.

Visis aliis litteris Regiis datis ad instantiam Syndicorum Comitatuum sub die 19. Julii anni 1589. mandantibus adjungi Magistratui duos Senatores, cum deputatione Multum Ill. Senatorum Didaci Salazarii, & Jo. Baptistæ Capræ, facta pro executione dictarum litterarum.

Visa subrogatione præfatorum Multum Ill. DD. Balthassaris Salazarii, & Sigismundi Fossæ in locum prædictorum, facta sub die 22. Augusti proximè præteriti. 1590

Visa copia authentica aliarum litterarum Regiarum datarum sub die 2. Novembris 1588. ad instantiam Civitatum Status, effectus ut per Magistratum administraretur justitia, & daretur adjunctus ipsi Magistratui aliquis Senator.

Visis relationibus Referendatiorum Civitatum, qui requisiti per litteras præf. Ill. Magistratus retulerunt, qualiter attento prædicto edicto multi Cives, qui in Villis degebant, ad Civitates habitandas se contulerant.

Visis aliis relationibus eorundem Referendatiorum referentium, quòd si Cives ruriculæ habitarent in Civitatibus, diversa solverent Datia Cameralia, quorum solutionem ruri habitando evadunt.

Visis litteris diei 28. Julii 1587. scriptis per Magn. Deputatos Provisionum Civitatis Comi præfato Ill. Magistratui pro responsione litterarum ad eos datarum in hoc negotio Civium ruricularum in quibus fatentur credere, quòd Cives ruri habitantes debeant solvere onera ruralia.

Visis litteris diei 13. Augusti dicti anni 1587. scriptis per Magn. Præsidentes gubernio Civitatis Laudæ ad præf. Ill. Magistratum pro responsione ut supra in quibus ajunt, quòd circa contenta in prædicto capitulo litterarum Suæ Regiæ Majestatis opus esset ita efficere, ut servaretur memorata Constitutio Status in tit. de oneribus.

Viso ordine facto in Consilio Magn. DD. Præsidentium Provisionibus Magn. Civitatis Viglevani sub die 19. Junii anni 1589. effectus, quòd detur opera, ut Cives ruriculæ observent ordinem S. R. M. de quo supra, & cogantur ad solutionem onerum ruralium, si in Civitate non habitaverint.

Visis allegationibus, & fundamentis factis ad demonstrandum Constitutionem prædictam debere observari, una cum responsionibus ad fundamenta Civium ruricularum, ac trium illarum Civitatum, quæ contradixerunt, & demum in actis dimissis sub die prima præsentis mensis, nec non comparitione facta sub hac hora nomine Civitatum Papiæ, Novariæ, & Laudæ.

Visis litteris Regiis diei 5. Augusti 1589. directis præfato Excellentiss. Gubernatori ad preces Civitatis Novariæ, quæ remissæ fuerunt per ipsum Illustriss. Gubernatorem Senatui Excellentiss. unà cum omnibus coram ipso Excellentiss. Senatu allegatis, tàm pro parte ipsius Civitatis, quàm ejus Comitatus, quæ omnia exinde remissa fuerunt præfato Ill. Magistratui, & præsentata fuere in actis sub die 13. Novembris prox. præteriti per Magn. Oratorem dictæ Civitatis.

Visis omnibus juribus productis per Civitates contradicentes, & Cives ruricolas, & demum viso universo processu, & omnibus aliis videndis, auditaque relatione unius ex

1590 Ill. Quæstoribus, cui onus videndi, & referendi injunctum fuerat, & auditis Advocatis Civitatum Mediolani, Papiæ, Derthonæ, Novariæ, & Civium ruricolarum, ac nonnullorum habitantium in loco Romanenghi prætendentium se ex privilegio non teneri ad habitandum in Civitate. Nec non et Advocato Comitatuum Status pro suo jure, & interesse. Et tandem visa relatione citationis peremptoriæ cadentis sub hac hora publicatæ, & intimatæ ad formam litterarum Regiarum superinde obtentarum sub die ultimo Octobris proximè præteriti.

Præsente Ill. J. C. D. Emanuel Putheo Regio Advocato Fiscali in specie ad curam hujus causæ Delegato virtute litterarum Regiarum.

Omnibusque consideratis.

ORDINAVERUNT, & ordinant, ac declaraverunt, & declarant attenta dictarum Constitutionum inobservantia, absolvendos esse eos Cives, qui in Villis ultra præscriptum tempus à Nov. Constitutionibus in tit. de oneribus, in §. quicunq; Civis, habitarunt ab hodie retrò, ab omni, & toto eo quod prætendi posset contra eos, occasione onerum non solutorum, vel aliter, prout eos absolvunt.

Cæterum dictam Constitutionem in d. §. quicunque Civis, esse ad unguem, & prout jacet in futurum servandam, omni penitus exceptione, vel contrarii usus, vel aliter remota. Et hoc à Festo S. Martini proximè futuro in antea.

Reservato jure cognoscendi super prætensionibus Civitatis Novariæ, quæ particularibus rationibus prætendit eximi debere à dispositione dicti Decreti, cui Civitati, seu ejus Egregio Oratori statuerunt, & statuunt terminum dierum viginti post ferias Natalitias ad sibi incumbentia faciendum, qui terminus sit etiam communis Regio Fisco, & Syndicis Comitatus Novariensis.

Reservato similiter jure cognoscendi de juribus eorum qui prætendunt ex privilegio, vel aliter, debere præservari ab oneribus, si & prout juris fuerit, non retardata tamen executione prout infra.

Ita tamen, & taliter, quòd per præsentem ordinationem, & solutionem onerum ruralium in posterum faciendam ab iis Civibus, qui ruri ultra præscriptum tempus habitabunt, non censeatur acquisitum Feudatariis plus juris contra prædictos Cives, vel ratione jurisdictionis, & majoris Magistratus, vel aliter, quam competeret ipsis Feudatariis ante præsentem ordinationem, & ante ipsam solutionem, ita quòd ipsa solutio onerum nihil plus eis tribuat, quàm antea competeret.

Quibus etiam Civibus onera ruralia ut supra solventibus declarant nullum præjuditium fieri per memoratam solutionem, quia utantur, & fruantur aliis honoribus, & privilegiis nobilitati competentibus, ita quòd dici non possit per ipsam solutionem onerum derogatum fuisse nobilitati familiarum, quos ideò donec nobilitatem servaverint, absolvunt ab illis oneribus sordidis, quæ per actum personalem præstantur, salva contributione ad ipsa onera sordida, quæ fieret per viam collectæ, ad quam eos teneri volunt, sive servent nobilitatem, sive non.

Decernentes etiam copiam hujusce præsentis ordinationis transmittendam esse Suæ Excellentiæ ad effectum, ut de ea certior reddatur Sua Regia Majestas, ita tamen quòd non retardetur executio, quantum sit à dicto festo S. Martini prox. futuro in antea, nisi aliud interim in contrarium à S. R. Majestate ordinatum fuerit.

Præsente præf. Ill. Advocato Fiscali Emanuele Putheo prædictam ordinationem acceptante in partibus Regio Fisco favorabilibus &c.

Præsente quoq; Egregio Michaele Angelo Caballo Causidico generali Comitatuum Status, acceptante similiter dicto nomine ipsam ordinationem in partitibus dictis Comitatibus favorabilibus &c.

Jo. Jacobus Zuchellus.

A N N O T.

1 PRo observantia hujus Ordinis emanarunt Proclamata diei 29. Julii 1591., 5. Septembris 1609., & diei 29. Martii 1643.; in quo, & in ord. Illustrissimi Magistratus Ordinar. Reddit. diei 10 Januarii 1607. imponitur pœna Consulibus, & Deputatis Communitatum permittentibus fieri repartes onerum contra dispositionem Novar. Constit. *in tit. de oneribus §. quicunque Civis*.

2 Etiam Famulos Civium, & Nobilium Ruri habitantium ultra tempus præscriptum à Nov. Constit. teneri ad onera personalia habetur in citato Proclamate diei 29. Julii 1591., & declaravit Illustriss. Magistratos Ordinar. Reddit. die 9 Julii 1592 in casu controversiæ vertentis inter Communitatem Somaliæ, & Comitem Camillum, & Horatium Fratres de Cavatiis Comites Somaliæ. *Magnus Fossatus*.

Ut constito de dolo, & malitia debitoris intervertentis modum faciendi realem executionem is detineri possit in quocunque loco, & tempore, demptis locis sacris, & diebus in honorem Dei, vel Sanctorum feriatis.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Ut Jo. Stephanus Applanus occlusum in modum Supplicans recitati ejus crediti satisfactionem assequi possit vobis mandamus, ut constito quod memo-

memoratus debitor per malitiam, & dolum intervertit executionem realem illum detineri faciatis quocunque loco, & tempore demptis locis sacris, & diebus in honorem Dei, vel Sanctorum feriatis. Mediolani die 14. Decembris 1590.

Serenissime Rex,

FId. M. V. fer. Jo. Stephanus Applanus, & Consortes Datiarii Datii Dovanæ Mediolani anni 1579. remanent creditores Orlandi de Minolis de summa libr. ducentum quatuor Imperialium ex causa dicti Datii pro quarum consequutione Supplicantes coacti fuere contra eum Minolam juditium movere coram D. Jud. Dovanæ prædictæ, & agitur annus quòd obtinuere ab eo D. Judice præceptum fortioris executionis realis, & etiam detinendi eum debitorem. Ac præceptum ipsum realiter non potuit exequi, quia in domo ejusdem debitoris nihil fuit repertum quod potuerit pignorari, & dictus debitor non potuit detineri, quia diebus juridicis se retraxit, & retinet in domo, & si domum exit tàm cautè cum libello dierum utilium in sinu exit, quod detineri non potuit, nec potest, quàm pluries, & diversis diebus, & vicibus famuli usi fuerint diligentia, ut dictum præceptum exequerentur, & hoc patet ex relationibus eorum famulorum in actis prædicti D. Judicis, & ut consulatur satisfactioni ipsorum Supplicantium de dicto eorum credito causato ex datio supra decem annos præteritos, & ne à dicto debitore deludantur ulterius duxer. ad M.V. confugere Supplicando humillimè, ut attentis prædictis illa dignetur mandare prædicto D. Judici Dovanæ, ut Supplicantibus pro prædicto suo credito concedat præceptum detinendi dictum eorum debitorem, & in domo, & quolibet die etiam feriato, quod cum sit æquum sperant Supplicantes obtinere. 1590

1590. Die Lunæ 17. mensis Decembris in tertii.

Coram prædicto Multum Magnifico J. C. D. Judice Dovanæ, & Reg. Delegato.

PRoductæ, & præsentatæ fuere suprascriptæ litteræ, ac introclusæ preces per præfatos D. Jo. Stephanum Applanum, & ejus Socios, salvis &c., & exponentes, ut in dictis litteris, & precibus petentes quoque earum litterarum executionem, & eas exequi &c., & quod pro earum executione ipse Magnificus D. Judex velit, & debeat detineri facere dictum D. Orlandum quocunque loco, & tempore, ut ipsi D. Applanus, & Socii recitati eorum crediti satisfactionem assequi valeant, & in omnibus &c. Ut dictæ litteræ mandant attento maximè, quod constat ex prædictis relationibus in dictis precibus allegatis, quod memoratus Orlandus per malitiam, & dolum intervertit memoratam executionem realem, & de quibus relationibus apparet in actis prædicti Magn. D. Judicis, & prædicta replicant &c., aliter &c.

Et ad effectum &c. producentes ibidem prædictas relationes, & alia jura sua &c. In solis partibus &c. cum oblatione copiæ &c., ac dimissione &c. salvo jure &c., & hoc in termino citationis dicto D. Orlando inthimatæ ad instantiam prædicti D. Applani, & Sociorum essendi ista hora coram ut supra ad videndum fieri prædicta &c.

Ordo circa jurisdictionem Abbatum Mercatorum Mediolani.

SUper mutuis precibus Jo. Anton. Borsani, & Isabellæ Borsanæ, Senatus censuit non competere jurisdictionem Abbatibus Mercatorum; si agatur de pecuniis datis ad negotiationem Cambii. die 19. Februarii 1591.

SCHOLIA.

Refert *Roginell. pract. quæst. cap. 44. num. 22.* *Garonus.*

Ordo contra Vendentes, & in usus suos convertentes res alienas.

MDXCI. Die Jovis secundo Maji.

CUm D. Judex Equi verbum fecisset in Excellentiss. Senatu de processu agitato contra Cæsarem, & Herculem de Regibus de Ello querelatos à Petro Martyre de Fidelibus Mercatores Serici; eo quòd ex quadringentis libris serici, quod dictus Fidelis eis tradiderat torquendum cum eorum molendino tercentum tantum lib. restituerint; reliquam verò partem distraxerint, & in usus proprios converterint committendo fohacum; qua de causa contra eos captura concessa fuit, & detentus Hercules alter eorum fratrum, qui examinatus dixit se cum Cæsare fratre suo aufugisse. Exposuitque quòd pars dicti serici fuit vendita, pars penes diversas personas reposita. Quamobrem dictus Petrus Martyr, qui bona fide supradictis fratribus dictum sericum tradidit deceptus remansit: Cùmque etiam proposuisset idem Judex, quòd eo sub prætextu, quòd res haberet originem à contractu, quia de dolo à principio non constabat, siquidem dictum sericum datum fuerat ipsis fratribus de Regibus de Ello mensibus Julii, Augusti, & Septembris, ipsi delinquentes die primo Februarii proximè præ- 1591

1591 præteriti fugam arripuerunt, & quòd frequenter hodiernis temporibus in id genus incurritur, quodque re tractata in Curia, dictum fuit consulendum esse Senatum quomodo procedendum esset contra memoratos fratres, & alios, qui in posterum similes fraudes committerent.

Is ordo omnibus maturè consideratis censuit criminaliter procedendum esse contra dictos Fratres, & contra Cæsarem formandam esse Inquisitionem de schaco, & hoc eodem modo in posterum procedendum esse contra vendentes res alienas, & in suos usus convertentes absque licentia Dominorum ipsarum rerum, ac contra fugientes cum ejusmodi rebus, vel se, & eas occultantibus, atque id genus hominum minimè admittendum ad probandum rem habere originem à contractu.

Signata in calce Landrianus, & sigill. &c.

Professores debere corrigere nimiam tarditatem in prælegendo, & abstinere debere à cumulatione Doctorum recentiorum.

MDXCI. Die ix. Maji.

INtellexit Excellentissimus Senatus: plerosque Academiæ Ticinensis Lectores ita hoc tempore Auditorum suorum studiis obsequi, ut non modò universis singula lectionum verba dictare, sed etiam eadem singulis, iterum atque iterum importunè interpellantibus, repetere soleant. Cum tamen magis deceret morositatem hanc juvenum, sua minus bona noscentium, qua tardiorum pigritia alitur, potiùs quàm adjuvatur, diligentiorum verò studia impendiuntur, prudentia ipsorum Doctorum emendari. Itaque ut in posterum hujus edicti authoritate freti audentius id faciant.

Mandat Senatus, ut ab hac nova, & indigna docendi via omninò discedant. Eaque solùm loquendi tarditate utantur, quam ipsimet non oscitantibus, sed diligenter audientibus ad excipienda docentis dicta necessariam judicabunt. Simulque Senatus (ut alterum abusum corrigat, in quo Doctores, vel ambitiosè, vel ut sibi ipsis suppellectilem ad praxim comparent, errare animadvertit) jubet, eos in lectionibus, antiquis interpretibus contentos, à recentioribus cumulandis abstinere. Quorum enim lectione Scholarium ingenia consultò non onerantur; eorum auditione aures obtundi supervacaneum est. Si quis verò prædicta non observaverit, sciat sibi Senatus ipsius indignationem, & aliam quoque pœnam eidem ordini arbitrariam propositam esse.

Landrianus.

Borg. Cavalc. Vicecancell.

Alem. de Alem. Not.

Ordo ne publicè punitus retineatur in carceribus ex causa impensarum.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Consideratis expositis in inclusa supplicatione Egregiorum Protectorum Carceratorum hujus Civitatis, vobis mandamus, ut ubi recitatæ mulieres alia de causa non detineantur, quàm ratione memoratarum impensarum, fuerintque publicè fustigatæ, illas statim dimittatis: idem etiam exequendo in futurum, in similibus casibus. Dat. Mediolani die 27. Maji 1591. Signat. Vicecomes.

A tergò. Egreg. J. C. Prætori Mediol. nostro dilecto, & sigill. &c.

Declaratio Nov. Constit. tit. de Senatoribus §. potest tamen condemnatus &c.

IN causa Laviniæ Vicecomitis, & P. Francisci Vicecomitis, dixit Senatus Constitutionem loquentem de revisione postquam paritum fuerit judicato, non procedere eo casu quo sententia sit illiquida, quia intelligenda sit de casu possibili. Anno 1591. mense Augusti.

SCHOLIA.

IN causa tamen Com. Sancti Secundi, & consanguineorum dixit, statuendum esse terminum sex mensium ad liquidandum sententiam, & postea verbum fieret in Senatu.

Garonus.

Ordo ut Nov. Constit. in tit. de Arbitris &c. *habeat locum etiam cum Filio Senatoris.*

CUm disputaretur inter Com. Paulum Bologninum filium Senatoris, & Com. Sacramorum, & alios pariter de Bologninis, & ii prætenderent Capitaneum Justitiæ inter ipsos debere esse Judicem competentem, cum lis esset cum filio Senatoris, ipse autem filius nollet Capitaneum in Judicem, sed peteret causam Arbitris committi, Senatus censuit Arbitris committendam die 21. Novembris 1591.

SCHO-

1591

S C H O L I A.

Refert Ruginell. pract. quæst. cap. 44. num. 41. *Garonus*.

Ordo circa jurisdictionem Abbatum Mercatorum Mediolani.

MDXCI. Die xxviii. Novembris.

SEnatus censuit Abbates Mercatorum esse Judices competentes, quando agitur de litteris cambii, licèt contendentes non sint Mercatores.

S C H O L I A.

Meminit *Ruginell. pract. quæst. cap.* 44. *num.* 21. *Garonus*.

A N N O T.

HUjus decisionis ratio esse potest, quia ex consuetudine Dominii Mediolani dati potest ad cambium per quamlibet personam, & ex hoc fundamento Senatus Excell. die 8. Maji 1653. referente Magnif. D. Senatore Brachetio censuit per Abbates Mercatorum terminandam causam cambii vertentem inter D. Don Joannem Garziam del Hoyo, & D. Capitaneum Palomerum, licet ipsi non essent Mercatores, ut refert Calvin. *de aequit. lib.* 3. *cap.* 280. *sub n.* 74. in fine. *Magnus Fossatus*.

Damnandorum ad remum ætas, habitudo corporis, & alia referri debent à Jusdicentibus ad Senatum.

MDXCI. Die xi. Decembris.

EXcellentiss. Senatus Mediolani monet quoscunq; Prætores, Fiscales, ac alios Jusdicentes hujus Dominii, quibus contingit referre ad ipsum Senatum causas criminales Carceratorum, ut quotiescunque agetur de damnando quempiam ad remum, referant distinctè ætatem, & habitudinem corporis carcerati, & qualitatem morbi, si quo fortè laborabit, ut consultius deliberari possit. Landrianus.

Ordo ut pœna subditi Feudatarii delinquentis in jurisdictione Regia applicetur Fisco Regio.

CUm Nicolaus Auria subditus Feudatarii Bassignanæ, ob vulnera in ipso oppido illata Jacobo Coiro, præstitisset ex ordine Senatus fidejussionem scutorum centum de benè vivendo, & deinde deliquisset in jurisdictione Regia; & quæreretur versus quem Fiscum deberet fidejussor condemnari, Senatus censuit per litteras datas Prætori Papiæ dictam pœnam deberi Fisco Regio, die 16. Martii 1592. 1592

S C H O L I A.

REfert *Ruginell. pract. quæst. cap.* 46. *num.* 89. subdens decisionem fundatam esse, quòd delictum esset commissum in Territorio Principis, & ob id delinquentem factum esse jurisdictionis ipsius. *Garonus*.

Ordo, quod Doctor, vel Scholaris possit expellere Fabrum Malleantem.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

LEctis in Senatu nostro precibus Petri Cantonii J. C. Auditoris Ill. Capitanei Generalis Equitum levis Armaturæ hujus nostræ Mediolanensis Provinciæ, & Alexandri Crassi Legum Scholaris, ac responsis Josephi, & Fratrum Mantegatiorum, unà cum utrinque, replicatis, omnibusque maturè perpensis.

Censuit is ordo mandandum esse, prout nos tenore præsentium mandamus omnibus ad quos spectat, & spectabit, ut jubeant dictos Fratres Mantegatios artem suam ab eo loco, in quem nuper eam transtulerunt, alium in locum transferre, ex quo supplicantium studia propter strepitum Malleorum impediri non possint. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediol. die 18. Aprilis 1592. Subscr. Poggius.

Et registrat. in filo patent.

S C H O L I A.

DE hujusmodi privilegio latè tractant *Francisc. Marc. q.* 634. *nu.* 1. *p.* 1., *Menoch. de arbitrar. cas.* 237., *Gratian. disceptat. forens. cap.* 192. *nu.* 12. quod fuit concessum

ne

1592 ne eorum studia disturbarentur, ut idem *Gratian. observat nu.* 13., & ob id erit necessarium quòd juris peritiam exerceant, ut apud *Menoch. de arb. d. cas.* 237. *nu.* 30.

Huic autem privilegio erit locus etiam, quod domus esset propria ipsius Fabri, *Manent. cons.* 91. *nu.* 1. Quid quando Faber prævenit? si Doctor veniat habitatum propriam domum adhuc poterit expellere *d. cons.* 91. *nu.* 6. ut etiam expelleret, si doceret non potuisse alibi commodè habitare, notant supradicti *Francis. Marc. allegata q.* 634. *n.* 3. *p.* 1., *Menoch. d. cas.* 237. *n.* 23., *& Gratian. cap.* 196. *nu.* 18., *& seqq.*

Garonus.

A N N O T.

CAusa expulsionis Fabri malleantis adeò privilegiata est, ut possit cognosci summa-
1 riè, & de plano Rebuff. *de privileg. scholar. privileg.* 5., & alii apud Tranchedin. *con-*
2 *sult.* 68. *n.* 30. *tom.* 2., & tractari diebus feriatis etiam in honorem Dei, Carroc. *de locato*
tit. de profess n 38., Francis. Marc. *decis.* 635 *par.* 1., Gratian. *discept. forens. cap.* 186. *n.* 16.,
& aliis allegatis Tranchedin. *ubi supra n.* 31., & à sententia super ea lata non datur
3 appellatio Fontanella *decis.* 503. *n.* 5., Conciol. *ad Stat. Eugub. lib* 5 *rub.* 20. *n.* 16., Alex.
n. 52, & Jas. *n.* 45. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.*, & alii apud Antonell. *de temp. legali lib.* 1. *cap.* 39.
n. 64., & Tranchedin. *ubi supra n.* 32.

Hoc privilegium concessum Jurisperitis, & Scholaribus ob publicam utilitatem, quia
eorum studiis summopere prosunt Reipublicæ, ut notant Scribentes *in l.* 1. *ff. solut.*
4 *matrim.*, extenditur etiam ad Monasteria, ne Religiosi à divinis precibus, piisque pro
instituto exercitationibus distrahantur, quia summa ratio est, quæ pro religione facit
Jas. *n.* 45., Alciat. *n.* 51., Alex. *n.* 52., Bolognet. *n.* 24. *in l.* 1. *ff. solut. Matrim.*, & firmant
etiam Antonel. *d. cap.* 39. *n.* 61., Sanfelic. *lib.* 1. *decis.* 127. *n.* 1. asserens decreto Magnæ
Curiæ fuisse expulsum Fabrum ferrarium turbantem Divina Officia prope Ecclesiam,
Pacion. *de loc. cap.* 10. *n.* 94., Amic. *cons.* 104 *n.* 9., & alii apud DeLuca ad Franch. *decis* 625.
n. 2., & Tranchedin. *d. consult.* 68. *n.* 23., & Sabell. *sum. divers. tract.* §. *vicinus. n.* 12. *versic.*
quod procedit, refert ita decisum per Magistratum Florentiæ anno 1677, favore Monia-
lium Terræ Anglaris contra Fabrum ferrarium.

Extenditur etiam hoc privilegium favore Infirmorum, ut ubi judicio Medicorum con-
5 ciliare non possent somnum ob strepitum Fabri malleantis, vel alterius artis, pos-
sint implorare officium Judicis pro illius expulsione, ut tradunt Dec. *in l. quæcumque*
n. 72. *ff. de offic ejus, cui mand est jurisdic.*, Tondut. *resol. civil. cap.* 140. *n.* 4., Sanfelic. *decis.* 127.
n. 3. *lib.* 1., Antonel *d. cap.* 39. *n.* 62., Carroc. *de loc. tit. de professor. pag.* 244. *n.* 30, *&* 59.,
Rebuff. *de privileg. Scholar privil.* 30., Petr. Barbosa *in l.* 1 *par.* 7. *n.* 14. *ff. solut. Matrim.*, &
alii apud Rubeum *de validitate legali cap.* 11. *n.* 141.. Alias demum ampliationes circa
hanc materiam recenset Tranchedin. *cit. consult.* 68. à *n.* 19. *ad* 28.

Dubitatum fuit an vicino, qui tamen non sit de personis privilegiatis, liceret prohibere
6 alteri vicino tenere Filatorium Serici, ne ex ejus strepitu impediretur somnus, &
proposita causa in Regio Consilio Neapolitano decisum fuit non posse prohiberi,
ut testatur de Franch. *decis.* 625. *in princip.*, & idem quoque firmant Thoro *in compen.*
decis Consil. Neapolit. tom. 1. *verb. vicinus*, Giurb. *observ.* 48. *n.* 29., & Rubeus *de validit. legali*
cap. 11. *n.* 11., *&* 140.

Recursum pariter habuit ad Excellentissimum Mediolani Senatum Ingenierius Luinus
7 contra quemdam Barettam Filatorem Serici, petens prohiberi eidem Barettæ cun-
struere Molendina in propria domo prope locum, in quo ipse Luinus propriam ar-
tem exercebat, & Senatus censuit jus Luino non competere die 27. Augusti 1668.
referente Magnifico D. March. Senatore Caza.

An, & quando attendenda sit præventio in hac materia, & quæ ponderanda sint per Ju-
8 dicem tradit Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 237. *per tot.*

Mognus Fossatus.

Ordo, ne molestentur ludentes ludo prohibito, sine pecuniis.

Vicario Marthesanæ.

DIlectè noster. Inclusas preces Georgii Novariæ, & Consortium ad vos mittimus, mandantes ut ubi Supplicantes non luserint aliquam pecuniarum quantitatem in dicto ludo, ipsos ea de causa ulterius non molestetis. Dat. Mediol. die 18. Augusti 1592.

Ordo ut nullus fiat reus suspicionis.

PHILIPPUS, &c.

DIlectè noster. Quas nobis porrexit preces Barbara Tapella, eas ad vos his nostris annexas mittimus, mandantes, ut super petitis cum Curia deliberetis, ac provideatis. Præterea mandamus vobis, ut in futurum ab illo abusu constituendi aliquem reum suspicionis abstineatis, cùm Senatus jam pluries Judices admonuerit, ut ab ipso abusu caveant. Mediol. die 11. Decembris 1592. Judici Galli. Alex. Besutius.

De

1593

De eodem.

PHILIPPUS Hispaniarum, &c.

Dilectè noster. Considerata occlusa supplicatione Petri, & Joannis Antonii B...utiorum, mandamus vobis, ut, ubi legitima non subsint indicia constituendi reos supplicantes, eos ulterioribus expensis non gravetis; sciatisque à Senatu nostro nullo pacto probari, quòd quis de suspicione reus, constituatur, & ideò vos ab hoc in futurum cavebitis. Mediol. die 23. Julii 1593.

Vicario Seprii.

Pœna testis falsò ad defensam deponentis.

PHILIPPUS Hispaniarum &c Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Audita relatione tua processus formari contra Paulinum Fignæum reum confessum testimonii ad defensam falsò perhibiti pro Filippo, Jo. Paulo, & Jo. Antonio Pellicis inquisitis de auxilio cooperativo ad homicidium Rufini de Plano, & omnibus relatis maturè perpensis, tibi mandamus, ut ipsum Paulinum duobus ictibus funis publicè plecti facias. Mediolani die 29. Januarii 1593.

Prætori Vulpelini.

Besutius.

Declaratio competentiæ Judicis super pacto in for. Cameræ.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Visa occlusa supplicatione Corneliæ de Serono, vobis mandamus, ut veris existentibus iis, quæ dicuntur, de prorogata jurisdictione Executorum, tùm per pactum expressum, tùm per actus posteà secutos, ac constito de ipsius supplicantis credito, illius satisfactioni jam tandem provideatis, dicta exceptione incompetentiæ non obstante. Dat. Mediol. die 9. Martii 1593.

Poggius.

A tergo. Sap. J. C. D. Jo. Baptistæ Monetæ caussæ commiss. nost. dilect.

Ordo in materia proclamat. creditorum contra rurales.

PHILIPPUS, &c.

Dilectè noster. Visis inclusis precibus Baptistæ de Barni vobis mandamus, ut constito vobis, quod suppl. non vacet agriculturæ, agros propriis manibus colendo, vel operas aliis locando, eum prætextu dictarum Cridarum non molestetis. Dat. Mediolani die xxv. Augusti 1593.

Signata Landrianus, & sigillata &c.

A tergo. Suprascripto J.C. Judici Equi Mediol. nostro dilecto &c.

Decretum de Feriis Vindemiarum.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Lectis in Senatu nostro precibus Agentium Collegiorum Jurisconsultorum, & Causidicorum hujus Civitatis, unà cum responsis Actuariorum causarum civilium ejusdem Civitatis, quæ sunt exempli sequentis, videlicet. Potentissime Rex. Scit M.V. statuto cap. 107. lib. 5. caveri, quòd feriæ vindemiarum se extendunt quindecim diebus ante, & totidem post festum Sancti Michaelis, & sic mense continuo. Verum ex decreto Senatus jampridem introductum fuisse, ut singulis hebdomadis jus reddatur diebus Mercurii, Jovis, & Veneris, sed longo rerum usu compertum est, dictam dierum utilium interpositionem præsentibus temporibus damnum, & incommodum plurimum afferre, nam, cùm hisce diebus causas ordinarias pertractari contingat, ferè nil aliud emergit, quàm diverticula, subterfugia, & impensæ superfluæ, ac stratagemata pro ordinationibus extorquendis à Judicibus, nacta occasione absentiæ alterius partis, aut ejus Procuratoris, vel Advocati, quorum major pars eo tempore pro negotiis domesticis, & ut aliquantulum etiam à laboribus respirent, rus petunt. Hinc multoties fit, quòd lites ex litibus suscitantur, neque enim adest aliquis Judex, præsertim de Collegio, neque Causidicus, qui aliqua bona rusticana non possideat; quæ cùm saltem semel in anno invisere deceat, idque opportunius dicto vindemiarum tempore, quieto animo negotiis incumbere non possunt: ideò dicto tempore in causis tractandis, & in sententiis ferendis M. V. comperiet in confuso omnia esse. Nam illis, qui bona habent di-

1593 stantia milliaribus viginti, aut quadraginta vel circa, necesse est, quòd Mediolano die Sabbati discedant, ipsumque diem, & sequentem in itinere consumunt, die autem Lunæ, & Martis revertuntur, & ita in continuo existunt motu, scilicet in recessu, & regressu, ita ut neq; rei familiari, neq; litibus consulere queant: sicque etiam litigatores, qui & ipsi fructuum collectioni pro eorum, & publicæ rei utilitate incumbere deberent, maximo cum incommodo, & dispendio in Civitate morari coguntur; Judices, & Causidicos expectando; & ita durantibus ipsis feriis impensæ superfluæ cumulantur, & fiunt, quia vel Judex reperitur absens, aut Advocatus, vel Causidicus, aut aliud impedimentum intercedit, quo fit, ut feriæ pro hominum utilitate, & commodo, immò necessitate introductæ, potiùs incommodum afferant, & dispendium: & hinc est, quod, prout etiam M. V. novit, in toto hoc Dominio, & ferè in omnibus mundi partibus feriæ sunt continuæ, non autem ita intercisæ. Ita etiam Mediolani operæ pretium videtur esse ordinandum. Idem etiam jure communi cavetur; sed idem & statutum quoque supra allegatum cap. 107. vol. 1. non aliter caverat.. Quapropter utrumque Collegium I. P. scilicet, & Causidicorum hujus Civitatis his, & aliis rationibus, quæ brevitatis causa omittuntur, communicato inter se negotio optimum esse censuerunt, operam dare, ut dictæ feriæ, quæ nunc intercisæ sont, reducantur ad mensem continuum; & ad eum effectum dicta Collegia ad M. V. recursum habere decreverunt. Supplicando, ut illa decernere dignetur; quòd posthac memoratæ feriæ sint continuæ, & incipiant in die 24. Septemb., & finem recipiant in die 14. Octob. sequentis; quibus à litibus civilibus omninò supersedeatur ad for. allegati stututi cap. 107. Exceptis tamen causis alimentorum præsentium, restitutionis rei locatæ, solutionis fictorum simplicium, novi operis nunciationis, & sequestrorum, seu repositionum ne mobilia, & fructus pendentes transeant in finistrum; quod quia justum esse videtur, speratur &c. P. R. Precibus utriusque Collegii, J. C. scilicet, & Causidicorum Mediolani paucis respondent Actuarii causarum civilium Mediolani, se non modicum sensuros detrimentum, si petitio hæc exaudiatur; cùm ex pacto in instrumento conductionis per eos à Dominis datii factæ, non possint propter hujusmodi feriarum reformationes aliquod restaurum prætendere, & propterea conveniens foret, quòd eorum indemnitati provideretur. Verumtamen, ne poenitus difficiliores videantur, ubi M. V. placeat hujusmodi petitionem exaudire, contentantur, quòd fiat, sed pro viginti diebus tantum, incipiendo à die 24. Septemb., & finiendo in die 14. Octob. sequentis, ita tamen quòd in causis in ipsis precibus exceptuatis, dignetur M. V. dicere, quod jus reddi possit, & debeat, non illis solum tribus diebus in hebdomada, quibus hactenus consuevit, sed omnibus diebus, modo non sint in honorem Dei, vel Sanctorum feriati. Subscript. Joseph Delphinouus Not. causarum civilium Mediolani. Subscript. Jo. Ambrosius de Ripa Not. dictarum causarum civilium Mediolani, subscript. Omnibusque maturè perpensis, per has nostras de illius ordinis sententia decernimus, memoratas ferias vindemiarum posthac continuas esse debere, easque incipere in die vigesimo quarto mensis Septembris, & finem recipere in die vigesimo mensis Octobris, quibus durantibus volumus, ut in causis alimentorum præsentium, restitutionis rei locatæ, solutionis fictorum simplicium, novi operis nunciationis, & sequestrorum, seu repositionum, ne mobilia, & fructus pendentes transeant in finistrum, quolibet die jus dicatur, exceptis solùm diebus feriatis in honorem Dei, vel Sanctorum: Mandamusque omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut ita servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 3. Septembris MDXCIII. Signat. Poggius.

A tergo. Registratæ in filo patent., & sigillat. &c.

SCHOLIA.

POstquam incidit sermo de feriis libet curiosam, & etiam fructuosam, licet longiorem quàm ferat scholiastes institutum, subjicere tractationem, aperientem inveterata antiquitate ferè obliterata. Inprimis sciendum, ferias à feriendis victimis appellatas, quemadmodum author est *Pomp. Festus*, easque à Diis hominibus pro laborum intermissione fuisse datas, ut testatur Plato 2. de legibus: *Dii autem*, inquit, *genus hominum natura præsumi esse rati, remissiones laborum ipsis statuerunt, solemnia videlicet festa vicissim in ipsorum Deorum honorem instituta præbentes*. Feriarum aliæ erant publicæ, aliæ privatæ: publicarum erant quatuor genera statæ, sive stativæ, conceptivæ, imperativæ, & nundinæ, ut observat *Rosin. antiq. Roman. lib. 4. cap. 3.*, *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 5. cap. 7.*, quæ indicebantur, & proclamabantur singulis mensibus à Rege Sacrorum, & à Prætore. Ab hoc quidem vacationis à forensibus negotiis: ab illo autem sacrorum ritè peragendorum gratia, notat ibidem *Rosin*.

Rursus istarum aliæ erant in honorem Deorum introductæ, aliæ ad hominum commoditatem adinventæ.

Stativæ, sive statæ illæ erant, quæ statis diebus, ac mensibus servabantur, scribit *Pomp. Festus*, eas universi populi commu-

nes,

nes, & in faſtis ſtatis obſervationibus annotatas dixit *Roſin. antiq. Roman. lib. 4. cap. 3.*, ejus generis fuiſſe Saturnalia, Lupercalia, Agonalia obſervat *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 5. cap. 7.* Pridiè quoq; Kalendas Januarias Magiſtratus, neq; juſdicere, ſed nec ſui poteſtatem facere conſueverant, *l. Pridiè 5. de feriis lib. 2. P. tit. 12.*, *& l. omnes dies 7. tit. eod. Cod.* Eis accesſerunt natalitii dies urbium maximarum Romæ, atq; Conſtantinopolis: in quibus debent jura differri, quia ab ipſis nata ſunt. Item dies, qui vel lucis auſpicia, vel ortus imperii protulerunt Imperatori, *d. l. omnes.*

Conceptivæ, quæ in idem certam à Pontifice, vel Magiſtratu concipiebantur, ejus generis erant Latinæ, Sementinæ, Paganalia, vel Compitalia, notat *Alex. ab Alex. d. cap. 7.*, *& Roſin. d. cap. 3.*, *Varro lib. 5. de lingua latina ſimiliter latinæ feriæ, dies conceptivus dictus à latinis populis, quibus in Albano Monte ex ſacris carnem petere fuit jus cum Populo Rom., à quibus latinæ feriæ dictæ ſunt.*

Imperativæ erant, quas Conſul Prætorve, aut Pontifex maximus pro arbitrio indicebat, *Alex. ab Alex. genial. dier. d. cap. 7.*, *& Roſin. cap. 3.* Puta ſi terræ motus accidiſſet, ſi ſpectrum viſum foret, ſi bubo intraſſet Capitolium, aut aliud dirum occurriſſet, ut obſervat *Laz. comm. Reip. Rom. lib. 11. cap. 1.* Probatque authoritate Svetonii in Claudio *cap. 22. In cooptandis per Collegia Sacerdotibus neminem, niſi juratus nominavit: obſervavitq; ſedulo, ut quoties terra in Urbe moviſſet, ferias advocata concione Prætor indiceret; utque obdira aut in Urbe, aut Capitolio viſa obſecratio haberetur.* Tales ferias imperativas fuiſſe dictas obſervat ibi *Philip. Beroald.*

Nundinæ erant paganorum, ideſt ruſticorum, quibus conveniunt negotiis propriis, vel mercibus proviſuri, *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 4. cap. 3.* à nono die dictæ ſunt, quaſi Novendinæ, quæ ita à Romanis inſtitutæ perhibentur, ut octo quidem diebus in agris opus ruſtici facerent: non autem die intermiſſo, repeterent Urbem ad mercatum, pro legibus accipiendis, & ut ſcita atq; conſulta frequentiore populo referrerentur: quæ trinundino die propoſita à ſingulis atq; univerſis facilè noſcebantur, ſcribit *Laz. Reip. Rom. lib. 11. cap. 1.* Et erant ſine feſto, ut tradit Feſtus. Hæ poſtea fuerunt redditæ faſtæ lege Hortenſia, ut ruſtici, qui nundinandi cauſa in Urbem veniebant, lites componerent, refert *Roſin. antiqu. Rom. lib. 8. cap. 1.*

Addamus Repentinas ferias, à rebus feliciter geſtis provenientes, *l. 1. de feriis, lib. 3. Cod. tit. 12.*, & etiam indictas in honorem Principis, *l. ſed ſi 26. §. ſi feriæ ex quibus cauſis majores lib. 4. P. tit. 6.* eas nullus Judex ſua auctoritate condere poterat, *l. A nullo 4. de feriis lib. 3. Cod. tit. 12.* exemplum habemus apud Liv. *lib. 38.* nam Scipio [159]
ob bellum proſpere geſtum cum Chartaginenſibus ferias indixit. Prodigioſus etiam caſus illis præbebat materiam, puta vehementes terræ motus, teſte Liv. *lib. 34.* ut & natalis dies Principis, qui conſueverat à quolibet celebrari, ut apud Martialem *lib. 10. epigram. 87.*

Natalem colimus; tacete lites.

Hæ feriæ, ut extraordinariæ, indicebantur per præconem illa formula, ut litibus, & jurgiis abſtineretur, authore Cic. *lib. 1. de divinat.* Erant, & Præcidaneæ feriæ, quæ præcedebant ſolemnes ferias, de iis mentio fit apud *Gell. noct. attic. lib. 4. cap. 6.* ubi refert verba Ateii Capitonis: *Coruncanio Pontifici Maximo feriæ præcidaneæ in atrum diem inauguratæ ſunt. Collegium decrevit non habendum Religioni, quin eo die feriæ præcidaneæ eſſent*, ejus meminit *Laz. de Rep. Rom. lib. 11. cap. 2. ad finem*, Erant, & feriæ indictæ, ut apud *Iſidor. de originib. lib. 6. cap. ult. ad finem*, quia paupertas antiqua Romanorum ex collatione ſacrificabat, aut certè de bonis damnatorum. Undè ſupplicia dicuntur ſupplicationes, quæ fiebant de bonis paſſorum ſupplicia. Sacræ enim res de rebus execrandorum fiebant. Hæc fuit prima apud Romanos feriarum obſervatio, temporibus Impp. alia inita ratio: nam ad duo ferè genera redactæ: ad eas quæ commodum hominum reſpiciebant, & eas quæ ad Dei cultum pertinebant. Priori de cauſa Imp. Theodoſ. meſſis ferias, nec non vindemiales conceſſit: primæ initium ſumebant à die octavo Kalendarum Julii, & in Kalendas Auguſti deſinebant: aliæ à decimo Kalendarum Septembris, uſque ad Idus Octobris protrahebantur, *l. 2. de feriis lib. 3. Cod. tit. 12.* Nos geminos menſes ad requiem laboris indulgentior annus excepit: dies ſcilicet æſtivos fervoribus mitigandis, & autumnos fructibus *dict. l. omnes 7. tit. eo.*, ut neque legendis libris vellent ſe occupare, ut innuit *Martial. lib. 7. epig. 81.*

Non totam mihi ſi vacabis horam,
Dones, & licet imputes ſeverè,
Dum noſtras legis, exigiſq; nugas,
Durum eſt perdere ferias, rogamus,
Jacturam patiaris hanc, feraſq;

Deſignatio temporis quandoq; variabatur: nam Præſides Provinciarum ex conſuetudine cujuſq; loci ſolebant meſſis vindemiarumque cauſa tempus ſtatuere, *l. Præſides 4. de feriis, lib. 2. P. tit. 12.* Quid feriis in univerſum fieri deberet docet *Cic. 2. de legib.* Feriarum, inquit, Feſtorumq; dierum ratio in liberis requietem habet litium, & jurgiorum: in ſervis operum, & laborum: quia compoſitio anni conferre debet, & ad perfectionem operum ruſticorum, & ad remiſſionem animorum. Eo alludit *Martial. lib. 10. epig. 73. alias 87.*

Natalem colimus: tacete lites.

Ovid. 1 Faſtorum.

1593 *Prospera lux oritur linguisque animisque favete,*
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanaq; protinus absint,
Jurgia, differ opus livida turba tuum.

Quid autem diebus Deo dicatis non liceret sparsis in locis traditur. Per triduum ante Ascensionem Domini celebrantur rogationes, olim ab opere servi, & ancillæ relaxabantur, *cap. Rogationes 3. de consecrat. distinc. 3.* Die quoque Dominico, in die Paschæ, Natalis Domini, & Epiphaniæ, ac septem diebus qui præcedunt, & septem qui sequuntur, nedum erat à litibus quiescendum, *l. 2. de feriis lib. 3. Cod. tit. 12.* Sed ex decreto Impp. Valent., Theod., & Arcad. neque spectaculorum copia erat facienda omnes dies Dominicos à vespera in vesperam cum omni veneratione observari, & ab omni illicito opere abstineri decernitur: ut in eis minimè mercatum fiat, neq; placitum, neq; aliquis ad mortem, vel ad pœnam judicetur; nec Sacramenta, nisi pro pace, vel alia necessitate præstentur, *cap. 1. de feriis lib. 2. decr. tit. 9.* In eis nec apud ipsos Arbitros, vel à Judicibus flagitatos, vel spontè electos, ulla habebatur jurgiorum cognitiò, *d. l. omnes 7. de feriis lib. 3. Cod. tit. 12.* Quadraginta diebus qui auspicio cæremoniarum Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibebatur criminalium quæstionum, *l. Quadraginta 6. tit. eo. Cod.* exceptis quæstionibus latronum: nam Impp. Honor., & Theod. monuerunt Provinciarum Præsides, ut in quæstionibus latronum, nullum Quadragesimæ tempus, nec Venerabilem Paschæ diem existimarent excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est: cum facillimè in hoc summi numinis speraret veniam, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur, *l. Provinciarum 10. tit. eod. Cod.* Iis diebus pacta conferre, & transactiones facere permittunt Impp. Leo, & Anthemius *l. fin. tit. eod. Cod.* Celebre est rescriptum dictorum Impp. circa observationem dierum festorum: Dies, inquit, festos Majestati Altissimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationis profanari. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus, & venerandum, ut à cunctis executionibus excusetur: nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fidejussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio, delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox silescat, respirent à controversiis litigantes, & habeant fœderis intervallum: nec hujus tamen Religiosi diei otia relaxantes, obscœnis quamquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena theatralis, aut circense certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula: & si in nostrum ortum, aut natalem celebranda solemnitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cujuscunque Judicis apparitor, prætextu negotii publici, seu privati hæc quæ hac lege statuta sunt crediderit temeranda, *l. Dies festos 11. tit. eod. Cod.* Tibullus, & ipse festorum celebrationem commendat.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et grave suspenso vomere cesset opus.
Solvite vincula jugis, nunc ad præsepia debent,
Plena coronato stare boves capite.
Omnia sint operata Deo, non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum.

Licebat tamen emancipare, & etiam manumittere, *l. Ut in die 2. tit. eo Cod.* Quòd si necessitas urgeret, & pietas suaderet processus instruebatur, & sententia promulgabatur, *cap. fin. de feriis.* Sed & agrorum cultura exercebatur quando occasione momenti perire poterat commoditas cælesti provisione concessa, *l. omnes Judices 3. tit. eo. Cod.* Si alecia terræ se inclinaverint, eorum captioni, ingruente necessitate Intendere permittit Alex. Tertius: ita quòd post factam capturam Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruam faciant portionem, *cap. licet. 3. de feriis lib. 2. decr. tit. 9.* Et scævola consultus, quid feriis agi liceret, respondit id quod prætermissum noceret: quapropter si bos in specus decidisset: eumq; pater familias, adhibitis operis liberasset, non est visus ferias polluisse: nec ille qui trabem tecti faciendo ab imminenti vindicavit ruina, refert *Rosin. antiq. Roman. lib. 4. cap. 3.* Fossas novas excavere nefas erat, veteres tamen detergére erat permissum: Inde facetè dixit Verrius Flaccus, Ferias idoneas magis esse viduis quàm Virginibus ad nubendum, refert *Cæl. Rodig. lect. antiq. lib. 28. cap. 18. ad finem.* Divus quoque Trajanus Minucio natali rescripsit, ferias à forensibus tantum negotiis dare vacationem: ea autem, quæ ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda, inter quæ custodiarum quoq; cognitionem esse, *l. Divus Trajanus 9. tit. eo. Cod.* Multo plures excipiuntur causæ, ex quibus cogi poterimus, & per id temporis cum messes vindemiæque sunt, ad Prætores venire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est si dilatio actionem sit peremptura: verum ad hoc tantum cogi æquum est, ut lis contestetur, & ita ipsis verbis orationis exprimitur. Denique alterutro recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit, *l. 1. de feriis lib. 2. P. tit. 12.* Aut si res morte perituræ sunt: veluti furti, damni injuriæ, injuriarum atrocium: qui de incendio, ruina, naufragio, ratæve expugnata rapuisse dicuntur, *l. solet 3. tit. eo. P.* Divus Marcus eadem oratione in Senatu recitata effecit, ut de aliis speciebus Prætorem adire etiam diebus

bus feriatis liceret: ut puta, ut tutores, aut curatores dentur, ut officii admoneantur, cessantes excusationes allegentur, alimenta constituantur, ætates probentur, ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei servandæ causa, vel legatorum, fideive commissorum, vel damni infecti, item de testamentis exhibendis: ut curator detur bonorum ejus, qui an hæres extiturus sit incertum est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis, aut de adeunda suspecta hæreditate, aut ut aspectu atrox injuria æstimetur, vel fideicommissaria libertas præstanda, Pauperes, & miserabiles personæ poterant suas causas prosequi, quia observantia feriarum non ligantur, *Sola ad Constitut. Sabaud. tit. de feriis gl. 4. nu. 1.* Antedictis geminis mensibus, publicæ, ac Fiscales causæ sine aliqua intermissione distringi poterant, pistoriis itidem causis iisdem diebus ratum examen adhiberi poterat, *l. publicas 5. de feriis lib. 2. P. tit. 12.* Testium depositio per idem tempus recipitur, si jurarunt die juridica, *Vivi. decis. 35. nu. 5.*

Non solum autem plures causæ poterant examinari feriis in gratiam hominum introductis vigentibus, sed etiam omnes, si id partibus placuisset, quod non erat permissum feriis in honorem Deorum introductis quemadmodum observat *Francisc. Marc. q. 410. p. 1.* Placuisse autem constabat, quando nominatim renunciabant antedictis feriis, ut traditur *in cap. final. ad finem, de feriis lib. 2. D. tit. 9.*, & observant *Thesaur. decis. 39. num. 7. vers. Aliud genus*, quia privatum cujusque commodum respiciunt, *Gallarat. renunc. 159. n. 7., Tort. ad Stat. Pap. rubr. 27. nu. 4. in civilib., Sola ad dictum tit. de feriis gl. 3. num. 2.* Quam renunciationem trahi etiam ad causam appellationis observat *Sola ad dictam gl. 3. versus finem.* Sed & tacitè dicebatur renunciatum si Prætor, aut per ignorantiam, vel socordiam evocare litigantes perseveraverit, hique spontè venerint: si quidem sententiam dixerit præsentibus illis, & spontè litigantibus, sententia valebit, tametsi non rectè fecerit, qui eos evocaverit, sin verò cum abesse perseveraverint, sententiam protulerit etiam absentibus illis; consequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti: neque enim Prætoris factum juri derogare oportet, *l. 1. de feriis, & l. si feriatis 6. de feriis lib. 2. P. tit. 12.* Neque enim taciturnitas satis facit, sed requiritur actus positivus ex quo inducatur renunciatio tacita, *Tort. ad Stat. Pap. rubr. 27. num. 43.* Puta quòd compareant, & non opponant exceptionem feriarum, *Gallarat. renunciat. 159. nu. 10.* Tacita pariter renunciatio resultabit, si partes petant sententiam proferri, hoc enim ipso dicuntur renunciare feriis, *Surd. cons. 8. num. 22.* Ea autem distinctio est inter tacitam, & expressam renunciationem, quòd tacita non extenditur ultra actus factos, & ideò poterit exceptio ad impediendum subsequentes actus, *Gallarat. renunciat. 159. num. 11.*

An autem renunciatione partium stante debeat Judex sedere pro Tribuali, *Bald. cons. 467. num. 2. lib. 1.* Affirmativè respondidit, quia jurisdictio sit potestas de publico introducta cum necessitate juris dicendi congruo loco, & tempore: tempus autem dicatur congruum, si est renunciatum feriis, ei accedit *Sola ad Constit. Sabaud. tit. de feriis glos. 4. num. 8.* Contrarium tenuit *Thesaur. decis. 39. nu. 3. vers. Advertendum*, Quia feriarum introductio contineat etiam commodum ipsorum Magistratuum, prior sententia est usu recepta, & non est Judex, qui non libenter audiat lisigantes tempore feriarum, quia illæ commodum potius, quàm incommodum eis adferant. Equidem testes non coguntur diebus feriatis vindemiarum dicere testimonium, si fint rurales, annotat *Thesaur. decis. 39. num. 2., Gallar. renunciat. 159. num. 13.* Quia non potest nocere, nisi ipsis renunciantibus.

Possunt etiam partes concorditer ratificare processum invalidum propter ferias, non tamen ipsam sententiam, *Gratian. discept. forens. cap. 516. nu. 22.* *Garonus.*

A N N O T.

Iste Ordo fuit reformatus Decreto Senatus Excellentissimi diei 27. Augusti 1675., quo disponitur Ferias Vindemiarum incipere debere die 14. Septembris, & durare continuò per totum mensem Octobris.

Ordo pro iis, qui in domo sequestrantur.

MDXCIV. Die iv. Januarii.

Cum Excellentiss. Senatus à Judicibus rationem criminalium hujus Civitatis Mediolani intellexerit sæpè contemni præcepta, quæ mandato Superiorum ad evitanda scandala aliquibus inimicitias gerentibus transmitti solent ad effectum ne è domo exeant, vel si foris sint in eam se recipiant, ejus autem contemptum illo prætextù potissimum adduci, quòd hujusmodi præcepta, ut plurimum soleant domi habitationis inthimari, illi autem, cum personaliter reperti non fuerint se præcepti scientiam non habuisse allegent, atque ideò cum verè contumaces dici non possint ad mulctam contra se deveniri non posse dicant. Hæc autem excusatio visa fuerit ipsi ordini magno dolo velata, cum sæpissimè cognitum fuerit illos data opera latitare, 1594

ne

1594 ne personaliter reperiri possint, & ubi admitteretur procul dubio Sanctissimus talium præceptorum effectus cum maxima Reipublicæ pernicie, atque scandalo eluderetur, itaque Senatus volens huic malitiæ hominum occurrere, ac opportunè providere:

Præsenti decreto vim legis perpetuæ habituro, & per totum hoc Dominium publicando, sanxit, ejusmodi præcepta domi solitæ habitationis intimata eamdem vim habere, ac eos quibus visum fuerit, ità afficere; ac si illis personaliter intimata fuissent, eosq; haberi pro veris contumacibus, ac si personaliter citati fuissent, & ideo, si casus evenerit, esse contra illos de inobservatione tanquam contra veros contumaces procedendum. Signat. Landrianus, & sigillat. &c.

A N N O T.

SEclusa laudabili hujus Ordinis providentia, citatus Domi, & non obediens, dici non posset verus contumax, prout requiri ad effectum incurrendi in pœnam comminatam volunt Cagnol. *in l. 1 n. 25. ff. si quis Jusdicen. non obtemper.*, Porr. *fascicul. rer, criminal. §. citatio. n. 9.*, Gratian *discept. forens. cap. 708. n. 8., & cap. 715. n. 14.*, & alii allegati à Sabelli *in summa §. contumacia. n. 1.*

Magnus Fossatus.

Quod advenæ, qui quietè, & pacificè vivunt, in aliquibus artibus se exercentes, ac præcipuè, qui familiam habent, & jam per aliquod tempus se contulerunt, ad habitandum in Civitate Cremonæ non cogantur juxta proclamata Illust. L. T. fidejussionem de benè vivendo præstare; sed ii tantum ad id cogantur qui Prætori suspecti videbuntur.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectissimè noster. Visis iis, quæ in executione litterarum nostrarum ad vos datarum die 21. Junii proximè præteriti, ad preces Protectorum Carceratorum istius Urbis, ad nos rescripsistis circa observationem proclamatis Ill. Locumtenentis nostri, prohibentis quoscunque exteros isthic habitare posse, nisi præstiterint fidejussionem de benè vivendo, sub pœna triremium triennalium, nec non, & intellecto superinde voto vestro, ac omnibus perpensis; Vos his nostris monere opportunum duximus, ut advenas qui quietè, & pacificè vivunt, & in aliquibus artibus se exercent, præcipuè qui familiam habent, & jam per aliquot tempus se contulerunt ad habitandum in istam Civitatem, carcere non graveris, etiam si fidejussionem requisitam ex dispositione dicti proclamatis non præstiterint, sed ubi animadvertatis aliquos vobis suspectos, eos moneatis, ut certo termino fidejussionem præstent, vel sub eadem pœna triremium triennalium à proclamate ipso comminata recedant. Dat. Mediolani die 12. Augusti 1594.

Subscript. Landrianus.

A tergo. Spect. J. C. Prætori Cremonæ nostro dilecto, & sigillat. &c.

Ordo Senatus contra fidejussores in causis criminalibus.

MDXCIV. Die xvi. Septembris.

INtellexit Senatus vigere apud Judices, & Notarios rerum criminalium Mediolani abusum Justitiæ, & Fisco valde novum, nempe, quòd si qui aliqua ex causa fidejussori sunt relaxati, & ad carceres revocantur citatis ad eos sistendum fidejussoribus nunquam ipsi fidejussores condemnantur, unde processuum expeditio in præjuditium etiam complicum carceratorum retardatur.

Quare hoc decreto statuit, ut quicumq; fidejussores lapso perhemptorio condemnentur in pœnam promissam, nisi aliquid juridicum adducatur, sub pœna Judicibus, & Notariis solvendi de suo, si neglexerint.

Signata in calce Landrianus, & sigillat. &c.

Decretum de præscriptione alicujus imputationis ubi declaratur currere debere ipsam præscriptionem etiam ignoranti.

MDXCIV. Die xxii. Semptembris.

FActo verbo in Excellentiss. Senatu Mediolani, per Vicarium Justitiæ de querela porrecta à fratribus de Georgiis de Cereto, contra Franciscum de Sancto Petro, quòd in instromento venditionis cujusdam quantitatis bladorum falsò, & cum juramento dolosè asseruerit se seorsum vivere à Patre, & negotia gerere separatim, cùm tamen re vera esset suppositus patriæ potestati, prout ipsemet postea excipiendo affirmavit, factaque mentione exceptionum dicti Francisci, præsertim, quòd crimini stellionatus, de quo delatus dicitur, & actioni de dolo, tàm civiliter, quàm criminaliter præscribitur bien-

biennio, quæ præscriptio currit non solum scienti, ut prætendunt dicti fratres de Georgiis, sed etiam ignoranti, ita quòd jam diu præscriptum est habita ratione ad diem contractus, qui jam diu celebratus fuit, nempe circa annos decem, & novem: facta quoque mentione allegationum productarum nomine dictorum fratrum de Georgiis ad demonstrandum, quòd allegata præscriptio non potuit currere, nisi à die scientiæ, quòd ipse Franciscus esset omninò suppositus patriæ potestati tempore contractus, quam scientiam non habuerunt, nisi citrà biennium, jam antea verisimiliter, & probabiliter id ignorarunt. Censuit Senatus præscriptionem currere etiam ignoranti, & proinde dictum Franciscum de Sancto Petro, non esse ulterius criminaliter molestandum: sed si quod prætendunt dicti fratres de Georgiis de Cereto experiantur de juribus suis Judicio civili. 1594

Subscript. Pogius, & sigillat. &c.

Ordo Senatus contra fidejussores in causis criminalibus.

MDXCIV. Die xx. Octobris.

Monitus Senatus Excellentiss. ordinem nuper editum de condemnandis fidejussoribus, qui in termino perhemptorii non consignant eorum principales quodammodo eludi, eo quòd emanato perhemptorio petunt fidejussores, vel alius quispiam eorum nomine terminum ad certiorandum, vel quid simile, ità quòd res in longum protrahitur plus quam par sit, cum opus sit novo perhemptorio.

Censuit is ordo, hanc provisionem memorato ordini esse addendam, ut petito termino ad certiorandum principales, vel alia excusatione, seu exceptione proposita, si quidem subsit justa causa, prorogetur terminus perhemptorii, intra quem possit principalis, vel certiorari, vel consignari arbitrio Judicentis. Et si in termino prorogato non consignaverint fidejussores eorum principales, omnino condemnentur virtute ejusdem perhemptorii.

In calce Ghilinus, & sigillat. &c.

Ordines pertinentes ad Notarios causarum criminalium, eorumque Coadjutores, & Scriptores.

MDXCIV. Die xxix. Decembris.

Etsi multis ante hac Edictis, & Constitutionibus studuit Excellentiss. Senatus obviam ire corruptelis, incommodis, & damnis, quæ frequenter oriri solent ex imperitia, negligentia, ac malitia nonnullorum ex Actuariis causarum criminalium, & eorum Coadjutoribus, ac Scriptoribus, qui tùm in Officio Capitanei Justitiæ, tùm in Prætorio Mediolani versantur: attamen animadvertit is Ordo decursu temporis veteres Sanctiones paulatim obliterari, ac novos quotidiè abusus irrepere, vel potius invehi, quibus & Justitia ipsa magnopere læditur, & subditis ipsis, præsertim verò carceratis pessimè consulitur. Cumque horum malorum radix triplex esse comperiatur, multitudo nempe eorum, qui hujusmodi officiis præficiuntur, & modica cura, quæ in iis hominibus deligendis adhibetur, ac summa officiorum ipsorum confusio, dum iidem Officiales, non contenti suo munere, alterius partes invadunt, quo nihil perniciosius esse potest; statuit Excellentissimus Senatus triplici huic morbo opportunis remediis occurrere, nonnullos Ordines ad Officiales ipsos, sigillatim, & universè spectantes edendo, quos salutares fore non dubitat. Proinde vetera decreta, & Senatus consulta, quæ in hac ipsa materia jam promulgata fuere, quatenus infrascriptis non sint contraria, renovans, atque iterans, sequentia inviolatè servari præcipit, ac mandat.

1 Vult igitur in primis Senatus Excellentiss. ut minuatur numerus Scriptorum, Coadjutorum, & Actuariorum causarum criminalium; ita, ut dehinc in Officio Capitanei Justitiæ Actuarii non possint esse plures, quàm tres, Coadjutores xiv. Scriptores verò sex, neque plures ex unoquoque Ordine in Prætorio Mediolani existere possint.

2 Et quoniam de Actuariis, & Coadjutoribus ipsis optima ratione cautum est aliis sanctionibus, ne quis ea munera suscipiat, nisi sit approbatus à Senatu, sumptis prius de illius integritate, ac peritia per Quæstores Extraordinarios informationibus. Eadem ratione statuitur, ut nullus Scriptor ad ipsum munus post hac accedat, nisi prius de ejus natalibus, indole, educatione, moribus litteris, ac manu scribendi benè senserint, tùm Actuarii ipsi, quibus ministraturus erit, tùm Judices, quorum Curiam sequi maluerit, tùm verò maximè Senatus ipse Excellentiss. sine cujus approbatione nullo modo quisquam eorum admittatur.

Scriptores autem ipsi processuum criminalium exemplis describendis tantùm incumbant; à reliquis abstineant; juramentumque, ut cæteri Officiales, præstent.

3 Coadjutorum munus sit manu sua processus causarum criminalium in libris conscribere, ac diligenter cavere, ne quidquam arcani pandatur; quod ut melius servetur, nemini liceat processus describendos cuiquam

1594 quam, præter antedictis Scriptoribus tradere; ipsi verò non alibi, quàm in officio exempla ipsa processuum describant; neque libros ullo modo extra officium defferant.

4 Actuariorum tandem munus, & officium sit Inquisitiones formare, condemnationes scribere, Coadjutoribusque ipsis, tàm in evacuandis, quàm in formandis processibus assistere. Neque ipsi ad conscribendos processus ullo modo manum apponant, nisi fortè ipsorum quispiam ab aliquo Judice ad aliquem processum conficiendum nominatim fuerit electus.

5 Curent Actuarii in primis, tùm verò etiam Coadjutores, processuum expeditionem, quàm diligentissimè, & quàm celerrimè fieri poterit: quòd ut facilius assequantur, uti possint opera cujuslibet publici nuntii hujus Civitatis ad intimandas tùm citationes, & præcepta testibus examinandis, repetendis, ac confrontandis, tùm etiam Inquisitionesipsis reis, tùm denique ad alia omnia necessaria. Nam, quemadmodum Senatus vult illis ademptam esse hanc excusationem defectus, aut impedimenti nuntii illius, qui mercede conductus uni, vel alteri officio operam suam præstare tenetur, ita omnes monitos vult, Senatum ipsum cujuscunque superfluæ dilationis culpam ipsismet Actuariis, & Coadjutoribus, non alii cuipiam esse adscripturum; neque ullam excusationem, nisi quæ sit legitima, & patens, accepturum.

6 Habeant iidem Actuarii libros aliquot peculiares, quorum in uno singulis diebus scribant nomina, & cognomina eorum, qui in carceres conjicientur, & ex carceribus emittentur; in alio, eorum qui fidejussori relaxabuntur; in alio, testium, qui ad coarctandum negativam examinabuntur; in alio, latronum; in alio, bannitorum, juxta formam jam à Senatu præscriptam; in alio, demum omnium inquisitionum per ordinem alphabeti.

7 Teneanturq; singula hebdomada, stato die, coram Judicibus suis profiteri numerum, & qualitatem Inquisitionum, quæ per eam hebdomadam formatæ fuerint: nec uonet rationem reddere, cur contumaces, si qui extiterint, non fuerint condemnati.

8 Restituant omnino antiquum, & laudabilem morem faciendarum, & publicandarum in loco solito, præcedente sono tubæ, singulis mensibus condemnationum reorum contumacium, eumque morem semper posthac servent, nec amplius in desuetudinem abire patiantur; &, ubi justa ex causâ, aut legitimo impedimento, necesse fit aliquam ex condemnationibus faciendis, postquam cesserit dies ejus faciendæ, differri, Coadjutor, seu Notarius, qui causæ illi incumbet, scribat in libro, quare ea facta non sit, & quare illam differri opportuerit.

9 Quotiescumqoe facta cadaveris, aut vulnerati alicujus visitatione, vel super Consulis denuntia, vel etiam ad querelam partis sumenda sint indicia, & informationes ad habendam facti alicujus veritatem, is, qui initium faciet sumendis ipsis informationibus, antequam Mediolanum revertatur, testes omnes, quos, aut nominari contigerit, aut aliàs uti de facto edoctos examinari opus sit, coram se babeat, eorumque examina in scriptis redigat, &, ubi propter aliquorum absentiam, vel aliàs propter justum aliquod impedimentum, id assequi non possit, de eo impedimento, seu absentia mentionem faciat in libro, super quo informationes sumptæ erunt, memorque sit, cum primum fieri poterit, eos omnes, qui examinandi supererunt, vocare, & perficienda statim perficere, ne locus detur subornationibus, aliisve dolis, & malis artibus in justitiæ, & offensorum detrimentum.

10 In notulis carceratorum, quæ singulis mensibus dantur uni ex Senatoribus, ad carcerum visitationem deputatis, scribantur non modò nomina, & cognomina carceratorum, & titulus delicti, seu delictorum unicuique impictorum, & in margine nomen Notarii, qui causæ illius rei incumbat, quemadmodum ante hac factum fuit, sed etiam dies spontaneæ constitutionis, vel detentionis rei, dies etiam, quo ille fit examinatus, item quo die publicatus fuerit processus, tùm offensivus, tùm defensivus; propterea quot dilationes habuerit reus ad suas defensiones faciendas, quot dierum fuerint singulæ dilationes una post aliam, ac denique scribantur post hæc omnia, saltem summatim, quæcunque decreta facta fuerint à singulis Senatoribus, cum ab eis fiunt visitationes carceratorum, ut hinc cognoscere possint Senatores, qui proximæ visitationi incumbent, uum ea decreta exequutioni missa fuerint, & ubi missa non fuisse videant, tùm exquirere possint, num culpa, aut negligentia alicujus id evenerit, vel ubi aliud quidpiam evenerit, propter quod exequutioni demandari non potuerit, deliberare valeat de aliqua alia provisione adhibenda ad tollendas procrastinationes, & subterfugia, quæ culpa, & dolo ipsorummet reorum de industria interponuntur.

11 Teneantur etiam diligenter conquirere, ac reperire omnes libros processuum criminalium, qui ab annis viginti citra conscripti fuerint, & de eis inventarium conficere, ipsosque pœnes se per publicum instrumentum consignatos maxima cura custodire, ne cuiquam præter Judices, Fiscales, & Officiales, quibus ratione muneris sui opus sint, pateant. Conficianturq; ad hunc usum scrinia, seu plutei alti cum suis subselliis, ita septis, ut, nisi volentibus ipsis Officialibus ibi sessuris, quisquam eò ingredi, vel introspicere queat. Inventarii autem ut supra conficiendi exemplum, manu unius ex ipsis Actuariis subscriptū tradatur statim Egregio Alexandro Besutio Senatus Archivii Præfecto, ac deinceps singulis annis ejusmodi inventaria

ventaria conficiantur, & post finem cujuslibet anni tradantur illi Secretario, qui prædicto Archivio à Senatu præfectus esse reperietur.

12 Præcipitur etiam omnibus ipsis Officialibus, ut singulis diebus pro festis, horis opportunis, ad sua quique subsellia, muneri suo exercendo destinata accedant, neque ab officio recedant, nisi post discessum ipsorum Judicum, sine quorum etiam jussu non audeant, procul ab Urbe discedere, nisi visendi vulnerati, vel cadaveris alicujus gratia, aut alias ex causa sumendarum informationum ad processus causarum criminalium, quibus unusquisque eorum incumbat, pertinentium.

13 Ex iis autem Coadjutoribus, quos Senatus admittit, vult ut duo in Officio Capitanei Justitiæ ab Actuariis eligantur, qui expeditioni processuum causarum antiquarum incumbant, nisi ex aliqua urgenti causa aliud Senatui ipsi statuendum esse visum fuerit. Idemque servetur in Prætorio; ubi tamen illi ipsi Coadjutores in Prætorio existentes, pœnes quos sunt ipsi processus veteres, vel ab ipsis, vel ab eorum antecessoribus inchoati illorum absolutioni commodè vacare non possint. 1594

14 Officialibus Constitutiones has, & præcepta ad se pertinentia negligentibus, vel infringentibus pœna prima vice sit solutio scutorum 25. Fisco inferendorum; tùm suspensio; tùm remotio à munere, quod gesserit; tùm etiam alia graviori Senatus arbitrio, pro criminis qualitate statuenda.

Alexander Besutius.

Delatio Sclopi rotati, & associatio banniti ad effectum capiendi etiam bannitum, non est punibilis.

Mediolani ix. Januarii MDXCV.

Visa definitiva relatione, quam nobis fecistis de Gulielmo Regalia appellato Tartagoto, imputato de delatione Sclopporum rotatorum, de auxilio, & favore, & conversatione cum Aurelio Petranigra homicida Ascanii Bartholasii, & capitaliter bannito, & quòd armatus sclopo rotato accesserit una cum Jo. Baptista della Turre bannito, & aliis, ad capiendum Dominicum Ferrarium bannitum; omnibusq; relatis maturè perpensis, mandamus vobis ex Senatus nostri sententia, coram quo ipsa relatio vestra lecta fuit, ut ipsum Tartagotum torqueri faciatis super eo, an dolosè versatus fuerit cum dicto Aurelio bannito, & ei auxilium præstiterit, & eodem tempore interrogetis super scientia homicidii memorati Ascanii Bartholasii, & ubi nihil emergat, absolvatis, & à cæteris etiam impictis liberetis. Sign. Riccardus, & Vicecomes. 1595

Alexander Besutius.

S C H O L I A.

Siquidem armis illicitis uti possumus ad factum licitum; & sic archibusettis vetitis licitum erit occidere bannitum, *Vulpell. cons. 66. nu. 7. & cons. 34. nu. 14., Bertazz. cons. 132. nu. 5. lib. 1., Farinac. cons. 101. nu. 26. & q. 103. nu. 76.* Quia concedens facultatem occidendi bannitum, in necessarium antecedens videtur concedere facultatem portandi arma, ut hac ratione, & aliis concludit *Caball. resolut. criminal. cas. 45. per totum*. Quinimo poterit occidi per assassinium, *Franc. decis. 276. num. 4.* dicas etiam proditoriè, *Mastril. decis. 104. nu. 5., Farinac. cons. 113. nu. 12. vol. 2.* *Garonus.*

Quòd deveniens ex itinere cum armis in Urbe deferri vetitis non molestetur.

MDXCV. Die xxiv. Januarii.

Facto verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per D. Judicem Galli, de inquisitione formata contra Equitem Jo. Baptistam Brippium, super eo, quòd tempore detentionis Hieronymi Torchii, & Jo. Mariæ Sacci in Canonica S. Calimeri deambulasset ante januam dictæ Ecclesiæ dictus Eques armatus sclopo rotato longo, factaq; mentione litterarum datarum ad preces dicti Equitis sub die 27. Septembris proximè præteriti, auditisque deductis in precibus ab ipso Equite porrectis; & facta mentione licentiæ Suæ Excellentiæ ab eodem Equite in actis productæ, in qua apparet, quòd idem Eques poterat deferre sclopum pro itinere peragendo, auditoque Magn. Senatore Mainoldo asserente dictum Equitem tempore detentionis dictorum Torchii, & Sacci ex itinere devenisse, eaque de causa vidvarendo satellites rumorem facere, ut dictos reos detinerent, ipsum cum sclopo rotato, quem ex itinere deferebat, ante januam dictæ Ecclesiæ successum expectasse, ut in dicta Canonica ingredi posset; omnibusque maturè, & accuratè perpensis.

Senatus censuit dictum Equitem ratione dictæ imputationis non esse ulterius molestandum.

Poggius.

1595 *Litteræ mandantes, ut non attenta minoritatis exceptione proposita post factum obligationis instrumentum, in quo dixerit se majorem ad ulteriora procedatur, modo interim fuerit factus major.*

Executoribus Cameræ Mediolani.

COnsideratis annexis precibus Antonii Mariæ Abduæ mandamus vobis, ut constito memoratum debitorem ante narratum debitum in præcedenti instrumento jurasse se tunc majorem esse, illudq; juramentum in recitato versus supplicantem oblationis factæ instrumento reiterasse, & anno præsenti se majorem effectum esse fateri, ut memorata frivola minoritatis exceptione non attenta ad ulteriora in causa procedatis. Mediolani die primo Martii 1595.

Ordo Senatus super Sportulis quibusdam exigendis à Thesaurario.

PHILIPPUS Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectissimè noster. Lectis in Senatu nostro iis, quæ ad nos retulistis in exequtione litterarum nostrarum ad vos die 14. Novembris proximè præteriti dstarum ad preces Protectorum Carceratorum istius Urbis conquæ:entium, quod Thesaurarius istius officii plus, quam æquum sit in causis criminalibus exigat, nec non et eodem tempore lectis ipsis precibus Protectorum, omniumq; habita matura consideratione, is ordo censuit, ubi agatur de delictis diversi generis, vel etiam ejusdem, quæ ex intervsllo commissa sint, ut eo casu pro singulis delictis solvantur quoque singula honoraria. Si verò delicta fscta sint eodem tempore, & ad eumdem finem tendant, eum delinquens teneatur solum pœna majoris delicti, statuit, ut tunc unicum tantum debeatur honorarium. Insuper decrevit inhibendum esse dicto Thesaurario sub pœna Senatui ipsi arbitraria, ne quidquam nomine Advocati Fiscalis ab aliquo accipiat, nec non et eidem injungendum esse sub simili pœna, ut etism non requisitus unicuique qui in ejus msnibus pecunias pro honorariis solvet, det cedulam solutionis factæ in qua distinctè in quam causam quidquid fuerit exactum describat.

Censuit præterea ordines in hac materia editos esse observandos. Quare ejusdem ordinis sententiam nos quoque approbantes vobis mandamus, ut prædicta omnia executioni mitti, eaque in loco, ubi exercetur officium, ut omnibus innotescant publicè affigi curetis. Dat. Mediolani die 8. Martii 1595.

Signat. Landrianus, & sigillat.

A tergo. Spect. J. C. Prætori Cremonæ Senatori nostro dilectissimo.

Ordo pro admissione gratiæ post condemnationem præsentatæ.

MDXCV. Die ix. Martii.

DIcto in Excellentiss. Senatu per Judicem Equi, quod Daniel de Rigola de mense Novembris anni 1591. imputatus fuit de insultu, prima evaginatione, & delatione pilæ ferreæ, & quòd die 10. Aprilis anni 1593. in relatione generali obtinuit grstiam suprsscriptarum imputationum, & quòd die prima Decembris anni 1593. fuit in contumatiam damnatus in pœnam contentam in proclamationibus, & quòd die 4. Januarii præsentis anni, præsentavit dictam gratiam.

Senatus censuit, non obstante quòd dicta gratia fuerit præsentata post secutsm condemnationem, dictum Danielem gaudere debere dicta gratia, ac si non esset secuta condemnatio.

Signat. Poggius, & sigillst. &c.

Quòd Doctor non possit detineri pro debito etiam suæ Universitatis.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecti nostri. Visis annexis precibus Doctoris Claudii Puthei, mandamus vobis, attento quòd ex attestatione nonnullorum ex Spectab. Senatoribus nostris constitit supplicantem esse Jurisconsultum, ut illum dimittatis. Dat. Mediolani die 5. Msji 1595.

Die sequenti censuit Senatus eundem dimittendum esse absque impensa.

Executoribus Cameræ.

SCHOLIA.

HOc Senatusconsulto diei 5. Maji 1595. conservatur privilegium competens Doctoribus, ne pro debito carceri mancipentur: potiuntur enim privilegiis concessis mili-

militibus, *Gratian. discept. forens. cap.* 706. *nu.* 55., *Farinac. consf.* 94. *nu.* 6. Quibus inter alia hoc est datum, *l. miles* 6. *de re judic. lib.* 42. *P. tit.* 1. Ut propterea dictum fuerit, ipsos non posse conveniri ultra quam facere possint, *Guidopap. qu.* 388. *num.* 3., *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 6. *num.* 20. Licet fortè satius esset dicere, ex ista profluere præcedentem conclusionem, ut observat. *Cavalc. comm. contra com. qu.* 477. *num.* 2.

Illud quæstionis est, num hoc privilegio potiantur omnes Doctores; indistinctè loquitur *Francisf. Marc. qu.* 659. *n.* 3. *p.* 1., & de Medicinæ Doctore in specie loquitur *Peguer. decis.* 163., & *Joseph Ludovic. decis. Lucens.* 6. quando actu legit, vel est matriculatus. Quò verò ad Doctores legum requiritur ipsos legere, aut de jure respondere, *Menoch. de arbitrar. qu.* 88 *num.* 7., *Borgnin. de tutor. & curat. num.* 318., & *seq.*, *Joseph Ludovic. decis. Lucens.* 6. *in fine*, *Francisf. Merlin. Rot. Lucens. decis.* 10., *Thesaur. forens. lib.* 1. *qu.* 99. *num.* 2. Et hoc magis communiter teneri probat *Farinac. qu.* 27. *nu.* 83., *Mathes. sing.* 59. *num.* 5. non defuerunt tamen qui dixerunt, solum Doctoribus docentibus competere, *Baeza de inope debitore cap.* 16. *num.* 137., & *seq.* Sed prior sententia est verior: quoniam advocationis officium laudabile est, & favore dignum, neque minus censentur prodesse Reipubl. advocati, quàm milites, *Baeza d. cap.* 16. *num.* 137., & non minus ipsi quam milites militant, *Francisf. Marc. qu.* 659. *num.* 3. *p.* 1., & de utrisque loquitur *qu.* 636. Alciatus existimavit solam professionem sufficere; nam Doctor quamvis non legens, dicitur Doctor, *Gratian. discept. forens. cap.* 291. *nu.* 58. istos enim tantum nomine Doctores; quia nescirent, vel nolent docere non gaudere privilegio dicit *Roland. cons.* 66 *nu.* 40. & 41. *vol.* 1. non Doctores, sed doctoratos appellabat Pius V. P. M., & respuebat *Borrell. de Magistr. edict. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 98., & ejusdem sententiæ *Baeza de inope debitore cap.* 16. *nu.* 137. Potissimum autem quando verba diriguntur ad effectum: veluti si factum fuerit legatum illi de domo sua, qui studebit in legibus, & lauream consequetur, erit eligendus is, qui exercet, excluso altero non exercente Doctoratum, *Gratian. discept. forens. cap.* 291. *num.* 58.

Huic privilegio ne carcerentur non possunt renunciare Doctores, *Borgnin. de tutor., & curat. num.* 318., *Merlin. Rot. Lucens. decis.* 10. *num.* 4., *Gallerat. renunciat.* 190. *nu.* 14. *vers. Doctor*, & *Advocat.*, *Farinac. qu.* 27. *nu.* 84. Quia fit concessum favore publico, & ut dignitas Doctoratus præservetur, subjungit tamen hodiè in Urbe malè servari. Ad gaudendum autem prærogativa concessa Doctoribus non erit necessarium ostendere privilegium, quia sufficiat stetisse per annos decem in quasi possessione Doctoratus, quod etiam poterit probari testibus, *Ursil. ad Afflict. decis.* 274. *nu.* 6. 1595

Postquam autem incidit sermo de privilegiis DD. lubet aliqua indicare, inter multa quæ prosequitur *Gratian. discept. forens. cap.* 186., *Baldaxar. de Angel. ad decis. Gizzarel.* 10. *num.* 25., *Gomez ad leg. Tauri* 83. *nu.* 16. & *seq.* Celebre est illud, quòd per Doctoratum conferatur dignitas *Guidopap. qu.* 388. *nu.* 9., *Odd. cons.* 14. *n.* 18., & *Millel.* 540. *nu.* 2., *Fontanell. de pact. nuptial. cl.* 3. *gl.* 1. *nu.* 28., *Gizzarel. decis.* 10. *nu.* 2., *Rot. Bonon. divers. decis.* 30. *num.* 88., *Peregrin. cons.* 84. *nu.* 30. *lib.* 1., *Bec. cons.* 192. *nu.* 9. attestans de communi, ex quo infert Card. Tuschus, Chirurgum non debere doctorari, quod in practica minimè servari notat *Narbona lib.* 3. *tit.* 16. *leg.* 10. *gl.* 1. *num.* 2. ob istam quidem rationem non licere doctorare Judæum, legimus apud *Bertazz. cons.* 502. *nu.* 7. *in criminal.*, *Francus decis.* 564. *num.* 4. dicit Judæum non posse doctorari in medicina. Hinc etiam intelligimus eum, qui injuriam facit Doctori teneri de vi publica, *Hieronym. à Laurent. decis.* 58. *num.* 5., *Guidopap. qu.* 88. *in fine*. *Manent. cons.* 101. *num.* 6., qui *num.* 30. dicit gravem esse causam quando agitur de fama Doctoris. Pœnam quoque minui ob doctoratum, utpotè conferentem dignitatem notat *Bertazz. cons.* 505. *nu.* 21., & *seq. in criminal.* Hæc autem dignitas erit sublimior, si fuerit collata à Principe, *Fel. cap. Per tuas* 7. *nu.* 3. *de major.*, & *obed. lib.* 1. *D. tit.* 33., *Gratian. discept. forens. cap.* 186. *num.* 75. quoniam dignior est is, qui consequutus est dignitatem à digniori, *Menoch. cons.* 51. *nu.* 29., & *seq.* quando tamen præcessit examen rigorosum, & non fuit solo verbo creatus Doctor, *Gomez. ad l. Tauri* 83. *num.* 17. *vers. circa prædicta*. Hactenus dictis addendum, Comitissam nubentem Doctori non dici nubere in digno, *Surd. de alim. tit.* 1. *qu.* 6. *nu.* 22. quantumvis magna sit, *Campeg. de dote p.* 1. *qu.* 13. *nu.* 2., *Fontanell. de pact. nuptial. cl.* 7. *gl. unic. nu.* 63. *vol.* 2., *Pascal. de patr. potest. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 68.

Doctoratus etiam tribuit nobilitatem, *Gratian. discept. forens. cap.* 590. *nu.* 20. & *millel.* 540., *Socin. Jun. cons.* 39. *nu.* 27. *vol.* 2., *Ricc. decis.* 93. *nu.* 5. *p.* 2., *Pascal. de patr. potest. d. cap.* 5 *nu.* 71., *Guidopap. q.* 88. *nu.* 2. *vers. Et à Populo*. *Valas. de jure emphy. q.* 22. *nu.* 1. *vers. vel creatur Doctor*. De jure canonico Doctor præfertur nobili ex genere, *Put. lib.* 1. *decis.* 126. majori enim nobilitate fulget, quàm is, qui est genere nobilis, *Alex. cons.* 94. *nu.* 2. *lib.* 1., *Ricc. decis.* 216. *nu.* 11. *p.* 1. Et ipsi dicuntur splendere, veluti stellæ in perpetuas æternitates, dicunturque interius, & exterius nobiles: Interius, quia nobilitatur intellectus, & clarus, ac luminosus redditur: exterius, quia intellectus illuminatus corpus gubernat, & regit

 bonis,

1595 bonis, & virtuosis moribus, *Salyc. ad l. Providendum 7. num. 3. Cod. de postulando*, nisi exerceant officium procurationis hinc inde discurrendo per Curias, *Guidopap. q. 388. nu. 10., Farinac. cons. 94. nu. 5.* vel exerceat officium Notarii; *Marta cons. 56. num. 6., Farinac. cons. 94. nu. 5.*, in quo repugnat *Menoch. cons. 908. nu. 2. & 3.*

Propter nobilitatem ex doctoratu adeptam quis non potest condemnari ad triremes, observat *Ricc. in sua praxi decis. 588. nu. 5. decis. 93. nu. 5. p. 2.* hæc enim pœna non imponitur nobilibus, *Camil. de Laratha cons. 103. nu. 16.* Hæc autem nobilitas non reputatur eximia, quando actu non legit, vel in foro non versatur honorabiliter, *Horat. Giovagn. cons. 21. num. 48. lib. 1.* effectus enim scientiæ non elucescit, à qua profluit nobilitas, *Alex. cons. 213. nu. 9. lib. 6.*

In electionibus prærogativa gaudent, nam cæteris præferuntur, *Rota apud Farinac. decis. 677. num. 1. in novit. noviss. & Ludovis. decis. 11. nu. 4.* quæ relata est inter recentior *p. 2. decis. 36.* observat etiam hanc præeminentiam *Mastrill. decis. 130. num. 14.* Hoc optimè servabat Pius V. P. M. cui dum quidam non ex infimis prælatis esset magno favore Præpositus, respondit illum non esse Doctorem, aut scientiæ alicujus, refert *Borrell. de Magist. edic. lib. 1. cap. 8. num. 97.*, Familia non debet scrutari Doctores de armis, *Bart. ad l. Medicos 6. in fine de profess. & Medic. lib. 10. Cod. tit. 52., Pascal. de virib. patr. potest. p. 2. cap. 5. nu. 75.* Possunt enim portare arma *Farinac. q. 108. nu. 95.* non tamen ea ratione, quòd solis rusticis esset interdicta delatio, ut perperam aliquos sensisse tenet *Tiraq. de nobil. cap. 20. nu. 69.*

Libri, & si sint communes non sunt auferendi Doctori, ut neque arma militi; & ideò fratres erunt contenti æstimatione, *Gratian. discept. forens. cap. 50. nu. 26.* dum scilicet vivit, quia eo mortuo extinguitur privilegium, & ita erunt dividendi, *Ang. Aret. cons. 45. nu. 27.*

Non possunt torqueri *Vulpel. cons. 83. nu. 11., Farinac. q. 41. num. 37.* ni de falso sint impicti, *Gram. voto 25. nu. 5.*

Actus indifferens Doctoris præsumitur potius justus, quam injustus, *Socin. Jun. cons. 39. n. 31. vol. 2.*, quia præsumitur semper sine dolo aliquid fecisse, *Farinac. cons. 60. nu. 57.*

Delictum quod potuit ab uno ex duobus committi, quorum unus sit Doctor, præsumitur commissum ab eo, qui non est Doctor, *Socin. Jun. cons. 39. nu. 30. vol. 2.*

Doctor non tenetur hospitari milites, neque contribuere, *Pascal. de virib. patr. potest. cap. 5. p. 2. nu. 76.*

Jurisperitis Princeps reverentiam habet, *Socin. Jun. cons. 39. num. 28. vol. 2.*

Garonus.

Decretum in materia Statut. cap. 375. pro damno dato, & facto noctis tempore.

MDXCV. Die xxvii. Julii.

CUm lis esset inter Communitatem Desii, & Bartholomæum Salam, ex causa incendii noctis tempore positi in bonis dicti Salæ sitis in Territorio dicti loci Desii, agereque Sala contra dictam Communitatem ad consecutionem damnorum vigore Statuti in cap. 375. disponentis, Communitatem teneri pro damno dato in Territorio suo, sive illud datum sit de die, sive de nocte, ipsa autem Communitas diceret se non teneri ad dictum damnum, ea ratione, quòd Novis Constitutionibus in tit. de pœnis parag. si quis robariam fecerit, caveatur Communitates non teneri pro damno dato, quoties resisti non potest, & propterea contenderet se non teneri eo, quòd non potuerit resistere, quia incendium positum fuerat de nocte, & de prædictis factum fuisset verbum in Senatu à D. Cæsare Perego Jud. signi Galli instante dicto Sala, Senatus omnibus maturè perpensis;

Censuit Novas Const. non derogare dispositioni dicti Statuti; & ideò etiam pro damno facto noctis tempore teneri Communitates.

Ordo de Judice competenti Uxorum DD. Quæstorum.

ACtum fuit in Senatu an uxores Quæstorum Extraordinariorum comprehenderentur in dispositione Nov. Constit. tit. de Officio Capitanei Justitiæ, & dictum fuit comprehendi in causa Cæciliæ Burgundiæ, & sororum de Tettonis die 2. Augusti 1595.

S C H O L I A.

Notat *Ruginell. pract. quæst. cap. 44. num. 34.* *Garonus.*

A N N O T.

CErti quippe juris est Uxores gaudere privilegiis Maritorum, illorumque forum sortiri *ad text. in l. mulieres C. de dignitat. lib. 12.*, ibi: *Mulieres honore Maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus.*

Magnus Fossatus.

Ordo,

Ordo quòd expensæ factæ pro detentione Bannitorum, ac latronum, pertineant ad Fiscum Regium, non ad Communitates. 1595

MDXCV. Die vi. Octobris.

FActo verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per Egr. Capitaneum Justitiæ in executione litterarum ejusdem Excellentiss. Ordinis eidem datarum ad preces Communitatis Corbettæ circa expensas factas per ipsum Capitaneum superioribus mensibus, dum ad eas regiones accessit cum nonnullis militibus Hispanis, & familia sua campestri; Relatisque parcellis continentibus dictas expensas, & distributione facta circa earum solutionem, ita ut quattuordecim terræ circumvicinæ eas solverent, & omnibus perpensis.

Censuit Senatus impensas hujusmodi non ad Communitates, sed ad Fiscum Regium pertinere; & propterea dandas esse litteras ad S. E., ut per Regium Thesaurarium, ubi fieri possit, recitatæ expensæ resarciantur dictis Communitatibus, vel saltem, quòd mandet Magistratui Ordinario, ut recitatas impensas ipsis Communitatibus compenset in caussam onerum per eas solvendorum: & quòd in futurum etiam S. E. provideri mandet, ut Officialibus, qui ad persequendos Bannitos, & Assassinos accedent, per ipsammet Cameram pecuniæ erogentur: & Magistratui Ordinario mandandum, ut dictas expensas revideat, & juxta ordines moderetur, & reducat.

ANNOT.

1 OPtimo jure sic fuit declaratum, quia eapere tam infestum hominum genus respicit publicam utilitatem, & ubicumque actus tendit ad publicum commodum expensarum 2 solutio ad Fiscum spectet, ut latè probat Surd. *cons. 83. nu. 8. lib. 1.*, quem sequitur Cancer. *var. resol. cap. 5. nu. 142. part. 3.* *Magnus Fossatus.*

Ordo circa modum servandum in electione Syndici Ducatus Mediolani, & decem octo Antianorum.

MDXCV. Die xx. Octobris.

LEctis in Excellentiss. Senatu Mediolani sequentibus precibus Jo. Jacobi Sormani Caussidici, & Syndici hujus Ducatus Mediolani, videlicet: P. R. In dies multa emergunt, quæ egent consilio, & deliberatione, tam circa lites, quam negotia Ducatus Mediolani, & propterea nollens fidiss. M. V. servus Jo. Jacobus Sormanus Caussidicus, & Syndicus generalis ipsius Ducatus in hac Civitate residens quicquam inconsultò agere; sed prævio tractatu, maturaque consideratione, & deliberatione cum Antianis, Consulibus, & Agentibus Plebium, & Terrarum dicti Ducatus, opere pretium est, ut dicti Antiani, Consules, & Agentes secundum casuum contingentiam se se congregent, vel in domo supplicantis juxta solitum, vel in alio honesto loco, & præcipuè cum tractandum sit de faciendo compromisso inter Inclitam Civitatem, & ipsum Ducatum partes diversas occasione litis, & controversiæ inter eas vertentis super divisione quotæ oneris mensualis, aliorumque onerum, & etiam circa executionem ordinatorum causa publicationis extimi generalis, tam stabilium, quàm mercium, & de approbando gesta in aliis congregationibus per ipsos Antianos factis; item etiam pro electione alterius Syndici generalis ipsius Ducatus in locum nunc quondam Gasparis Boltrafii; Quamobrem, ut hæc omnia validè fieri possint, & facta suum effectum sortiantur, duxit supplicans ad M. V. confugere: Illam humillimè exorando, ut præmissis attentis, dignetur suis patentibus litteris dispensare pro minori dispendio ipsius Ducatus, quod ea omnia, quæ fient in Congregationibus hujusmodi faciendis in domo supplicantis, seu in alio honesto loco cum assistentia ipsius Supplicantis uti Syndici generalis ut supra, per duas partes ex tribus Antianorum Plebium dicti Ducatus, cum interventu etiam aliquorum Consulum, & Agentium aliquorum ex principalioribus locis, tam circa causas, & negotia, ac contractus supradicta, & approbationes jam gestorum ut supra, quam alia quæcunque negotia, & contractus, & obligationes concernentia generale interesse ipsius Ducatus, & decernere, quod postquam præmissa omnia ut supra facta fuerint, valeant, & teneant, & suum omnimodum sortiantur effectum, perinde, & ac si per singulas Communitates, & homines dicti Ducatus facta fuissent, aliquibus statutis, legibus, & ordinibus contrarium disponentibus, vel aliam formam dantibus non attentis, quibus omnibus M. V. ex certa sui scientia, & de suæ potestatis plenitudine absolutè derogare dignetur &c. Considerataque negotii qualitate, ac aliis considerandis; Senatus opere pretium duxit rebus ipsius Ducatus, quantum fieri potest, consulere; atque ita statuit, ut in electione alterius Syndici loco demortui servetur sequens forma, videlicet: Moneantur per Sormanum supplicantem omnes Consules singularum Terrarum Ducatus ad certa die conveniendum pro eligendo ad dictum effectum Antiano singularum Plebium,

1595 bium, ubi eis non placeat stare in jam electis, vel aliquibus eorum. Qui tamen Consules moneant prius homines ipsarum Terrarum ea de causa consulti congregandos, ut singuli proponere possint, si quæ sibi videbuntur personæ habiles in Antianum ut supra eligendæ. Qua deliberatione, & electione sic facta dicti Antiani, qui ex numero Plebium esse debebunt sexaginta quinque, vel omnes, vel saltem duæ partes ex tribus, alia certa die per dictum Sormanum cum debito temporis intervallo, & omnibus monitis statuendo, ita quod in primis, & ante omnia de dicta monitione appareat per rationem in manibus infrascripti Secretarii sciendam, se congregent Mediolani in Scholis publicis positis in Platea Arenghi, ad præsentiam Egr. Secretarii Landriani, assistente etiam præfato Sormano; ibique ex toto Congregatorum numero per Secretarium sorte deligantur quatuor, qui seorsim ab aliis, prævio juramento, singuli nominent duos Causidicos, quos magis idoneos ad munus Syndici noverint, ex quibus octo Causidicis sic nominatis tota Congregatio dictorum sexaginta quinque Antianorum, seu ut supra per secreta suffragia unum in Syndicum eligat, quem aptiorem judicaverit, & is intelligatur electus, qui in numero suffragiorum prævalebit. Quo vero ad alia peragenda, de quibus in precibus supra fit mentio, decernit Senatus, ut, dum dicti sexaginta quinque Antiani, seu duæ partes ex tribus erunt congregatæ ut supra, eligant per secreta suffragia ut supra, sumptis tamen de omnibus, qui præsentes erunt, suffragiis ad numerum decem octo ex se ipsis, qui præsint tractandis, & definiendis ipsis negotiis nomine ipsarum omnium Communitatum: Declarans idem Senatus omnia sic ut supra peragenda valere, & tenere, perinde ac si per omnes, & singulas Communitates, & homines Ducatus facta essent, non obstantibus allegatis contrarium disponentibus.

Signat. C. Ghilinus, & sigillat. &c.

ANNOT.

1 FOrma servanda in electione Syndici Generalis Ducatus in hoc ordine præscripta, fuit confirmata decreto S. E. diei 19. Martii 1596., & altero diei 11. Aprilis 1598., in quo etiam ordinatum fuit Syndicos Generales Ducatus eligendos esse ex Causidicis Collegiatis hujus Urbis. *Magnus Fossatus.*

Litteræ mandantes non admitti quosdam ad jurandum super forma Sacramenti eis delata, nisi personaliter compareant coram Judice, & formaliter super ipsa forma jurent lingua vernacula &c.

PHILIPPUS Hispaniarum, &c. Rex, & Dux Mediolani, &c.

1596 DIlecti nostri. Petitioni Francisci Calvi inclusum in modum supplicantis annuendum censentes, vobis mandamus, ut nullo modo admittatis dictos de Garavaliis, nec aliquem pro eis ad jurandum super recitata forma juramenti, nisi ipsi personaliter coram vobis super solito vestro Tribunali sedentibus formaliter super ipsa forma Sacramenti juraverint evacuando ipsam formam Sacramenti in omnibus ad verbum prout jacet, & lingua vernacula. Dat. Mediolani die 15. Martii 1596.

Signat. Ghilinus, & sigillat. &c.

A tergo. Nobilibus Viris Consulibus Justitiæ Mediolani nostris dilectis, &c.

P. R.

PRoduxit fidis. M. V. ser. Franciscus de Calvis coram Consulibus Justitiæ Mediolani formam Sacramenti litis decisivi contra Jo. Petrum, & Josephum patruum, & nepotem de Garavaliis, & quia dubitat supplicans, quòd ipsi patruus, & nepos, vel constituant Procuratorem ad jurandum, vel jurent, ut solet fieri, scilicet accedendo ad Notarium Actuarium Judicis, & jurando prout in actis delatum fuerit ab eorum Causidico, & quidem multi non jurarent eo modo si prius certificarentur: propterea supplicans

Rogat M. V. dignetur mandare dictis Consulibus, ut nullo modo admittant dictos patruum, & nepotem de Garavaliis, nec aliquem pro eis ad jurandum super dicta forma juramenti, nisi ipsi patruus, & nepos personaliter coram ipsis Consulibus super eorum solito Tribunali sedentibus formaliter super ipsa forma Sacramenti juraverint evacuando ipsam formam Sacramenti in omnibus prout jacet de verbo ad verbum, & lingua vernacula &c. & ita &c.

Exul debet perhemptoriè citari, saltem in formam absentis, alioquin sententia contra eum lata nulla est.

MDXCVI. Die xx. Martii.

RElato per Fiscalem Fernum statu condemnationis scutorum quinquaginta versus Cameram Regiam secutæ contra Jo. Paulum Brugoram detentum in carceribus Prætoriis Mediolani, quia non consignaverat in carceribus Marcellum de Antoniis prout

prout fidejusserat; intellectisque rationibus adductis ad demonstrandum nullitatem ipsius condemnationis, Quia maximè, quando perhemptoriè citatus fuit, abesset exul à Dominio Mediolani; quiaque cum absentia ex causa exilii esset notoria, saltem debuisset in formam absentis citari. Senatus censuit dictam condemnationem invalidam esse, propterea ipsum Joannem Paulum è carceribus dimittendum, de hisque monendum esse Executorem ipsius Cameræ, ne ulterius dicta de causa eum molestet. 1596

Ghilinus.

Ordo circa pœnam Insultantis in loco Sacro.

MDXCVI. Die xi. Maji.

FActo verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per D. Judicem signi Equi de insultu facto Jo. Baptistæ Marliano in loco Sacro extra Ecclesiam existentem, cujus causa insultans allegat se non teneri ad se consignandum. Censuit Senatus insultantem sub pœna corporali, arbitrio ejusdem Senatus esse citandum, & contumacem in eandem pœnam condemnandum.

Signat. Poggius, & sigillat. &c.

Quod Carcerati pro delictis non capitalibus, non detineantur in obscuris carceribus, carceratis autem pro debito privato erogentur pecuniæ pro alimentis à creditoribus, quæ penes Protectores deponantur, vel ipsis carceratis erogentur, & Notarii constito sibi de paupertate relaxandorum, sine aliqua erogatione pecuniarum aptent scripturas.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Consideratis expositis in inclusis precibus Protectorum Carceratorum istius Civitatis, Vobis mandamus, ut carceratos pro delictis non capitalibus retineri non permittatis in obscuris carceribus, sed de die eos in communi carcere recludi mandetis, provideatisque etiam, ut carceratis pro debito privato à creditoribus suis erogentur pecuniæ pro alimentis in ea quantitate, in qua per creditores debitoribus suis carceratis erogari solent in hac Civitate, & ita in posterum servandum decernimus, volentes etiam, ut dictæ pecuniæ non amplius deponantur penes Notarios Actuarios, sed illæ, vel carceratis erogentur, vel penes Protectores ad eum effectum deponantur. Volumus insuper, ut Notarii constito sibi per attestationem Deputatorum Hospitalis de paupertate relaxandorum illicò juxta dispositionem Constitutionum aptent scripturas absque eo quòd sibi erogentur aliquæ pecuniæ sub pœna eis Notariis, & Custodi privationis officii, & creditoribus nullitatis depositorum. Dat. Mediolani die 7. Augusti 1596.

Subscrip. Alexander Besutius.

A tergo. Egregio J. C. Prætori Laudæ nostro dilecto, & sigillat. &c.

Potentissime Rex.

VAria patiuntur gravamina carcerati Civitatis Laudæ, quæ provisione M. V. indigent. Primum est, quòd carcerati pro delictis non capitalibus, post quam etiam sunt examinati, per Custodem carcerum pro libito ejus voluntatis retinentur in obscuris carceribus, neque inde eos vult relaxare, & in carcere communi ponere: nisi prius eas, quas voluerit pecunias, solvant. Quo fit, ut mille incommoda patiantur. Primo enim magna cum difficultate participant de eleemosynis, quæ quotidiè carceratis erogantur, si etiam aliqua re indigent, non potest eà à domesticis afferri, sed traditur dicto Custodi, qui vel eam carceratis non consignat, vel non nisi mediante solutione pecuniæ. Hinc fit, quòd multi in carceribus miserabiliter vitam finire cogantur, cum non habeant pecuniam ad satiandum aviditatem Custodis. Secundum est, quòd carceratis pro debito privato non erogantur per creditores pro alimentis, nisi solidi tres singulo die, quæ summa modernis temporibus modica est, nec sufficit pro dictis alimentis. Et quod pejus est creditores deponunt dictas pecunias penes Notarios Actuarios, qui eas retinent sub prætextu mercedis scripturarum, seu actorum eis debitæ, ita quòd carcerati nihil percipiunt. Et licet per Senatorem olim Odescalcum in quadam visitatione facta de carceratis in Mala Mansione Mediolani sub die tertio Augusti 1588. aucta sint alimenta carceratis pro debito privato usq; ad solidos sex singulo die, prout ex ea, quæ M. V. exhibetur; non potuerunt tamen fid. M. V. servi Protectores Carceratorum dictæ Civitatis obtinere, ut in dicta Civitate observetur propter multas cavillationes, quas molesti creditores opponunt, & ad impediendam relaxationem Carceratorum, & ad denegandum dicta alimenta. Tertium est, quia Notarii causarum civilium, postquam ordinatum est detentos pro debitis esse relaxandos, contra formam Constitutionis disponentis Actuarios à pauperibus, & miserabilibus personis nihil exigere posse, tamen scrip-

1596 scripturas opportunas absque maximo pauperum dispendio eas aptare nolunt; & si fidem eorum paupertatis à Parocho, & à Deputatis Hospitalis Magni habeant, pro quibus gravaminibus tollendis dicti Protectores ad M. V. confugiunt

Supplicando ut illa dignetur mandare Prætori Laudæ, ut Carceratos pro delictis non capitalibus non permittat in obscuris carceribus detineri postquam fuerint examinati, sed jubeat eos de die in communi carcere recludi. Secundò decernere, quòd carceratis pro debito privato erogentur per creditores alimenta ad summam solidorum sex singulo die, & quòd dictæ pecuniæ ulterius non deponantur penes Notarios Actuarios, sed vel dictis Carceratis erogentur, vel penes dictos Supplicantes deponantur, ad effectum prædictum. Tertiò quòd Notarii, constito per fidem Hospitalis de paupertate relaxandorum, scripturas aptent absque aliquarum pecuniarum erogatione eis facienda ad formam Constitutionis, sub pœna ipsis Notariis, & Custodi privationis officii, & nullitatis depositorum creditoribus, quòd speratur &c. Subscript. P. Maria Codatius J. C. Protector. Camillus Micolus ex Protectoribus. Josephus Pontirolus Protector. Jo. Paulus Barnus Protector.

Post quarum litterarum, & supplicationis præsentationem petunt earum executionem, & pro earum observatione petunt ordinari, prout in dicto decreto continetur &c. aliter &c.

Et ad verificandum quod solidi octo Imp. dentur singulo die carceratis pauperibus in Civitate Mediolani, ibidem producunt, & exhibent decretum factum per Illust. J. C. Regium Ducalemque Senatorem Mediolani D. Ludovicum Madium sub die 18 Junii proximè præteriti autenticatum per Anasarcum Ripam Cancellarium Dominorum Protectorum Carceratorum Mediolani cum litteris legalitatis &c., & prout in eo, ad quod &c.

Item fidem factam sub die sexto præsentis per Jo. Franciscum de Rubeis Cancellarium carcerum D. Prætoris Mediolani, per quam apparet dictos solidos octo erogatos fuisse Bartholomæo de Vitis carcerato, & prout in ea, ad quam &c.

Et cujus Decreti, & fidei tenor talis est, videlicet:

In visitatione Carceratorum in Officio Egr. Prætoris Mediolani facta per Magn. Senatorem D. Ludovicum Madium die 18. Junii 1596. inter alia reperitur.

Bartholomæus de Vitis retinetur eo quòd inhonestè se gesserit in domo Alexandri Beccariæ ejus Domini.

Nihil potest decerni, stante quòd Dominus ejus vult uti statuto de Domicello. Interim Protector Taberna cogat ipsum Dominum ad solvendum solidos octo singulis diebus donec steterit in carcere. Subscript. Ghilinus, & sigillat. sigillo Reg. & Duc. in cera rubea. Concordat cum original penes me existente, Anasarcus Ripa Cancellarius Dominorum Protectorum Carceratorum Mediolani.

Nos Ludovicus Pusterla, & Christophorus Castellettus Abbates Collegii Notariorum Mediolani fidem facimus, & attestamur suprascriptum Anasarcum Ripam fuisse, & esse Notarium publicum Mediolani, & Cancellarium ut supra, & instrumentis, & scripturis per eum rogatis, & expletis plenam fidem adhibere in juditio, & extra. In quorum fidem &c. Dat. Mediolani die 7. Augusti 1596. Subscript. & autenticat. Jo. Gaspar Gadius Notarius, & Vicecancellarius præf. Collegii subscripsit, & sigillat. solito sigillo Collegii prædicti.

1596. Adì 6. Agosto.

Faccio fede io Gio. Francesco di Rossi Cancelliero delle Carceri del Sig. Podestà di Milano, come il Sig. Ambasciatore del Sig. Gran Duca di Toscana cominciò alli 20. di Luglio passato del presente anno a far dare soldi otto al giorno per poter vivere a Bartolomeo di Viti Fiorentino suo Carrozziero prigione nelle dette carceri, e questo d'ordine del Senato Eccellentissimo. E per fede il medemo Francesco affermo, & subscript.

Ego Joannes Taberna J. C. Prior Protector Carceratorum Mediolani, vidi suprascriptum scribere, & subscribere.

Qui præfatus D. Prætor sedens &c. Visis, & auditis prædictis, præfatas litteras reverenter recipit, & eas exequi obtulit, & offert, & pro earum executione ordinat (in contumatiam tamen suprascriptorum citatorum) prout in dictis litteris continetur, & fecit, & facit in omnibus, & per omnia prout suprascriptæ litteræ mandant &c.

Præsentibus præfatis Protectoribus prædicta acceptantibus &c.

Ita est in actis Officii Maleficiorum Laudæ, & pro fide Franciscus Prævedonis præfati Officii Actuarius subscripsit.

Pœna insultus sine vulnere facti noctis tempore, præcedente inimicitia.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Quòd Senatum nostrum consuluistis in quam pœnam damnandus sit Jacobus Blancus contumax, imputatus de insultu facto, una cum aliis noctis tempore, in Jo. Baptistam Tinctorem, præcedente inimicitia, re tota maturè perpensa,

fa,

sa, cùm de re satis gravi agatur, venimus in sententiam, mandandum esse vobis, prout harum serie mandamus, ut dictum Jo. Jacobum citetis ut sistat, sub pœna remi triennalis, & contumacem in ipsam pœnam damnetis. Mediol. die 22. Augusti 1596. 1596

Marchesonius.

A tergo. Sapien. J. C. D. Petro Cantono Auditori Comitum Rosat. nostro dilecto.

Ordo circa modum procedendi in causis satellitum.

PHILIPPUS Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Proximè actum est in Senatu de nece Æmilii ab Ecclesia, de qua suspecti sunt satellites Prætoriani hujus Urbis. Auditisque vobis, & audito etiam ipso Prætore, ac Judice Galli, omnibusque maturè perpensis, cum jam sancitum fuerit ne Curia Prætoria de delictis suorum satellitum, nec vestra de delictis vestrorum cognoscat, idem etiam in futurum servandum esse censuimus. Propterea mandamus vobis, ut in hac causa viriliter procedatis, & perfecto processu Senatui refferenda refferatis. Mediolani die 3. Septembris 1596.

Signat. Marchesonius.

A tergo. Egreg. J. C. Capitaneo Justitiæ venerabili nostro dilecto, & sigillat. &c.

A N N O T.

1 Satellites subesse Judici, & Tribunali, cui inserviunt, privativè quoad alios probat Lucas de Penna *in rub. C. de apparit. Præf. urb. lib. 12.*

2 Satellites, si delinquant in eorum officio in negotiis spectantibus ad aliud Tribunal, quam suum ordinarium, an sint puniendi à suo Judice ordinario, vel ab eo Judice, & Tribunali, cujus negotia, vel ordines exequendo delinquerunt, late examinat Sanfelic. *decis. 150.*

3 Si Satellites Justitiæ alicujus Magistratus, dum exequuntur jussu sui Magistratus, mandata alterius Magistratus, percussi fuerint, quis efficiatur Judex hujusmodi delicti examinat Merenda *contr. jur. lib. 7. cap. 29. per tot. vol. 2.*

Magnus Fossatus.

Ordo circa pœnam infligendam carcerato, & ne relaxetur insatisfacto quærelante.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Auditis iis, quæ nobis retulistis emersisse ex examine Baptistæ Capsinæ, mandamus vobis, ut ipsum Baptistam Capsinam tribus ictibus funis plecti publicè faciatis, deinde eum non relaxetis, nisi prius querelante satisfacto. Dat. Mediolani die 16. Decembris 1596.

Subscrip. Poggius, & sigillat. &c.

A tergo. Sapienti J. C. D. Jac. Antonio Carpano causæ delegato nostro dilecto &c.

Potentissime Rex.

Detinetur in carceribus fid., & pauperrimus M. V. fer. Jo. Baptista Capsina occasione condemnationis contra eum criminaliter secutæ, super restitutione quarundam pecuniarum versus Marcum Antonium Fracassinum Venetum querelantem, ei ablatarum ut dicitur per supplicantem in Civitate Venetiarum ascendentium ad summam scutorum ducentum in circa, & sic ratione tantum interesse partis retinetur. Et quia supplicans est inabilis ad solvendum adversanti hanc condemnationem ob ejus extremam paupertatem, & inopiam, videtur ideò infelicem supplicantem esse in casu ordinis editi per Excellentissimum Senatum super inopia carceratorum, qui retinentur ratione interesse partis, effectus, ut constito de eorum inopia, & ne in carceribus marcescant, fiat commutatio, in pœnam corporalem ad arbitrium Senatus Excellentiss., maximè quia supplicans per bienium continuum detentus remansit, ità ut supplicans est extra omnem spem solvendi parti adversæ memoratum interesse. Quocirca non tantum supplicans, sed & Protectores Carceratorum ad M. V. confugiunt.

Humiliter supplicando dignetur super extrema paupertate supplicantis informationes assumi facere, mox dignetur omne debitum supplicantis commutare in pœnam illam corporalem, quæ magis M. V. videbitur ad formam dicti ejus inclusi ordinis, & ita speratur &c.

Ordo super edendis processibus.

MDXCVII. Die xxv. Februarii.

Cum ad relationem J. C. Cæsaris Pereghi ad signum Equi Senatus Excellentissimus animadverterit quamplures oriri abusus ex editione processuum, qui à Notariis rerum criminalium non subscribuntur, nec in authenticam formam explentur, cupiens hujusmodi abusus tollere. 1597

Ordinavit omnes Notarios rerum criminalium

1597 minalium hujus Dominii in futurum processus in authenticam formam sub pœna privationis officii, & alia &c. graviori ejusdem Excellentissimi Ordinis arbitrio edere debere.

Signat. Poggius, & sigillat. &c.

Quòd condemnati in pœnam corporalem, pro delatione armorum prohibitorum juxta formam proclamat. non possint molestari sub prætextu arbitrii sibi reservati à Principe in proclamationibus.

Referendario Cremonæ.

MDXCVII. Die i. Aprilis.

Consideratis annexis precibus Bartholomæi Gazaroni, mandamus vobis, ut supplicantem molestari non permittatis respectu memorati arbitrii, postquam affectus fuerit pœna corporali juxta dispositionem litterarum nostrarum.

Sign. Gallaratus, & Bellonus loco Præsidis.

Rotentissime Rex.

Bartholomæus Gazaronus fid. M. V. fer. per Præt. Cremonæ usq; de anno 1593. proximè præterito condemnatus versus R. D. Fiscum in scutis centum auri, vel in ictibus tribus funis publicè ob imputationem delationis armorum prohibitorum in Civitate ipsa Cremonæ, & in scutis tribus pro abusu commisso contra personam Theodoræ dictæ Duræ, publicæ meretricis, & in pœnam arbitrandam per Excellentissimum M. V. Senatum, pro prætensa unione cum aliis, ut asseritur, facta in insidiis, expectando Jo. Jacobum Lazarettum Molendinarium, & in aliis scutis centum, vel ictibus tribus funis publicè ob alteram delationem armorum, & in aliis scutis tribus pro abusu commisso contra personam dicti Molendinarii, dedit informationes de ejus paupertate præsente Fisco coram Referendario prædictæ Civitatis, quibus visis, M. V. mandavit prædicto Referendario, ut supplicantem loco dictarum pœnarum pecuniarium pœna corporali affici faciat, verùm dubitat, ne vexetur respectu arbitrii, pro quo dictum nil fuit in dicta expeditione, quare ad M. V. iterato confugit. Humiliter supplicando, postquam ex informationibus prædictis constat, supplicantem esse pauperem, & in hac Civitate passim servatur, quòd postquam quis affectus est pœna corporali loco pecuniariæ, licet in proclamationibus Illustrissimi M. V. Locumtenentis, addit etiam arbitrium ultra pœnam alternativam, pecuniariam scilicet, vel corporalem in materia delationis armorum, mandare dignetur præfato Referendario Cremonæ, ut respectu memorati arbitrii supplicantem molestari non permittat, postquam affectus fuerit pœna corporali juxta dispositionem litterarum M. V., quòd cùm justum sit, sperat.

Ordo circa pœnam vendentis rem duobus.

MDXCVII. Die xxii. Maji.

Facto verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per Dominum Judicem ad signum Equi de inquisitione formata contra Jacobum Silvam inquisitum, quòd rem vendiderit duobus, diversis vicibus.

Censuit Senatus prædictum inquisitum contumacem ad pretii restitutionem una cum damnis, & expensis, ac in pœnam corporalem arbitrio ejusdem Senatus esse condemnandum, in cæterisque hujusmodi casibus ita fore servandum.

Signat. Paganus pro Secretario Besutio.

ANNOT.

1 Vendentem rem duobus incidere in pœnam falsi habetur in *l. qui duobus ff. ad l. Cornel. de falsis*, sed mitius puniri debere habetur in eadem lege, hancque contraria consuetu-
2 dine esse abrogatam testatur Clar. *pract. crim. §. falsum nu. 37.*
Pœnam ad arbitrium Senatus in hoc Ordine reservatam, fuit postea ab eodem Excell. Senatu
3 declaratum debere esse trium ictuum funis publice infligendorum in Ord. diei 14. Maji 1598.

Mognus Fossatus.

Ordinationes DD. Protectorum Carceratorum, augentes (etiam pro executione litterarum Excellentiss. Senatus) summam solidorum quinque miserabilibus carceratis, singulis diebus pro alimentis subministrandorum ad summam solidorum decem.

1597. Die Veneris trigesimo mensis Maji in tertiis.

Coram Dominis Protectoribus Carceratorum Mediolani.

Comparet Ludovicus Castellinus defensorio, & excusatorio nomine Francisci Vergiati indebitè detenti salvis &c. in termino citationis ad instantiam præfati Comparentis

parentis modo quo supra inthimatæ Ludovico Arluno, & Francisco Bernardino Ripæ, effectus ad videndum præsentari infrascriptas litteras Reg.Duc.&c.,& infrascripta omnia alia fieri &c., & prout in ea &c. ad quam &c.,& propterea præfatus Comparens ibidem producit, præsentat, & dimitti infrascriptas litteras Regias Ducales tenoris sequentis videlicet.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Dilecti nostri. Ope nostra destituendus visus non est Franciscus de Vergiate occlusum in modum supplicans, quare mandamus vobis, ut juxta qualitatem, & necessitatem supplicantis provideatis. Mediolani vigesimo nono Maji 1557. Subscript. Ghilinus. A tergo. Sapientibus Jureconsultis, & Nobilibus Viris Protectoribus Carceratorum Mediolani nostris dilectis, & sigillat. sigillo Regio, & Ducali in cera rubea more solito.

Potentissime Rex.

Fidiss. M. V. ser. Franciscus Vergiatus publicus Mercator, qui adhuc quatuor annis jam exactis ad instantiam Francisci Bernardini Ripæ, & Ludovici Arluni Mercatorum detinetur in carceribus Capitanei Justitiæ pro debito privato, cùm ob ejus inopiam, ac miserabilitatem eo sit in casu, ut eidem per ejus creditorem debeant alimenta suppeditari, prout jam nonnullis diebus præstantur, juxta formam ordinum, ac statutorum ad rationem solidorum quinque pro qualibet die, nec valeat dictus detentus ne mediocriter quidem seipsum alere propter temporum extremitatem, cùm tempore quo tales ordines, ac statuta facta fuere anni essent admodum fertiles, vilique pretio venundaretur frumentum, ita ut si modo libris quadraginta venundatur, tunc temporis decem, & nedum etiam octo valeret, eaque tunc etiam fuerit mens statuentium, ut talea debitores magis viverent, quàm quòd fame perire cogerentur, prout, & modo in eandem sententiam M. V. convenire nemo ignorat, ideò ad eandem confugere decrevit dictus detentus.

Humillimè exorando quatenus dignetur, vel dictam summam solidorum quinque prr dictum ejus creditorem juxta ordines antiquos dicto debitori pro alimentis præstari, augere usque ad solidos quindecim, vel saltem Protectoribus Carceratorum demandare, ut juxta qualitatem, ac necessitatem provideant, alioquin dictus detentus, cum res sit longo tempore duratura, nec aliunde sibi succurratur, cogetur brevi fame interire, quod uti æquum, & justum à M. V. speratur.

Et petit earum executionem, & pro earum executione quatenus Domini Protectores etiam Delegati ut supra velint, & debeant providere, quod præf. Vergiato solvantur, & erogentur per dictum Arlunum, & Ripam saltem solidi quindecim singulo die pro ejus alimentis, attenta qualitate, & necessitate ipsius Vergiati, qui attenta ejus senectute non potest se sustinere, neque se alimentare solitis quinque solidis, qui eidem singulo die ex adverso erogantur, attenta qualitate temporum, & seu fieri, & ordinari in omnibus, & per omnia, prout dictæ litteræ mandant &c., & its &c. secus protestatur &c., & prout latius &c. procedendo summariè &c.

Et ad effectum &c. producit jura sua &c. maximè cessionem bonorum suorum ab eo factam &c. in solis partibus &c. cum oblatione copiæ &c. salvo &c.

1597. Die Veneris 30. mensis Maji in tertiis.

Præfati Domini Prior, & Protectores Carceratorum Mediolani &c. sic initan. præfato Vergiato salvis &c. omnibus modo &c. per modum provisionis, & sine præjuditio providendi, & declarandi diffinitivè juxta qualitatem ipsius Vergiati, ac in executione suprascriptarum litterarum &c.

Ordinaverunt, & ordinant, quòd pro alimentis dicti Vergiati dentur eidem Vergiato per præfatos Ripam, & Arlunum solidi decem pro singulo die post datam præsentis ordinationis notitiam dictis Ripæ, & Arluno pro alimentis ipsius Vergiati, & ita &c. Signat. Tonsus Prior. Malumbra Protector. Pusterla Protector. Boninomius Protector. Vianus Protector. Supscript. Anaxarcus Ripa Cancellarius.

1597. Die sextodecimo Junii.

IN visitatione Carceratorum in Officio D. Prætoris Mediol. facta per Magnificum Senatorem Msdium die trigesimo Maji prox. præt., inter alios repertus est.

Cæsar Prata ex causa civili, & sequestratus ad instantiam Prætoris Binaschi, in visitatione Martii dictum fuit; moneatur Prætor Binaschi, ut quam primum expeditioni incumbat, fnit monitus per litteras Domini Judicis signi Equi, in visitatione Aprilis dictum fuit, scribatur iterum dicto Prætori, ut omninò rescribat causas retentionis istius sub pœna Senatui arbitraria. Datæ fuerunt aliæ litteræ dicto Prætori, sed nihil rescripsit.

Reiterentur litteræ ad Prætorem Binaschi, ut statim sub pœna Senatui arbitraria rescribat causas sequestri istius. Quo ad augenda verò alimenta Domini Protectores provideant juxta qualitatem, & necessitatem. Signat. Paganus pro Secretario Landriano, & sigillat. sigillo Regio, & Ducali in cera rubea more solito.

1597. Die 16. Junii.

IN visitatione Carceratorum in Officio Domini Prætoris Mediolani pro debito, fa-

1597 cta per Magnif. Senatorem Madium die 30. Maji prox. præt., inter alios repertus est.

Joannes de Miller pro summa librarum octocentum ad instantiam Caroli Marliani sub Executoribus Cameræ.

Domini Protectores circa augenda alimenta provideant juxta qualitatem, & necessitatem debitoris. Signat. Paganus pro Secretario Landriano, & sigill. sigillo Regio, & Ducali in cera rubea more solito.

1597. Die Lunæ 16. mensis Junii in vesperis.

PRoduct. per suprascriptum Joannem Molinarium dictum Miller, salvis &c., & petentem suprascripti decreti executionem &c. & pro ejus executione augeri alimenta ejusdem producentis usque ad solidos quindecim pro singulo die, habita ratione tàm qualitatis temporum, quàm necessitatis ipsius producentis, & in omnibus &c. ad formam suprascripti decreti, & hoc in termino citationis emanatæ suprascripto Carolo Marliano, ad cujus instantiam dictus Joannes detentus fuit.

Qui præfati Domini Prior, & Protectores pro executione dicti decreti, per modum provisionis, & sine præjuditio providendi, & declarandi diffinitivè juxta qualitatem dicti producentis, omnibus modo &c.

Ordinaverunt, & ordinant, quòd pro alimentis ejusdem Joannis, dentur eidem Joanni per dictum Carolum Marlianum solidi decem pro singulo die, ita ut præsentis ordinationis detur notitia dicto Marliano, & ita &c. Signat. Tonsus Prior. Fossanus Protector. Gallaratus Protector. Cotius Protector. Barbavaria Protector. Vianus Protector. Pusterla Protector. Subscript. Anaxarcus Ripa Cancellarius.

1597. Die Martis 17. mensis Junii vesperè.

PRoduct. per Cæsarem Pratam salvis &c., petentem ejus decret. executionem &c., & pro ejus executione augeri alimenta ejusdem producentis usque ad solidos quindecim pro singulo die, habita ratione tàm qualitatis, quàm necessitatis ipsius producentis, & in omnibus &c. ad formam suprascripti decreti, & hoc in termino citationis emanatæ suprascriptis Jo. Petro Bossio, & Petro Antonio Castillionæo, ad quorum instantiam dictus Prata detentus fuit.

Qui præf. Domini Prior, & Protectores pro executione dicti decreti, omnibus modo &c. per modum provisionis, & sine præjuditio providendi, & declarandi deffinitivè juxta qualitatem d. Pratæ.

Ordinaverunt, & ordinant, quòd pro alimentis ejusdem Pratæ, dentur eidem Pratæ per dictos Bossium, & Castillionæum solidi decem pro singulo die, ita ut præsentis ordinationis detur notitia dictis Bossio, & Castillionæo, & ita &c. Signat. Tonsus Prior. Fossanus Protector. Gallaratus Protector. Corius Protector. Barbavaria Protector. Vianus Protector. Pusterla Protector. Subscript. Anaxarcus Ripa Cancell.

NOs Franciscus Platus, & Julius Cæsar Confalonerius Abbates Collegii Notariorum Mediolani, fidem facimus suprascriptum Anaxarcum Ripam esse publicum Mediolani Notarium, & Cancellarium utsupra ejusque instrumentis, & scripturis publicis per eum rogatis, & subscriptis, plenam fidem adhiberi in juditio, & extra. In quorum fidem &c. Mediolani die 29. Julii 1597. Subscript. Jo. Gaspar Gadius Notarius, & Vicecancellarius præf. Collegii subscripsit, & sigillat. &c.

FIdem facio, & attestator ego Anaxarcus Ripa Cancellarius Dominorum Prioris, & Protectorum Carceratorum Mediolani, quòd in executione binarum ordinationum factarum per Magnificum Senatorem Madium, tunc Visitatorem Carceratorum Mediolani sub die trigesima mensis Maji proximè præteriti, alterius ad favorem Joannis Miller detenti ad instantiam Caroli Marliani, & alterius ad favorem Cæsaris Pratæ detenti ad instantiam Jo. Petri Bossii, & Jo. Antonii Castillionæi pro debito, & ordinationum exinde factarum per præfatos DD. Priorem, & Protectores ad favorem dictorum detentorum, solvuntur eidem Miller per dictum ejus creditorem solidi decem singulo die pro alimentis, & totidem ipsi Pratæ per dictos ejus creditores. Et in fidem &c. Dat. Mediolani die 29. Julii 1597. Subscrip. Anaxarcus Ripa Cancellarius.

NOs Franciscus Platus, & Julius Cæsar Confalonerius Abbates Collegii Notariorum Mediolani, fidem facimus suprascriptum Anaxarcum Ripam esse publicum Mediolani Notarium, & Cancellarium utsupra, ejusque instrumentis, & scripturis publicis per eum rogatis, & subscriptis, plenam fidem adhiberi in juditio, & extra. In quorum fidem &c. Mediolani die 29. Julii 1597. Subscript. Jo. Gaspar Gadius Notarius, & Vicecancellarius præf. Collegii subscripsit, & sigillat. &c.

Litteræ

Litteræ mandantes non debere concedi præcepta continuandi in hæreditate defuncti nisi citato hærede jam continuato, & tacitè derogantes Nov. Constitutionibus tit. de contin. pos. defuncti cap. fin. 1597

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Jo. Baptista, & Polydorus de Calchis, dederunt nobis sequentes preces, videlicet.

P. R.

MOrtuo nuper Annibale Curtio absque liberis, & nullo saltem, quòd innotuerit, condito testamento, continuati fuerunt, prævijs debitis informationibus, per Vicarium Prætorium Mediolani in ejus hæreditate fidiss. M. V. servi Jo. Baptista, & Polydorus Calchi, tanquam ejus defuncti cognati proximiores, sicque hæredes ab intestato, & quia experientia docet, quòd multi jure, vel injuria libenter concurrunt ad prætendendas hujusmodi hæreditates defunctorum ab intestato, & dissimulantes possessionem defuncti esse plenam ob præcedentem continuationem servatis servandis obtentam subripiunt à Judicibus præcepta continuatoria, possessionemque bonorum defuncti invadunt, bona frequenter diripiunt: quo fit ut sæpè numero scandala, & alia inconvenientia sequantur quæ non sequerentur, ubi jam continuati citarentur. Ideò ut occurratur prædictis inconvenientibus præf. Calchi ad M. V. confugiunt.

Supplicando ut dignetur litteris suis patentibus injungere Prætoribus Civitatum Mediolani, & Papiæ, in quorum jurisdictione sita sunt bona relicta per dictum Curtium defunctum, ut non concedant aliquod præceptum continuatorium ratione dictæ hæreditatis, ad favorem cujuslibet prætendentis se hæredem dicti Curtii, sive ex testamento, sive ab intestato, nisi supplicantibus citatis sub pœna nullitatis, injungantque tanquam delegati à M. V. quibuscunque jusdicentibus in dictis Territoriis Mediolanensi, & Papiensi, ut idem servent: quibuscunque legibus, & ordinibus contrarium disponentibus, vel aliam formam dantibus non attentis: quibus M. V. in hac parte tantum derogare dignetur, & ita sperant &c.

Quibus accuratè perpensis, ad evitanda scandala, quæ in apprehendenda possessione ab altero jam apprehensa; non citato ipso possessore oriri possent, per has nostras mandamus omnibus iusdicentibus nostris ad quos spectat, & spectabit, ne supplicantes in tenuta dictorum bonorum hæreditariorum, in qua auctore Judice reperiuntur, turbari, aut etiam ab illa de facto amoveri permittant à quoquam alio; qui se, vel ex testamento, vel ab intestato, hæredem ejusdem hæreditatis esse prætendat: nec ipsi etiam aliquem in actualem dictorum bonorum hæreditariorum possessionem immittant, nisi prius supplicantibus ipsis citatis, quibus auditis justitiam faciant, procedendo summariè simpliciter, & de plano; sine strepitu, & figura judicii frivolis, & calumniosis exceptionibus rejectis, atque ipsa facti veritate inspecta: in quorum fidem præsentes sigillo nostro muniras fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 9. Septembris 1597.

Signat. Ghilinus, & sigillat. &c.

A tergo. Registratæ in filo patentium &c.

Ordo pro subministrandis alimentis carcerato.

MDXCVII. Die xxv. Septembris.

FActo verbo per me Fiscalem Fernum in Senatu Excellentiss. de recitata condemnatione, & de prætensione ipsius Capsinæ, qui prætendebat esse in casu decreti anni 1588. 15. Decembris, & quòd attenta ejus paupertate fieri deberet commutatio pœnæ in pœnam corporalem, non obstante quòd ageretur de interesse partis, factoque verbo de supradicto voto meo super precibus ipsius Capsinæ, & informationibus assumptis, scilicet quòd non esset in casu decreti, sed in casu excepto, proposito quoque quòd attenta paupertate antedicta opus erat aliqua provisione extraordinaria, alioquin facilè futurum esset, quòd is in carceribus finiat vitam, maximè cum creditor sit Venetus, & in illo agro habitet. Item pro eo hic comparuerit quandoque Causidicus Pompeus Beaqua. Dictum fuit ut dicto Beaquæ statuatur, terminus ad certiorandum dictum Marcum Antonium Fracassinum, ut compareat statim ad subministrandum opportuna alimenta huic carcerato, in quo ubi defecerit, ipsum Capsinam relaxandum esse è carceribus, facto ei præcepto de solvendo, si pervenerit ad pinguiorem fortunam, & eo casu reservato jure crediti sui præfato Fracassino, & ita injunctum fuit mihi, ut decernerem. Signat. Fernus.

Tenore præsentium sic instante præfato Capsina, & etiam Jo. Baptista Castilliono ejus defensore, semper salvis &c. statuit &c. præfato Pompeo Beaquæ Causidico, & Procuratori præfati Fracassini terminum dietum quindecim proximè futurorum ad certiorandum dictum Fracassinum, ut

1597 ut statim compareat ad subministrandum opportuna alimenta dicto Capsinæ carcerato, alioquin si in eo defecerit, & memoratam ordinationem exequutus non fuerit, dictus Capsina relaxabitur ad formam ejusdem ordinationis, & de inthimatione præsentis relationis Lazari della Bettola servitori &c. plena dabitur fidea &c. Dat, Mediolani die suprascripto. Jo. Baptista Castillionæus scripsit copiam.

Signat. Carpanus, & subscript. Veranus.

Subscript. Jo. Paulus Veranus Notarius in officio rerum criminalium Regii Capitanei Justitiæ Mediolani, & Cancellarius præfati D. Carpani subscrip. &c.

Declaratio circa comprehensos in proclamationibus Suæ Excell. ratione delationis armorum prohibitorum.

MDXCVII. Die v. Decembris.

Coram Dominis Vicepraetore, & Jud. in Praetorio Mediolani.

COmparet Maximilianus Siccus, semper cum reservatione &c. occasione fidejussionis per eum factæ de consignando toties quoties &c. Bartholomæum Minolum Bergomensem, aliàs carceratum sub pœna scut. 300, & dicit, quòd licet appareat ipsum Comparentem fidejussisse ut supra sub die 20. Julii anni 1596. nihilominus non potest, nec tenetur ulterius eum consignare, attento quòd sub die 8. Februarii anni præsentis, idem Minolus alia de causa criminali, & capitali inquisitus fuit à D. Vicario Marthesanæ, & capitaliter condemnatus, & bannitus à toto Mediolani Dominio, prout apparet ex ipsa condemnatione, quæ exhibetur in forma publica, & authentica, adeò quòd absque sui culpa, imò ex culpa Judicis, & ejusdem Fisci non potest ipsum Minolum consignare, petens ideò in pace dimitti, & dicta de causa non molestari, & quatenus expediat ordinari, ipsum ulterius dicta de causa non esse molestandum &c.

Qui præf. Dom. Vicepraetor, visa dicta comparitione, visa fidejussione, & demum dicta condemnatione capitali contra eum Minolum secuta ad dictum Officium Marthesanæ sub dicta die octava Februarii proximè præteriti, & aliis videndis re in Curia tractata &c. omnibus consideratis &c.

Ordinavit, & ordinat dictum Maximilianum Siccum fidejussorem ulterius dicta de causa non esse molestan. &c., & ita &c.

Signat. Bripp. Propraetor.

Mandellus Projudex. Fernus.
Porrus Syndicator. Confan.
Flaminius Fernus Syndicator.
Vicomercatus Syndicator.

Quod Proclamata S. E. prohibentia forensibus arma deferre, intelligantur solum eorum delationem prohibere in Civitatibus, Burgis, & Terris, non autem in Villis, vel in itinere.

MDXCVIII. Die ultimo Februarii.

1598 FActa per Egr. Praetorem Mediolani relatione deffinitiva processus formati contra Alexandrum Cattaneum imputatum de percussionibus appostatè illatis Jo. Antonio Lomatio Fornasario creditori suo de lib. 94. solidis 11., & de verbia prolatis in contemptum Comitis Paulli Camilli Marliani, & de retentione servorum Forensium arma contra formam proclamationum per locum Vitudoni Status Mediolani defferentium, & hoc ad querelam dicti Lomatii: qui Cattaneus fassus est, quòd dictas percussiones provocatus à dicto Lomatio idem intulerit, & Balthessari Theutonico famulo suo venienti à Civitata Mediolani ad locum Vitudoni pro cautione personæ suæ sclopum ab igne, & pistoriensem defferre permisserit. Relatisq; inditiis, tàm ratione dictarum percussionum, ob quas fuit factus reus dempta dicta qualitate, quàm etiam ratione retentionis dictorum Forensium, auditisque defensionibus, nec non remissione el facta à dicto Jo. Antonio, visisque, & lectis proclamationibus Suæ Excell. arma, exteria famulis defferre prohibentibus, & ipsorum Dominis illorum in domibus retentionem, omnibusque benè discussis pariter cum voto Curiæ.

Censuit is ordo præfatum Cattaneum ratione dictarum percussionum, stante prædicta remissione non esse amplius molestandum. Ratione verò delationis armorum ejus famulorum per Villam Vitudoni, & in accedendo ad eam non comprehendi in prædictis proclamationibus cum in eis tantum fiat mentio de Civitatibus, Burgis, & Terris. Signat. Landrianus, & sigillat.

Subscript. Hieronymus Vacca Notarius Actuarius in Praetorio Mediolani pro fide subscripsit; & ita in actis est penes Gayum &c.

ANNOT.

ANNOT. 1598

SI alicui rixoso à Principe, vel Senatu prohibeatur delatio armorum præstita fidejussione de armis non deferendis, ad quam cogere solet Senatus; delatio hujusmodi non intelligitur prohibita in itinere, & in Villis, ut censuit idem Senatus die 18. Junii 1619. favore cujusdam Fidejussoris, qui cum principali promisserat illum non delaturum arma pro executione Senatus Consulti, ut notat Calvin. *de equit. lib. 2. cap. 129. nu. 31.*

Mognus Fossatus.

Ordo circa pœnam vendentis rem duobus.

MDXCVIII. Die xiv. Maji.

FActa relatione in Excellentissimo Mediolani Senatu per Egreg. Prætorem ipsius Civitatis statas condemnationis secutæ contra Jacobum Silvam loci Serenii ob imputationem ei datam ad querelam Alexandri Castelletti incolæ Burgi Desii, quòd folearum moroni quantitatem eidem querelanti, & alteri vendiderit, ascendentem ad valorem librarum quadragintaquinque, ad effectum ut ultra dictum valorem, damna, & expensas, in quibus est condemnatus dictus Silva Senatus Excellentiss. declaret arbitrium suum ratione pœnæ corporalis, in quam pariter ad arbitrium ejusdem Senatus ille fuit condemnatus, relatisque indiciis contra eum existentibus, & facta mentione, quòd non petit admitti ad novas defensiones, & omnibus maturè consideratis,

Censuit is ordo dictum Jacobum Silvam ultra condemnationem prædictam, ratione arbitrii plectendum esse tribus ictibus funis publicè, postea dimittendam.

Signat. Marchesonius.

Præventioni esse locum per capturam, etiam quando quis est captus in fragranti.

MDXCVIII. Die vii. Julii.

RElata in Excellentiss. Mediolani Senatu per Egr. Capitaneum Justitiæ relatione facta per Dominicum Gariboldum L. T. Collateralis forensis ejusdem Capitanei, super eo, quòd cum detinuisset duos armatos, sclopis ab igne, ea de causa, quia in reddita suo è Civitate Alexandriæ vidisset eos propè locum Somæ Lumellinæ aufugientes, tùm in dicto loco cum dictis sclopis, & fune accensa, contra formam proclamatum commorantes, eosque in sero ejusdem diei recomendasset in carceribus Magnif. Prætoris Papiæ, ut die sequenti ad hanc Civitatem eosdem conduceret, & quòd dictus Magnif. Prætor prætendens eos tanquam captos in sua jurisdictione non occasione alicujus capturæ decretæ per ipsum Capitaneum, nec alicujus delicti, sed contraventionis tantùm edictis S. E. voluit illos retinere, & ea ratione transmittere litteras, prout transmisit ipsi Capitaneo, in quibus hanc ejus prætensionem enunciavit. Lectisque litteris ipsis,

Censuit Senatus claram esse dispositionem Constitutionum, ut locus sit præventioni faciendæ per capturam, sive illa sequatur ex captura in scriptis data per ipsum Capitaneum, sive ex eo quòd aliqui reperiantur in fragranti per ejus Collateralem, & Baruerios, tàm si agatur de contraventione proclamatum S. E., quàm de alio quolibet delicto, & propterea pro executione hujus ordinationis dandas esse litteras per ipsum Capitaneum ad dictum Magnif. Papiæ Prætorem, ut dictos detentos restituat, & in fortiis ejusdem Capitanei relaxet.

Marchesonius.

Quòd proclamationes S. E. prohibentes delationem scloporum, & hastilium intelligantur eam tantum prohibere in Civitatibus, Burgis, & Terris, non in Villis, & locis minime insignibus.

MDXCVIII. Die xxvii. Julii.

RElato in Curia per D. Judicem Equi processu agitato contra Julium Cæsarem Serenium, Jo. Jacobum Rozzonum ejus servum, Cæsarem, & Baptistam fratres Bellatios, Jacobum Fagnanum, & appellatum Fornirolum imputatos de abductione metretarum trigintatrium vini pretii ducatonorum duorum pro qualibet metreta à cella vinaria Joannis Paronæ Causidici in loco Trezzani Plebis Ponticoli Ducatus Mediolani, apud Consulem dicti loci Trezzani mandato Domini Judicis Equi repositarum, & de sclopórum ab igne, ac hastilium in loco prædicto Trezzani aliisque in locis circumvicinis contra formam proclamationum S. E. delatione, & facta mentione de omnibus hinc inde per dictos Paronam, & Serenium deductis, ac in actis productis, una cum litteris Senatus Excellentiss. In simili materia, & facto, stante maximè cum locus prædictus Trezzani non est insignis, & ideò in dictis proclamationibus non comprehensus,

1598 sus, cum in illis de Civitatibus, Burgis, & Terris tantum mentio fiat.

Ordinatum fuit supradictos Serenium, complices causis præmissis ulterius non esse molestandos, sed liberandos prout ex nunc illos Curia liberat &c., & ita &c.

Signat. Petegus, Mainoldus, Rovidius, & Callentus &c.

Declaratio circa non comprehensos in proclamationibus in materia delationis sclopporum ab igne.

MDXCVIII. Die iv. Augusti.

FActo verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per D. Vicarium Justitiæ de nonnullis Olitoribus in suburbiis hujus Civitatis, quos in eisdem suburbiis noctis tempore sclopos ab igne, & hastilia detulisse constat, & consulto eodem ordine an ipsi censeantur comprehensi in proclamationibus, quorum vigore villicis hujusmodi armorum delatio prohibetur.

Censuit idem Excellentissimus Ordo eos non esse comprehensos.

Signat. Marchesonius, & sigillat. &c.

Ordo super electione habitaculi.

MDXCVIII. Adì xi. Agosto.

PEr levare diversi inconvenienti, quali nascevano (come anco di presente alle volte nascono) circa l'elezione d'abitacolo, perchè diversi (forse con malizia) eleggevano abitacolo in casa di persone, che non si trovavano; fu alli anni passati per il Venerando Collegio de' Notari di questa Città (inerendo alla disposizione del Statuto posto nelli Novi al capo 38., qual dispone circa l'elezione d'abitacolo) fatto ordine di effetto, che qualunque persona qual eleggerà abitacolo in questa Città, sia tenuta, non eleggendo in casa di alcuno de' Procuratori descritti, nominare la contrada dove sarà la casa dove eleggerà tale abitacolo, dando oltra ciò a detta casa qualche coerenze, acciò si possi sapere dove sarà: Qual ordine è stato nuovamente approvato per il Senato Eccellentissimo, come per lettere, Il tenore delle quali sarà quì da basso descritto.

Et acciò che tal'ordine, & approvazione venghi in notizia a ciascuno, li Magnif. Signori Pinamonte Rabbia, e Gio. Battista Maggi Abbati del detto Venerando Collegio delegati anco in questa parte per dette infrascritte lettere, hanno procurato di fare pubblicare la presente, per la quale s'avvisa ciascuno a servare detto ordine, & approvazione.

Il tenore delle quali lettere segue, cioè

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

ABbates Collegii Causidicorum, & Notariorum hujus Urbis nobis porrexerunt preces sequentes, videlicet. Serenissime Rex. In volumine Statur. hujus Civitatis sub cap. 38. reperitur Statutum hujus tenoris videlicet. Omnes, & singuli habitantes, & qui per tempora habitabunt extra corpora Sanctorum Mediolani, volentes causari in Mediolano, vel aliqua præcepta exequutiva, vel sequestra reportare ab aliquibus iusdicentibus Mediolani; teneantur prius in actis Judicis, vel Magistratus, sub quo causari voluerint, vel sequestra, vel præcepta reportare eligere habitaculum in præsenti Civitate, vel intra redefossa ejusdem, ubi possint, & valeant citari, & requiri ad instan. adversariorum suorum, de qua electione fiat mentio in petitione, vel ipsis præceptis, aut citationibus primitus transmittendis: aliter processus non valeat. Idem habeat locum in reo comparente ad contradicen., opponen., vel reconveniendum: Idem etiam in tertio comparente ratione sui juris ut supra, & ut in eo quod exhibetur. Cum autem annis præteritis in die festi Sancti Thomæ Apostoli congregarum esset universum Collegium Causidicorum, & Notariorum Mediolani pro creandis novis Abbatibus, & aliis Officialibus anni tunc futuri, & DD. Abb. nunc sedentes sciscitati essent, an esset aliquid recordandum provisione dignum, fuit relevatum, quod in causis forensium Mediolani litigantium sæpissimè fiebant electiones habitaculi in domibus aliquorum ignotorum, & quòd non reperiebantur, quòd fortè non erant in rerum natura, & quòd inde maximum damnum, dispendium, & incommodum litigantibus, & sollicitatoribus oriebatur, & quòd ideò huic inconvenienti providendum erat, & sumptis omnium astantium votis fuit nemine discrepante conclusum, & ordinatum, quòd de cætero, ubi electiones habitaculi non fierent in domo alicujus ex Causidicis hujus Civitatis descriptis, deberent fieri non solum cum denominatione Portæ, & Parochiæ, sed etiam Con-

1598

Contratæ cum aliqua designatione coherentiæ domus, in qua fit electio ipsa habitaculi, verùm videtur hucusque dictum ordinem non habuisse effectum cum non fuerit per M. V. approbatus, nec publicatus, propterea moderni Abbates dicti Collegii fid. M.V. fer. pro bono etiam publico duxerunt ad M. V. recurrere.

Supplicando ut dignetur per ejus litteras dictum ordinem ut supra ex voto dicti Collegii compilatum approbare, & confirmare comminando nullitatem processus prout etiam disponit memoratum Statutum, ubi non servetur, concedereq; dictis Abbatibus, auctoritatem ordinem ipsum, & approbationem ejus sono tubæ publicari faciendi, & sic speratur &c. Et cum ordo, cujus approbatio petitur, rationabilis videatur, illum per has nostras, ubi alias validus sit, & servatis servandis factus fuit, approbamus, & confirmamus, mandamusque omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut illum publicari, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani 23. Julii 1588.

Subscript. Landrianus, & sigillat. sigillo Regio, & Duc. in cera rubea more solito.

A tergo. Registrat. in filo paten. &c.

Pinamos Abbas.
J.B. Madius Abbas.

Ordo, quod Caupo receptans bannitum ignoranter, non molestetur.

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Visis annexis precibus Jo. Antonii Crippæ Hospitis, mandamus vobis, ut ubi non constet supplicantem scienter receptasse memoratum bannitum, illique cibum, & potum dedisse ad formam allegatorum Ordinum, & Constitutionum, ipsum supplicantem dicta de causa amplius non molestetis, sed in pace dimittatis. Mediolani die septimo Octobris 1598.

Signat. Ghilinus.

A tergo. Sapient. J. C. Judici signi Galli Mediolani nostro dilecto, & sigill. &c.

P. R.

Ex forma Nov. Constit. in titulo de bannitis, & receptatoribus bannitorum cautum est, quod procedatur contra receptatores bannitorum scienter. Idque etiam confirmatur ex litteris scriptis per Senatum Excellentiss. Prætori Novariæ sub die 3. Novembris 1565. insertis in ordinibus appositis post Novas Constitutiones in fol. 67. cujus copia exhibetur, qui procedunt contra receptatores bannitorum ipsis receptatoribus insciis, & præcipuè contra Hospites, qui omnibus indistinctè cibum, & potum præbent, inter quos potest esse, quòd adsint aliqui banniti, & de eis Hospites ipsi scientiam non habeant, huic sanctioni, Nov. Const., & litterarum, accedit etiam ordinatio Senatus Excellentissimi diei 6. Decembris 1583. cujus copia hic exhibetur loquens præcipuè contra formam Nov. Constit., & recitatorum ordinum, vexatus fuit superioribus diebus fid. M. V. fer. Jo Antonius Crippa Hospes Hospitii Leonis hujus Civitatis Mediolani à Judice Galli sub prætextu, quod Hospitatus fuerit quendam bannitum P. C. Mediolani, quod esse potest, absque tamen ejus scientia, & aggravatus propterea fuit diversis impensis, & ne ulterius vexetur ad M. V. recurrit.

Supplicando, ut illa dignetur mandare præf. Judici Galli Mediolani, quod ubi non constet supplicantem scienter receptasse dictum bannitum, illique cibum, & potum dedisse ad formam dict. Constit., & Ordinum, ipsum supplicantem prædicta de causa ulterius non molestet, sed in pace dimittat &c.

ANNOT.

Caupo, qui non habet scientiam, sed suspicatur, quod hospes sit bannitus, si eum re-
1 ceptet, non incurrit pœnam; tum quia non tenetur illius conditionem inquirere
Caball. *resol. crim. cas.* 287. *nu.* 70. *cent.* 3.; tum quia ad pœnam evitandam dubitans æqui-
2 paratur ignoranti Costa *de facti scien., & ignor. cent.* 1. *dist.* 49. *n.* 5., Rol. à Val. *cons.* 45. *n.* 17.
lib. 1., Gabr. *cons.* 168. *n.* 12. *in fin. lib.* 2., & alii apud Conciol. *resol. crim.* verb. *Bannitus resol.* 3. *nu.* 2.

Magnus Fossatus.

Litteræ declarantes Consules Justitiæ brevioris togæ non posse se intromittere in causis, in quibus emergant articuli juris, & judicatum fuerit per Consultores, sed eas remittendas fore dictis Consultoribus.

PHILIPPUS Tertius Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus &c.

Dilectè noster. Consideratis annexis precibus Luchinæ Angelicæ à Basilicapetri tibi mandamus, ut omnino à recitata causa abstineas, & eam statim remittas alteri ex Consultoribus tuis, qui de juribus narrati sequestri cognoscat, & justitiam faciat. Mediolani die decimatertia Novembris 1598.

Signat. Ghilinus, & sigillat. &c.

A tergo. Nob. Viro Jo. Stephano Clerico uni ex Consulibus Justitiæ Mediolani nostro dilecto &c.

1598 Potentissime Rex.

Mensibus proxime præteritis fuit per J. C. Marcellum Rincium tunc Consultorem Consulum Justitiæ Mediolani revocatum sequestrum mandato dictorum Consulum factum ad instantiam Balthessaris Galli, in præjuditium fidifs. M. V. fer. Luchinæ Angelicæ à Basilicapetri, illiusque relaxum concessum supplicanti, quòd videns adversans ut indebitè fatiget supplicantem, statim refecto ipso sequestro, & mutatis tantum mutandis scilicet die, & hora, quibus datum fuit, ac termino comparendi illud à Jo. Stephano Clerico moderno Consule de forma subsignari, & inde exequi fecit, & sic introducendo negotium jam à dicto Consultore decisum coram Consule brevioris togæ, qui non possunt se intromittere in causis in quibus juris articuli emergant, & tantò magis in præsenti casu, in quo agitur de revidendo jam decisum à Consultore, quòd omnino prohibetur etiam ab ordinibus Collegii J. C. Mediolani à M. V. confirmatis, qui eidem M. V. exhibentur, & propterea pædictis stantibus supplicans contrsdixit ipsi sequestro, & ejus jura, & res judicatas produxit, petiitque illius revocationem ab altero ex tunc Consultoribus ipsorum Consulum, cui etiam dicta ejus jura detulit, sed nunquam fuit dare remedium, ut præfatus Consultor voluerit ad expeditionem ipsius causæ devenire, licet quotidiè daret bona verba, & subsignarer citationes pro expeditione addito verbo expediturus &c., & hoc air sub prætextu, quòd dictus adversans noluerit unquam ipsi deferre ejus jura, ac etiam ex eo quòd ipsum sequestrum esset subsignatum à dicto Consule, qui prætendit hanc causam ad se spectare, licet contra juris terminos, & M. V. ordines, maximè cum fuerit contestata lis coram dicto Consultore ex quo fuit ab eo petita revocatio dicti sequestri. Interim verò lapsum est bimestre ipsius Consultoris, ad quem nunquam adversans voluit ejus jura deferre: quocirca videtur ipsum Consultorem racitè, ac oretenus remisisse dictam causam dicto Consuli apud quem adversans maximis favoribus pollet, proindeque suspectus redditur supplicanti, & ideò cum hic agatur de sequestro in omnibus simili alteri jam per Consultorem cum plenissima causæ cognitione, ac datis motivis, & habitis, & visis, responsis, auditisque partium Advocatis revocato utsupra. Item cum agatur inter easdem personas, pro eodem asserto credito, & coram eodem Judice, seu Tribunali, ac de negotio jam deciso à Consultore, non possunt Consules brevioris togæ in eo se ingerere, utsupra, maximè cum summa pecuniarum ipso sequestro contenta excedat aureos ducentum, & hoo ex dispositione Novar. hujus Dominii Constitutionem tit. de Consulibus Justitiæ Mediolani. Item stantibus ordinibus dicti Collegii J. C. à M. V. confirmatis utsupra, ac stante notoria calumnia adversantis, & bono jure supplicantis, in cujus præjuditium non potuit etiam fieri dictum sequestrum, quia in aliquo non renetur erga ipsum adversantem, qui prætendit sequestrare fructus bonorum per supplicantem vigore ejus jurium dotalium apprehensorum, ex quo casus dotis restituendæ evenit per mortem ejus quondam viri, quem ejus prætextum fundar adversans super eo quòd habuerit, ut ait, venditiones, à dicto quon. Supplicantis viro de bonis, seu parte bonorum, quæ ipsemet vir jam diù, & supra annos viginti constituerat possidere nomine supplicantis pro constitutione ejus dotis, & in quorum bonorum possessione, & tenuta supplicans dicto ejus marito defuncto fuit manutenta, quia in eorum possessione, quæ familiaris dicebatur usque ad mortem dicti ejus viri reperta fuit, & quæ possessio familiaris nunquam fuit ei interversa, licet pars dictorum bonorum fuerit per virum alienata dicto adversanti utsupra, qui successivè de eisdem bonis ab eodem adversante fuit investitus, in & pro solutione quorundam fictorum; pro quibus ideò videtur nunc velle agere contra supplicantem, quæ dictis distractibus nullum præstitit consensum, quæque pro ejus possessionis manutentione obtinuit ejus favore pluries declarari non posse, nec debere per dictum adversantem molestari, & quidem cum plenissima causæ cognitione, ac datis motivis, & utsupra. Quare cum palpet M. V. jus, & justitiam supplicantis, & notoriam calumniam adversantis, qui ubi sit creditor dicti quon. Supplicantis viri debet agere contra ejus hæredes, ac ipsis citatis, non verò infestare supplicantem, quæ est, & dicitur tertius possessor bonorum, quæ deductis aliis oneribus super eis existentibus ferè sufficiunt pro restitutione dictæ ejus dotis summæ scutorum trium millé, & ultra, cogitur pro remedio supplicans habens super eodem negotio res decisas, & utsupra ad eandem M. V confugere.

Rogando dignetur attentis præmissis mandare dicto Clerico Consuli, ut omnino à dicta causa se abstineat, sed eam statim remittat alteri ex Consultoribus ipsorum Consulum, qui de juribus ipsius sequestri cognoscat, & justitiam inter partes ipsas faciat, prout speratur &c.

Quod

Quòd bannitus etiam captus in dominio non obstante proclamate S. E., si ita inditiorum, facti, & personæ qualitas suadeat, admittatur ad novas defensiones. 1598

MDXCVIII. Die xiv. Novembris.

Relata detentione Melchionis Vallii, banniti ab hoc Dominio, & in contumatiam damnati in amputatione capitis propter homicidium patratum in personam Pauli Hieronymi Pusterlæ, una cum depositionibus testium contra eum examinatorum, & petitione per dictum Vallium facta ad effectum, ut admitteretur ad novas defensiones, & pariter etiam relata dispositione proclamationum Suæ Excellentiæ editarum sub die 20. Octobris proximè præteriti, quibus redditur incapax admissionis ad novas defensiones, quilibet bannitus captus in hoc Dominio attenta facti, inditiorum, & personæ qualitate.

Censuit Senatus ipsum Vallium ad novas defensiones admittendum fore prout eum admittit. Ita tamen, quòd in deffinitiva habeatur ratio contemptus banni, quo magis gravari videtur ipse Vallius.

Signat. Poggius, & sigillat. &c.

A N N O T.

1 Si ex novis defensionibus per Bannitum in hoc Dominio captum præstitis resultet nullitas condemnationis; nihilominus talis Bannitus condemnatur juxta praxim Senatus Excell. vel ad triremes per triennium, vel ad tres ictus funis ob contraventionem ipsius Banni, ut testatur Magnif. Senator Bellon. *de potest. eorum &c. lib. 2. cap. 75. in fine*; quia ad 2 Bannitum non spectat judicare de nullitate Banni, & ipsi contravenire, ut declarasse Senatum die 2. Octobris 1619. notat Calvin. *de æquit. lib. 2. cap. 198. nu. 60.*

Magnus Fossatus.

Minorem annorum 18. non esse ordinaria pœna homicidii puniendum.

MDXCVIII. Die v. Decembris.

Lecta in Senatu Excellentissimo Mediolani per D. Judicem signi Equi ejusdem Civitatis Inquisitione formata contra Bernardum Porrum ætatis annorum 17. vel 18. in circa, imputatum de homicidio commisso in personam Jo. Ambrosii de Reiis, lectis etiam inditiis contra dictum Bernardum urgentibus, ex quibus apparet de dicta minori ætate, & consulto in quam pœnam sit condemnandus, omnibus consideratis, una cum voto Curiæ.

Censuit Senatus dictum Bernardum Porrum citandum esse sub pœna remi quinquennalis, attenta minori ætate, & contumacem in eam pœnam esse condemnandum.

Signat. Ghilinus, & sigillat. &c.

A N N O T.

Varios casus, in quibus Minores Rei homicidii voluntarii ob circumstantiarum qualitates fuerunt condemnati vel ad ordinariam mortis pœnam, vel ad extraordinariam, sed graviorem, quam in hoc casu fuit imposita, recenset Ruginell. *pract. quæst. cap. 35 sub nu. 38. versic. contra vero.*

Magnus Fossatus.

Quòd debitor, præsertim bonæ qualitatis, qui sit in casu cedendi bonis admittatur ad dictam cessionem citra formam pudendam.

PHILIPPUS Tertius Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus, &c.

Alexander Ritius dedit nobis preces sequentis exempli, videlicet: Potentissime Rex. Malo suo fato Alexander Ritius M. V. fidiss. servus jam supra duos menses detinetur in fortiis Domini Capitanei Justitiæ Mediolani, ob grave pondus æris alieni, à quo impossibile est evadere, nisi media cessione ejus bonorum, quam facere deliberavit, sed quia habet duas filias nubiles, & uxorem satis nobilem, & bonæ famæ, ipseq; est mercator legalis, citius est paratus in carceribus marcescere, quàm publicè bonis cedere juxta ordines, propterea cogitur ad M. V. confugere.

Supplicando humillimè, ut illa dignetur, sumptis informationibus de more concedere, quòd supplicans possit talem cessionem facere citrà formam pudendam, ut speratur. 1599

Quibus visis, ut maturius super petitis deliberaremus, jussimus informationes assumi de qualitate ipsius supplicantis, & eius creditorum, & de summa debitorum, & à quanto tempore citrà ea contracta fuerint, citatis ipsis creditoribus, iis autem sumptis per unum ex Egregiis Senatus nostri Secretariis, & allata comparitione per creditores citatos, quæ est tenoris infrascrip. videlicet. 1598. die 27. mensis Octobris. Coram Senatu Excellentissimo Mediolani. Comparet Ambrosius Furnerius Helvetius monitus tamquam procurator Hyppoliti Cheler, Federici Cheler, Joannis Anzaghæ, & Josterii de

 Gioris,

1599 Gioris, omnium mercatorum Helveticorum, ut compareat ad videndum assumi quasdam informationes de qualitate Alexandri Ritii, detenti, qui petere videtur admitti ad cedendum bonis citrà formam pudendam, & salvis quibuscunq; juribus dictorum Helveticorum præf. Ritium non posse de jure admitti ad cedendum bonis, nec citrà formam pudendam, nec aliter in præjuditium dictorum Mercatorum Helveticorum, stante natura eorum respectivorum creditorum excedentium summam scutorum 700. ultrà expensas, damnaque, & interesse ex causa mercantili, & quòd eisdem Helveticis, tàm ex forma statutorum Mediolani, quàm capitulationum initorum cum Sua Reg. Cathol. Maiest. reddi debet jus summarium, & expeditum, & prout in Terris Helveticorum redditur Mediolanensibus, & aliis forensibus, & quòd in regione Helveticorum, nunquam repertus fuit talis modus deludendi creditores, & evadendi carceres, eis non satisfactis, via prætensæ cessionis &c at semper ejusmodi debitores retenti fuerunt, & retinentur in carcere quousque concordes sunt cum creditoribus, atque ita per M. V. in hoc casu sanciri debere precatur offerens etiam ubi dictus Ritius sit in casu, eidem alimenta præstare in dictis carceribus ad formam statutorum &c. aliter &c. & prout latius &c. Nec ommittitur, quòd Ritius habet patrem divitem, quam plura bona stabilia possidentem, exercuitque, & exercet ipsemet Ritius ultra mercaturam equorum, & aliarum bestiarum bovinarum, hospitium in Terra Melegnani, ita quòd impossibile est, quòd non habeat modum solvendi dicta debita.

Omnibusque accuratè perpensis, præsertim cum ex informationibus prædictis constet de bona qualitate supplicantis, ejusque uxoris, & filiorum, his nostris mandamus omnibus iis, ad quos spectat, & spectabit, ut ubi supplicans ipse sit in casu cedendi bonis, eum admittant ad cedendum citrà formam pudendam. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediol. die 2. Januarii 1599.

Subscr. Machesonius, & sigill. &c.

A tergo. Registratæ in filo paten.

Alter Ordo pro eadem causa.

P. R.

DEtinetur in carceribus Capitanei Justitiæ Mediolani jam multis mensibus præteritis M. V. fidiss. ser. Alexander Ritius pro prætenso debito ad instantiam Hyppoliti Cheler Helvetii, & nonnullorum aliorum prætensorum Helvetiorum. Et cum non habeat unde ipsum debitum dissolvat, obtinuit à M. V. etiam contradicentibus ipsis adversantibus admitti ad cessionem bonorum citrà formam pudendam (ubi sit in casu) & prout in litteris patentibus, quæ M. V. exhibentur, quibus præsentatis coram Consulibus Justitiæ Mediolani, adversantes, qui nihil cupiunt quàm quòd supplicans in carcere marcescat, opposuerunt supplicantem non esse in casu cedendi, stantibus prætensis privilegiis Helvetiis concessis per Præcessores M. V., & quòd ipsi processerunt vigore Statuti Mediolani de tali jure reddendo, quodque in eorum regionibus debitores non admittuntur ad hujusmodi cessiones faciend. Et licet adhuc ipsa prætensa privilegia visa non fuerint, ubi aliqua privilegia adversantes habeant, non tollunt tamen ipsam cessionem, quæ ex forma Statutorum Mediolani concessa est. Nec obstat quòd in Regionibus Helveticorum hujusmodi cessiones non fiant, quia satis est, quòd Mediolani fiant, tamen ipsi Consules se difficiles præstant in admittendo ipsum supplicantem ad dictam cessionem faciendam, intereàque miser supplicans valdè gravatus febre nôn parum patitur. Ideò ut jam tandem relaxetur, ad M. V. confugit.

Rogando dignetur mandare præf. Consulibus Justitiæ Mediolani, ut ubi cessio hæc non sit à Statutis Mediolani prohibita, eum statim admittant ad ipsam cessionem facien., & speratur &c.

PHILIPPUS Tertius Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus &c.

DIlecti nostri. Visis annexis precibus Alexandri Ritii, mandamus vobis, ut inordinatis per Senatum nostrum persistatis, & ea omnino exequamini. Dat. Mediolani die 12. Februarii 1599.

Subscr. Alexander Besutius, & sigill. &c.

A tergo. Nobilibus Viris Consulibus Justitiæ Mediolani nostris dilectis &c.

MDXCV. Die Sabbati xiii. mensis Februarii in vesperis.

Coram DD. Consulibus Justitiæ Mediol. &c.

PRæfati Domini Consules visis prius litteris Reg. Duc. patentibus datis ad preces Alexandri Ritii indebitè detenti, mandantibus omnibus iis, ad quos spectat, & spectabit, ut dictum Ritium admittant ad cedendum ejus bonis citrà formam pudendam, & prout in eis Mediolani datis sub die secunda Januarii prox. præteriti. Item visa præsentatione ipsarum litterarum coram præfatis Dominis Consulibus facta per præfatum Ritium citato Ambrosio Furnerio Helvetio prætenso procuratore Hyppoliti Cheler, Federici Cheler, Joannis Anzaghæ, & Josterii de Gioris omnium Helvetiorum ejus Ritii prætensorum creditorum, una cum petitione superinde facta, & exceptionibus ipsis litteris propositis per dictum Furnerium modo quo

quo ſupra. Item viſis aliis litteris Reg. Duc. datis ad preces dicti Ritii mandantibus præſ. Dominis Conſulibus, ut in ordinatis per memoratas litteras diei 2. Januarii proximè præteriti perſiſtant, & ea omnia omnino exequantur, una cum earum præſentatione, & petitione factis. Item viſa relatione citationis emanatæ dicto Furnerio modo quo ſupra ad videndum fieri præſentem ordinationem &c. Et denique viſis omnibus aliis videndis &c., ac conſideratis conſiderandis &c., & auditis pluries Procuratoribus ipſarum partium, ſicque inſtante præfato Alexandro Ritio ſalvis &c., & in termino dictæ citationis &c., omnibus modo &c. 1599.

Ordinaverunt, & ordinant, ac declaraverunt, & declarant præfatum Ritium detentum eſſe admittendum, prout eum admiſerunt, & admittunt ad cedendum dictis ejus bonis citrà formam pudendam in omnibus, & per omnia juxta formam dictarum litterarum Reg. Duc. utſupra præſentatarum, quibus &c., & ita &c.

Signat. Mandellus Conſultor.

SCHOLIA.

FOrmam pudendam ferè per totam Italiam, introduxerunt ſtatuta, hic Mediolani habetur cap. 408., ubi etiam recenſentur varii caſus, in quibus denegatur iſtud remedium.

Illud obſervandum, quòd licet damnatus ad intereſſe verſus partem dicatur debitor ex cauſa delicti, nihilominus admittitur ad cedendum bonis, ſed cum eo non diſpenſatur, ut valeat cedere citra formam pudendam; ita Senatus Taurini cenſuit, ut atteſtatur *Theſaur. deciſ. 182. nu. 7.*, à qua etiam diſpenſatione abſtinendum ſuadet *Theſaur. deciſ. 36. num. 4. verſ. Itaque cauti*, quando petitur ab eo, qui renunciavit beneficio ceſſionis cum juramento: niſi eſſet miles, quia non eſt Dominus membrorum ſuorum, & ſic neque honoris, qui æquiparatur: nam cum eo diſpenſatur non obſtante renunciatione, ſic notat idem *Theſaur. num. 5.*

Adductis autem per *Theſaurum in deciſ. 36.*, quòd ſcilicet valeat debitor renunciare beneficio cedendi bonis adjungendus *Novar. de elect., & variat. fori ſect. 1. qu. 12. num. 22., & ſeq.*

Garonus.

Litteræ declarantes non licere reiterare idem ſequeſtrum, cauſa cognita revocatum; quia ſententiæ citra appellationem annullarentur, ideoque cauſſam remittendam, fore Judici appellationis &c.

PHILIPPUS Tertius Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus &c.

DIlecti noſtri. Conſideratis annexis precibus Luchinæ Angelicæ à Baſilicapetri, ex quo non convenit, ut ſequeſtrum ſemel cauſa cognita revocatum reiteretur, quia per indirectum ſententiæ citra appellationem annullarentur, vobis mandamus, ut non apponatis manum ad dictam revocationem, ubi agatur de reiteratione ejuſdem omnino ſequeſtri ex capite injuſtitiæ revocati, ſalvo jure appellationis adverſanti ad cujus appellationis Judicem cauſam remittatis. Mediolani die 23. Januarii 1599.

Signat. Ghilinus, & ſigillat. &c.

A tergo. Nobilibus Viris Conſulibus Juſtitiæ Mediolani noſtris dilectis.

Potentiſſime Rex.

POſt obtentam à Conſulibus Juſtitiæ Mediolani per fidiſs. M. V. ſer. Luchinam Angelicam à Baſilicapetri revocationem, & relaxum cujuſdam ſequeſtri in ejus præjuditium facti ad inſtantiam Baltheſſaris Galli, idem Gallus adverſans, ultra remedium appellationis contra dictas res judicatas intentatum, etiam per tranſmiſſionem præceptorum appellatione pendente, ut quantò magis fieri poteſt fatiget ſupplicantem, eamq; per lites, & ſtrages circumducat, ſtatim ſefecto ipſo ſequeſtro jam prout ſupra revocato, mutatiſque tantum mutandis, ſcilicet diebus, & horis, quibus datum fuit, & comparere debeat, illud ab eiſdem Conſulibus de novo ſubſignare, ac in præjuditium ſupplicantis exequi fecit: At P. R. hoc à M. V. nequaquam permitti debet, tùm quia dicto adverſanti eſt ſuccurſum per remedium appellationis jam per eum, ut ſupra intentatum, tùm quia reiteratio ſequeſtri à jure prohibita eſt, prout etiam reiteratio delationis juramenti, niſi mutetur cauſa, vel niſi primum fuiſſet revocatum, & ſublatum tanquam nullum, quòd in præſenti caſu non evenit, quinimmo tanquam notoriè iniquum fuit revocatum, illiuſque relaxum ſupplicanti conceſſum ut ſupra, & ideò cum palpet M. V. notoriam calumniam adverſantis, & jus, & juſtitiam ſupplicantis habentis pro ſe res judicatas in eodem negotio, & ut ſupra; Dignetur M. V. mandare dictis Conſulibus, ut ubi agatur de reiteratione ſequeſtri in omnibus conſimilis alteri jam per eos, ſeu eorum Præceſſores revocato, ut ſupra, & ſic obſtet exceptio rei in eodem negotio judicatæ, nullo pacto in dicta cauſa ſe intromittant, ſed cauſam, & partes remittant ad Judicem appellationis, ubi jus appellandi competat &c., & ita ſperatur &c.

Ordo

1599 *Ordo circa dilationes concedendas illis, qui allegant se velle in militiam proficisci.*

MDXCIX. Die xxx. Maji.

FActo verbo in Senatu de multis supplicationibus porrectis ab iis, qui, cum processus criminales contra se pendentes habeant, exponunt se velle in militiam Suæ Regiæ Catholicæ Majestatis, vel Serenissimi Ducis Sabaudiæ proficisci, petuntque provideri ne ipsi, vel eorum fidejussores molestentur causa dictorum processuum donec à bello revertantur.

Dixit Senatus ejusmodi provisiones non esse concedendas, nisi in casibus levioribus, vel admodum antiquis, vel in quibus de nullius præjuditio agitur. Et Senatores, quibus preces porrigentur, ad hoc advertere debere,

Signat. Facius.

Declaratio Senatus Excellentissimi circa initium fatalis causæ appellationis.

PHILIPPUS Tertius Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux Secundus.

DIlectè noster. Censuit Senatus noster, coram quo lectæ fuerunt inclusæ preces Hieronymi Ælii, & uxoris, ac responsum fratrum de Cuticis, fatale incipere debere à die interpositæ appellationis. Nos ideò ex ipsius Ordinis sententia vobis mandamus, ut ubi biennium à die interpositæ dictæ appellationis sit lapsum, non impetrato tertio anno vivente dictorum fratrum patre, allegatum preceptum inhibitorium revocetis. Dat. Mediol die 12. Augusti 1599.

Subscript. Jo. Baptista Saccus.

A tergo. Sap. J. C. D. Hieronymo Advocato caussæ Consultori prorogato, nostro dilecto, & sigillat.

P. R.

USque de anno 1593. (*a*) Hieronymus Ælius, & Constantia de Cuticis Jugales M. V. fer. obtinuerunt duas sententias in causis diversis, & à Judicibus diversis, contra n. q. Jo. Ambrosium, & Jo. Franciscum J. C. tunc fratres de Cuticis, ac Clementiam de Rosate, à quibus præfati Cutici, & de Rosate appellaverunt, & unaquæque dictarum appellationum altera post alteram, commissa fuit Magnf. nunc Senatori D. Hieronymo Sansono. Postea lapso biennio, (*b*) & ultra à jure communi dato ad prosequendas appellationes, & respectu prioris appellationis etiam ferè triennio, licèt non impetrato, (*c*) decessit præfatus Joan. Ambrosius morte (*d*) repentina, relictis post se M. Antonio, & Gaspare, qui tunc erat, ut dicitur, ætatis annorum 19. (*e*) filiis suis hæredibus, & superstite præfato Jo. Francisco J. C. (*f*) penes quem præfatus Gaspar post mortem patris morabatur. (*g*) Deinde post alium annum, & ultrà, decessit etiam præfatus Jo. Franciscus J. C, & sic propè finem quadriennii à die interpositarum dictarum appellationum; & consequenter desertis jam supra annum dictis appellationibus. Quare, citatis ad allegandum præf. M. Antonio, & Gaspare fratribus, ac præf. Clementia, nec non & hærede præf. Joan. Francisci J. C., & sæpios perhemptoriè, tandem declaratum fuit per præf. Magnif. Sansonum dictas appellationes remansisse desertas, & primas sententias in judicatum transivisse: quod etiam non (*h*) negant præf. Fratres. Verum sæpèdicti fratres M. Anton., & Gaspar sub prætextu restitutionis (*i*) in integrum adversus lapsum fatalium per eos postulatæ, obtinuerunt à Consulibus Justitiæ preceptum inhibitorium, ne præf. res judicatæ, & in judicatum transactæ executioni mitterentur; sed quia non dederunt sumom (k) de læsione, præcipuè cum lapsus biennii evenerit vivente (*l*) eorum patre; ideo jure meritò (*m*) memoratum præceptum debet revocari: quod, ne fiat, contenduot adversantes annum (*n*) non currere, nisi à die commissionis; quod quidem evidenter falsum (*o*) est: præsertim cùm ex forma Statutorum (*p*) Mediolani commissio debeat fieri infrà annum &c. datum à jure communi ad prosequendas appellationes, & potest appellans, si vult, expectare usque ad finem anni, modò supersint 20. dies utiles (instantia, scilicet municipalis) ad complendum ipsum annum &c. Ex quibus, & aliis multis, elicitur fatalia currere antè commissionem, & consequenter à die interpositæ appellationis, juxtà dispositionem ipsius juris communis, (*q*) quod non reperitur mutatum. (*r*) Quæ omnia, licet satis sint clarà, nihilominus Hieronymus Advocatus Consultor prorogatus super hac cognitione adhuc ambigit in maximum supplicantium præjuditium, qui post tantum temporis, post tot expensas, & damna, non possunt quod suum est consequi in executione rei judicatæ, & in judicatum transactæ, Quare ad M. recurrunt

Supplicando dignetur per suas mandare præf. Hieronymo Advocato Consultori prorogato, ut ubi biennium à die interpositæ appellationis sit lapsum, non impetrato tertio anno vivente adversantium patre, memoratum præceptum inhibitorium revocet. Quod, quia juri consonum videtur, speratur &c.

P. R.

P. R.

1599

Brevibus utendo fratres de Cuticis M. Antonius, & Gaspar fid. M. V. fer. in respondendo precibus Hieronymi, & Constantiæ Jugalium de Ælio, ex ordine ejusdem M. V. eisdem inthimatis, (s) dicunt respondentes per eos Jugales petita, uti à juris terminis, & ab æquitate aliena, minimè concedi debere. Agitur enim de sententiis (t) pro bonis per dictos Jugales possessis, (u) inter dict. Jugales, & qu. J. C. Franciscum, & Ambrosium fratres de Cuticis, uti omnes ad hæreditatem qu. Jacobi Cutici ab intestato vocatos, latis, partim ad favorem dictorum J. C., & Ambrosii, partim in eorum præjuditium; à quibus, in partibus præjuditialibus, interpositæ sunt dictæ appellationes, quæ dicuntur in judicatum transivisse; contra quas sententias, & earum desertionem, (x) petita est restitutio in integrum per ipsos Respondentes, tum ex capite ignorantiæ, (y) cum ipsi fratres respondentes uti filii, & successores dicti quon. Joanni Ambrosii debito (z) tempore non habuerint scientiam pendentiæ dictarum appellationum, tùm ex capite minoris (aa) ætatis, cùm re vera alter ex præfatis fratribus Consortibus esset minor tempore, quo dicuntur desertæ remansisse dictam appellationum caussæ, ut in actis Consulum abundè probatum est: ex quo M. V. videt qui sit is effectus ex quo tantopere exclamant dict. Jugales sibi excludi exceptiones rerum judicatarum, & in judicatum transactarum, cum ipsi Adversantes bona spectantia ipsis Respondentibus possideant, & rei sint. Et etiam videt, quàm toto aberrent Coelo in alio puncto lapsus fatalium, cùm, & apud M. V. etiam in litteris (bb) quæ de forma dantur prorogationis caussarum appellationum, & apud omnes Judices inferiores conditione obtineatur biennium, & etiam quandoque triennium dari ad prosequendum, & definiendum causas appellationum à die earum commissionis; & meritò, cum non prius currant fatalia caussarum appellationum nisi facta (cc) commissione, ut per Nov. Constit. disponitur, & abundè per juris allegationes dictum est coram dict. D. Advocato, qui ità juris esse sentiendo, noluit manum apponere: (dd) nihilominus, ne quid pendente in integrum restitutione innovaretur.

Sed mirum est hoc etiam, quòd à d. Jugalibus prætenditur, cum post longam disputationem super hoc articulo restitutionis in integrum, & exceptionum, passi fuerint caussam ipsam committi J. C. Zanotto Parpalioneo, propterea M. V. rogant.

Ut nil aliud velit decernere, quàm quòd partes juribus suis utantur. Et speratur &c.

(a) Ælius. asserens appellationem Cuticorum desertam remansisse fundatam habet intentionem in lapsu tanti temporis. Felyn. in c. ex parte, il 2. de rescrip. Alba. in conf. 612. n. 1. & seq. ubi Apostill. Surd. in conf. 139. n. 11. vol. 1. & conf. 226. n. 22. vol. 2.

(b) Lapsus anni efficit, ut censeatur renunciatum appellationi Auth. ei qui C. de temp. appellat. c. ei, qui ii. q. 6. c. cum sit Romana, de app. Clem. sicut. de appellatio. lapsus verò biennii efficit, ut notoriè constare dicatur de desertione Felyn. d. c. ex parte n. 11. vers. Considera, de rescript. Cravet. in conf. 273. ante n. 1. & Ceph. in conf. 185. n. 38. vol. 2.

(c) In hoc differt, annus à biennio, quia lapso anno datur impedito biennium, sed lapso biennio non datur triennium impedito, verùm succurritur ei per restitutionem in integrum. Felyn. in d. c. ex parte n. 7. vers. Considera benè tria Adde glo. & Doct. in dicta Auth. ei qui C. de temp. appell.

(d) Quod excludit, ne possit allegari impedimentum alicujus infirmitatis in fine biennii, quæ in omnem casum esset probanda. Ceph. in conf. 708. n. 44. & 45. vol. 5.

(e) Et sic major quoad judicia, ut infra dicetur, per Statut. Mediol. in cap. 452. vol. 1.

(f) Qui erat consors litis, & pariter appellat. de servit. undè cum esset J. C. præsumitur deservisse ob injustitiam caussæ, cùm regulariter appellationem interpositam non exequens calumniæ sit suspectus. Cravet. in conf. 693. n. 10.

(g) Sola conjunctio sanguinis inducit præsumptionem scientiæ. Crav. in conf. 825. nu. 5. conf. 864. nu. 8. & conf. 866. nu. 9. Multò magis juncta communi habitatione, quæ facit præsumi scientiam inter extraneos, Crav. in conf. 369. n. 43. conf. 699. n. 19. conf. 748. n. 11. Ruyn. in conf. 168. n. 7. vol. 1.

(h) Quatenus petierunt restitutionem adversus eam desertionem.

(i) Ex capite prætensæ ignorantiæ, & minoris ætatis de quibus infra.

(k) Quod facere debebant probando aliqualiter de bono jure suo, id est de caussa propterquàm petita fuit restitutio. Oddo. q. 43. art. 3. n. 58.

(l) Quare, cùm pater esset major, filii etiam minores non possunt petere restitutionem in integr. ut probant congesta per gl. in l. apud Julianum ff. quib. ex causs. in possess. eatur. Verb. Expectandam. Cravet. in conf. 185. n. 15. vol. 5.

(m) Nam petitio restitutionis in integrum non suspenditur, in hoc casu, nisi incontinenti fiat probatio Menoch. de Arbit. Jud. cas. 9. n. 3. Lancell. de atten. rest. in integr. pend. c. 18. n. 25. & seqq. & n. 31. & seqq.

(n) Vel

1599 (n) Vel biennium, de quo in Auth. ei qui C. de temp. appell. ubi not.

(o) Alex. in conf. 10. ad fin. lib. 1. & conf. 164. n. 5. lib. 2. Caravit. in tit. Magn. Cur. 169. n. 8. Pute. in decif. 56. n. 2. p. 2. Lanc. de attent. c. 12. n. 47. in præfat. quam opi. in practica fervari dicit Salyc. in l. fin. paragr. illud C. de temp. appell. n. 4. verf. & quia.

(p) Sub Rubr. de appell. c. 131. volum. 1. quæ dirimunt quæftionem illam DD. quanto, fcilicet tempore ante finem anni debeat fieri commiffio: dum omnes concludunt fieri debere per tantum temporis ante finem fatalium intra quod cauffa poffit exordiri; quòd fi ferius incipiat fibi imputet appellans, quod fe nimium arctaverit. Saly. in d. Auth. ei qui. n. 3. verf. Sed tunc quæro fecundò.

(q) L. fin. parag. illud juncta gl. C. de tempor. appell. cle. ficut. de app. &c. ex ratione eod. tit.

(r) Quod fatetur Alciat. in conf. 32. nu. 19. lib. 6.

(s) Ad hoc ut controverfia circa initium fatalis femel terminaretur, ut patet ex priori decreto de quo in precibus exiftentibus in archiv.

(t) Altera quidem harum fententiarum lata fuit ad favorem Ælii pro parte dotis uxoris ejus, altera verò in cauffa fidecommiffi, cujus cafus evenit in perfonam ejufdem uxoris.

(u) Si bona controverfa poffidentur per Ælium, inhibitio revocanda erat, uti facta ad inftantiam fuccumbentis, de cujus jure nullatenus apparet.

(x) Ecce quod ipfa pars ingenuè fatetur appellationes defertas remanfiffe.

(y) Hæc reftitutio in integrum ex capite ignorantiæ non folet concedi, nifi quando clarè conftat de ignorantia; non autem fi adeft aliqua præfumptio fcientiæ. Alba, qui allos recenfet, in conf. 229. n. 12. Ideò attentis præfumptionibus fcientiæ refultantibus ex conjunctione fanguinis, & cohabitatione cùm Patre, & Patruo J. C. non poteft prætendi hæc reftitutio.

(z) Cùm defertio contigerit vivente Patre, quodnam effe poteft iftud tempus?

(aa) Minor ætas non fuffragatur in juditio, nifi fit infra 18. annum, per Statutum Mediolani in dicto cap. 252. volum. 1. Quare, cùm effet ille Gafpar, æt. ann. 19. non potuit afpirare ad aliquam reftitutionem, dato quod defertio contigiffet in perfona ipfius, non patris: quia de geftis poft 19. annum reftitutio peti non poteft, cum fit major, Afflict. in Conft. Reg. de reft. min. Rub. 38. p. 21. n. 4. in fin.

(bb) Hæ litteræ non probant intentionem partis, nam illa verba, ubi lapfa non fint fatalia à jure communi data, non inferunt quod fatalia incipiant à die commiffionis. Sed quia fieri poffet, ut duraret quidem tempus 20. dierum utilium, quod eft fpecies fatalium, cum ejus lapfus cauffam perimat; lapfum tamen effet biennium, quod datur à jure, adeò ut neceffe fit in fpecie triennium impetrare, ideò Senatus fciens poffibile effe, ut facta commiffione circa finem anni, vel biennii tempus à jure datum lapfum fit apponi talem conditionem quæ intelligenda eft, fecundum ipfum jus commune, ut tale tempus currat à die appellationis, & illi 20. dies dati à Nov. Conft. currant à die commiffionis, ità difponente decreto.

(cc) Hanc opin. quod fatalia non currant, nifi à die commiffionis, tenuerunt quidem Lanfran. Orian. in c. quoniam contra. verb. Inter locutiones n. 38. de prob. & Marfil. in fign. 51. Ea fanè ratione moti, quod cùm non adfit certus Judex coram quo agatur, fuccedat regula, Quòd non valenti agere &c. Sed intelligi debent dummodo per appellantem non fteterit, quominus daretur Judex, videmus enim in fortioribus terminis; quòd in Confiftorio Principis non currit inftantia; ità demum, fi fueris notificata Principi appellatio, vel appellans fuerit follicitus in introducendo cauffam; Fr. Mar. in q. 420. n. 1. & 2. p. 1. Et ideò quando appellans fuit negligens in profequendo cauffam, currit tempus etiam in Confiftorio Principis. Roland. Cavagn. ad decret. Montisferrati 13. §. 4. q. 2. Quòd maximè procedit, cum habeamus tempus præfixum ad faciendum committi cauffam fcilicet faltem per viginti dies utiles ante lapfum fatalium juris communis, quo cafu, ut inquit Ang. in conf. 140. relatus per Alex. in conf. 164. n. 5. vol. 2. fi commiffio non fiat, cauffa remanet deferta. Et ità poft Ang. fcripfit Montepic. in conf. 83. n. 8. Quod fi appellatum fit ad priores, qui ex forma ftatuti habent cauffam committere intrà tres dies, fi contingat Priores non committere, quia cauffa non fuerit follicitata appellatio remanet diferta: Ecce igitur quod contingit defertio appellationis abfque ulla commiffione quod evidenter oftendit ante commiffionem currere fatalia juris communis. Et Orianum Marfiliumque ita declaraverunt Put. in decif. 56. n. 2. p. 2. & Thefaur. in decif. 10. n. 9.

(dd) Inhibitioni.

Ordo,

Ordo, ut merces visitationis solvatur primo visitanti. 1599

PHILIPPUS Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Provisione digna judicavimus occlusa nobis supplicata per Regentes istius Communitatis Romentini, proindè mandamus Tibi, ut dictam Communitatem non molestes, sed ubi caussa ad te pertineat, agas contra Magistratum Novariæ. In posterum autem volumus illud solvi primo visitanti; & ubi ad alterum caussæ cognitio pertineat, illi quod exactum est restituere jubemus. Dat. Mediolani die 12. Novembris 1599.

Marchesonius.

A tergo. Prudenti Viro Prætori Romentini nostro dilecto, & sigillat. &c.

ANNOT.

1 Communitates non teneri solvere Mercedem visitationis, ubi contentio sit inter majorem, & minorem Magistratum super cognitione causæ, donec declaratum sit ad quem Magistratum causa spectet, cavetur in ordine diei 28. Aprilis 1678.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut Honorarium primæ Justitiæ solvatur solum Prætori Mediolani, non vero aliis Judicibus ejusdem Dominii.

PHILIPPUS &c.

Lectis in Senatu nostro precibus Jo. Jacobi Sormani Syndici Generalis Ducatus Mediolani, quæ sunt sequentis exempli viz. P. R. Licet Statutum Mediolani positum in vol. 2. cap. 8. de honorario dando pro Justitia, loquatur, nisi in favorem Prætoris Mediolani, & pluries ordinatum fuerit hujusmodi honorarium non deberi aliis Prætoribus, & Officialibus Ducatus Mediolani, ut ex ordinationibus factis, & inter alias per Senatum Excellentiss. die 20. Julii 1541., & per Capitaneum Marthesanæ 24. Octobris 1579., & etiam per Illustriss. Præsidem hunc Senatus Excellentiss. D. Bartholomæum Brugnolum tunc Capitaneum Justitiæ Mediolani sub die 9. Martii 1588., ut ex ea, in qua enunciantur dictæ aliæ ordinationes, quæ per exemplum exhibentur, nihilominus contra dispositionem statuti, & dictarum ordinationum diversi Jusdicentes satagunt cogere subditos ad solutionem allegati honorarii libr. centum Imper. pro singula prima Justitia, quare ut huic morbo occuratur decrevit Jo. Jacobus Sormanus Syndicus generalis Ducatus sid. M. V. ser. pro beneficio publico illam humillimè deprecari, ut dignetur ad tollendum hunc abusum suo decreto in vim legis injungere, ut omnes Jusdicentes in dicto Ducatu Mediol. caveant ab exactione dicti honorarii, quod tantum debetur Prætori dictæ Civitatis Mediolani ut supra, & ut hujusmodi decretum omnibus innotescat mandare, ut per publicum edictum in locis consuetis publicetur. Et ita spectat: eisque accuratè perpensis, Censuit is ordo petiti annuendum esse, attentis præsertim ordinatis per Senatum ipsum anno 1541., & aliis, ut ex exemplis narratis in supra citata ordinatione Magnif. Senatus nostri Præsidis, tunc Capitanei Justitiæ, quos nos quoque probamus. Propterea his nostris mandamus omnibus Jusdicentibus ipsius Dominii nostri Mediolani, ut caveant ab exactione recitati honorarii, quod Prætori hujus Civitatis tantum debetur, & ut omnibus id innotescat, proclamate in locis consuetis promulgando, hoc nostrum decretum publicari mandamus. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 18. Novembris 1599.

Jo. Baptista Saccus.

ANNOT.

Renovatus fuit in Ordine diei 8. Julii 1671.

Edictum Suæ Excellentiæ pro Decreto Gratioso Suæ Majestatis.

Cum Potentissimus Rex Catholicus Dominus noster nuper pro sua in omnes ejus subditos, & præsertim erga fidelissimum hunc ejus Statum, & Dominium Mediolani, benignitate, & clementia: occasione fœlicissimæ possessionis ejus Regnorum, & Dominiorum; ac jucundissimarum nuptiarum, & matrimonii cum Serenis. Regina Margarita Austriaca ejus conjuge, & Domina nostra, Indultum, sivè (ut vocant) Decretum gratiosum super abolitione criminum, ac debitorum relaxatione ediderit, atq; ad nos publicandum destinaverit. Nos ex animo cupientes, omnes, & singulos nostros regimini commendatos, hac Regia munificentia, & gratia quam primum potiri, & gaudere, Indultum ipsum prout jacet, de verbo ad verbum ut infra imprimi, & publicè proponi, ac evulgari jussimus. Mandantes his nostris omnibus, ad quos spectat, illud invIola- 1600

1600 violabiliter exequi, & observari, Declarantes tamen ex ordine eiusdem Reg. Catholicæ Majestatis, nobis per ejus litteras diei 12. Martii nuper lapsi significato; mentis suæ fuisse, & esse, Indultum præfatum comprehendere delicta patrata à die prima mensis Octobris anni 1599. proximè præteriti retrò tantum, non autem quæ deindè commissa sunt, & usque ad eam diem illius vim, & robur dumtaxat extendi, licet in Indulto ipso aliter exprimatur. Et ità ab omnibus haberi, & servari decernimus. In quorum omnium testimonium præsentibus manu nostra subscripsimus, sigillique Regii consueti impressione eas communiri mandavimus. Dat. Mediolani die 6. mensis Junii MDC.

Signat. Juan de Velasco Condestable.
Vidit Salazar. J. Baptista Montius.

Sequitur tenor decreti.

PHILIPPUS Dei gratia Rex Castellæ, Legionis, Aragonum, utriusq; Siciliæ, Hierusalem, Portugalliæ, Navarræ, nec non Indiarum &c. Archidux Austriæ, Dux Mediolani, Burgundiæ, & Brabantiæ, Comes Hafspurgi, Flandriæ, Tirolis &c. Postquàm Divini Numinis benignitate in amplissimi Hispaniarum Regni; aliorumque possessionem nostro successionis jure pervenimus; postquam etiam exoptatissimas nuptias matrimoniumq; felicissimis auspiciis absolvimus cum Serenissima Margarita ab Austria dilectissima, atque amantissima nostra conjuge, quæ sanè res celebrata est incredibili quodam Regnorum nostrorum gaudio, ut facilè ex cujusque obsequio, indiciisque cognoscimus; primum divinam bonitatem, clementiamque ad quam omnia referimus, ante oculos habuimus, illiquè, quibus potuimus pro nostra fragilitate, gratiarum actionibus satisfecimus: deinde, quo eadem fœlicitate, quod summopere exoptamus, universa procedant, visum est, ut in omnes nobis subditos benignitas, & clementia nostra propagetur, quam cum jam multi experti fuerint, & plurimis à nobis gratiis, ac beneficiis diversis in locis cumulati hilari animo exultent, eandem nimirum munificentiam nostram duximus ostendendam erga fidelissimum Statum, ac Dominium nostrum Mediolanense, cuius in nos adeò præclara merita, grataque obsequia existunt, ut illud imprimis singulari benevolentia, & amore prosequamur, ejusque commodo, ornamento, & fœlicitati ex animo providere cupiamus. Volumus itaque ut exules nec non qui in custodiis, ac vinculis tenentur, in eodem Statu, ac Dominio jucundissimis nostri Regni auspiciis, & clementia perfruantur. Hoc igitur generali decreto Regia, & Ducali auctoritate nostra decernimus, statuimus, & mandamus, omnes, & singulos subditos Dominii nostri Mediolani mediatos, & immediatos, qui de quibuscunque delictis, ac criminibus, etiam capitalibus à data præsentium retrò factis, vel commissis, suspecti, delati, accusati, vel indiciati sint confessi, ac convicti fuerint, sivè processus ipsi adhuc cœpti non sint, sivè adhuc pendeant, sivè jam condemnatio secuta fuerit, sivè rei in carceribus, sivè sub fidejusione extra carceres commorentur, sivè in judicio adhuc non comparuerint, & sivè in contumaciam banniti, aut condemnati, aut arbitrio nostro, aut Senatus nostri, aut aliter certo tempore, aut perpetuò relegati, aut in exilium missi fuerint, sivè etiam deportationis sententiam passi fuerint, à quacunque pœna non modò corporali, sed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione, quæ Cameræ nostræ Regiæ, & Ducali, aut Feudatariorum, aut Communitatis alicujus spectaret, dummodò pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, assignata, acceptata, vel composita non sit, aut aliter ei ad quem spectat, pro ea cautum fuerit; aut bona ipsa jam per sententiam à Judice latam expresse confiscata non fuerint, aut descripta, seu actualiter apprehensa, ipso jure, & facto absolvi, & liberari debere, prout præsentium tenore eos absolvimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus: Et si aliqui prædictis de causis carceribus mancipati sunt, eos illicò liberari, ac relaxari mandamus: Quæ omnia locum habere declaramus, quò ad eos tantum, qui legitimam remissionem, & pacem ab offensis habuerint in casibus, in quibus partis remissio necessaria est; aut illam intra sex menses post harum nostrarum publicationem obtinuerint, & intra idem tempus Officialibus, ad quos spectat, aut spectabit citato Fiscali illius Civitatis, vel loci, ubi adsit, in authentica forma legitimè præsentaverint. Declarantes etiam inter casus, in quibus remissio partis non requiritur, comprehendi casus provocationis ad rixam, simplicis insultus, primæ evaginationis, delationis armorum prohibitorum, vbi tamen vulnera, aut percussiones sequutæ non fuerint, aut ubi animus deliberatus non intervenerit. Declaramus insuper in hoc edicto non comprehendi crimina læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ, fabricationis falsæ monetæ, tonsionis, & seu diminutionis ipsius, homicidii ab eo patrati, qui alia duo homicidia commiserit, etiam si ob ea damnatus non sit, vulneris proditoriè sclopo rotato, aut aliter illati, vel assassinio mediante, etiam si mors secuta non fuerit, quod tàm in mandante, quàm in mandatario locum habere volumus. Excipimus etiam crimen nefandum, usum venereum cum Sanctimoniali in habitu, aut aliàs intra Monasterium degente, spoliatores viatorum, seu derobatores stratarum, adulterantes sigillum Principis, aut cujuscunque Ducalis Tribunalis, propinationem veneni, ex qua mors secuta fuerit, eodem

Offi-

Officialis Ducalis, eos qui seditionem movent populorum, aut plebem adversus Principis, aut Senatus decreta, & provisiones concitant, qui testimonium falsum in causa, in qua ingeratur pœna mortis naturalis, ad alicujus offensam dicunt, aut ab alio dici curant, & mandant, quivè executiones eorum, ubi de mortis, aut mutilationis membrorum pœna agitur, impediunt, vel ab aliis impediri faciunt. Quos omnes, & singulos præsentis decreti beneficio gaudere nolumus: sicut neque eos, qui dum Officiales essent, in eorum officiis deliquerunt: neque Notarios, qui falsitatem aliquam in instrumentis, aut publicis scripturis commiserunt, quos pariter ab hujus edicti indulgentia exclusos esse declaramus. Damnatos verò ad triremes in ipsis servientes præsentis gratiæ beneficio gaudere nolumus, donec à nobis maturius intellecto classis nostræ statu aliud ordinatum fuerit. Statuentes in toto Dominio prædicto, ut omnes, & singuli Jusdicentes, Officiales, & Notarii dicti Dominii mediati, & immediati, quibus spectat, & spectabit omnes, & singulos processus scripturas, condemnationes, acta, banna, & quælibet alia, quæ in causis supra narratis facta fuisse reperiuntur, salvis tamen reservatis utsupra, gratis deleant, & annullent, & reorum hujusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant, sicut & nos auctoritate nostra Regia, & Ducali, ac de plenitudine potestatis præsentium tenore, delemus, & annullamus, tollimusque, & penitus abolemus. Volentes etiam, & ita expressè mandantes quibuscunque Officialibus, & Jusdicentibus utsupra, ut pro quibuscunque delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent (exceptis tamen superius reservatis) ac eorum occasione nullo modo in futurum procedere, inquirere, aut aliàs molestare audeant, modo in casibus, in quibus requiritur à parte offensa legitima remissio obtenta fuerit, vel illam in futurum in supra statuto termino obtineri contingat. Adhuc decernimus, & ordinamus, quoscunque tàm publici, quàm privati debiti causa in carceribus detentos ex ipsis carceribus relaxari debere. 1600 Quos omnes, & alios quoscunque debitores, si ex causa publica intra duos proximos menses, si verò ex causa privata intra quatuor menses personaliter molestari præsenti edicto prohibemus, ita tamen, quòd carcerati, utsupra relaxandi, præstent idoneam fidejussionem de redeundo ad carceres, finito prædicto tempore, vel de concordando suos creditores, quibus omnibus nullum fieri præjuditium volumus. Exceptis etiam decoctoribus, & depositariis, & aliis, qui Datiorum, aut Redditum nostrorum Ordinariorum, vel Extraordinariorum causa debitores inveniuntur, quos hoc decreto includi nolumus. Mandantes insuper Illustri Gubernatori nostro præsenti, & futuris, Præsidi, & Senatui, Præsidibus, & Magistris utriusque Magistratus, Thesaurario nostro generali, cæterisque demum universis, & singulis Officialibus, & Subditis nostris Mediolanensis Dominii, ad quos spectat, & spectabit, ut omnia supradicta teneant firmiter, & observent, tenerique, & inviolabiliter observari faciant. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostri edicti paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit nostram indignationem gravissimam, & mulctam quingentarum marcharum auri puri toties quoties contrafactum fuerit se noverit incursurum, Regio, & Ducali ærario nostro irremissibiliter volumus applicari. Sic enim è mente nostra procedit. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri appensione munitarum. Dat. Matriti die vigesimo sexto mensis Februarii, Anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo.

Firmat. YO EL REY.

Vidit Comes Mirandæ. Vidit Comes. Vidit Ribera Regens. Vidit Maynoldus Regens. Vidit D. Bet. à Barrio novo Regens. Vidit Lanz Regens. Vidit Celestinus Regens. Vidit Constantius Regens. Ad mandatum Regiæ, & Catholicæ Majestatis proprium. Joannes Lopez de Zarate. Et cum Regio sigillo solito appenso.

Declarationes ad Decretum gratiosum.

POst editum Indultum Regium (vulgò Decretum gratiosum appellatum) audivimus circa illius intelligentiam, & executionem nonnullas excitatas fuisse difficultates, ad quas tollendas, de sententia Senatus, audito prius in ea re Fisci Regii voto, infrascriptas conditiones, & declarationes, apponere, & promulgare necessarium judicavimus. Eas itaquè imprimi, publicari, ac ab omnibus, ad quos spectat, teneri, & observari harum serie Reg. & Duc., qua fungimur, authoritate jubemus. Sunt verò hæ, quæ sequuntur.

Primum, ubi Indultum loquitur de subditis hujus Dominii, cùm etiam exteri, qui in Dominio deliquerunt, subditi quodammodo dici possint ratione delicti; Declaramus; ab ipsius Indulti beneficio exclusos censeri, & esse exteros omnes, nisi tempore commissi delicti domicilium ab eis jam fuisset contractum.

Deinde ubi agitur de remittendis, & condonandis bonorum confiscationibus, eam verbis Indulti dandam esse interpretationem, ut eas tantum excipiat confiscationes, in quibus bona descripta, vel actualiter apprehensa sint post latam à Judice sententiam.

Ad tollendum autem dubium, utrum processus

1600 ossius causarum criminalium silere debeant durante semestri, indulto reis ad procurandam, & exhibendam offensorum remissionem; Et utrum damnati ad remum intra id tempus in carcere sint retinendi, & cujus expensis ali interim debeant; Statuimus, constructionem processuum pendentium retardari non debere, sed ab actibus irreparabilibus tantum abstinendum esse; Et remiges in carcere retineri debere, & interim ali expensis Regii Fisci.

Præterea, ne absurdum aliquod, aut inconveniens in damnum Justitiæ, & Fisci, aut privati alicujus sequatur, si Judicibus inferioribus permittatur libera facultas, liberandi arbitratu suo reos, & damnatos ex causis, & titulis delictorum gravibus: Placuit hanc facultatem Magnif. Prætoribus Cremonæ, & Papiæ, & Spect. Capitaneo Justitiæ, & Prætori Mediolani tantum, & eorum Curiis, quæ constat ex pluribus togatis, concedere, & in casibus claris tantum: Nam si dubius casus aliquis se offerat, ab ipsis quoque Senatus erit consulendus. Aliis verò Officialibus omnibus interdicimus, ne ad alicujus liberationem in Consulto Senatu deveniant in casibus, in quibus agatur de pœna mortis naturalis, & de damnatis ad remum, qui sint in carcere.

Damnati pœna extraordinaria in casibus per decretum exceptis, utrum in decreto sint comprehensi, vel ab ejus beneficio exclusi; Censuimus, sic esse distinguendum, ut, si propter debilitatem indiciorum recessum sit à pœna ordinaria, sint comprehensi, & illius beneficio gaudere debeant; secus, si propter minorem ætatem, vel aliqua alia urgenti ratione.

In casibus autem exceptis, Declaramus, comprehensos censeri, & esse debere, non modo spoliatores viarum, seu derobatores stratarum; sed eos etiam qui naves diripiunt, & robarias in fluminibus, & aquis in nautas, & viatores, & in eorum mercibus, & bonis committunt.

Item declaramus, appellatione eorum, qui dum essent Officiales, deliquerunt in eorum officiis, non censeri Consules, neque Antianos.

Convenire autem judicamus, ut supersedeatur à liberatione eorum, qui imputati sunt, quòd alienas domos per vim sint ingressi, ut eas diriperent, & eorum etiam, qui vias publicas obsidentes homicidia commiserunt: donec consulto supremo Regio Consilio in Hispaniis degente, & ejus voto perspecto Sua Majestas maturius de ea re deliberaverit.

Denique, ubi agatur de abolendis gratis processibus, condemnationibus, bannis, & aliis; cùm aliqui ex Officialibus nullum ex ærario publico stipendium habeant, Notarii verò Actuarii sub certis pensionibus Notarias, & Tribunalia rerum criminalium conducant, visum est, eorum aliquam habendam esse rationem: itaque ideò juxta etiam alia decreta in hujusmodi casibus, præsertim annis 1599., & 1571. Concedimus Officialibus, qui nullum de publico salarium habent, ut honorarium percipere possint in causa capitali scutum unum aureum; in causa non capitali dimidium tantum. Notariis autem dimidium tantum ejus, quod ipsis Officialibus percipere permissum est, ut supra. Et gubernatores stratorum, ex causa delendorum de albo hominum damnatorum, non possint accipere plus solidis decem Imp. pro quolibet, cujus nomen de albo deleatur.

A miserabilibus autem personis neque Judices, neque alius quispiam, quicquam exigat, aut accipiat, neque honoraria prædicta, etiam à sponte dantibus, vel dare volentibus. Dat. Mediolani die primo mensis Julii 1600.

Signat. Juan de Velasco Condestable.

Vidit Brugnolus pro supremo Cancellario. Jo. Baptista Montius.

ANNOT.

GEneralem abolitionem criminum comprehendere tantum præterita delicta cave-
1 tur *in l. 2 C. de generali abolit.*; unde etiam si hoc non fuisset expressum, nihilominus Indultum intelligi deberet comprehendere tantum delicta præterita, non vero
2 futura; quia cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat, ut ait J. C.
3 *in l. cum lex. ff. de legib.*; nec Princeps in Indulto comprehendere potest delicta futura Bajard. ad Clar *pract. crim.* §. *fin. quæst.* 59. *n.* 95.; quia spe obtinendæ impunitatis invitarentur homines ad delinquendum, Cicero in orat. pro Milone ubi ait: *nemo ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem*, & post Clar. *d. quæst. n.* 95. firmat Senator Bellon *de potest. vor. &c. lib. 2. cap* 11. *n.* 4.

Hinc non posse frui beneficio Indulti etiam illum, qui deliquit ante illius publicatio-
4 nem, & sciebat esse publicandum, quia orta fama de Indulto futuro, præsumitur sub illius spe deliquisse tradunt Clar. *d.* §. *fin. quæst* 59. versic. *successivè quæro*. Cresp. de Valdaur *par 2. observat.* 82. *quæst.* 3. *sub n.* 25. Franc. *decis.* 360. Addit ad Sanfelic. *decis.* 399. *in fine*. Bellon. *d. cap n.* 9.

Si delictum sit commissum ante Indultum, & post illud consumatum, non debere com-
5 prehendi in absolutione probat Cresp. de Valdaur. *d. observat.* 82. *n.* 27.

Beneficium Indulti incipere non à die publicationis, sed à die datæ; ideoque carceratos
6 post illius datam, & comprehensos in Indulto, esse relaxandos, pœnasque exactas restituendas, cum ad perfectionem dictæ gratiæ non requiratur scientia illorum, quibus commodum defertur, probat Sanfelic *decis.* 186. *per tot.*

De Indulto tractatum edidit Mastrill., & latè agit Larrea *decis. Granat. par.* 1. *disput.* 25.
7 26. 27. 28. 29. 30., & plura tradit Cresp. de Valdaur. *par. 2. observat.* 82. *per tot.*

Mognas Fossatus.

Decla-

Declaratio circa fatale primæ causæ. 1600

PHILIPPUS Tertius Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux Secundus &c.

SEnatus noster, coram quo relatæ fuerunt occlusæ preces fratrum Canobiorum, & allegatæ mutuæ preces, ac votum Abbatum Collegii Notariorum hujus Civitatis circa observantiam, & stylum fori, quod votum exquisitum fuit priusquam quicquam super petitis per supplicantes voluerit deliberari, declaravit memoratas ferias non esse deducendas, & triennium esse continuum juxta juris communis dispositionem, & quo ad reliqua per supplicantes petita mandandum vobis, sicuti per has nostras mandamus, ut super eis provideatis, prout juris fuerit. Signat. Conradus, & Brugnolus &c. Dat. Mediolani die 5. Julii 1600.

Signat. Alexander Besutius, & sigill. t. A tergo. Egreg. J. C. Prætori Mediolani &c.

Ordo, ut admissi ad novas defensiones non examinentur, nec fidejussori relaxentur.

Prætori Viguzoli.

DIlectè noster. In causa admissionis ad novas defensiones Domenighini Guerreæ adversus condemnationem in pœnam capitis contra eum in contumaciam secutam ob homicidium Detiniri Banzelli, quæ concessa fuit Dominichino per litteras nostras diei 15. Decembris proximè præteriti ad te datas tria à te malè acta fuerunt. Primum, quòd condemnationem ipsam circumscripsisti. Secundum, quòd Domenighinum jam condemnatum examini subjecisti. Tertium, quòd illum fidejussori dimisisti. Horum enim nihil fieri jure debet contra damnatum ad novas defensiones admissum. Te igitur de singulis reprehendimus, ac monemus, ut in futurum ab hujusmodi omninò abstineas. Quòd verò attinet ad ipsum Dominichinum visis, & maturè consideratis defensionibus ab eo factis, & statu causæ antea relato mandamus tibi, ut illum super impiecto crimine benè torqueri facias, & ubi nihil emergat absolvas, & dimittas. Mediolani die 6. Julii 1600.

Alexander Besutius.

Ordo, ut Massarii Monialium subsint majori Magistratui.

DIlectè noster. Visis iis, quæ nobis respondistis ad litteras Prætoris Vallis Cunii prætendentis procedere in causa percussionum per Herculem, & Fidelem fratres Tallettos illatarum Laurentio Moncasolo Massario Monialium Sanctæ Mariæ Montis; omnibusque in Senatu relatis, Senatus censuit, causam hanc, & alias similes ad majorem Magistratum spectare. De quo vos admonemus. Dat. Mediolani die 26. Februari 1601. 1601

A N N O T.

REgulares habitantes in Civitate, eorumque Colonos frui privilegio majoris Magistratus admittit etiam Gatt. *de majori, & minori Magistratu lib. 3. quæst. 11. n. 17.*, quovero ad habitantes in Territorio feudali acriter sustinet esse de minori Magistratu, & *nu.* 18 refert sic decisum à Senatu anno 1662. 2. Maji referente Magnif. Senatore Bricherio in casu Fratrum Conventualium Castrileonis; & testatur se patrocinante anno 1704 die 30 Augusti referente Magnif. Com. Senatore Gambarana obtinuisse declarari à Senatu RR. Patres Jesuitas Castri Novi ad Scripiam esse de minori Magistratu, contendente Fisco bis excitato ipsos esse privilegio majoris Magistratus affectos, & conatur insinuare dici debere Senatum ex alio motivo motum fuisse ad condendum suprascriptum ordinem; Verum ponderatis illis verbis *causam hanc, & alias similes*, apparet Senatum non declarasse ex peculiari aliqua circumstantia, sed voluisse hujusmodi decisionem servandam esse etiam pro aliis casibus; demum laudatus Gatt. *loc. cit. nu.* 19. admittit excipi posse à decreto minoris Magistratus Regulares habitantes in Villa, si solvant onera separatim à Ruralibus, ut mandat ipsa Nova Constitutio *in tit. de feud. §. habeanturque pro civibus.*

Mognus Fossatus.

Ordo, ut bona mobilia prius distrabantur, antequam bona immobilia dentur in solutum.

PHILIPPUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Visis annexis precibus Jo. Baptistæ Buschei, vobis mandamus, ut dictum Barachium, & ejus fidejussorem cogatis ad exhibendum bona mobilia, antequam ad bonorum immobilium in solutum dationem deveniatis, mox illa distrahi faciatis, servatis servandis pro satisfactione crediti dicti minoris. Dat. Mediolani die primo Julii 1602. 1602

ANNOT.

1602

ANNOT.

IDem declaravit Senatus Excell. in ord. diei 27. Aprilis *1607. favore* Jo. Pauli Cerini Tu-
1 toris minorum de Felizanis contra J.C. Peronam, & die 18 Decembris 1611. in casu
controversiæ vertentis inter quosdam Airoldos, & Arrigonos referente Magnif. D. Se-
natore de Puteo; & optimo jure sic fuit decisum, quia licet Novæ Constit *de bonis in solut.*
2 *dand.* hoc non exprimant, tamen debent recipere interpretationem à dispositione juris
communis Rota Rom. *decis. 98. nu 7. par. 5. recent.*; de jure autem communi ut sit locus
dationi in solutum bonorum immobilium, debitor debet prius distrahere mobilia, quo-
3 rum emptorem facile est invenire *Auth. hoc nisi debitor C. de solution.*, Glossa *in §. quod autem*
verbo mobilis. Auth. de fidejussor., Cephal, *cons. 195. nu. 3. lib 2*, Oldrad *de litter. & mandat.*
4 *princip. prælud. 7. sub nu. 238.*; nam fundamentum dispositionis *d. Auth. hoc nisi debitor* in eo
consistit, quod debitor non possit conflare pecuniam ex suis rebus pro dimittendo cre-
ditore Roman. *cons. 163. nu 3 & seq.*, Calvin. *de æquit. lib. 1. cap 44. nu. 17.*, & alii plures
apud Merend. *controvers. lib. 19 cap. 28. sub nu. 11.*; intellige tamen hoc procedere quoad
5 mobilia, vel superflua, vel pretiosa, & ad pompam, secus vero quoad necessaria pro
usu debitoris; item habet locum datio in solutum, quando ex venditione mobilium
6 non potest colligi summa pecuniarum sufficiens pro solutione debiti Novar. *de datione in*
solut. decis. 12. nu. 6. & sequ.

Bonorum immobilium appellatione veniunt ea, quæ sui natura de loco ad locum moveri
7 possunt, & loco circumscribuntur Barbosa *tract. var. appellat. 35. nu. 5.*

Magnus Fossatus.

Ordo, ut depositio Rei non probet quoad Tertium respectu diversi delicti.

Vicario Marthesanæ.

MDCII. Die xxiv. Julii.

DIlectè noster. Considerata definitiva relatione missa de Runco Fumagallo de Brico Reo coustituto de delatione sclopi rotati, vidimus indebitum fuisse molestiam, quæ huic misello per præcepta illata fuit, cum adsit contra eum sola depositio Bonfanti furis, & infamis, qui licet potuisset facere inditium quoad complices furtorum à se, & sociis patratorum, non tamen probat quoad Tertium respectu delicti, quod soli huic Fumagallo adscribitur; nam cum nulla notitia circa delationem præederet, & incidenter Bonfantus attestatus fuerit, potius notificans, quam Testis dicitur; ideo mandamus vobis, ut eum absolvatis, & liberè dimittatis, salvo etiam jure ei agendi contra Præcessorem vestrum, à quo fuit molestatus, ad expensas, & damna.

Jo. Baptista Saccus.

Ordo, ut Censuarius passivus teneatur ad onera realia bonorum censualium.

MDCIII. Die ix. Aprilis.

1603 VIsis precibus Caroli Miliavaccæ prætendentis se non teneri ad onera realia bonorum censualium, super quibus ei solvitur census à Caus. Jo. Jacobo Perono, & precibus ejusdem Peroni contendentis teneri dictum Miliavaccam ad dicta onera pro rata. exempli sequentis videlicet &c.

Et omnibus hinc, & inde adductis maturè consideratis, & auditis partium Advocatis, factisque per unum ex Spectab. Senatoribus nostris relatione deductorum.

Censuit Senatus Miliavaccam in aliquo ratione dictorum onerum non teneri, sed integrum censum ei per Peronum persolvendum esse, donec aliud generaliter in hac materia per eundem Ordinem decretum fuerit.

Ghilinus.

Ordo, quod immunitas duodecim liberorum habeat locum
solum quoad bona paterna indivisa.

MDCIII. Die vii. Julii.

VIsis precibus Syndicorum Commitatus Novariæ, nec non Ludovici, Jo. Pauli, & Jo. Francisci fratrum de Calciatis, & Consortum, exempli sequentis, videlicet &c.

Omnibus autem tum per Advocatos utrinque adductis, tum narratis in mutuis precibus diligenter consideratis, & audito uno ex Magnif. DD. Senatoribus jura partium referente.

Censuit Senatus Constitutionem intelligi debere de communione bonorum paternorum, & non de universali communione etiam bonorum particulariter acquisitorum, & quoad paterna bona dictos Calciatos, & Socios immunes præservandos esse, donec ea in communione possidebunt, quo autem ad particulariter quæsita, eos teneri ad onerum solutionem.

Marchesonius.

ANNOT.

A N N O T.

EX mutuis precibus Senatui porrectis à Syndicis Comitatus Novariæ, & Fratribus Cal-
ciatis per extensum existentibus pœnes Oppizzon *de onerib. part. 1. pag. mihi 354.*, apparet
1 controversiam etiam in eo versasse, an pro fruenda immunitate necessaria foret dicto-
rum Fratrum simultanea habitatio; unde cum Senatus declaraverit Communionem
à Nov. Constit. præscriptam intelligi debere quoad bona paterna, & quoad hæc dictos
Fratres, & alios litis Consortes præservandos esse immunes, sequitur etiam declarasse
non esse necessariam cohabitationem, quia dicti Fratres seorsim habitabant.

Jure communi inspecto hæc immunitas competit Fratribus in communione viventibus
2 etiam pro bonis post obtentam immunitatem acquisitis, tam vivente, quam mortuo
Patre, Menoch. *cons. 486 in fine*, Bald. *in auth. item nulla versic. deinde quæro C. de Episcop. & Cle-
ric.*, Osasch. *decis. 136.*, Bursat. *cons. 10. nu. 77 lib. 1*, Calvin. *de æquit. lib. 2 cap. 128 nu. 95.*,
& Garon. *observ. ad tit. de immunit. duodecim liberor.* verb. *serventur immunes*, qui versus finem
refert sic etiam declarasse Senatum Excell. die 2. Junii 1571., die primo Septembris 1584.,
& anno 1616. referente Magnif. D. Senatore Gallarato.

In præsentiarum autem onera solvuntur indistinctè pro bonis acquisitis post obtentam im-
3 munitatem tam vivente, quam mortuo Patre juxta dispositionem Proclamatis diei 26.
Junii 1636., Ordinis Regii diei 27. Septembris 1657, & Proclamatis diei 4 Aprilis 1658.,
& quoad bona particulariter acquisita ab ipsis Fratribus servatur dispositio hujus ordi-
nis Senatus Excell.

Hæc immunitas de jure communi prodest etiam Fratri habitanti, & in communione vi-
4 venti cum Fratre, qui ob numerum duodecim liberorum immunitatem obtinuit, quia
ob communionem, vel societatem inhabiles gaudent benefitio habilium juxta *text. in l.
si commune ff. quemad. servit. ammitt., & in l. is qui duos*, & ibi Bart. *ff de libert. leg.*, & firmant
Marsil *singular. 180 versic. ego autem*, Menoch. *de arbitrar. cas. 379. nu. 8. & 9.*, & alii apud
Calvin. *loc. cit. nu.* 101. *&* 102. ubi testatur sic fuisse servatum Mediolani favore Com.
Alexandri Sorbelloni, & Marchionis Cusani; hoc autem nunc temporis non servatur,
5 & immunitas unius Fratris nequaquam prodest alteri Fratri, ut disponitur in Procla-
mate diei 4. Aprilis 1658.

Quod bona acquisita post obtentam immunitatem teneantur ad onera, non indistinctè pro-
6 cedit, sed cum hisce declarationibus.

Pro bonis, quæ perveniunt in Immunem post acquisitam immunitatem ex successionibus
7 ab intestato Ascendentium tam ex linea paterna, quam materna, competit immunitas,
& idem servandum pro bonis, quæ acquiruntur à Matre per viam donationis.

Pro bonis, quæ in Immunem perveniunt ex successionibus Transversalium sive ab intestato,
8 sive ex testamento, sive ex legato, donatione, aut alio titulo, onera integraliter solvi
debent.

Competit immunitas pro bonis acquisitis ab immuni ex fideicommisso ascendenti perve-
9 nienti per lineam rectam.

10 Non competit immunitas pro bonis acquisitis ex fideicommisso transversali.

Bona ex fideicommisso ordinato ab extraneo, fruuntur immunitate, si fuerint agnita ab
11 Immuni ante obtentam immunitatem; & idem servandum est, si super hisce bonis mo-
ta fuerit lis ante immunitatem, & post eam pervenerint in Immunem ex transactione.

Demum bona, quæ à debitoribus dantur in solutum Creditoribus immunibus frui debent
12 immunitate, ubi constet creditum ipsorum Immunium extitisse ante obtentam immu-
nitatem, & dicta bona originaliter fuisse data in solutum à primo debitore, & non aliter.

Et ita respectu suprascriptorum capitum declaratum fuit ab Excell. D. Gubernatore in ejus
ordine diei 9. Septembris 1665. transmisso D. Vicario Provisionum Civitatis Mediolani.

Bona acquisita ante adeptam immunitatem præservantur immunia ab oneribus si eorum
13 pretium integraliter solutum sit, ubi vero solutum non sit in totum, vel pro parte,
tunc tenentur ad onera ad ratam pretii non soluti ex ord. Illustriss. Magistratus diei 22.
Septembris 1627. pœnes Oppizzon. *de onerib. par. 1. pag. mihi* 183. *nu.* 338.

Pro bonis in solutum datis a debitoribus cum deductione tertiæ partis justi valoris ad nor-
14 mam Novar Constit. non competit immunitas pro dicta tertia parte deducta ex justo
valore, ut præscribitur in Proclamate diei 26. Junii 1636., diei 20 Decembris 1656., &
diei 4. Aprilis 1658.

Si quis emerit censum ante immunitatem, & post illius consecutionem evaserit creditor ob
annuos census sibi non solutos, & pro illorum satisfactione subhastare fecerit fundum
15 censualem, illumque habuerit in solutum, si ex fundo non percipiat majorem reddi-
tum, quam censum, fruitur immunitate pro toto fundo, ubi vero plus percipiat, te-
netur ad onera pro supraplurí, ex ord. Illustriss. Magistratus diei 11. Augusti, & diei 7.
Novembris 1640. pœnes Oppizzon. *de onerib. par. 2 pag. mihi 463. & 464.*

Si ab immuni ob numerum duodecim liberorum bona transeant in alium immunem ex eo-
16 dem privilegio, non ammittere immunitatem ab oneribus respondisse testatur Calvin.
de æquit. lib. 3. cap. 135. *nu.* 29. in controversia vertente inter Civitatem Derthonæ, & D.
Franciscum Rampinum immunem ob numerum duodecim liberorum ob nonnulla bo-
na eidem tradita à Fratribus Scagliosis immunibus ex eadem causa; contrarium tamen
nunc servandum est ob dispositionem supra recensiti ordinis diei 9. Septembris 1665.,
17 excepto casu, quod provenirent ab Ascendentibus Immunibus per viam successionis,
prout notatum est supra *nu. 7.*

Acquisitiones bonorum simulatæ, & fraudulentæ pro obtinenda hujusmodi immunitate,
18 sunt nullæ, & invalidæ, & qui eas fecerit, privatur in totum immunitate, ut cavetur
in Proclam. diei 26. Junii 1636., diei 20. Decembris 1656., & diei 4. Aprilis 1658.; hinc
ad occurrendum fraudibus, & simulationibus, quæ committi possunt in hac materia,
dispo-

1603 dispositum est in Proclamate diei 30. Aprilis 1589. immunitatem non competere pro bonis acquisitis intra novem menses ante partum duodecimi filii, & ita fuisse declaratum testatur etiam Magnif. Comes Regens Caroellus *disquis. jurid. pag. 246. nu. 14.* ipso advocante pro Statu Mediolani. *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut Miles pro delicto non militari puniatur à Judice ordinario.

Prætori Fregaroli.

Dilectè noster. Delictum Julii Ritii Militis gravis armaturæ, qui ense condito in vagina percussit Jo. Baptistam Barberium coram L. T. olim Prætoris istius loci dum jusdiceret, non est ex comprehensis in decreto militari, & ideò vobis mandamus, ut contra illum procedatis juxta dispositionem litterarum nostrarum diei 4. Januarii 1585. illum in carcerem conjici faciendo, nec relaxando in consulto Senatu, & ubi capi non possit volumus, ut illum citetis sub pœna ictuum trium funis ad fisten. coram vobis, & contumacem in eam pœnam damnetis. Mediolani die 10. Julii 1603.

Signat. Alexander Besutius.

Declaratio Constitut. in tit. de officio Quæstorum Extraord. §. elapsis.

MDCIII. Die xv. Octobris.

Consuluit Excellentiss. Senatum Mediolani Vicarius Justitiæ uti arbiter electus inter Leandrum, & Ascanium fratres Marnios de intellectu Nov. Constit. *in tit. de officio Quæstorum Extraord. in §. elapsis trium, & sex mensium &c.* An scilicet ipsarum Constitutionum dispositio locum sibi vendicet in præjuditium non contradicentium Cridis in terminis præscriptis quoad interesse tantum Fisci ponentis, & ad ejus benefitium tantum, an verò extendatur etiam ad privatos inter se contendentes, ità ut cessante interesse Fisci, quia ipse exclusus sit à bonis ad Cridas positis, possit quis qui Cridis contradixerit repellere alium, qui non contradixerit, contendentem secum de ipsismet ad Cridas positis; Cum enim agatur inter ipsos fratres de divisione bonorum, & Leander præter suam portionem ex persona sua propria sibi spectantem aliam quoque portionem prætendat, & petat ex persona Cæsaris Marnii ipsorum fratrum fratris virtute donationis universalis inter vivos sibi olim à Cæsare factam; Cæsaris autem bona ex delicto, pro quo fuit etiam capite damnatus, devoluta fuissent ad Fiscum, & nomine Fisci fuissent paulò post ad Cridas posita, ac Leander Cridis contradixerit nomine suo, & nomine Ascanii prædicti, ac Vincentii, & Joannis minorum ejus ex fratre nepotum, jure tantum fideicommissi à Vincentio Seniore ipsorum fratrum Patre, & minorum Avo paterno constituti nulla facta mentione, nec contradictione jure antedictæ donationis, Denique super ipsa contradictione fuerit per Quæstores declaratum bona ipsa ad Cridas posita uti, quæ fideicommisso subjecta erant non potuisse confiscari, sed esse relaxanda contradicentibus, prout relaxata fuerunt, Contendit Ascanius Leandrum exclusum esse ab omni jure ex memorata donatione per eum prætenso, ea ratione, quòd jure donationis non contradixerit. Consuluit prætera Senatum idem Vicarius uti arbiter electus utsupra, num Leandro obesse possit, quòd non esset in reali, & actuali possessione bonorum donatorum, sed in ea esset ipsemet Cæsar donans tempore ipsius suæ condemnationis, & bonorum confiscationis, licet tempore factæ donationis ex instrumento superindè confecto, constituerit specialiter se bona ipsa donata possidere nomine Leandri fratris donatarii.

Senatus autem lecto coram se supplici libello ipsius Vicarii hanc ob causam sibi dato, in quo referuntur rationes pro utraque parte propositæ, & rationum fundamenta, & confutationes hinc inde cum juris allegationibus, & consideratis diligenter, & maturè omnibus utrinque adductis.

Respondet ipsas Novas Constitutiones in dicto §. *elapsis terminis* non habere locum inter privatas personas Cridis contradicentes, inter se litigantes, & ideò neque Leandro donatario non obesse, neque Ascanio fratri prodesse quòd Leander jure memoratæ donationis Cridis non contradixerit intra terminum ex ipsis Constitutionibus præfixum. In secundo autem articulo consultationis respondet sufficere, quòd Cæsar donans constituerit se possidere bona donata nomine Leandri donatarii.

Signat. Alexander Besutius.

SCHOLIA.

Pro ista decisione facit ratio allata per *Jo. Baptistam Costam cons. 6. num. 11.*, quòd præscriptionis exceptio potest opponi per tertium. *Garonus.*

Ordo

Ordo ut eligantur in Officiales Communitatum, eorum Debitores, vel qui rationes non reddiderint, nec eorum Filii, aut Fratres. 1603

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

LEctis coram Senatu nostro precibus Syndicorum Communitatis Burgi Legnani, & aliis precibus Nobilium ejusdem Burgi, quæ sunt exempli sequentis, videlicet (*ommittuntur brevitatis gratia*).

Omnibus maturè consideratis ex ipsius Ordinis sententia per has nostras decernimus, ut circumscriptis ambobus Syndicatibus factis, fiat novus Syndicatus, nec eligi possint ii, qui vel debitores sunt Communitatis, vel tenentur reddere rationem de administratis, nec Filii, aut Fratres eorum in communione viventes, assistente etiam deputando per Senatum nostrum ad evitanda scandala. In quorum fidem &c. Dat. Mediolani xiii. Novembris MDCIII.

A N N O T.

IDem declaravit Excellentiss. Senatus pro Communitate Castri Novi Scrippiæ die 1. Fe-
1 bruarii 1669. referente Magnif. D. Senatore Puteo.

Debitores Communitatum, & ii, qui rationes non reddiderint de eorum administratione, interesse nequeunt etiam Consiliis, & Congregationibus, quæ fiunt pro tractandis negotiis Communitatum, donec debitum persolverint, aut rationes reddiderint, sub pœna aureorum quinquecentum, & etiam majori arbitrio S. E.; & ubi tractari contingat de lite alicujus, tunc ejusdem sanguine juncti usquè ad quartum gradum inclusivè interesse nequeont sub eadem pœna, ut cavetur in Proclamate Excellentiss. D Gubernatoris Comitis Colloredi diei 27. Julii 1723. *in §. A quelli poi &c.* *Magnus Fossatus.*

Ordo ne Rei puniti retineantur in carceribus pro expensis panis, & quod Carceratis ex ordine Judicum Feudalium subministretur panis à Feudatariis.

MDCIII. xvii. Novembris.

CUm Visitatione Carceratorum apud Egr. Capitaneum Justitiæ facta per Magnif. Senatorem Albericum die 10. hujus mensis repertus fuisset Jo. Baptista Mozaniga, qui ratione criminum ei impictorum tribus ictibus funis publicè affectus erat, & pro expensa panis tantum retinebatur. Protectores petebant illum immunem à dicta impensa dimitti uti publicè plexum ut supra nixi Statutis, & ordinibus mandantibus similiter punitos non posse pro hujusmodi impensa retineri. Reque in Senatu proposita,

Censuit is ordo dictum Jo. Baptistam Mozanigam pro dicta impensa non esse retinendum.

Præterea cum in eadem Visitatione quæreretur, ad quem pertinerent expensæ panis, qui traditur pauperibus captis per Feudatarios, & ad hos carceres trasmissis; re pariter in Senatu proposita,

Censuit is Ordo hujusmodi expensas pertinere ad Feudatarios, qui imposterum fidejubere debeant de eis solvendis.

Jo. Baptista Saccus.

A N N O T.

HIsce carceratis esse præstanda alimenta à Feudatariis probat Capiblanc. *de Baron. in*
1 *pragm. 19. nu. 35. tom. 5.*, Cavagnol. *decis. 70. nu. 17. lib. 2.*, Angel. *in addit ad Foller. in pract. crim. tit. vel carcerentur nu. 12. & 13. in fin.*; quos sequitur Novar. *de gravam Vassallor.*
2 *lib. 1. gravam. 246. nu. 3.*, etiam si sua culpa in paupertatem inciderint Novar. *ubi supra n. 4.*
Quoad alimenta præstanda carceratis à Feudatariis renovatus fuit iste ordo die 11. Julii 1710. *Magnus Fossatus.*

Ordine di Sua Maestà de' 28. Maggio 1604. dato in Valladolid.

Missam celebrandam antequam sedeat Senatus non esse dandam facultatem Judicibus inferioribus absolvendi reos in casibus, qui ad Senatum referri debent, relationes definitivas esse proponendas in Senatu, nisi agatur de pœna levi, & concordent vota Curiæ, Fiscalis generalis, Senatoris, & Præsidis, quod votum non dicat in causa, in qua sit Advocatus filius, pater, socer, gener, frater, patruus, Senatores in causa delegata utantur opera Secretarii, vel Cancellarii Senatus, Præses possit cogere Senatum, & indicere quandoque ei lubet.

Don Pietro Enrichez de Azevedo, Conte di Fuentes, del Consiglio di Stato di S. M., suo Capitano Generale, e Governatore dello Stato di Milano, &c.

MAgn. Spectabiles, & Egregii nobis dilectissimi. Il Re nostro Signore ci scrive la lettera, con gli ordini inserti in essa, del tenor, che segue. Don Felippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hiera- 1604

1604 Hierusalem, de Portugal, de Navarra, y de las Indias, &c. Duque de Milan. Illustre Conde de Fuentes primo del mi Consejo de Estado, mi Capitan General, y mi Governador en el mi Estado de Milan. Haviendose entendido, que es necessario, y conviniente dar orden sobre algunas cosas, que tocan a este Estado, pertenecintes a la buena administracion de la Justicia, y otras tocantes a mi servicio, y beneficio dessos mis subditos, por haverse introduzido algunos abusos, que requieren breve remedio; he acordado entretanto, que se va mirando en lo general, ordenar, y mandar, como por esta lo hago, que desde luego se guarde, y execute lo siguiente.

Suelese en los Tribunales del Senado, y Magistrados Ordinario, y Extraordinario celebrar la Missa despues de haverse acabado los negocios, que se tratan en los dichos Tribunales. Y porque paresce mas justo, y conviniente que se celebre antes que se junten a tratar dellos, assi porque el principio de qualquier acion se ha de tomar de la invocacion del auxilio Divino, como porque mientras se dize la Missa, se dà mas tiempo a los Senadores, y Maestros para juntarse, no pudiendo todos en un mismo tiempo venir al Tribunal; es mi voluntad, y mando que se celebre la Missa en cada uno de los dichos Tribunales a media hora despues de haver esclarecido el dia, hallandose presentes a ella a lo menos dos de cada Tribunal, y que despues de oyda, haviendose juntado quatro por los menos, y no de otra manera, se atienda al despacho de los negocios segun la dispusicion de las Constituciones desse Estado; El Senado ha de conoscer de las caosas de apelaciones, que se interponen de las sentencias de los dichos Magistrados, y del Capitan de Justicia. Y porqoe se entiende, que se ha introduzido que muchas de las dichas causas se cometen à Senadores particulares, que las decidan solos, y sin referirlas en Senado, lo qual de mas de ser contra la forma de las dichas Constituciones, es de grande inconviniente, que uno solo determine una causa sentenciada de un Tribunal entero, de que tambien resulta mucho perjuizio a las partes; para remedio de lo qual ordeno, y mando, que de aqui adelante no se altere lo dispuesto en este caso por la dichas Constituciones; y que las causas de las apelaciones, que se interpusieren de los dichos Magistrados Ordinario, y Extraordinario, y Capitan de Josticia, o su Vicario, el Senador a quien se huvieren cometido las aya de referir en Senado, paraque por el dicho Tribunal (sin eceptar ninguna) se determinen conforme a justicia, y que en esta conformidad se hagan siempre las comisiones de las dichas causas, y lo contrario haziendo, sean invalidas, y quanto dellas se seguiere; declarando, como declaro, que esto se entiende tambien en las causas, que al presente estuvieren pendentes, porqoe no obstante qualquier comision, que se huviere hecho en otra forma, quiero que se refieran, y decidan en el Senado, a fin que se acaben con mayor aprovacion, y justificarion.

Al Senado (segun la forma de las dichas Constituciones) se refieren de los Juezes inferiores todas las causas criminales, en que se pueda seguir pena de muerte natural, mutilacion de miembro, confiscacion de bienes, o en que se trate de pena arbitraria, y con dolor del menor gasto de las partes, y mas facil despacho de las dichas causas se entiende se ha introduzido, que el mismo Senado concede facultad a los dichos Juezes inferiores de despacharlas todas las vezes, que los reos esten en caso de absolucion, y que desto se ha visto resultar grandes inconvinientes, soltando los delinquentes muchas vezes sin castigo, de mas de que no es bien, ni cosa decente, que la auctoridad, que ha sido al Tribunal entero del Senado, passe a los Juezes inferiores; Por lo qual es mi voluntad, y mando, que el Senado de aqui adelante no pueda cometer, ni cometa a ningun Juez la definicion de ninguna causa criminal en ningun caso, como quierá que sea, si no que se aya de referir al mismo Senado, conforme a las ordenes, paraque por el se determinen, y haga justicia.

Y porque las relaciones de las causas criminales, que se hazen al Senado, se sabe que muchas vezes se han despachado por el Senador solo de lectura criminal, passandolo algunas vezes el Presidente, lo qoal es de mucho inconviniente, porque la auctoridad, que dan las Constituciones a todo el cuerpo del Senado, no se deve atriboir a uno solo con el Presidente; y assi ordeno, y mando, que todas las causas criminales assi de Milan, como del Estado se lean, y determinen en el Senado por todo el, si no fuere quando del processo resultasse solamente, que se huviesse de dar tormento segreto al reo para saber la verdad del delicto, y de applicarle alguna pena pecuniaria, o corporal ligera, y que en ella fuessen conformes en todo, y por todo los votos de la Curia, que refiere, y del Fiscàl de Milan, y del Senador de lectura, y del Presidente; porque en tales casos se podran hazer las espediciones sin referir en Senado, mas si en alguna cosa discordàren los votos, no puedan tampoco en los dichos casos despacharse las causas, si no en el Senado.

Y porque las causas se deven tratar sin sospecha alguna de los Juezes, lo qual no se podria hazer, quando el Avogado tuviesse paretesco con el Juez, y desto se han visto muchos inconvinientes, ordeno, y mando, que ningun hijo, o padre, y erno, suegro, hermano, o sobrino pueda ser Avogado,

ni

1604

ni Consultor de ninguna causa publica, o secretamente, en que sea Juez el padre, o el hijo, suegro, y erno, hermano, o tio, y que assi tampoco puedan ningun Official mayor, ni menor juzgar, ni votar en causa, en la qual sea Avogado, o aya consultado alguno de los sobredichos respettivamente.

Quando se cometiere a algun Senador alguna causa tanto civil, como criminal, se servirà para esto del Secretario, o Canceller del mismo Senado, que mejor le pareciere, y no de otra persona de fuera de aquella Cancelleria, y los processos (despues de acavadas las causas) se pongan en el Archivo del Senado, haziendose por inventario la entrega dellos por el Canceller, que huviere entendido en tal causa; y esto mismo mando se observe respettivamente en los dichos Magistrados Ordinario, y Extraordinario, en quantos a los Maestros, Cancelleres, y Archivos, paraque en todas partes este cada cosa en su lugar.

Siempre que al Presidente del Senado le pareciere juntar el Tribunal extraordinariamente para el buen despacho de los negocios, lo podrà hazer despues de comer por dos horas.

Esto es lo que ahora mando se execute, y cumpla inviolablemente, para lo qual hareys publicar estas mis ordenes; y que se registren en los Tribunales del Senado, y de los dichos Magistrados Ordinario, y Extraordinario, paraque en todas partes se tenga noticia dellas, y se executen, como queda dicho, que assi conviene a mi servicio, y procede de mi voluntad. Dat. en Valladolid a 28. de Mayo 1604.

Signat. YO EL REY.

Vidit Ribera Regens. Vidit Mainoldus Regens. Vidit D. B. a Barr.° Regens. Vidit Valcarcel Regens. Ad mandatum Regiæ, & Catholicæ Majestatis proprium. Joannes Morante de la Madriz.

A tergo. Al Illustre Conde de Fuentes primo del mi Consejo de Estado, mi Capitan General, y mi Governador en el mi Estado de Milan, & sigillat. &c.

Per tanto vi commettiamo, che per quel che tocca al Tribunal vostro, puntualmente eseguiate quanto Sua Maestà comanda. Nostro Signor vi conservi. In Milano a 10. di Luglio 1604.

El Conde de Fuentes.

Vidit Salazar. Longonus.

A tergo. Magn. Spect., & Egregii Præsidi, ac Quæstoribus Reddituum Extraordinariorum Status Mediolani, nobis dilectissimis, & sigillat. &c.

A N N O T.

1 AD §. *Suelese* versic. *quatro por los menos &c* Ultra quatuor Senatores requiri etiam Præsidem, vel ProPræsidem declaravit Senatus Excellentissimus super interpretatione Regiarum Litterarum datarum ad preces D. Marchionis Carravagii in causa intentata contra D. Ducem Elbeti die 4. Septembris 1619., & in causa Comitis Trecati contra eandem Communitatem referente Amplissimo Senatore Papirio Cattaneo, ut notat Calvin. *de aequit. lib. 1. cap. 5. n. 7., & 8.*

2 Et ubi suspecti sint tot Senatores, ut numerus deficiat ad expeditionem causæ, adjunguntur Magnifici Præsides utriusque Magistratus, ut sæpe sæpios evenit, & signanter in causa suspicionum DD. Senatorum relata die 20. Julii 1726. à Magnif. Com. Senatore Don Joseph Jo. Ant. Cattaneo occasione litis vertentis inter Comitem Don Gasparem Stangam, & Marchionem Abbatem nunc Archiepiscopum Palmiræ Don Jo. Baptistam Anbertum.

3 Ad §. *Y porque las causas &c.* An non obstante hac prohibitione quis possit esse Judex in causa, in qua sit Advocatus aliquis ex personis hic prohibitis, ubi pars adversa consentiat, examinat Fontanell. *decis. 10. per tot. part. 1.* *Magnus Fossatus.*

Ordo pro iis, qui in eadem causa duos Judices adeunt.

MDCIV. Die xix. Julii.

NOvit Excellentiss. Mediolani Senatus inolevisse duos maximos abusus quibus causarum expeditio, & rerum judicatarum exequtio magno partium, & ipsius etiam Justitiæ detrimento protrahitur nimis, impediturq; Alterum quod obtento semel remedio præcepti pendente appellatione nil novari, eoque sublato, ad alium Judicem confugitur, & novum ejusmodi perceptum impetratur, iteraturque sæpius. Alterum, quod introducta causa coram uno ex Consulibus Justitiæ, vel eorum Consultoribus, ad alium ex eis sæpenumero divertitur, qui ad causam coram suo Collega introductam manum apponere nil veretur. Itaque ad ejusmodi abusus omnino tollendos. Senatus ipse non recedendo à jam decretis in hac materia statuit, & ordinat, mandatque nulli post hac licere, obtento semel præcepto pendente appellatione nil novari, eoque sublato, alium Judicem ob eandem causam adire, sub pœna nullitatis omnium agendorum, ac etiam sub pœna Causidicis aureorum centum, & suspensionis à munere Causidici, arbitrio Senatus, partibus autem totidem aureorum centum, & amplius corporali Senatui arbitraria, Judices autem suis subscriptionibus in similibus causis addere debere, ubi aliud simile remedium ab alio Judice non fuerit obtentum. Præterea non licere Consulibus Justitiæ, vel eorum Consultoribus ullo pacto manum apponere rei in-

1604 introductæ coram aliis ex eis, sub pœna nullitatis, suspensionis ab officio arbitrio prædicti ordinis, neque Causidicis, & partibus licere alium adire causa coram uno introducta sub pœna partibus aureorum centum, & etiam corporali arbitraria Senatui, Causidicis autem totidem aureorum centum, & suspensionis à munere patrocinandi arbitrio Senatus ut supra.

Subscript. Marchesonius.

A N N O T.

FUit renovatus Ord. diei 25. Junii 1667., & diei 14. Junii 1668.

Ordo, ut in supplicibus libellis inserantur aliæ preces jam datæ in eadem causa.

MDCIV. Die ix. Augusti.

ANimadvertens Senatus Excellentiss. Mediolani magnum abusum irrepisse in componen. iis supplicationibus, quæ eidem porriguntur expediendæ, dum vel omnino nulla fit mentio rescriptorum prius obtentorum, vel aliquorum tantum, vel ad eo involutè, ut difficillimè percipi valeant, undè subreptis aliquibus aliis rescriptis maximæ molestiæ eidem Excellentiss. Ordini, & magna partibus damna, & incõmoda pariuntur.

Hoc decreto jubet inserendas esse in futurum ad verbum in supplicationibus porrigendis omnes alias supplicationes, & litteras ad utriusque partis instantiam datas in causa de qua agi continget sub pœna Causidicis suspensionis à munere suo, iis verò quorum nomine supplicatum fuerit scutorum 25. pro singulo Fisco Regio applicandorum.

Signat. Bellasius.

Ordo circa denuncias delictorum.

MDCIV. Die ii. Septembris.

CUm in Excellentiss. Senat. Mediolani, astante Ill. Magno Cancellario lectæ fuissent litteræ Fiscalis Novariæ, quibus significabat magnum detrimentum afferri majori Magistratui Novariæ, eo quia Consules locorum infeudatorum, negligunt, aut spernunt denunciare majori Magistratui, uti ex Constitutionibus, & Ordinibus tenentur, delicta, quæ in ipsis locis patrantur; idque potissimum evenire ob modicitatem pœnæ non parentibus indictæ, petens propterea huic incommodo provideri. Cumque maximè ipse Cancellarius, etiam jussu Suæ Excell. multa circa hanc ipsam materiam aptè disseruisset, Senatus omnibus diligenter, & maturè discussis,

Censuit, Consules quorumcunq; locorum infeudatorum hujus Dominii posthac omnino debere denunciare majori Magistratui non modo ea crimina, quæ ex dictis Constitutionibus, & Ordinibus denunciare tenentur, prout in eis mandatur, verum etiam omnia alia, quæ pœnam corporalem merentur, sub pœna ex ipsis Ordinibus, & Constitutionibus jam comminata; & ulterius trium ictuum funis publicè irroganda, ac alia graviori arbitrio ipsiusmet Senatus. Quas quidem denunciationes gratis, & nulla interposita mora, accipi mandat à Notariis, & Actuariis officii majoris Magistratus sub pœna privationis officii secus facientibus. Et si contingat pro uno eodemque crimine fieri duas visitationes, nempe ab Officiariis majoris Magistratus, & Feudatariorum, unica tantum merces solvatur iis, ad quos causam spectare judicatum fuerit.

A N N O T.

DElicta commissa etiam in locis infeudatis esse per Consules denunciandà Majori Magistratui disponitur etiam in Proclamate diei 8. Octubris 1604., diei 3. Novembris 1641., & diei 24. Januarii 1664.

Quoad mercedem visitationis solvendam iis, ad quos causam spectare declaratum fuerit, idem disponitur in Ord diei 28. Aprilis 1678.; verum in Ord. diei 6. Martii 1733 præscribitur dictam mercedem solvendam esse Notario primò visitanti, salvo jure illam restituendi Notario Magistratus, ad quem causam spectare declaratum fuerit.

Magnus Fossatus.

Ordo, quod immunitas Professoribus Gymnasii Ticinensis debeatur à die designatæ Lecturæ.

MDCIV. Die v. Novembris.

CUm incidisset sermo in Excellentiss. Senatu de controversia vertente inter Doctorem Ascanium Grazzanum Piceleonensem, qui Papiæ Cæsareas Institutiones de prima sede interpretatur ex una, & Communitates Cremonæ, ac Sancti Bassiani ex altera, causa immunitatis onerum, quam ipse Grazzanus ob dictam Lecturam prætendit, Communitates autem illam non deberi contendunt.

Sena-

Senatus sui muneris judicavit lites in re præsertim clarissima præcidere, atque ita declaravit ipsam immunitatem dicto Grazzano deberi ex eo die, quo primarius Lector Institutionum fuit designatus usque in futurum. Landrianus. 1604

Ordo pro alienationibus, quæ fiunt in non subditos.

MDCIV. Die xiii. Novembris.

CUm Spectabilis Senator Calientus, dum munus Fiscalis generalis in hac Provincia gereret, & curæ finium sibi demandatæ solertissimè invigilaret, animadvertisset multas ambiguitates de finibus hujus Dominii cum vicinis Provinciis oriri, & quia plures exteri bona in hoc Dominio sita acquirunt per Instrumenta confecta ab exteris Notariis, qui eorum bonorum situs, & limites ex libidine potius quàm ex veritate describunt, eaque in territorio extero jacere asserunt.

Cumque per Nov. Constitutiones hujus Dominii in §. *Collegiis de pœnis*, huic incommodo non satis prospectum esse compe- risset, rem omnem Excellentiss. Gubernatori detulit, qui votum Excellentiss. Senatus super remedio adhibendo exquisivit. Is autem ordo audito voto Egr. Fiscalium generalium hujus Provinciæ, nec non et utriusq; Magistratus nempe Ordinarii, & Extraordinarii, reque diligenter, & maturè in pleno Senatu pertractata, & cum Sua Excell. communicata, ad amputandas omnes controversias, quæ in materia finium Regundorum ex alienationibus bonorum in exteros oriri possunt.

Censuit infra decreta posthac esse inviolatè servanda, prout servari mandat.

Primò, ut pœnæ jam ex dicto §. *Collegiis* indictæ transferentibus bona in non subditos hæc addatur, prout jam nunc additur, nempe ut subditus quovis genere alienationis transferens bona sita in hoc Dominio in non subditum, sine dispensatione Senatus, incidat etiam in pœnam scutorum quingentorum, vel remi triennalis, ubi non sit solvendo, & præterea contractus sit nullus, excipiendo tamen alienationes, quæ fiunt per ultimam voluntatem, vel successionem ab intestato, quæ tantum subjaceant pœnæ ex dicto §. *Collegiis* indictæ.

Secundò, ut Instrumenta hujusmodi alienationum omnino recipiantur à Notariis originariis, & incolis hujus Dominii, neq; ullo modo, vel casu huic sanctioni derogari possit, nec derogatum censeatur per quamcunq; dispensationem jam concessam.

Tertiò, ut Consules, seu deputati locorum hujus Dominii non tollant de tabula, seu partita subditi alienantis in non subditum bona descripta in libro æstimi, seu cadastri, nec ea describant in caput non subditi, etiamsi obtinuerit dispensationem à Senatu sub pœna scutorum ducentum Reg. Cameræ applicandorum, ac etiam corporali arbitrio Suæ Excell., vel Senatus sine licentia Magistratus Extraordinarii, qui viso instrumento ipsius alienationis. Citatisque, & auditis Syndicis, & Consulibus Territorii in quo bona jacent, si cognoverit alienationem servatis servandis factam esse, licentiam ipsam in scriptis concedat, gratis tamen excepta tantum mercede scripturæ. Sin minus procedat illico ad pœnas comminatas.

Quartò, ne in ullis instrumentis alienationum, sivè etiam Investiturarum simplicium, vel emphiteuticarum asseratur, bona illa, quæ propè fines hujus Dominii jaceant sita esse extra hoc Dominium sub pœna nullitatis contractus, & scutorum quingentorum, ac etiam alia corporali arbitrio Suæ Excellentiæ, vel Senatus, nisi præcedat licentia Magistratus Extraordinarii.

Quintò, ut nulla posthac dispensatio concedatur alienandi in non subditos bona quæ distent à confinibus minus quatuor milliaribus, & si fortè concedatur censeatur subreptitia, irritaque sit, & nulla.

Postremò, ut Syndici Ducatus, & Comitatum sub eadem pœna scutorum ducentum, ac etiam corporali arbitrio Suæ Excellentiæ, vel Senatus termino trium mensium curent habere, & habeant cum effectu à singulis Communitatibus notulam omnium eorum bonorum, quæ sita sunt in suis territoriis, & à non subditis possideantur, & sciant an descripta sint sub ejus nomine, vel nè, in cadastris veteribus, & novis, an solvant onera cum ipsis Communitatibus, easque notulas transmittant ad Magistratum Extraordinar. Jo. Baptista Saccus.

A N N O T.

PRo hujus Ordinis observantia emanavit Ordo diei 14. Aprilis 1644.

Ordo, ut DD. Judices vadant ad refferendum.

MDCIV. Die xxvii. Novembris.

MAndat Excellentiss. Mediolani Senatus Egr. Cap. Justitiæ, & Prætori hujus Civitatis, aliisque Judicibus, quorum munus est causarum criminalium relationes ad Senatum ipsum facere, ut diebus Martis, Jovis, & Sabbati, in dictis ejusmodi relationibus

1605 nibus faciendis, veniant ad Senatum, qui illos audiet, fecus non expeditarum causarum culpam eis adfcribet.

In calce Marchefonius, & figill.

Ordo, ut Confeffiones Reorum referantur per extenfum.

MDCV. Die iv. Januarii.

Contingit fæpe, ut Jufdicentes hujus Dominii referentes ad Senatum caufas capitales, Reorum confeffiones fummatim fcribant, &, quando de aliquo Senatum ipfum confulunt, indicia non referant, quod eft in caufa, ut, quid conveniat, difficilè refcribi poffit, &, dum jubentur rurfus plenius refcribere, ex dilatione magna juftitiæ afferantur detrimenta. Quare mandat omnibus Jufdicentibus, ut potthac in caufis capitalibus confeffiones Reorum vulgari fermone referant, prout jacent, &, cùm contigerit eos confulere, vel fuper concedenda captura, vel Reo præceptis pœnalibus citando, omnia referant indicia.

Ghilinus.

Declaratio, quod decretum gratiofum non habeat locum pro condemnationibus procedentibus ex contractu, & ftipulatione.

Prætori Caftellatii.

MDCV. Die xi. Januarii

Audienda non eft petitio vobis facta per Antonium Joannem Spongatum, & Joannem Rubeum ejus fidejufforem, ut illos liberetis virtute decreti gratiofi à mulcta feutorum octocentum contra illum fecuta, eo quia Spongatus fe non confignavit in fortiis præcefforis veftri juxta per illum, & ejus fidejufforem promiffa. Decretum enim defervit tantum pro pœnis delictorum, & hoc cafu agitur de condemnatione procedente ex contractu, & ftipulatione promiffionis, & fidejuffionis de fe confignando. Propterea vos illorum petitionem rejicietis, & hanc noftram declarationem in actis veftris regiftrari facietis.

Signat. Gallaratus Brugnolus.

Ordo, ut occidentes aliquem in rixa cum fclopis condemnentur in pœnam vitæ.

MDCV. Die i. Februarii.

Facto verbo in Excellentifs. Senatu Mediolani per D. Judicem ad fignum Equi inquifitionis formatæ contra Octavium de Clarcigeris imputatum de homicidio commiffo in perfonam Didaci de Baygadis Hifpani, quem interfecit explofione fclopi ab igne onufto pila ramata dum ad rixam deveniffent occafione verborum prolatorum per Ifabellam Lampugnanam meretricem dicentem Dorotheæ Amatiæ fuprafcripti Inquifiti, *paffa il tuo Tenchio, ò Derotea*, cum effet nigræ faciei, & dictus Didacus replicaffet, *farà anima tinta, e del Diavolo*, & confulto dicto ordine in quam pœnam fit condemnandus in contumatiam non obftantibus quibufcunque adductis ejus nomine.

Cenfuit Senatus reformandam inquifitionem effe, & addendum, quòd abufus fuerit dicto tormento in rixa in tali actu contra formam cridarum, & poftea in contumatiam condemnandum in pœnam vitæ, ubi contumax fit. Declarando in pofterum omnes qui in rixa aliquem interfecerint cum explofione fclopi in dictam pœnam effe condemnandos.

Signat. Bellafius.

Ordo, quòd Confules Ducatus Mediolani teneantur in initio fui Confulatus fe præfentare in officio rerum criminalium Egr. D. Prætori Mediolani, & jurare de differendis denuntiis delictorum.

PHILIPPUS III. Hifpaniarum Rex &c., & Mediolani Dux.

Lectis in Senatu noftro precibus Notariorum rerum criminalium Prætoris hujus Civitatis, & refponfis Syndicorum Ducatus hujus pariter Civitatis, quæ funt fequentis exempli, videlicet.

Ponatur tenor.

Et intellecta fuperinde Fifcalium noftrorum fententia, omnibufque maturè confideratis, cum Nov. Conft. hujus Dominii omnino fint obfervandæ, nec ab eis aliquo modo fit recedendum, per has noftras decernimus. Confules Terrarum hujus Ducatus, quotannis eligendos, teneri initio, cujufvis anni in officio rerum criminalium Prætoris hujus Civitatis fe præfentare, jurareque in manibus Notarii Actuarii, ad id electi, de fervandis ipfis Conftitutionibus circa denunrias delictorum, & hoc etiam fi in eodem officio Confulatus per plures annos fuerint confirmati, vel aliter in officio perfeverant, ita

ita tamen ut dictus Notarius non possit pro mercede accipere ultra summam solidorum decem, & octo pro singulo, & respectu etiam eorum Consulum à quibus minor summa exigitur, teneatur servare id quod usu receptum est. Mandantes propterea iis omnibus ad quos spectat, & spectabit, ut ità servent inviolabiliter, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 16. Maji 1605. 1605

In calce Bellasius, & sigillat. &c.

Ordo circa modum citandi eos, quorum Janua reperitur clausa.

MDCV. Die xv. Septembris.

FActo verbo in Excellentiss. Senatu Mediolani per Egr. Dominum Prætorem ejusdem Civitatis, quòd fuerunt transmissa præcepta Equiti Hieronymo Littæ fidejussori Com. Jo. Petri Serbelloni ad eum consignan. juxta formam fidejussionis per eum præstitæ, quæ præcepta fuerunt familiæ ipsius Equitis inthimata, quodque lapso termino defensori dicti Equitis statuto ad eum certiorandum, emanatum fuerit perhemptorium, & quòd modo bis, & ter, diversis tamen diebus, famulus accessit domum ipsius Equitis pro eo perhemptorio intimando, qui retulit portam ejus domus clausam reperisse, licet uno ex his diebus dictus Eques Mediolani visus fuerit: Consultoque præterea Senatu Excellentiss. quid sit agendum, ut dictum perhemptorium legitimè possit intimari, audito Curiæ voto superinde suscepto, & lectis statutis causarum civilium hujus Civitatis sub cap. 2. & 5. formam dantibus super modo citandi, quando ostium reperitur clausum, omnibusque maturè perpensis.

Censuit Senatus dictum Equitem Littam fidejussorem citandum esse perhemptoriè ad formam dictorum statutorum, ubi porta adhuc reperiatur clausa, cum dimissione copiæ perhemptorii in fissura dictæ portæ, & alterius Rev. Parocho Parochiæ ipsius Equitis, cum termino tridui ad comparendum, eoque perhemptorio sic intimato, tanquam validè, & legitimè intimato, deveniendum esse ad condemnationem contra dictum Equitem, si dictum Comitem non consignaverit. Et ità in posterum servandum esse cum aliis, qui in causis criminalibus, vel uti fidejussores, vel tanquam rei, aut alio quovismodo per præcepta etiam pœnalia, inquisitiones, perhemptoria, citationes, & alia similia citari contingerit, quorum portæ, vel ostia clausæ, seu clausa reperiuntur, salvo tamen quòd relationes fieri possint etiam in die non juridica, pro ut in cæteris causis criminalibus fieri solet. Quæ præcepta, citationes, & alia intimanda, modo quo supra habeantur pro legitimis intimationibus ipsis sic citatis, vel quibus facta fuerit dicta inthimatio, & hoc absque eo quòd allegari possit fuisse malè citatos. Insuper mandat Senatus hoc præsens decretum esse publicandum, ut omnibus innotescat.

In calce Landrianus, & sigillat. &c.

Ordo, ne liberentur virtute decreti gratiosi aliqui ab ordinationibus provisionalibus factis ad evitanda scandala.

PHILIPPUS III. Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux.

DIlectè noster. Quia intellexit Senatus noster, cùm promulgatum fuit decretum nostrum gratiosum anni MDC. sublatas fuisse illius virtute per aliquos Jusdicentes nonnullas ordinationes provisionales factas ad evitanda scandala, unde multa mala secuta sunt; censuit ad occurrendum eis in futurum, mandandum esse omnibus Jusdicentibus hujus Dominii, pro ut harum serie mandamus vobis, ut ubi agatur de liberando aliquem virtute hujus alterius decreti nostri ab ulla ex ordinationibus provisionalibus ad tollenda scandala, & publicum bonum concernentibus, illi manum non apponatis, sed Senatum ipsum consulatis. Dat. Mediolani die 27. Octobris 1605.

In calce Bellasius.

A tergo. Egreg. J. C. Prætori Mediolani nostro dilecto, & sigillat.

Ordo ne Sportulæ solvantur Fiscalibus pro liberationibus factis virtute decreti gratiosi.

MDCV. Die ix. Novembris.

CUm Egregii Fiscales generales hujus Dominii existimarent licere sibi nomine sportularum nuper à Regia Majestate eis concessarum exigere sportulas etiam in causis liberationum, quæ fiunt virtute Decreti gratiosi novissimè promulgati, ob fœlicissimum ortum Serenissimi filii primogeniti Potentissimi Regis nostri Catholici: eò quia cùm Senatus Excellentissimus declaraverit, Judices de publico salarium non habentes posse sportulas quasdam in dictis causis accipere; ipsis quoque Fiscalibus dimidia pars ejus, quod Judicibus solveretur, deberi videretur, ex dicta concessione sportularum nuper

1606 nuper ab eis obtenta. Cùmque Thesaurarii ejusmodi exactionibus destinati cœpissent jam ipsorum Fiscalium nomine in dictis causis sportulas exigere, per modum tamen depositi, animoque exequendi quidquid hac in re Senatus deliberasset; Is ordo quæstione hac in frequenti Senatu proposita, & diligenter examinata.

Censuit nihil omnino pro dictis Egregiis Fiscalibus generalibus, nec pro aliis quibusvis Fiscalibus, & Judicibus salarium ullum de publico habentibus exigi debere, ratione liberationum factarum, vel faciendarum virtute memorati Decreti gratiosi: & si quid hactenus exactum est, restituendum esse, ac decretum hoc primariis Jusdicentibus hujus Dominii denuntiari debere, ut inde omnibus innotescat.

Et quia idem dubium noviter excitatum fuerat etiam quò ad Cancellariam ejusdem Excellentiss. Senatus; nempe an ibi liceret ulla honoraria exigere ratione earumdem liberationum; re pariter discussa, censuit idem Ordo nullum honorarium in ipsa Cancellaria ratione hujusmodi liberationum exigi debere: præsertim cùm ante hac in similibus casibus nihil ibi fuerit exactum.

Jo. Baptista Saccus.

Declaratur Robariam in re minoris pretii dimidii aurei, licet ad stratam factam non excludere à beneficio decreti gratiosi.

MDCVI. Die xxvi. Januarii.

ANceps fuit quæstio in Senatu super eo, an illi, qui robariam ad stratam commiserint in re minoris pretii dimidii aurei, vel robariam in domo, in re minoris pretii aureorum quinque, frui possint beneficio Decreti gratiosi nuper indulti, si alia ex eodem Decreto requisita habeant. Qua de re ut maturiùs deliberaretur, exquisivit Senatus votum omnium Fiscalium. Quo intellecto, reque diligenter, & exactè perpensa.

Censuit is ordo, suprascriptos, ubi alia requisita habeant, beneficio memorati Decreti frui posse.

Jo. Baptista Saccus.

SCHOLIA.

HÆc resolutio nititur illo axiomate, quòd parum, & nihil æquiparentur, quasi is qui detobavit rem adeò exigui valoris, non videatur quicquam abstulisse: hinc est quòd *Menoch. conf.* 96 *num.* 5., *& seq.* affirmat, Episcopum una omnium consensu fuisse electum, etiam si duo, vel tres contradixerint, *& conf.* 184. *nu.* 3. Dicit donationem omnium bonorum non esse validam propter reservationem quid exigui. Hoc principio fultus *Antonin. lib.* 2. *resolut.* 18. *nu.* 6. dicit dilationem concessam debitori cum obligatione solvendi quid minimum quorannis reputari remissionem debiti, & consequenter non præjudicare minori parti creditorum. Verum quidem est, quòd si eadem considerari potest ratio in exiguo, quæ vertitur in magno; tunc non vindicat sibi locum axioma: & ideò videmus canonem præstari etiam absumpta re pro majori parte: quia pensio præstatur in recognitionem dominii, quòd conservatur etiam in parte minima rei, *Surd. conf.* 197. *nu.* 20.

Garonus.

Ordo, ut in sententiis Senatus in causis Appellationum etiam super expensis decernatur.

MDCVI. Die xvi. Junii.

CUm in Excellentissimo Senatu Mediolani sermo incidisset, an in ferendis ab ipso Ordine sententiis in causis Appellationum, quæ ex dispositione Nov. Constit. ad Senatum devolvuntur, habenda sit ratio expensarum à partibus factarum; & an condemnari, vel absolvi debeant, id quod facere solebant Magnifici Senatores, quando à se ipsis hujusmodi causas decidebant, sed nunc ex novissimis ordinibus Regiis eos in Senatu referre tenentur.

Dictum fuit, posthac hoc servandum esse, ut in ejusmodi sententiis Senatus, inter alia etiam de condemnatione, vel absolutione ab expensis decernatur.

Landrianus.

ANNOT.

SI appellatio rejicitur à Senatu Excellentiss. quoad utrumque effectum, succumbens censetur in expensis condemnatus, & earum taxatio fieri debet per Egreg. Secretarium Senatus hebdomadarium ex Ord. diei 7. Septembris 1682.

Quid servandum sit quoad salarium, ubi appellatio rejiciatur tantum quoad suspensivum habetur in Ordine diei 9. Julii 1665.

1606

Formula Cancellariæ Excellentiss. Senatus pro privilegiorum approbatione.

SEcretarius in primis à tergo ipsius privilegii ascribit annum, & diem præsentationis ejus, cum his, aut similibus verbis.

Videat Fisci Advocatus præsens diploma, & opponat si quid opponendum judicat, ut Senatus super petita approbatione deliberare valeat.

Post verba hujusmodi Secretarii Fiscalis ascribit oppositiones suas, si quas faciendas putat, aut se remittit.

Senator deinde omnia in Senatu refert, & ita fit approbatio, vel libera hoc modo.

Annexum diploma diligenter à Senatu nostro consideratum, attento etiam quòd Fisci Advocatus, cui de more illud inspiciendum datum prius fuerat, nihil opposuit, ex Senatus ipsius judicio confirmamus, & approbamus; mandantes iis omnibus, ad quos spectat, spectabitve, ut illud inviolatè observent, & observari faciant. In quorum &c.

Vel restricta, & limitata, prout Senatui visum fuerit; & tunc in approbatione exprimuntur restrictiones, & limitationes.

Si fuerint constitutiones aliquarum pensionum, etiam si in privilegio dicatur fieri debere assignationem super certa re, aut loco, Senatus tunc, nisi adsint litteræ secundæ jussionis, addi vult, modò nulla fiat assignatio super certa re, aut loco in præjuditium assignationum jam factarum.

Hanc autem formulam hodie servari, & per nostros antecessores memoria nostra semper servatam fuisse nos subscripti Secretarii prædicti amplissimi Ordinis attestamur. Mediolani ex Cancellaria Excellentiss. Senatus die vigesima Junii 1606.

Landrianus.	Ghilinus.
Marchesonius.	Saccus.
Alexander Besutius.	Bellasius.

Ordo, ut delegati in causis criminalibus sistant tempore visitationum Carceratorum, vel mittant Notarios edoctos, ut opportuna provisio eorum Reis Carceratis adhiberi valeat.

MDCVI. Die ultimo Augusti.

CUm actum fuerit in Senatu Excellentiss. Mediolani de Auditoribus, & Delegatis, qui licet moniti non adsunt tempore visitationum Carceratorum, quæ juxta antiquum, & laudabilem morem quolibet mense fiunt per aliquem ex Magnif. Senatoribus, & sic edoceri non possunt de causis detentorum ab ipsis Auditoribus, & Delegatis, & providere, si quid provisione dignum compererint.

Senatus huic abusui occurrere volens, hoc decreto jubet ipsos Auditores, & Delegatos omnino præstò esse dictis visitationibus, vel Notarios de Causis edoctos mittere: alioquin monitus à Senatore Visitatore de inobservantia hujus decreti processus ab illis cœptos per alios perfici mandabit, & ne ejus ignorantiam prætendere possint jubet illud affigi in Cancellaria ipsius Senatus, & in Officiis Egr. Capitanei Justitiæ, & Mediolani Prætoris, & tempore proximæ visitationis ejus exemplum deferri Auditoribus, & Delegatis, quorum Reos continget visitari.

Signat. Bellasius, & sigillat.

Tabula Honorariorum emolumentorum, & mercedum, quæ debentur infrascriptis in causis criminalibus, mense Septembris anni 1605. in Senatu recognita.

Quam is Ordo mandat servari, & publicè appensam haberi in omnibus Officiis Maleficiorum Dominii Mediolanensis.

Honoraria debita, in causis criminalibus, Judicibus, qui de publico salarium non habent.

PRo examinibus Reorum, si sponte comparuerint, in causa capitali, pro quolibet Reo, habeant aureum unum.

In causa corporali, dimidium.

Et hoc semel tantum, etiam si pluries examinentur, & plures sint imputationes.

A detentis nihil accipiatur, & tamen quantocitius examinentur.

Pro examine testium ad offensam, nihil.

Pro examine testium ad defensam, si delictum sit capitale, & testes non sint ultra tres super duobus, vel tribus capitulis, non computato tamen capitulo vocis, & famæ, habeant, usque ad dimidium unius aurei. Si verò maior sit numerus testium, vel capitulorum usque in sex, habeant usque ad aur. 1. abindè verò suprà non excedantur aur. 2. Et si delictum non sit capitale, pœna tamen sit corporalis, habeant dimidium ejus, quod supra dictum fuit, singula singulis congruè referendo, ubi autem pœna sit pecuniaria tantùm, in omni casu non habeant ultra dimidium unius aurei.

Pro examine testium ad defensam, ubi Rei non excedant num. quinque quotquot sint capitula, non excedant sportulæ, aureos duos.

1606 Ubi excedant numerum quinque, nullo modo excedant aureos quatuor.

Pro ordinationibus, quæ fiunt super relaxationibus carceratorum fidejussori, præcedente relatione status causæ, & ex ordine Senatus, dùm contenti esse debeant mercede, sibi constituta pro ipsa relatione, & de qua infra, nihil accipere possint.

Pro hujusmodi autem ordinationibus, quas aliter fieri continget, ubi causa sit capitalis, accipere possint lib. 2. 10.

Ubi verò non sit capitalis lib. 1. 5.

Pro relationibus non deffinitivis,quæ fiunt de statu causæ ad Senatum, sive verbo, sive in scriptis, in causa capitali, habeant usque ad aureum unum.

Ubi verò non sit capitalis, dimidium.

Pro relationibus deffinitivis cum voto, oretenus, vel in scriptis, si delictum sit capitale, & feratur sententia absolutoria, non excedant aureos duos.

Si non fuerit capitale, aureum unum.

Modo tamen in utroque casu non præcesserit relatio status causæ, quo in casu, dimidium ejus, quod supra taxatum fuit, congruè referendo consequi possint, & licet plures sint Rei, pro tribus tantùm fiat solutio, & semel tantùm in relationibus, tàm deffinitivis, quàm non.

Et prædicta procedant in relationibus deffinitivis, ubi processus extracti non excedant folia centum, sed ubi excedant, exigatur amplius scutum unum pro quolibet centenario foliorum forma infrascripta.

A parte actrice, sive pro videndis scripturis, sive ex quavis alia causa, nihil accipiatur.

Pro ordinationibus liberatoriis, vel relaxatoriis, quæ fiunt in relationibus generalibus, nihil.

A testibus tàm ad offensam, quàm ad defensam relavatis fidejussori, nihil.

Pro ordinationibus, quibus tollatur captura, assignentur, vel prorogentur termini, latiores carceres concedantur intra Prætorium, nihil.

Pro præsentatione litterarum gratiæ, & cassatione condemnationum, si gratiæ sint tales, in quibus requiratur approbatio Senatus habere possint usque ad aureum unum.

Si verò concessæ fuerint per litteras L. T. nostri, ut fit in delictis levioribus descendentibus à proclamationibus, accipere non possint ultra dimidium unius aurei.

A pauperibus, dimidium ejus quod supra dictum est.

A miserabilibus, nihil.

Fiscalibus debetur dimidium ejus, quod Judicibus persolvitur,

Emolumenta debita Notariis in causis criminalibus, donec aliud per Senatum fuerit ordinatum.

IN causis pecuniariis, pro prima comparitione solvuntur lib. — sol. 11.

In causis corporalibus lib. 1. 2.

Si plures fuerint inquisiti, & unum compareat pro omnibus, duplum ejus, quod supra taxatum est.

Et si fuerint ex eadem familia, simplex solutio sufficiat.

Pro processibus.

Pro quolibet folio processus extracti in causa pecun. lib. — sol. 3.

Folia vero debent esse de lineis decem octo pro pagina, & de litteris triginta pro linea.

In causis, in quibus agitur de pœna sanguinis lib. — sol. 4.

Ab Actoribus dimidium.

Pro testibus tàm ad offensam, quàm ad defensam ratione relaxationis, nihil persolvitur, nisi pro rogitu fidejussionum.

Pro testibus ab Actoribus subministrandis, examinibus Reorum, & aliis commodum Fisci concernentibus, nihil.

Pro ordinibus absolutoriis in causa pecuniaria lib. — sol. 10.

In causa corporali lib. 1.

Si fuerint plures, modò non sint de eadem familia, Notarii exigant duplum.

Si fuerint plures de eadem familia, unicum honorarium.

Si lata fuerit sententia, per quam aliquis condemnetur, Notarii nihil habeant, nihil.

Pro præsentatione gratiarum lib. 1. 5.

Notarii quidquam petere non possint, nec à sponte dantibus accipere, ultra prædicta.

Merces debita Executoribus.

Pro capturis in Civitate, vel Suburbiis ex causis criminalibus.

SI captura fiat pro delicto corporali in Civitate, vel Suburbiis antè condemnationem, aureum unum.

Post condemnationem, aureum unum cum dimidio.

Pro delicto capitali ante, aureum unum cum dimidio.

Post, aureos duos.

Extra Civitatem, & Suburbia.

Pro delicto corporali ante condemnationem, aureum unum cum dimidio.

Post condemnationem, aureos duos.

Pro delicto, in quo ingeritur pœna mortis, ante condemnationem, aureos duos.

Post, aureos quatuor.

Ultra solidum unum pro singulis millepassibus pro quolibet Executore.

Si pœna est alternativa, scilicet pecuniaria, vel corporalis, attenditur corporalis.

A sponte constitutis, mox in carcerem jussu Judicis conjectis, vel detentis habeant dimidium aurei pro singulo detento in causa capitali, dimidium.

In corporali verò, quartam partem aurei.

Vel

Vel minus arbitrio Judicis, nihil.
Præterea nihil accipiant etiam à sponte dantibus.

A punitis in publico, & extra carceres nihil debetur Judicibus, Notariis, nec Bariceilo.

A pauperibus, dimidium ejus, quod supra taxatum est.

A calamitosis, nihil.

Merces Custodis, & Collateralis.

PRo ingressu cujuslibet carcerati, non possit Custos exigere nisi summam solid. decem: ubi carceratus pernoctet in carcere.

Pro spontanea constitutione, sive tractetur de pœna capitali, sive corporali, collateralis habeat quartum unius scuti, ubi pernoctet. 1606

Et pro custodia singulis diebus, solidum unum, & à pauperibus denarios sex pro singulo.

Et ubi Custos exerceat hospitium, seu tabernam, nihil possit exigere, ultra disposita per ordinem diei 17. Augusti 1553., de quo in libello Dietum Utilium.

Et omnia prædicta honoraria, & mercedes exigantur per Thesaurarium, à quo singulis proportionaliter distribuantur.

Jo. Baptista Saccus.

A N N O T.

CIrca honoraria, & sportulas debitas Judicibus in causis criminalibus secuta est nova taxa diei 16. Martii 1658.

Ordo, ut Mercatores Alemani Mediolani commorantes possint detineri facere eorum debitores etiam in locis prohibitis.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

PAulus Tesclerius, & Socii Mercatores Alemani dederunt nobis preces exempli sequentis, videlicet &c. 1607

Quibus in Senatu nostro lectis una cum allegatis litteris diei 22. Novembris 1604., & scripturis tunc exhibitis persistendo in priori declaratione ad Supplicantium favorem à nobis facta, per has nostras ex ejus ordinis sententia declaramus circumscriptis dictis litteris diei 22. Novembris 1604. uti subreptis licere Supplicantibus quoscunque debitores suos tam præsentes, quam qui per tempora erunt, more debitorum Cameræ nostræ convenire, & detineri facere etiam in domibus, & locis à Nov. Constit. minime permissis. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 29. Januarii 1607.

Bellasius.

Condemnatio minoris Rei homicidii in pœnam ordinariam cum amputatione manus.

JOannem Baptistam Camagnum, appellatum Battistino reum confessum, & convictum, quòd armatus sclopo parvo à rota, & pugione peracuto Jo. Petrum Bernadigium ejus fratrem (is enim Camnagus frater Bernadigii naturalis erat) proditoriè, & per assassinium sub colore fraternæ conjunctionis in ejusdem Bernadigii domo dicto pugione peracuto occiderit, quamvis annorum 18. mandavit Senatus damnari in pœnam ordinariam amputata ei prius manu ante domum patrati delicti die 15. Martii 1607.

A N N O T.

PRo regula receptum est minorem ætatem delinquentis minuere pænam; ideoque
1 non esse locum pœnæ ordinariæ delicti, sed tantum extraordinariæ, & mitiori Ju-
dicis arbitrio, ut tradunt Clar. *pract. crim.* §. *fin. quæst.* 60., Tiraquell. *de pœnis temperand.*
caus. 7. *per tot*, Caball. *resol. crimin. cas.* 134. *n.* 1., *& sequ.*, Farinac *de pœnis temperand. quæst.* 92.
n. 41., *&* 172., & alii plures apud Conciol. *resol. crimin.* verb. *Minor. resol.* 1. *n.* 1.
Non tamen generaliter, & indistinctè sine irrationabilitatis censura posse recipi hoc assum-
ptum advertit Card. de Luca *in conflict. legali-observat.* 11., & Magistraliter, ac erudite era-
minata hac materia *in observat. fin.* clare probat *n.* 5. leges civiles, quas DD ponderant,
& allegant pro minorandis pœnis ob ætatem, loqui de minoribus tantum intra an-
2 num decimum octavum, quo usque durare dicitur pueritia, & imperfectum judi-
cium, atque inordinata voluntas; unde in istis Minoribus intrat pernecesse minora-
rio pœnæ; post annum vero decimum octavum, quo dicitur quis effici perfectus
adultus, monet *sub n.* 10. pro determinanda pœna considerandam esse qualitatem,
3 vel modum criminis; an scilicet sit de atrocibus, & an cum dolo, vel sine, aut cum
præmeditato, vel impræmeditato animo patratum sit; & *n.* 15. observat frequentius
atrocia delicta committi non per viros jam maturos, & prudentes, sed per Juvenes
intra annum decimum octavum completum, & vigesimum quintum incompletum,
quando calor magis fervet, & sensus prævalet; unde concludit esse latissimum aperire
aditum Juvenibus ad delinquendum, & malè vivendum, si post decimum octavum an-
num minoraretur pœna ob solam ætatem delinquentium. *Magnus Fossatus.*

1607 *Ordo, ut Reus vulneris etiam lethalis frui possit Indulto Festivitatis Annunciationis B. V. Mariæ.*

MDCVII. Die v. Aprilis.

COnsulto Senatu Excellentiss. per D. Judicem ad signum Equi Mediol. super captura Jo. Baptista Bononi imputati de vulnere læthali illato Jo. Baptistæ Mozanicæ, an dictus Bononus captus in vigilia festi Annuntiationis B. Mariæ gaudere deberet beneficio Nov. Const. in titulo *de prohibit., & concessis exequut. §. consuetum est*, ubi homicidæ à dicto beneficio excluduntur, propositoq; quòd dubium in ea re faceret, quia jura loquentia de occidente, videantur sibi locum vindicare in mortiferè vulnerante, quia læthaliter vulneratus pro mortuo habeatur, relatoq; voto Curiæ, & re ad plenum discussa.

Censuit ordo dictum Jo. Baptistam Bononum gaudere debere beneficio Nov. Constitut., & ideò è carceribus liberè relaxandum esse.

Signat. Alexander Besutius, & sigillat. &c.

Ordo, ut bona Mobilia prius distrahantur, antequam bona immobilia dentur in solutum.

MDCVII. Die xxvii. Aprilis.

DIlectissimè noster. Visis annexis precibus Joannis Pauli Cerini Tutoris, & Curatoris Minorum de Felizanis, mandamus vobis, ut cogatis dictum J. C. Peronam ad exhibendum ejus bona mobilia, & omni alio meliori modo satisfaciendum dictis Minoribus, antequam ad dictorum bonorum immobilium in solutum dationem deveniatis.

Bellasius.

A tergo. Spectabili J. C. Prætori Papiæ nostro dilectissimo.

Ordo pro observantia cujusdam Transactionis favore Communitatis Vulpeculi.

PHILIPPUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

DIlectè noster. Visis annexis precibus Deputatorum Fabricæ Templi Majoris hujus Civitatis ac responso Fisci nostri, quem excitari jussimus, ut opponeret si quid habebat, & visis etiam contentis in memorato instrumento transactionum, & maximè in capitulo; Item quinto convenerunt, ut supra quod præf. Terra Vulpeculi &c. nec non litteris patentibus pro Communitate ipsius Vulpeculi concessis die 28. Septembris 1588., & ordinatione Magistratus nostri Redditaum Ordinariorum hujus Status diei 4. Martii 1511. facta in executione ipsarum transactionum, qua declaratum fuit ipsam Communitatem non teneri solvere portionem aliquam illorum ducentorum millium scutorum nobis tunc temporis donatorum, ac demum visa etiam salvaguardia ipsi Communitati in executione ipsarummet transactionum supra recensitarum concessa per Illustrem tunc Gubernatorem hujus Status die 13. Martii 1593. petitis annuendum censuimus. Itaque mandamus vobis ne aliquomodo leges ipsarum conventionum, & transactionum violetis, sed eas omninò servetis; & servari faciatis, & consequenter ulterius Consules, & Homines dicti loci Vulpeculi ob recitatas causas non molestetis. Mediolani die septimo Junii 1607.

Signat. Alexander Besutius, & sigill. &c.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Derthonæ nostro dilecto.

Ordo, ut Judices Mediolani communicent cum uno ex Egr. Fiscalibus Advocatis processus eorum, qui in contumatiam damnati petunt admitti ad novas defensiones.

MDCVII. Die xxiv. Julii.

CUm incidisset Sermo in Excellentiss. Senatu Mediolani an expediret Justitiæ, ut haberetur Fisci Regii votum super processibus in hac Civitate constructis, quando quis damnatus in contumatiam petit ad novas defensiones admitti, id quod passim fit de processibus forensibus, licet hactenus hoc nunquam usu receptum fuerit.

Censuit Senatus monendos esse Judices Mediolani, qui causas criminales solent in Senatu oretenus referre, ut posthac cum aliquo ex Egr. Fisci Advocatis communicent processus eorum, qui ad novas defensiones admitti petent, & in fine relationis votum talis Fiscalis exprimant, ut de concedendis, vel denegandis novis defensionibus deliberari possit, intellecto etiam Fisci voto.

Signat. Landrianus, & sigillat. &c.

A N N O T.

NUnc proponuntur in Curia, ubi omnes Advocati, & Syndici Fiscales interveniunt.

Minori

Minori extra ordinem damnato ob homicidium animo deliberato commissum non posse fieri gratiam per Gubernatorem. 1607

CUm Julius Raparius, in judicium vocatus, tanquam suspectus de homicidio in personam Jacobi Pasqueti animo deliberato patrato, & contumax damnatus ob ejus minorem ætatem pœna remi quinquennalis, petiisset, ab Illustriss., & Excellentiss. Regio Locumtenente in gratiam recipi, ille autem jussisset Fiscum Regium subjicere, quid sentiret, & Fiscus dixisset minime posse à S. E. gratiam concedi, eo quòd de delicto animo deliberato commisso ageretur, qui casus Suæ Regiæ Majestati est reservatus, nomineq; Raparii expositum fuisset, agi de damnato ob minorem ætatem pœna extraordinaria, qui casus non videbatur esse de reservatis, allatæque etiam fuissent contra sententiam Fisci juris allegationes, Fiscus substitit, & cùm de re ardua, & dubia agi videret, consulendam censuit S. R. Majestatem, ut non modo quid in re hac deliberaret; sed etiam quid in similibus casibus post hac servari juberet, sciri posset. Tunc Senatus ea de re ad S. R. Majestatem litteras dedit, quæ respondit quid agendum, & quid etiam post hac in similibus casibus servandum, ut ex litteris datis die xiii. Septembris anni 1607. Eas autem Senatus imprimi, & publicari jussit, & sunt sequentis exempli, videlicet.

Don Felippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Navarra, y de las Indias &c. Duque de Milan.

MAgnificos, Spectabiles, Devotos, Fieles, y Amados nuestros. Reciviose vuestra carta de 19. de Mayo deste presente año sobre el particular del homicidio que con animo deliberado cometiò Julio Raparo en persona de Jacobo Pasquero con el memorial que el dicho Raparo diò al Conde de Fuentes mi Governador desse Estado, y primero, y segundo voto que el Fiscal Salamanca diò sobre este negocio, y hyzistes muy bien en dublar si el era de los en que podia hazer gracia el dicho Governador, pues haviendose bien considerado en este mi Supremo Consejo de Italia se ha hallado que semejante gracia es de las reservadas a mi persona, però no obstante esto he querido (siendo el caso como se refiere) que el Governador haga la dicha gracia, advirtiendo os (como lo hago) que para en semejantes casos quede entendido que el Governador no puede disponer dellos. De S. Lorenzo el Real a treze de Setiembre de mil, y seyscientos, y siete años. Sign. YO EL REY. Vidit Quintana Duegna Regens. Vidit Salamanca Regens. Vidit Caimus Regens. Vidit Lanz Regens. Vidit Aragon Regens. Vidit de Curte Regens. Luys Ortiz de Matienzo, & sigillat. &c. A tergo, A los Magnificos, Nobiles, Spectabiles, Fieles, y Amados nuestros el Presidente, y Senadores del Senado de Milan.

Marchesonius.

Originales ipsæ litteræ sunt inter acta Egr. Secretarii Marchesonii, junctæ approbationi gratiæ Rapario postea concessæ, quæ approbatio facta fuit die 12. Junii 1608.

Ordo in materia decreti militaris datus Auditori Gubernatoris Alexandriæ.

DIlectè noster. Sæpius declaratum fuit delicta ordinaria militum, & gravis armaturæ spectare ad Judices ordinarios Civitatum, vel aliorum locorum, in quibus illi degunt, vel in quorum Jurisdictionibus delicta committuntur, & has declarationes vobis quoque innotuisse compertum habemus, & propterea gravius ferendum fit, quòd vos nihilominus eis posthabitis, velitis ad eorum cognitionem, & ad instructionem processuum ingerere, quemadmodum denuntiatum nobis fuit tentatum etiam per vos fuisse Castellatii in causa necis Gasparis Mussæ, sivè quia ille ipse interfectus miles esset gravis armaturæ, sive quia aliqui ex his, qui ejus sceleris Rei habeantur, ex sententia igitur Senatus nostri, coram quo de ea re actum fuit, mandamus vobis, ut à turbatione Jurisdictionis ordinariæ Prætoris ejus Oppidi abstineatis, nec posthàc vos ingeratis in ea causa, sed nec in aliis similibus. Mediolani 25. Octobris 1607.

Alexander Besutius.

Ordo, ut contra Belgas non procedatur pro delatione armorum in præsenti Urbe Mediolani.

MDCVII. Die xviii. Decembris.

REIato Excellentiss. Senatui Mediolani per D. Don Jo. Salinum alias Prætorem Mediolani processu agitato contra Claudium de Urbino Reum constitutum de furto scutorum 47., vel circa commisso in præjuditium Baptistæ Malagavacii ejus heri, ac de delatione ensis cum fit forensis, & facta mentione, quòd in termino defensionum aliquas non præstitit, & audito voto Curiæ, & omnibus consideratis.

Censuit

1608 Censuit is Ordo respectu delationis ensis dictum Claudium molestari non posse, cum sit Belga, respectu verò suprascripti furti benè torquendum, & ubi nihil emergat ejiciendum à dominio, facto ei præcepto in faciem, ne pedem inferat sub pœna remi quinquennalis.

Signat. Ghilinus, & sigillat. &c.

Ordo, ut tam pro constituenda, quam pro restituenda dote servetur dispositio Nov. Constitut. in tit. de bonis in solutum dandis.

MDCVIII. Die x. Januarii.

CUm actum fuisset in Senatu Excellentissimo Mediolani de controversia orta inter Annam Coriam relictam quon. Octavii Ravertæ, & Camillum Ravertam patruum, & tutorem filiorum Octavii, & ipsius Annæ super restitutione dotis librarum sexaginta millium, computato augumento librarum octomille, quam sibi restitui petebat Anna, vel in pecunia numerata, juxta tenorem instrumenti dotalis, vel saltem per dationem in solutum tot bonorum, deducta tertia parte ad formam Nov. Constitut. *tit. de bonis in solutum dandis*; contendente Camillo eam restituere in bonis juxta veram eorum æstimationem ad formam ordinis diei 17. Junii 1574., & aliorum similium, & Senatus memor horum, & aliorum ordinum in causis constitutionis, & restitutionis dotium diversis temporibus editorum, & controversiarum ex illis orientium non sine magno litigatorum incommodo, & expensa, quarum aliquæ tunc etiam penderent, censuisset expedire, ut unico decreto statueretur, quid in futurum servandum esset; audito, die ad hoc præstituta Magnifico Senatore Archinto referente jura, & rationes dictorum Annæ, & Camilli, auditisque nonnullis aliis ex Magnificis Senatoribus referentibus actitata coram se in aliis hujusmodi causis, omnibusque maturè perpensis, & discussis.

Censuit Senatus, omnes casus, tàm constituendæ, quàm restituendæ dotis in pecunia numerata esse comprehensos in dispositione Nov. Constit. *de bonis in solutum dandis*: verùm hujuscemodi dotium debitores non posse uti ipsarum Nov. Constit. beneficio, nisi earum forma ad unguem in omnibus observata, tàm circa bona in solutum danda, deducta tertia parte veri valoris, quàm circa omnia alia, non obstantibus quibuscunque declarationibus, & ordinibus in contrarium jam factis: mandans omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut hoc novissimum decretum in futurum inviolabiliter servent, & ad omnibus servari faciant.

Bellasius.

SCHOLIA.

HOc S. C. remanet sopita illa controversia, satis anceps ob discrepantes Doctorum sententias, ut observat *Cyriac. controv. 295. nu. 10., & seq.*, ubi multos hinc inde adducit, ut etiam fecit *Marta voto* 188., *Fachin. controv. jur. lib. 12. cap.* 81. An scilicet causa dotis comprehensa, nec ne dicatur in generali dispositione. Parti negativæ accedit *Novar. de elect. fori sect.* 4. *qu.* 1. *n.* 10., *Cyriac. contr.* 81. *num.* 9. Affirmativam amplexus est, *Fachin. contr. jur. lib. 12. cap.* 81., *Marta voto* 188., *Giovagnon. cons.* 83. *nu.* 40. *lib.* 1., *Franc. quoque in decis.* 219. *in fine*, inclinabat in hanc partem, licet dicat causam remansisse indecisam, quia partes aliter non curaverint expeditionem.

Garonus.

ANNOT.

ÆQuitatem sequendo Excellentiss. Senatus anno 1653. mense Augusti contrarium
1 censuit favore D. Mariæ Croceæ Vigurræ Derthonensis referente Magnif. D. Senatore Jo. Guidobono Cavalcbino, decernendo, ut assignarentur D. Annæ Marenghæ uxori D. Ribrochi Derthonensis tot bona pro Dotium restitutione ad justam æstimationem, & absque detractione tertiæ illius partis, & motus fuit præcipuè ea ratione, quod licet plene non constaret de solutione Dotis facta primo viro Sororio ejusdem D. Mariæ; attamen bona fide ille relaxaverat D. Mariæ tot bona justo pretio, quæ deinde vili pretio ad hastam vendita fuerunt instantibus dictis Jugalibus, qui pro modica summa bona magni valoris consecuti fuerant, ut refert Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 263. *n.* 15., *&* 16., qui *nu.* 14. testatur quandoque Senatum Excellentissimum etiam
2 ordinasse ob deteriorationem bonorum ex causa belli, ut bona sub hasta venderentur, & ex eorum pretio dos in pecunia solveretur.

Magnus Fossatus.

Ordo ne inchoentur processus sine querela, aut denuntia, & ne repetantur Testes contra admissum ad novas defensiones.

Prætori Piceleonis.

MDCVIII. Die xv. Februarii.

DIlectè noster. Visa relatione per vos nobis facta de Virgilio Roncalio Ofilione admisso ad novas defensiones adversus condemnationem remi triennalis contra eum in

in contumaciam secuta eo quod contra formā Proclamatum per istum agrum cum avibus vagatus fuerit, & consideratis diligenter defensionibus ab eo præstitis, ac omnibus maturè perpensis, vobis mandamus, ut ipsum Virgilium ab impictis absolvatis, & dimittatis. Verum vos monemus non esse inchoandos processus ab eo, quod devenerit ad aures Prætoris commissum fuisse aliquod delictum &c., sed querelam, aut denuntiam à certa persona dandam esse, & in actis redigendam. 1608.

Insuper monemus vos, condemnatis in contumaciam præsertim ad pœnam corporalem, & admissis ad novas defensiones, non esse necessariam repetitionem Testium, vel protestationem de habendo illos pro repetitis.

Ordo, ut in relationibus, quæ fiunt Senatui fiat mentio omnium delictorum Reo adscriptorum.

PHILIPPUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

Dilectè noster. Statuimus ex Senatus nostri sententia, quotiescumque posthac de aliquo crimine facienda erit ad ipsum ordinem relatio in ea summatim mentionem fieri debere de aliis quibuscunque delictis Reo adscriptis, ut hominis qualitas melius cognoscatur, itaque vos, quòd vestri muneris erit sic exequimini. Dat. Mediolani die 3. Martii 1608.

Signat. Marchesonius.

A tergo. Egreg. J. C. Prætori Mediolani nostro dilecto, & sigillat.

Ordo ne testes evacuandi in informativo post condemnationem examinentur.

Prætori Vigueriæ.

Dilectè noster. Visis iis, quæ definitivè ad nos retulit Præcessor vester in causa Aloysii Crottæ jussu nostro ad novas defensiones admissi adversas condemnationem aureorum centum contra ipsum in contumaciam secutam, & quod Martinum de Sileto ense, quod extra Zonam deferebat, percusserit, una cum defensionibus per ipsum Crottam præstitis, & omnibus accuratè consideratis, mandamus vobis ut attenta etiam partis remissione superventa prædictum Crottam à contumatia excusetis, & à prædicta condemnatione liberetis, soluta ab eo dumtaxat abusus pœna. Verum cum animadverterimus dictum Crottam Reum condemnatum, & ad novas defensiones admissum, qui non debebat, super eodem delicto examinari, nec Reus constituti, cum Fiscus ejus intentionem fundatam haberet ex sententia condemnatoria, nec amplius opus habebat litem contestari, à dicto Præcessore vestro examinatum fuisse, ac pariter examinatos fuisse testes in priori processu nominatos, ad destruendam Fisci intentionem, qui examinari non debebant. Censuimus dictum Præcessorem vestrum de his duobus capitulis redarguendum, quod vos his nostris monemus. Mediolani 7. Junii 1608.

Sigillat. Ghilinus.

Ordo, ut nonnisi in casibus gravissimis in fidejussionibus apponatur clausula, quod Rei non possint purgare moram, & se consignent singulis diebus.

PHILIPPUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

Dilectè noster. Invaluit consuetudo quædam, vel potius abusus, ut in plerisque fidejussionibus, quæ recipi consueverunt, ad dimissionem Reorum è carcere adhibeantur à Notariis, in causis etiam mediocribus binæ clausulæ, quibus uti decet tantum in rebus gravioribus, Altera est, ut Rei semetipsos exhibere teneantur singulis diebus nominatim eis constitutis, altera, ne possint purgare moram, Id Senatus cum ex relationibus rerum criminalium sæpè observaverit, & cognoverit Reis moltas afferre molestias, & detrimenta, nuper Senatus consulto cavit, ne quis in hoc dominio Judex, Notariusvè in stipulatione prædicta fidejussionum posthac adhibeat eas clausulas ipso ordine in consulto, indicta utriusque pœna sibi arbitraria, ac nullitatis ipsarum fidejussionum in ea tantum parte, vel partibus. Vobis autem, quibus confidit, scribendum censuit, ut eis clausulis in rebus tantum gravissimis, & magna de causa, ac re proposita in Curia uti possitis. Quod hisce litteris vobis notum facere voluimus, ut ita servetis. Dat. Mediolani die 12. Julii 1608.

Signat. Annonus, & sigillat.

Ordo

1609 *Ordo pro iis, qui præventoriè fidejubent de se consignando, & quòd de furto imputatus non possit liberari, nisi exhibeantur fides, quòd aliàs non fuerit de furto delatus.*

MDCIX. Die xxiv. Januarii.

IRrepserunt duo abusus, alter, quòd delati, & plerumq; etiam indiciati de delictis capitalibus præstita modica fidejussione præventoria de se consignando toties quoties dimittuntur, liberèq; vagantur per Civitatem, & Tribunalia, quo pacto, vel terrentur testes, vel aliter impeditur processuum expeditio, alter quòd de furto imputati oblata partis remissione nullo ferè negotio absolvuntur, cum de primo furto agi prætendunt. De his autem actum est in Senatu, qui hujusmodi abusus tollendos, nec divitius ferendos censuit.

Itaq; statuit, & mandat, posthac cum de pœna capitali remi agatur nullum admitti ad præstandam fidejussionem præventoriam, nisi sit ea saltem scutorum centum de se consignando intra terminum præfixum: cum autem de pœna capitali, vel remi non agatur, rem permittendam esse arbitrio Judicis, qui inspecta qualitate facti, & personarum, fidejussionis præstandæ summam arbitretur. Illud præterea mandat, nulli Jusdicenti hujus Civitatis licere quemquam de furto imputatum absolvere sub prætextu, quòd de primo furto agatur, nisi habita attestatione utriusq; offitii, quòd is de hujusmodi delicto aliàs non fuerit accusatus, & eam ob rem mandat Actuariis, ut sub pœna eidem Ordini arbitraria gratis edant hujusmodi attestationes, & libros habeant per alphabetum conscriptos, in quibus nomina, & cognomina de furtis accusatorum, & accusandorum scribant, quos libros quotiescumq; visitabuntur Carcerati ostendant Illustribus Visitatoribus, qui illos inspiciant, & si ordinem minimè servatum agnoverint, opportunè provideant, vel in Senatu verbum faciant.

Signat. Marchesonius.

Ordo circa Prætores Feudatariorum.

MDCX. Die ix. Januarii.

1610 EXcellentiss. Senatus Mediolani hoc decreto in perpetuum duraturo, mandat omnibus, & singulis Feudatariis hujus Dominii, ne aliquem Prætorem, aut Jusdicentem in eorum Jurisdictionibus eligant, qui non sit huic Dominio Subditus, Item qui non obtinuerit præteritorum officiorum legitimā liberationem, neque illi litteras Præturæ decernant, nisi prius dederit fidejussionem in manibus Cancellarii ipsorum Feudatariorum, de stando Syndicatui, pro ut faciunt Officiales Regii, à Sua Excellentia electi, mandans quoq; Communitatibus, ne Prætores admittant, nisi prius executioni missis supradictis conditionibus, & hæc omnia sub pœna debitè referendo Senatui arbitraria. Ipsis autem Prætoribus mandat sub pœna ammissionis salarii eis debiti, ut statim atq; fuerint admissi scribant ad Secretarium Provinciæ nomen, cognomen, & Patriam suam, simulq; mittant attestationem præstitæ fidejussionis utsupra, quoniam in particulari registro erunt posthac describendi. Vultque Senatus, ut per Prætores majoris Magistratus hoc præceptum singulis Feudatariis, & Communitatibus in sua Jurisdictione inthimetur, & inthimationis relatio accipiatur, eaque ad Secretarium Provinciæ mittatur.

Signat. Landrianus.

ANNOT.

1 OBservantia hujus Ordinis demandatur etiam in Proclamate Eminentissimi Cardinalis Infantis Gubernatoris Status Mediolani diei 1. Martii 1634.

Si dignis de causis electus sit forensis in Prætorem Feudalem, Senatus eum permittit per-
2 severare in Officio, dummodo præstet fidejussionem de stando, & parendo Syndicatui in fine Bienii, ut ordinavit in casu Prætoris Talioli die 15. Maji 1613., & die 5. Martii 1621.

Iste Ordo fuit pluries renovatus, nempe Ordine diei 3. Aprilis 1642., 15. Februarii 1663., 8. Novembris 1677., 20. Novembris 1681., 5. Junii 1685., 10. Julii 1687., & 27. Novembris 1704.

Magnus Fossatus.

Ordo ne Judices ordinarii, & Egreg. Fiscales per litteras ad eos datas ab Excellentiss. Gubernatoribus, & Senatu censeantur delegati, nisi quatenus causa ad eos non spectaret alio jure.

MDCX. Die xxiii. Januarii.

CUm Egr. Advocatus Fiscalis D. Cæsar Peregus verbum fecisset in Senatu Excellentiss. Mediolani virtute litterarum ad eum datarum die 19. Decembris proximè

1610

me præteriti de litteris, & decretis, quæ nonnunquam dantur ab Excellentifs. Gubernatoribus, & à Senatu in caufis tàm civilibus, quàm criminalibus ad Judices ordinarios, quorum aliqui fe exinde delegatos effe aliquando interpretantes, proceffus opera peculiarium Cancellariorum feparatim inftruunt, & retinent, & fportulas uti Delegati recipiunt, quod cedit in non modicum damnum rum Subditorum, qui proinde majoribus afficiuntur expenfis, tàm Notariorum Actuariorum rerum criminalium, qui munera illa titulo onerofo conduxerunt, non fine præjuditio interdum etiam aliorum Judicum, quibus cum fportulæ communicandæ effent, & itidem juftitiæ, cujus rectus curfus, & adminiftratio ex hac proceffuum feparatione magnopere impediri poteft. Et cum per eam occafionem actum etiam fuiffet de litteris, & decretis, quæ pariter aliquando dantur ad Egregios Fifcales generales, ut alicui caufæ affiftant, vel incumbat cum aliquo Judice, lectæque fuiffent preces ipforum Notariorum rerum criminalium utriufque Curiæ, tàm Egr. Capitanei, quàm Prætorii hujus Civitatis.

Senatus omnibus maturè perpenfis, cenfuit Judices ordinarios, & Egr. Fifcales per recitatas litteras, & decreta non cenferi delegatos in aliqua caufa, fed tunc tantùm Judices cenferi delegatos, quando aliàs ejus caufæ jurifdictio ad illos non fpectaret, & itidem Egr. Fifcales quando tantum caufarum cognitio eifdem uti Judicibus in fpecie demandator. Propterea hoc decreto jubet, ne quifpiam fe delegatum gerat in futurum, nifi in caufis de quibus fupra. Omnibus autem Judicibus, tàm ordinariis, quàm quomodolibet delegatis, & delegandis mandat, ut omnino fervent Nov. Conftit., & Ordinum difpofitionem, præcipuè verò, ut in inftruendis, & perficiendis proceffibus utantur opera tantùm Notariorum rerum criminalium, ad quos fpectat, proceffufque jam inftructos illis omnino à Cancellariis fuis ftatim tradi faciant, fub pæna tàm ipfis Judicibus, quàm Cancellariis eidem ordini arbitraria.

Bellafius.

Notula condemnationum pecuniariarum, & mulctarum tranfmittatur ad Quæftores extraordinarios.

MDCX. Die iv. Februarii.

ETfi Novis Conftitution. *titulo de officio Quæftorum Extraordinariorum* cautum fit, ut omnes Jufdicentes, & Officiales hujus Dominii certo termino notulam omnium mulctarum, & condemnationum pecuniariarum, quas fecerint, ad ipfos Quæftores mittant, intellexit tamen Senatus Excellentifs. Mediolani ex precibus nomine Fifci Regii nuper fibi porrectis, aliquos ex Jufdicentibus, præfertim autem Feudatariorum, nihil minus, quam hoc curare: indeque fieri, ut incuria, & quandoque etiam dolo ipforum Jufdicentium Regius Fifcus aliquibus ex dictis mulctis, & condemnationibus privetur, vel quia non exigantur, vel in finiftrum tranfeant, quod à Quæftoribus ignorentur. Huic autem abufui Senatus occurrere volens.

Hoc decreto mandat omnibus, & fingulis Jufdicentibus illorum præfertim locorum, ubi non refident Referendarii, ac Prætoribus Feudatariorum, ut omnino memoratas Conftitutiones fervent fub pœna in eis contenta, & alia etiam graviori ipfi ordini arbitraria. Amplius jubet, Secretarios fuos mittere etiam notulam, ad ipfos Quæftores condemnationum, quas per eundem Excellentifs. Ordinem fieri contigerit, Et ne quifquam ipfius Decreti ignorantiam prætendere poffit, ftatuit, imprimendum effe, & ejus exempla mittenda ad fingulos Prætores majoris Magiftratus, qui illa etiam intimari faciant fingulis Prætoribus Feudatariorum in eorum jurifdictione degentibus.

Bellafius.

Ordo, ut Actuarii afferant Judicibus atteftationes delictorum Reis adfcriptorum.

MDCX. Die xiii. Februarii.

EX relatione Egreg. Prætoris Mediolani intellexit Senatus Excellentifs. quantum incommodi afferat celeri expeditioni proceffuum criminalium obligatio ab ipfo Senatu impofita Actuariis utriufque officii edendi atteftationes omnium delictorum, quibus aliquis carceratus fuerit aliàs notatus: quandoquidem expectent Actuarii, ut à parte requirantur, fed ii qui alicujus delicti pœnam timent, nihil minus curant, quam ipfas atteftationes follicitare, ut hoc modo caufa nunquam expediatur. Volens igitur Senatus, brevi caufarum expeditioni, & etiam Actuariorum indemnitati confulere.

Mandat ipfis Actuariis utriufque Offitii criminalis fub pœna fufpenfionis ab officio, & alia graviori Senatus arbitrio, ut intra biduum, poftquam à quovis Judice fuerint requifiti, dictas atteftationes illi afferant: annotata mercede debita in fine proceffus, ut earum quoq; fatisfactionem confequi poffint, Vultq; DD. Capitaneum Juftitiæ, & Prætorem vieiffim dictis Actuariis hoc jubere poffe pro ut occafio tulerit.

Signat. Landrianus, & figillat. &c.

1610 *ANNOT.*

FUit renovatus Ordine diei 14. Novembris 1618.

Ordo, ut relationes deffinitivæ in actis relinquantur.

MDCX. Die xiii. Februarii.

EXcellentissimus Senatus Mediolani intellexit solere Prætores quando à Prætura discedunt auferre relationes deffinitivas, quas in causis criminalibus ad Senatum fecerunt, nullo earum in actis relicto exemplo, quo fit ut si quandoq; successoribus illis opus sit, vel pro executioni mittenda Senatus sententia superinde lata, vel alia quavis causa, cogantur illi integrum processum videre, quod nonnisi magno temporis intervallo fieri potest, cui abusui opportunè providere volens.

Hoc decreto mandat singulis Prætoribus, & Jusdicentibus hujus Dominii, ut sub pœna ipsi Excellentissimi Ordini arbitraria dimittant in actis eorum officii omnes relationes criminales Senatui factas, Idemq; à Præcessoribus suis servari curent.

Signat. Landrianus.

Ordo, ut honorarium visitationis acceptum à Judice majoris Magistratus restituatur Judici minoris Magistratus, ubi ad eundem spectet cognitio delicti.

Vicario Marthesanæ.

VIsis occlusis precibus Comitis Herculis Marliani, mandamus vobis, ut in causis, quæ ad majorem Magistratum non spectant, vos non immisceatis, & si quæ in controversiam deducuntur, quæ mox ad ipsum Comitem spectare declarentur pro iis honorarium aliquod non accipiatis, & si quod acceptum fuerit, illud integrè, & bona fide Judicibus supplicantis, ad quos ejusmodi causas pertinere declaratum fuerit restituatis: In iis verò, quæ ad majorem Magistratum pertinent, nihil exigatis à Communitatibus, sed dispositionem ordinum, tum à nobis, tum ab Illustriss. L. T. nostro superinde editorum ad unguem observetis, provideatisq; ut Baricelli istius Offitii nihil accipiant nisi captura cum effectu secuta fuerit, & eo etiam casu non accipiant nisi mercedem ab ordinibus taxatam. Mediol. 1. Julii 1610.

Ordo, ut Mercatores Alemani possint detineri facere eorum delitores, non obstante sexagenaria ætate.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

VIsis precibus Marci Antonii Aresii, & Hieronymi Osclanger Procuratoris Pauli Tesclerii, & sociorum Mercatorũ Alemanorum exempli sequentis, videlicet &c.

Omnibusque consideratis una cum informationibus de sexagenaria dicti Aresii ætate jussu nostro sumptis. Cum Senatus noster venerit in sententiam ipsum Aresium fuisse ritè detentum virtute privilegiorum dictis Alemanis concessorum, quibus eis conceditur, ut more Cameræ nostræ possint debitores suos detineri facere, cumque aliquis non possit adversus Fiscum uti privilegio sexagenariæ ætatis, harum serie decernimus narratum privilegium sexagenariæ ætatis Aresio minimè prodesse posse. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani die 13. Julii 1610.

Marchesonius.

ANNOT.

ETiam sexagenarios debitores Fisci debere frui privilegio, ne carcerentur, probat Gratian. *discept. forens. cap.* 506., & tenet Baet. *de debitore inope quæst.* 5. *nu.* 3., contrarium tamen tenet Mauson. *de caus. execut. ampliat.* 8. *n* 40., & Menoch. *in addit. de arbitrar. quæst.* 88, *& cons.* 916. ubi in fine sic refert decisum à Senatu Excell. die 16. Decembris 1592. adversus Jo. Baptistam Portum sexagenarium debitorem Fisci.

Magnus Fossatus.

Ordo super recipiendis fidejussoribus de non offendendo, benè vivendo, & non defferendo arma.

MDCXI. Die ix. Junii.

1611 CUm actum fuisset in Senatu Excellentiss. Mediolani de controversiis, quæ multoties ortæ sunt cum fidejussoribus præstitis de benè vivendo, de non defferendis armis, de servando exilio, vel relegatione, & de non offendendo Querelantis,

1611

tes, aut Testes, quòd ipsi fidejussores se quoque citari, & suas exceptiones audiri contendunt, ubi condemnati, vel condemnandi sint eorum principales.

Censuit is ordo, ut occurratur his controversiis, & consulatur justitiæ apponendam esse in futurum clausulam in actis hujusmodi fidejussionum, cum recipientur à Notariis, ut fidejussores, ubi contingat condemnari principales suos, etiam in contumatiam, & non citatis, nec auditis ipsismet fidejussoribus, teneantur nihilominus ad solutionem summæ pro qua fidejusserint, & hoc decretum imprimendum esse, & mittenda esse illius exempla à Secretariis suis ad Jusdicentes, ut illud in actis suis registrari, & ab omnibus observari faciant.

Signat. Bellasius.

A N N O T.

1 ET ita censuit Senatus die 21. Novembris 1619. in causa cujusdam Lambertenghi Novocomensis, qui pro filio fidejussor extiterat, declarando nullam esse habendam rationem exceptionis etiam statim probandæ, quod nimirum non posset vocari principalis pro ea causa, pro qua fidejusserat; si vero jam esset detectum per sen-
2 tentiam absolutoriam non posse cogi principalem, ut satiat, tunc aliud esset dicendum etiam respectu fidejussoris, ut declaravit Senatus die 4. Decembris 1619., ut testatur Amplissimus Senator Paulus Bellonus *in tractatu de potest. eorum &c. lib. 2. cap. 60. n. 5.*

Magnus Fossatus.

Ordo circa Cavalcatas, & visitationes pro delictis, earumque expensas, & mercedem.

MDCXI. Die ix. Junii.

EGr. Capitaneo Justitiæ Mediolani. Ad preces Syndicorum hujus Ducatus, & Comitatuum totius Provinciæ conquerentium nimis gravia onera Communitatibus sæpè imponi ex causa visitationum cadaverum, vel aliorum maleficiorum, quæ fiunt extra Civitatem, sive ad querelas partium, sivè ad Consulum denuntiationes, dedimus nuper ex Hispaniis litteras ad Illust. Locumtenentem nostrum in hoc Dominio nostro ex voto Supremi Consilii nostri rerum Italicarum, quibus mandavimus provideri omnino, ut serventur ordines autehac conditi à Senatu in hac materia, quos approbavimus, indicta etiam contrafacientibus certa pœna, ita sanè, ut, & subditorum nostrorum querelæ cessent, & justitiæ nihilominus satisfiat, nec visitationes ullo pacto, ullavè ratione intermittantur interim, dum de aliis ordinibus in hac materia condendis, habito prius prædicti Ill. L. T. nostri, & Senatus voto, maturius deliberetur, quibus ipsorum quoq; Jusdicentium, & aliorum Officialium indemnitati aliquo pacto convenienter consulatur, eis igitur litteris nostris ad Senatum ab ipso L. T. nostro remissis, & negotio in Senatu tractato, mandamus vobis ex ejusdem ordinis sententia, ut memoratos ordines pro eo, quod ad vos, & Vicarium vestrum pertinet, servetis inconcusse, & servari faciatis per vestros Actuarios, & eorum Coadjutores, ac alios Curiæ vestræ Officiales, & quotiescunque Civitatem egredi illos contingat ex causa prædictarum visitationum, & impensa eis de causis facienda cedere debeat damno Communitatum, in quarum territoriis delicta sint commissa, quia nulli comperiantur Rei, à quibus, vel in quorum bonis ea repeti possit, contentos illos esse jubeatis statuta mercede, & honorario librarum sexdecim tantùm juxta ordines; nec præter eas quidpiam omnino petere, aut exigere audeant, nec etiam accipere etiam à sponte dantibus. Vos verò, aut Vicarius vester nunquàm ad eas accedatis, nisi in casibus gravibus tantùm, in quibus præsentiam, & auctoritatem vestram vel necessariam, vel justitiæ utilem futuram intelligatis. Quandocunque autem accedere oportebit, vos pariter eodem honorario tantùm librarum sexdecim contenti sitis, interim dum aliud decernatur, de quo suo tempore admonebimini, nec quidpiam aliud percipi, aut exigi permittatis. Si quis contrafacere ausit quoquomodo, huic indicimus pœnam suspensionis ab officio, & aliam graviorem Senatui nostro arbitrariam, à qua neminem volumus eximi, nisi in primis, & in quemcunque casum restitutis in duplum pecuniis præter hanc sanctionem perceptis, ipsis autem Communitatibus, vel Agentibus pro eis, si quid excedant, pœnam similiter arbitrariam Senatui, pecuniariam videlicet, vel corporalem juxta casuum, & personarum qualitatem, & de contraventionibus si quæ erunt, mandabimus suo tempore Syndicatoribus, ut diligenter inquirant, & comperta referant, ut sic sui excessus quicunque debitam reddat rationem.

Alexander Besutius.

A N N O T.

1 DE hac materia agitur in *c. Statutum de rescript. in 6.*, ubi quatenus ad hanc rem pertinet, sic habetur: *vel nisi cum ipsum* (loquitur de Judice Ordinario, vel Delegato) *propter causam sibi commissam contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas recipere ab eisdem partibus qualitercunque præsumat* (mox subditur), *quodque ubi causæ sibi commissæ utilitas, vel necessitas non exegerit, occasionem propter habendas expensas proficiscendi extra domicilium non assumat*, (& paulo post), *Notarium vero, vel Notarios in causa sibi commissa scribentes, qui*
2 *ut plurimum in exigendo salarium metas rationis excedunt, ut ad ipsius spectat Officium, prudenter*

 refrenet.

1611 *refrenet. Si quid autem contra Constitutionem præsentem receperit, ad ipsius restitutionem integram teneatur; nulla eorum, quibus restitutio facienda erat, nullatenus profutura remissio eidem.*

Item agitur in Proclamate Excellentiss. D. Marchionis Hynojosæ hujus Status Guberna-
2 toris diei 13. Martii 1614., in quo præcipitur, ne Judices, aut Actuarii se conferant ad locum patrati delicti, nisi in casibus gravibus, in quibus videant necessarium, & utile esse Justitiæ illuc se conferre, & tali casu secum conducant solum illam Familiam, quam verosimiliter necessariam esse cognoverint.

Quo vero ad expensas ipsius Cavalcatæ, disponitur illas esse solvendas ab Actore instante,
3 salvo jure illarum reintegrationem consequendi à Reo, si reperiatur, & sit solvendo; & Judices, seu Actuarios solum posse consequi expensas victualium, & equorum.

Ubi vero nullius adsit instantia, nec reperiantur delinquentes, vel non sint solvendo,
4 disponitur quod tunc teneatur Communitas Territorii patrati delicti ad expensas pariter solum victualium, & equorum, & hoc habeat locum dumtaxat in casibus, in quibus vigore Statutorum, vel Proclamatum tenentur Communitates persequi delinquentes, vel providere ne in earum Territoriis committantur delicta; & prohibetur Judicibus, Actuariis, aut aliis Officialibus prætendere, aut aliquid acceptare etiam à sponte dantibus sub prætextu Honorarii, vel alterius tituli.

Expensæ Cavalcatæ exiguntur in præjuditium Rei etiam in bonis apprehensis, & ad hunc
5 effectum venduntur non obstante apprehensione, ut rescribendum censuit Senatus Excellentissimus Prætori Domus Ossulæ die 23. Octobris 1669. referente Magnifico D. Senatore de Clericis. *Mognus Fossatus.*

Ordo, quòd Mercatores Alemani non ligentur Constitutionibus, & Statutis de sustinendis instantiis, & renovandis præceptis executivis.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

NOmine Mercatorum Alemanorum in Dominio Mediolani commorantium nobis datæ fuerunt preces sequentes, videlicet.

Quibus visis stante memorato privilegio concesso Supplicantibus, & declarationibus exinde secutis per has nostras illis inhærendò declaramus ipsos Mercatores minimè ligari Constitutionibus, & Statutis narratis sustinendi instantias mensuales, & renovari faciendi præcepta executiva, sive licentias detinendi eorum debitores, vel intrandi in eorum bona ad formam dicti Statuti, sed licentias ipsas executioni mitti posse quandocunque non facta aliqua renovatione, sententiasque ferendas valere non obstante, quod intra quadraginta dies utiles datos à Nov. Constitut. latæ non sint, vel instantia mensualis non fuerit prorogata. Et in omnibus prout servatur io causis Fiscalibus contra debitores Fisci. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 20. Julii 1611. Bellasius.

Ordo, ut Fiscales, dùm tamquàm L. T. se gerunt, non se immisceant in causis pendentibus, & aliis.

Prætori Domus Ossulæ.

INtellexit Senatus ex litteris vestris ad Magnific. ipsius Ordinis Præsidem scriptis, liberationem illorum Mercatorum istius Oppidi, & alia, quæ Fiscalis istæ fecit contra ordines, & limites sui Officii excedens; Censuitque vos circumscripta dicta liberatione ad ulteriora procedere debere, Reis ad Carceres vocatis, & perfectis perficiendis, causam Senatui ipsi referre; Fiscali autem præcipere nomine ejusdem Ordinis, ut, quandò vices vestras gerit tanquam L. T., incumbat tantùm in instruendis processibus in dies inchoandis, & faciendis, ad pendentes autem, & prius cæptos manum non apponat, præcipuè verò à faciendis ordinationibus definitivis abstineat. Itaque sic exequamini. Vos tamen cavebitis, ne à Prætura diutiùs absentes sitis, quàm ordines permittunt. Mediolani die 26. Augusti 1611.

Marchesonius &c.

Ordo, ut damnatis ad remum pro delatione, vel retentione sclopporum à rota, appendatur collo sclopus rotatus dum conducuntur ad remum, & donec exierint Civitatem, ut ab omnibus spectari possint.

MDCXII. Die xxviii. Februarii.

1612 IN ordinatione per Excellentiss. Senatum die 28. Februarii 1612. facta ad relationem Egr. Capitanei Justitiæ contra Jo. Petrum Ferronum, qui fuit ad remum septennio damnatus ob delationem, & retentionem scloporum rotatorum scripta sunt hæc verba, videlicet.

Ad hæc mandat Senatus eidem Jo. Petro dum conducetur ad triremes, appendendum esse collo sclopulum rotatum, quousq; pervenerit ad portam exteriorem Civitatis, ut palam spectari possit ab omnibus, & sciri cau-

causam condemnationis ad aliorum exemplum, & terrorem, & idem successivis temporibus servandum esse cum aliis, quos contingat damnari, & ad triremes duci propter ejusmodi delationes, seu retentiones sclopo- 1612
rum rotatorum.

Signat. Alexander Besutius, & sigillat. &c.

Ordo, ut Protectores Carceratorum in causis Mercatorum Alemanorum nullam jurisdictionem habeant.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

Visis precibus Pauli Tesclerii, & Sociorum, & responsis Protectorum Carceratorum hujus Civitatis, una cum utrinque replicatis, quæ omnia sunt exempli sequentis, videlicet &c.

Et omnibus coram Senatu nostro lectis per has nostras decernimus, & declaramus dictos Protectores in causis horum Mercatorum Theutonicorum nullam habere jurisdictionem. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 28. Februarii 1612.

Alexander Besutius.

In causa recursus omnes Senatores emittunt vota, qui tempore expeditionis reperiuntur in Senatu, nec expectantur illi, qui erant præsentes relationi.

Illustrissimo Signore.

IL miserabile Gio. Guglielmo Muratore devotiss. ser. di V. S. Illustrissima desideroso che la sua causa si voti il giorno stabilito de' 23. del presente senza maggior dilazione procurata dagli Avversarj Candiani, mentre era per votarsi, ora sott' un pretesto, ora sott' un altro, e che fiino ben viste le sue ragioni da' Signori Senatori.

Supplica V. S. Illustriss. restar servita dar notizia in Senato a tutti li Signori Senatori, acciò alcuno non abbi a dire il giorno che si votarà, di non esser informato.

In oltre, perchè il Sig. Conte Taverna ha da votare ancora lui per esser stato presente alla relazione, supplica V. S. Illustriss. fargli scrivere, che non volendo venire, mandi il suo voto in scritto prima de' 23. sudetto, overo quando non venghi, o non mandi il voto, ordinare, che si venga all' espedizione senza il suo voto, perchè li Candiani avversarii mentre quest' Agosto 1613
fosse data la giornata per il voto, per allongarla, e che non si finisse mai, supplicarono con loro memoriale, qual' è presso il Secretario Besozzo, che si votasse la causa senza il voto del Sig. Conte Taverna, overo che se gli dasse termine di poterlo informare. Il che spera ec.

1613. Die 10. Januarii.

L. Moneatur Magnif. Senator Taberna, quod dicta die 23. incumbetur huic causæ, ut adesse possit, cum ejus votum alioqui necessarium non sit, cùm agatur de causa recursus.

Signat. Leyzaldus, Squarciaficus.

Originale extat penes Egr. Secret. Landrianum, sive Scriptorem Laudam, qui erant subrogati in Provincia Papiensi propter mortem Secretarii Ghilini.

Ordo, ut obligationes de aliquem consignando in carceribus transeant ad hæredes, & quod Notarii in ipsis obligationibus apponant certas clausulas.

MDCXIII. Die xv. Aprilis.

CUm actum fuisset in Excellentissimo Senatu Medediolani de controversia orta ex causa fidejussionis præstitæ ad favorem Regii Fisci per Franciscum Ungaretum de consignando in carcere Bartholomæum Aribertum, & de alia orta ex causa alterius fidejussionis præstitæ per Antonium Mariam Datum de consignando Hieronymum Gererosanum, & in utroque casu incidisset quæstio, an hæ obligationes susceptæ per Ungaretum, & Datum, licet sub diversa forma conceptæ, transiissent ad eorum hæredes, ità ut hæredes ipsi conveniri possint principaliter æquè, ac ipsi principales fidejussores, licet consignatio viventibus principalibus fidejussoribus, petita non fuisset; quamquàm Senatus tam in uno, quàm in altero casu senserit obligationes ad hæredes transivisse, tamen ut in futurum hujusmodi controversiæ evitarentur, atque ideò Egreg. Fiscal. Regii proposuissent opere pretium esse Senatus consultum ità statui, ut posthac Notarii omnes rerum criminalium actus fidejussionum ita conciperent, ut in eis fieret mentio specialis de hæredibus fidejussorum, & ita, ut in quemcumque casum, & sub quavis verborum formula concipiatur stipulatio, semper liceat Fisco Regio eodem modo agere adversus hæredes, quo potuisset agere contra ipsos principales promissores. Senatus agnoscens rem hanc publicè utilem fore, Fiscalium petitioni annuendum censuit, Atque ita hoc suo decreto mandat dari de hac re litteras ad omnes Provinciæ hujus Jusdicentes, ut hoc Senatus

1613 tus consultum in suis Prætoriis publicè affigi; & ab Actuariis suis rerum criminalium servari omnino faciant, Verborum autem formulam, quibus ipsas promissiones, & obligationes concipi vult hanc, quæ sequitur præscribit, videlicet.

Seque obligavit, & obligat hæredes suos ad præstanda omnia, & singula in hac promissione, & fidejussione contenta juxta formam promissionis ab ipsomet fidejussore quoad se ipsum factæ, ita ut ipso dicto fidejussore decedente teneantur nihilominus ejus hæredes ad ea omnia, & singula, ad quæ ipsemet tenebatur virtute hujus promissionis, & obligationis.

Signat. Alexander Besutius, & sigillat.

ANNOT.

PEr hoc Senatus Consultum sublata est disputatio, de qua apud Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst. 46. nu. 91.*, & Farinac. *quæst. 34. nu. 12., & seqq.* *Magnus Fossatus*.

Ordo circa modum procedendi contra Notarios in causis falsitatum.

MDCXIII. Die x. Maji.

FActo verbo in Senatu per Magnificum Senatorem Leyzaldum, de controversia inter Egreg. Prætorem Mediolani, & Abbates Notariorum ejusdem Civitatis, vertente super jurisdictione, & cognitione omnium causarum falsitatum per Notarios in eorum munere commissarum; & visa dispositione Statuti Mediolani cap. 344. vol. primo, ac aliorum Statutorum per dictos Abbates allegatorum, quibus prætendunt in ejusmodi causis cognitionem ad ipsos tantùm spectare, una cum pluribus declarationibus, tum à Senatu, tum à Curia Capitanei Justitiæ, & ab aliis Jusdicentibus factis, ut causæ falsitatum Notariis impictarum ad ipsos Abbates remittantur: & lecta etiam responsione per dictum Prætorem facta, omnibusque maturè, ac diligenter perpensis, cupiens Senatus juxta dispositionem dictorum Statutorum; modum præscribere, quo huic controversiæ finis imponatur.

Cènsuit is Ordo, quòd, ubi dicti Abbates ex officio generaliter inquirunt contra Notarios de falsitatibus per eos commissis, si aliquem Notarium de crimine falsitatis culpabilem invenerint, teneantur illicò notificare dicto Prætori, vel alii ex Jusdicentibus in memorato Statuto 344. nominatis; qui Prætor, vel Jusdicens, ad quem per dictos Abbates recursus habebitur, debeat una cum ipsis Abbatibus processum instruere, ac, servatis servandis, procedere: parique modo ubi proceditur ad querelam partis, quòd porrecta querela in actis Cancellarii dictorum Abbatum, illicò ipsi recurrant ad dictum Prætorem, vel alium ex dictis Jusdicentibus, qui procedere debeat una cum dictis Abbatibus: itaut in futurum, nec Abbates sine dicto Prætore, vel aliquo ex supradictis Jusdicentibus, nec Prætor, vel dicti Jusdicentes, sine Abbatibus procedere possint.

Signat. Jo. Baptista Saccus, & sigill. &c.

Ordo, ut Senatores promoti ad Præturas Papiæ, vel Cremonæ non se immisceant in causis coram Senatu pendentibus.

MDCXIII. Die x. Junii.

ANimadvertit Senatus Excellentissimus Mediolani retentionem causarum Magnificis Senatoribus delegatarum quandocunque accidit aliquem ex ipsis Magnif. Patribus ad munus Præturæ, sivè Papiensis, sivè Cremonensis obeundum promoveri, & ob id biennio, & quandoque etiam ultra abesse, multa incommoda nimiæ, & dilationis ipsarum causarum expeditionis, & impensæ partibus parere, & ex hoc interdum etiam privatorum querelas esse ortas, & posse etiam oriri, tametsi ipsis sui incommodi, & damni culpa adscribenda sit, qui reverentiam Magnif. Patrum, vel aliud, suo commodo, & utilitati sæpè præferentes, subrogationes non petunt. Huic inconvenienti Senatus ipse occurrendum censuit præsenti decreto.

Quo sancit, in posterum omnes, & quascunque delegationes quomodolibet factas illi ex Magnif. Senatoribus, quem ad alterum prædictorum Magistratuum obeundum promoveri, & ob id recedere uti supra contigerit, statim à discessu suo finitas, & extinctas esse, etiamsi ipsæ causæ tempore illius recessus in Senatus fuissent relatæ, sed non collecta vota, cum eo etiam, ut tempore relationum ipsarum causarum expost ab alio ex Magnif. Patribus delegato faciendarum, vel colligendorum votorum in eis, nulla ipsius prius delegati præsentia requirenda, vel votum habendum sit, durante tempore ipsius muneris Prætorii.

Signat. Squarciaficus.

ANNOT.

QUid si Senator alicujus causæ Commissarius, & ad Præturam Papiæ, vel Cremonæ electus, expleto biennio, redeat ad Senatum eadem causâ nondum alteri Senatori commissa, numquid in eadem commissione perseverare poterit sine nova delegatione, maximè annuentibus partibus? Respondendum videtur affirmativè; quia extinctio delegationis intelligi posset revocabiliter ex vi præcedentis rationis finalis hujus ordinis,

ordinis, nempè citiùs lites dirimendi, quæ ratio magis attendi debere videtur, quam dictum, quia dictum per rationem ampliatur, & limitatur Surd. *conf. 67. n. 20. cum seqq.*, & per consequens intelligi posset procedere in eo casu, quo durante munere Prætoris subrogatio facta sit, secùs si re integra tempore recessus à tali munere, priscus causæ Commissarius in excelso Ordine consedeat. 1613

Fortius hæc interpretatio procedere posset annuentibus ipsis partibus, quia prorogatio-
2 nem jurisdictionis per partes fieri posse, quoties aliqua commissio præcessit firmat Carleval. *de judic. disput. 2. quæst 7 à nu. 1253 ad seqq.*, maximè quando, ut in hoc ordine,
3 extinctio delegationis secuta est primario ob favorem ipsarum partium, per ea, quæ tradit Fontanell. *decis. Senat Cathalon. 10. per tot.*

Et ità servatum fuit in causa Claudiæ Civetæ contra Jacobum Mariam de Torconis, Alexandrum Pionniom, & alios litis Consortes, primum commissa Magnif. D. Comiti Senatori Carolo Corio, inde subrogata anno 1671. Magnif D. Comiti Senatori Siccoborellæ, qui licet biennio anni 1676, & 1677. causa moneris Prætoris Papiæ absoerit, absque alia nova commissione reasumpto judicio, foit ad ejus relationem causa decisa à Senatu Excellentissimo, item in causa inter Comitem Joseph Antonium Cacciam, & Comitissam Mariam Cacciam Mandellam commissa Magnif. D. Comiti Senatori Burro, qui reversos à Prætura Papiæ eam reasomplit absqoe nova commissione.

Contrarium tamen decidit amplissimos Ordo anno 1691. in caosa inter Carolum Francis-
5 com Pirovanum, & fratres de Aggugiariis commissa Magnif. Senatori de Leyza Eraso, quo reverso à Prætura Cremonæ, & instante Pirovano coram Senato, ut decerneret procedendom esse ad ulteriora coram eodem Magnif. de Leyza Eraso allegatis sopra recensitis exemplis, dictum fuit faciendam esse novam sobrogationem non obstantibos in contrariom deductis, & ita in præsentiarom servatur etiam concurrente consensu Partium, ut certioratos fui ab uno ex Egregiis DD. Secretariis Senatus.

Mognus Fossatus.

Ordo, ut querelæ, & denuntiæ falsitatum contra Notarios recipiantur privativè per Cancellarium Collegii Notariorum.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

SYndici Collegii Notariorum; & Causidicorum hujus Civitatis dederunt uobis preces sequentes, videlicet:

Potentissime Rex.

In controversia, quæ fuerat excitata inter D. Prætorem Mediolani, & fid. M. V. ser. Syndicos Collegii Notariorum, & Causidicorum hujus Civitatis nomine Abbatum dicti Collegii, super jurisdictione, & cognitione omnium causarum falsitatum, quæ per Notarios in eorum munere commissæ prætenduntur, vel committi possunt, emanarunt superioribus diebus, re in toto Excellentissimo Senatu proposita decretum hujus exempli. Censuit is Ordo, quod ubi dicti Abbates ex officio generaliter inquirunt contra Notarios de falsitatibus per eos commissis, si aliquem Notarium de crimine falsitatis culpabilem invenerint, teneantur illicò notificare dicto Prætori, vel alii ex Jusdicentibus in memorato Statuto 344. nominatis, qui Prætor, vel Jusdicens, ad quem per dictos Abbates recursus habebitur, debeat unà cum ipsis Abbatibus processum instruere, ac servatis servandis, procedere, parique modo ubi proceditur ad querelam partis, quod porrecta querela in actis Cancellarii dictorum Abbatum, ipsi illicò recurrant ad dictum Prætorem, vel alium ex dictis Jusdicen., qui procedere debeat unà cum dictis Abbatibus, itaut in futurum, nec Abbates sine dicto Prætore, vel aliquo ex prædictis Jusdicentibus, nec Prætor, vel dicti Jusdicentes sine Abbatibus procedere possint, & licet ex dicto ordine, & ex Statutis Mediolani in cap. 394. vol. pri., & ex tot aliis decretis aliàs emanatis appareat aliquem alium Judicem, Officialem, Capitaneum, Vicarium Generalem, nec aliquam personam cujulvis status. & gradus existat præter dictos Abbates, & ipsum Prætorem, seu unum ex Judicibus, ad quem juxtà præscriptum dictorum Statutorum recursus habebitur, non habere aliquam jurisdictionem, nec posse se ingerere in dictis causis falsitatum, & processus omnes in Prætorio, sive alibi occasione dictarum falsitatum pendentes, esse Cancellario dictorum Abb. remittendos, nec posse aliquem alium Notarium, præter dictum Cancellarium, de cætero aliquam querelam, vel denuntiam super falsitate, ubi Notario dicti Collegii quoquomodo adscribatur recipere, nec aliter processum superinde instruere tamen dictus D. Prætor renitens est in remissione processuum adhuc coram eo pendentium ad dictum Cancellarium, & illius Notarii vociferantur velle etiam in futurum querelas, & denuntias superinde si eis porrigentur recipere, & aliter processus instruere. Quare ne dictum Statutum, & tot M. V. sanctiones ulterius violari contingat, ad M. V. supplicantes confugere decreverunt. Rogando dignetur mandare, tum dicto D. Prætori, ut omnes processus falsitatum contra Notarios dicti Collegii quoquomodo in sua Curia, & pænes suos Notarios adhuc pendentes dicto ipsorum Abbatum Cancellario remittat, tum dictis Abbatibus, ut publico proclamate in locis opportunis publicando, pro-

1613 prohibeantur, ne in futurum aliqua querela, vel denuntia occasione falsitatum, ubi de aliquo ipsius Collegii Notario aliquo modo agi contingat recipiat, vel processus alius instruatur, vel incipiatur per alium, quàm per dictum ipsorum Abbatum Cancellarium, sub pœna nedum nullitatis omnium in contrarium faciendorum, sed etiam pecuniaria Reg. M. V. Fisco applicanda, & etiam corporali Senatui ipsi arbitraria; jubendo quoque sub eisdem pœnis quibuscunque Notariis, tàm dicti Prætoris, & Egreg. Capitanei Justitiæ, quàm aliorum locorum, in quibus degunt Notarii ipsorum Abbatum jurisdictioni subjecti, ne in præmissis querelas, vel denuntias aliquo modo recipiant, vel aliter processus instruant, vel incohent, quod speratur &c.

Quibus coram Senato nostro lectis, per has nostras ex ejusdem Ordinis sententia decernimus, ut ubi contingat narratas querelas deferri ad alios Actuarios, & Coadjutores criminales, illæ illicò remittantur ad Cancellarium dictorum Abbatum, & super eis dicti Actuarii, & Coadjutores minimè procedant, & querelæ receptæ, & processus instructi ad eundem Cancellarium pariter remittantur. Mandamusque propterea omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut ita servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes nostro sigillo muniri fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani 26. Junii 1613.

Signat. Alexander Besutius, & sigillat. &c.

A tergo. Registratæ in filo patentium.

Ordo, ut Remissiones pro schacho operentur prout in casibus furti.

MDCXIII. Die vi. Julii.

RElatis diffinitivè in Excellentiss. Senatu per D. Vicarium Justitiæ binis processibus instructis contra Joannem Vinearcam, uno ad querelam Balthessaris de Comite, altero ad querelam Jacobi Philippi de Legnanis de schacho duplici equorum, in quibus fuit Reus constitutus, & de remissionibus obtentis, una ante, altera post votum Curiæ, & omnibus diligenter consideratis, & maximè quod nullum alium reatum habeat de schacho, vel de furto.

Censuit Senatus stantibus remissionibus non esse ulterius molestan. Ulterius de hac ordinatione monendas esse omnes Curias, ad effectum ut in posterum in similibus casibus, in quibus agitur de scaco remissiones operentur effectum eundem, quem operantur in casibus furti.

Signat. Annonus, & sigillat. &c.

Ordo super Titulis.

MDCXIII. Die xviii. Septembris.

ETsi proclamate edito die 18. Junii 1591. per Excellentissimum tunc Gubernatorem Dominii Mediolani præscripta fuerit certa norma adhibenda tàm in scriptis, quàm oretenus ratione titulorum: animadvertens tamen Senatus Excellentiss., paulatim ab ea recessum fuisse, & nunc abusum titulorum hominum fastu, & Magistratuum dissimulatione roboratum, adeò excrevisse, & in dies crescere, ut nihil magis, & eò processisse, ut nec ab illis abstineatur in judiciis, & etiam coram ipsomet Senatu, quod nullo pacto majestas, & dignitas Senatus ferre debet.

Propterea hoc edicto jubet omnes, qui vel in scriptis, vel oretenus aliquid agendum habebunt, tàm coram ipso Senatu, quàm coram quibuscunque Judicibus, vel in instrumentis, & actis publicis compilandis, ne cuiquam nominando addant titulum aliquem, præterquam Excellentissimo Gubernatori, Principibus exteris, qui Catholicam Majestatem non recognoscunt, Capitaneis Generalibus equitum gravis, & levis armaturæ, Præfecto Arcis Mediolani, Supremo Cancellario, Præsidique Senatus, Senatoribus, Fiscalibus generalibus, & aliis Officialibus juxta consuetudinem antiquam Cancellariæ; & Quæstoribus utriusque Magistratus juxta normam in dicto proclamate præscriptam, sub pœna scutorum 25. distribuendorum æqualiter inter Judicem, Accusatorem, & loca pia: Nec Secretarii, Coadjutores, Cancellarii, aliive Actuarii quorumcunque Tribonalium scripturas admittant contra hanc sanctionem titulos aliquos continentes; liceat tamen, si quis nominandus aliquo gradu, vel dignitate præditus erit, ea post nudum nomen, & cognomen apponere, veluti Jurisconsultus, Eques, Feudatarius, Comes, Marchio, Princeps, vel Dux talis loci, & ejusmodi. Ipsum autem edictum imprimi, & publicè affigi mandat, ut ad omnium notitiam perveniat, & ne quis ejus ignoratione excusare se valeat.

Bellafius.

A N N O T.

PRagmatica Titulorum renovata est Proclamate Excell. Gubernatoris Marchionis de Leganes diei 14. Decembris 1639., in quo enunciatur Senatum Excellentissimum observantiam prohibitionis Titulorum demandasse etiam decreto diei 17. Maji 1631.

Megnus Fossatus.

Ordo,

Ordo, ut construantur processus super querelis Fiscalium. 1613

Prætori Vogoniæ.

DIlecte noster. Ad formandam inquisitionem contra Bartholomæum Benzonum de receptatione Banniti appellati il Pajorta, sufficientia non adsunt inditia, ut ex relatione vestra; agnovimus propterea initium processus ut vitiosum, nempe ad expositionem Fiscalis. Quare mandamus vobis, ut ex utroque capite ulterius non procedatis, & in futurum etiam abstineatis à procedendo super similibus Fiscalis expositionibus, quæ à jure, & ab ordinibus improbantur præsertim ad specialem inquisitionem. Mediolani die xxviii. Octobris MDCXIII.

Ordine, che li Fanti, nell' atto d'eseguire alcun precetto Reale, non possino ricevere cosa alcuna, secondo la disposizione de' Statuti.

AVendo il Senato Eccellentissimo, per ovviare a molti disordini, che nascevano, per sue lettere patenti ordinato, e dichiarato, che li Fanti nell' atto di eseguire alcun precetto esecutivo reale, non possino per tal' esecuzione scodere, ne farsi dare dagli Esecutandi mercede alcuna, dato, o non dato il Depositario alla forma de' Statuti, nè manco possino conseguire per detta loro mercede più di quello contengono gli ordini, come per dette lettere patenti date sotto il dì primo del presente mese, ed anco ordinato per altre lettere patenti, che il sudetto primo ordine si registri, e pubblichi alli luoghi soliti, perchè pervenghi a notizia d'ogn' uno.

Per tanto l'Ill. J. C. Collegiato il Sig. Carlo Besozzo Giudice ordinario di Milano al fegno del Cavallo, ed in questa parte delegato dal detto Eccellentissimo Senato, ha comandato che si registri, e pubblichi il sudetto Ordine: e per esecuzione d'esso, per tenore della presente Grida, ordina, e comanda, che niuno delli Fanti presenti, e che saranno nell'atto, che da loro sarà eseguito alcun precetto reale concesso da qualsivoglia Giudice della presente Città, e Ducato, non ardisca farsi dare danaro alcuno da quelli tali, contra quali s'avranno ad esequire detti precetti, dato, ò non dato che da loro sarà il solito depositario alla forma de' Statuti, nè manco farsi passare più di quello per detta loro mercede, che contengono gli ordini, sotto pena anco corporale all' arbitrio del medesimo Eccellentiss. Senato, conforme la disposizione di dette lettere patenti. Mediolani die trigesimo Octobris 1613.

Besutius Delegatus.
Fontana.

ANNOT.

OBservantia hujus Ordinis demandatur etiam in Ordine diei 18. Novembris 1694., & diei 3. Julii 1706.

Quenam Merces solvenda sit pro executionibus realibus habetur in Ordine diei 17. Augusti 1553. confirmato in Ordine diei 12. Octobris 1622.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut in causis falsitatum contra Notarios incidentibus processum instruat Actuarius causæ principalis.

MDCXIII. Die xxvi. Novembris.

CUm in causa quadam criminali, quæ coram Egregio Prætore Mediolani agitabatur, incidisset fortè quæstio cujusdam falsitatis à Notario quodam commissæ, cujus quæstionis cognitio, ex binis Senat. Excellentiss. declarationibus diei 10. Maji, & diei 26. Junii hujus anni, ad Abb. simul, & Prætorem spectat; Orta est inter ipsos controversia, utrum ab Actuario processus dictæ falsitatis instruendus esset; Prætoris ne, an Abbatum. Re igitur ad Senatum delata, is Ordo, audito Egregio Prætore, & Egr. Fiscali Rubeo, in hac causa præcipuè delegato, omnibusque diligenter, & maturè perpensis, ac præsertim Statuto 344. vol. 2. sic generatim de hujusmodi causis obiter incidentibus, censuit.

Quotiescunque apud Prætorem, vel alium ex Jusdicentibus in dicto Statuto 344. nominatis, causa aliqua agitabitur, in quam fortè incidat quæstio falsitatis commissæ per aliquem Notarium, eam quidem quæstionem cugnoscendam esse ab Abbatibus, una cum eo Jusdicente, uti jam declaratum est: sed processum instruendum esse ab Actuario Jusdicentis, qui processum instruit causæ principalis, firmis in reliquis manentibus jam decretis, & declarationibus, seu sanctionibus ut supra factis.

Signat. Jo. Baptista Saccus, & sigill. &c.

1614 *Ordo, ne creditor, cui satisfieri potest in pecunia, rogatur accipere bona insolutum.*

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III.

Venerandi Fratres S. Francisci Viguerîæ preces nobis dederunt sequentis exempli.

JOannes Antonius de Talentis de Florentia legavit Rev. Fratribus Monasterii S. Francisci oppidi Viguerîæ M. V. apud Deum devot. Orat. libras quatuor centum Imperiales, ut celebraretur Officium à Mortuis singulo mense in perpetuum pro anima ipsius Legantis, & ejus Defuncttorum eo vita functo hæres gravatus vendidit nonnulla bona immobilia, & pœnes emptorem Supplicantes legatas pecunias sequestrari curarunt ad præcipuum effectum, ut cum illis possent solvere Hieronymo de Troicis integrè pretium proprietatis ab eo emptæ ad effectum, ut in ea pecunia allegata implicata maneret, & hæres gravatus opposuit pecuniam minimè relaxandam, sed eum debere admitti ad solvendum ipsum legatum in tot bonis stabilibus ad formam Constit. M. V., & ita obtinuit à Vicario Prætorio Papiæ declarationem Supplicantes teneri accipere tot bona insolutum ad formam Constitut. M. V. licet Rev. Supplicantes deduxerint benefitium dandi bona esse subsidiarium nempe pecunia defficiente, hic autem pecuniam adesse, & sic illud cessare, bonaque per dictum hæredem oblara esse obnoxia fideicommissis, emphyteusis, & aliis gravaminibus affecta, ita ut datio eorum dictis RR. nimis esset damnosa quapropter ad præcidendas lites, & talis legati solutionis protelationem, & ut Divina Officia à Legante relicta celebrari possint pro illius animæ suffragio ad M. V. dicti RR. confugiunt.

Humiliter exorando dignetur decernere, ut recitatum legatum persolvatur ex narratis pecuniis ad talem effectum Saxitis ut supra, allegato beneficio dandi bona insolutum non obstante, cui in quantum expediat M V. hoc in casu derogare dignetur, quod &c.

Quibus visis attentis expositis harum serie decernimus legatum prædictum solvi debere ex recitatis pecuniis ad eum effectum sequestratis ut supra, non obstante allegato benefitio dandi bona insolutum, cui quatenus opus sit, hac in parte derogamus. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 4. Martii 1614.

A N N O T.

OPtimo jure Senatus Excellentissimus sic decrevit; quoniam dubium non est dispo-
1 sitionem Novar. Constit. *de bonis in solutum dandis* esse subsidiariam, & procedere
ubi debitor non habeat pecuniam, qua possit creditorem dimittere Novar. *de datione
in solut. quæst. 6. n. 1.*, Costa *de remed. subsid. remed. 3.*, Oldrad. *de litter., & mandat. princip.
prælud. 7. sub n 238.*, Rota Rom. *decis. 98. n. 7. par. 5. recent.*; cumque debitor ad justi-
2 ficandam impotentiam solvendi debitum in pecunia numerata probare debeat se non
potuisse invenire emptorem bonorum suorum Costa *ubi supra n. 3.*, & alii plures apud
Novar. *d. quæst. n. 4.*, merito in hoc casu Hæres exclusus fuit à benefitio dictarum
Novar. Constit., cum justificare non posset se non invenisse emptorem bonorum sta-
bilium pro solvendo legato; cum de facto sequestratum fuisset pœnes emptorem
pretium nonnullorum bonorum ab ipso venditorum. *Magnus Fossatus.*

Ordo, quòd Civis immunis ob numerum duodecim liberorum teneatur pro ejus bonis ruralibus ad expensas locales Communitatis, in cujus territorio sita sunt.

MDCXIV. Die xxx. Maji.

IN causa appellationis, & dictionis nullitatis interpositæ, & dictæ per J. C. C. Pompejum Lampugnanum ab ordinatione contra eum facta per DD. Quæstores Redituum Ordinariorum Status Mediolani ad favorem Communitatis, & hominum loci Angleriæ Verbani Lacus sub die decimo quarto mensis Julii anni 1609. in tertiis, & ad referendum commissa per Senatum Excellentissimum Magnif. Senatori D. Ludovico Acerbo super mutuis ipsarum Partium precibus sub die vigesimo tertio mensis Augusti anni 1610. Audita in ipso Excell. Ordine relatione dictæ causæ appellationis, & dictionis nullitatis facta per ipsum Magnif. Senatorem Acerbom, & de agitatis in ea causa coram eo, & maxime continentia dictæ ordinationis Magistralis, qua ipse Magistratus declaravit dictum J. C. Pompejum Lampugnanum teneri pro æstimo bonorum per eum possessorum in loco, & territorio Angleriæ prædictæ descriptorum, & censitorum ad catastrum rurale, & astringi debere ad solutionem ejus tatæ, & contingentis portionis onerum in dicto Communi juxta repartus factos, & faciendos ab Agentibus dictæ Communitatis, non obstante immunitate dicti J. C. ob privilegium duodecim liberorum, auditaque continentia libelli appellatorii per dictum J. C. Lampugnanum superinde producti sub die vigesimo tertio dicti mensis Augusti dicti anni 1610., contradictionisque ipsi libello factæ per dictam Communitatem sub die primo mensis

1614

mensis Septembris dicti anni 1610. una cum hinc inde replicatis, & responsis, nec non ordinatione dicti Magistratus facta inter fratres Ribroccos pariter exemptos ex consimili privilegio immunitatis ob duodecim liberos, & Communitatem loci Pontificuroni super solutione consimilium onerum, aliisque decretis, & ordinamentis ejusdem Magistratus in materia solutionis onerum, relatisque motivis partibus excitatis, cum responsionibus eis datis, & item auditis Advocatis ambarum partium in ipso Excellentiss. Senatu allegantibus, & dicentibus ex parte dicti Lampugnani fuisse per ipsum Magistratum contra dictum Lampugnanum pronunciatum nulliter, & etiam iniquè stante dicta immunitate ipsius Lampugnani ob duodecim liberos, per quam asserebat se exemptum ab omnibus oneribus extraordinariis ex dispositione juris, & privilegii dictæ ejus immunitatis, Novarumque Constitutionum, & etiam ab omnibus oneribus personalibus, & expensis Communitatis, quia Mediolani habitet; contrarium autem dicentibus Advocatis dictæ Communitatis, nempè privilegium immunitatis dicti Lampugnani non extendi nisi ad onera extraordinaria Cameralia, & ad ea tantum limitatum esse, onera autem imposita per Communitatem dici ordinaria ex dispositione juris, & Statutorum Mediolani cap. 220. vol. 2., bonaque per Lampugnanum possessa non esse ejus propria, sed eidem ab uxore in dotem data, & pro eis teneri solvere, prout antea fiebat ex dispositione Nov. Constit. *tit. de oneribus in principio*, bonaque Lampugnani ad Catastrum rurale esse censita, & ideo onera Ruralia sustinere debere, cum in Civitate nihil solvant, tanto magis cum Lampugnanus utilitatibus Communitatis gaudeat, attendendamque esse ipsius Communitatis consuetudinem circa modum repartiendi onera, à qua recedi non debet, maximè eum in simili casu alias fuerit pronunciatum pro ipsa Communitate contra quon. Com. Jo. Baptistam Serbellonum pariter exemptum ex privilegio ob duodecim liberos, & habitantem in Civitate Mediolani. relatisque etiam litteris dicti Excellentiss. Senatus datis ad dictum Magistratum, à quo exquisivit rationes, quibus adductus, in eam devenerit sententiam, præcipuè verò cur inter ipsa onera, ad quorum contributionem declaratum est Lampugnanum teneri, aliqua connumeraverit, quæ merè personalia sunt, à quibus exempti dici jure possunt Cives Civitatem ipsam cum familia assiduè, aut saltem pro majori anni parte incolentes, una cum responso dicti Magistratus dato sub die decimo mensis Decembris proximè præteriti, & omnibus accuratè perpensis, omnibus modo &c.

Censuit Senatus fuisse per ipsum Magistratum benè judicatum favore dictæ Communitatis Angleriæ, maleque per dictum J. C. Lampugnanum fuisse appellatum, & de nullitate dictum.

Annonus.

ANNOT.

Responsum Illustrissimi Magistratus Senatui Excell. exaratum, in quo adducit fundamenta ejus sententiæ, per extensum refertur ab Oppizzon. *de onerib. par. 1 pag. mihi 146.*

Ordinatio ejusdem Illustrissimi Magistratus facta in causa vertente inter fratres Ribroccos, & Communitatem Pontificuroni superius enunciata, est per extensum pænes eundem Oppizzon. *d. part. pag. 15.* *Magnus Possetus.*

Qui Ludi sint prohibiti.

MDCXIV. Die xxiii. Decembris.

Prætori Cotonei.

PEcuniæ lusus si profusior sit, quàm deceat, non lusus est, sed luctus, & calamitas Familiarum. Propterea sapienter admodum facere Gubernatores nostros, qui suis edictis lusus eos interdixerunt, quos vulgus appellat de Zarra: utpotè inventos à Diabolo, & in mundum invectos ad perniciem mortalium: qui uni sæpè sponsioni, vel jactui tota patrimonia committunt. Verum illud quoque sedulò est animadvertendum, ne per occasionem ejusmodi edictorum Judices ansam atripiant aliquos injustè molestandi, si genus hoc lusionis latius interpretari velint. Proinde vos, qui hac in re dubii Senatum consulitis, quinam ludi per edicta censeantur disertè prohibiti; scire debetis nullum adhuc super hoc extare Senatus consultum, Verumtamen Curiam nostram consuevisse de iis tantum ludis judicia exercere, qui inferius, & quidem vulgari sermone, quando vulgus eos sic nominat, adnotantur. Hi sunt igitur, *Giuoco di Dadi, a toppa, e tengo. Giuoco di carte, alla bassetta, trenta, e quaranto, crica, e lanzichinech.* Quam Curiæ praxim nos quoque approbantes, mandamus vobis, ut & ipsi eandem servetis, nec de cæteris ludis quemquam molestetis. Quòd si hominum malitia ludos alios induxerit, instar prohibitorum, quamquam nomine, vel forma diversos, opportunè providebimus.

Signat. Gallaratus, & Squarciaficus.

Ita est in actis infrascripti Egr. Secretarii Excell. Senatus Mediol. Jo. Bapt. Sacchi.

1614 *ANNOT.*

LUdorum prohibitio pluries renovata est per Excell. DD. Gubernatores, & signanter
1 Proclamate diei 29. Martii 1726., renovato die 21. Aprilis 1732., & Proclamate
diei 7. Martii 1738. promulgato ex Ordine Excell. D. Gubernatoris Comitis Traun eximia pietate, singularique erga pauperes caritate ornati, omnique laude dignissimi, in quibus ludi prohibiti specificè enumerantur, & sunt: *il Faraone*: *Bassetta*: *Biribis*: *Ginoco d'Inghilterra*: *Trenta, e Quaranta*: *Lanzinetto, e qualunque altro di Zara o con Dadi, o con Carte*. Eodem anno Proclamate diei 23. Decembris addita fuit prohibitio ludorum nuncupatorum *l'Arbore Imperiale, e Bissotta*; & demum Proclamate diei 7. Septembris 1739. prohibiti sunt ludi nuncupati *della Cavagnola, e della Cingarella Indovina*, & omnes alii qui excogitari possint, ejusdem naturæ.

Pœna ludentium hisce ludis prohibitis est pro qualibet vice, & persona, mulcta aureo-
2 rum mille auri in auro, Relegationis per triennium à toto Mediolani Dominio, & major etiam corporalis ad arbitrium S. E.

Si quis autem ludat uno sero ludo prohibito pluries vincendo, & pluries perdendo, non
3 dicitur plura delicta commisisse, sed unum tantum, quia illi ludi continuato tem-
4 pore facti reputantur pro uno ludo; qui tunc dicitur completus, & absolutus, cum Lusores recedunt, Rubeus *de validitate legali cap.* 31. *n.* 55., Magnificus Senator Bonettus *de armis cap.* 6. *n.* 18., & alii relati à Sabell. *in sum.* §. *ludus n.* 2.

De jure communi omnes alearum ludi prohibiti sunt, & tantum permittuntur, qui con-
5 sistunt in exercitio corporis, vel ingenii, ut sanxit Justinianus *in l. fin. C. de religios., &*
6 *sumpt. funer.*, & tradit J. C. Paulus *in l.* 2. *ff. de aleator.*; aleæ autem nomen omnem fortunæ ludum complectitur, ut scribit Cujac. *in lib.* 4. *C. tit.* 34., & Farinac. *pract. crim. par.* 3. *quæst.* 109. *n.* 9., & ludi consistentes in exercitio corporis, vel ingenii enumerantur à Borell. *de edict. Magistrat lib.* 3. *cap.* 11. *à n.* 14. *ad* 40.

Plures pœnæ de jure communi impositæ sunt contra ludentes ludis prohibitis, & recen-
7 sentur a laudato Borell. *d. cap. à n.* 41. *ad* 54.

Sancita a Justiniano circa ludos, consuetudine ferè generali sublata sunt, ut monet Me-
8 renda *controver. lib.* 15. *cap.* 22., & apud omnes ferè populos Chartarum ludum invaluisse testantur DD., & Theologi relati à Sadarino *resp.* 50. *n.* 19.

Mediolani, exceptis ludis expressè prohibitis supra enumeratis, omnes Chartarum ludi
9 permissi sunt ex Proclamate Illustriss. Magistratus Reddit. Ordinar. diei 15. Decembris 1651., & diei 14. Februarii 1667., ut refert Sadarin. *ubi supra n.* 14.

Pro bono regimine Civitatis ludos omnes egregiæ quantitatis prohibendos esse monent
10 DD. relati a Sadarin. *d. resp. sub n.* 4. *versic. secundo*; cum Reipublicæ interfit ne quis
11 fortunis suis abutatur ad *text. in* §. *fin. Instit. tit. de his qui sunt sui, vel alieni jur.*; hinc Excell. hujus Status Moderator D. Don Carolus de Aragonia Dux Terrænovæ, proclamate diei 23. Martii 1584 prohibuit Nobilibus, & Negotiatoribus divitibus ludere ultra aureos vi-
12 ginti; aliis vero ultra aureos quatuor; verum hoc Proclama non fuisse servatum testatur Porrus *fascicul. rer. crim.* §. *ludus pag. mihi* 47.; quod mirum esse non debet; nam alia Proclamata circa prohibitionem ludorum promulgata superius recensita, hisce etiam temporibus præcipuè à Nobilibus male observantur cum maximo Familiarum detrimento; & de consuetudine recepta in tota ferè Europa permitti ludos ingentis pecuniarum
13 quantitatis testantur Farinac. *d. quæst.* 109. *n.* 134., & alii apud Sadarin. *d. resp. n.* 32.

Quam perniciosus sit ludi abusus noverunt etiam statuentes nostri; unde Familiarum indemnitati consulere volentes Statuto *Cap.* 428. *vol.* 1., disposuerunt, instantibus tribus, vel quatuor proximioribus Agnatis, vel Cognatis, teneri Judicem infra tertiam diem
14 proclamari facere per Præconem, quod talis est lusor ludi reprobati, & quod nullus debeat secum contrahere, & habeatur perinde, acsi bonis ejus legitime fuerit interdictum, & jure merito sic fuit dispositum, quia Lusores in jure reputantur Lapida-
15 tores suorum bonorum, & propterea illis tamquam malè utentibus sua substantia,
16 sicut & prodigis interdicitur administratio, ut probat Farinac. *d. quæst.* 109 *n* 60.; & Lusores habituales ultra pœnas supra recensitas incurrere debere etiam suspensionem
17 administrationis suorum bonorum disponitur in superius enunciato Proclamate diei 23. Decembris 1738.

Retentio pecuniæ acquisitæ ex ludo prohibito, vel ejusdem amissæ repetitio an & quando
18 competat, latè tractant Farinac. *d. quæst.* 109. *n.* 175., *& sequ.*, & Sadarin. *d. resp.* 50. *per tot.*, apud quos alii concordantes.

Satellitibus dicentibus invenisse ludentes ludis prohibitis esse credendum tenet Borell.
19 *d. cap.* 11. *n.* 91.

De materia ludorum prohibitorum tractant Farinac. *d. quæst.* 109. *per tot.*, Menoch. *de arbitrar.*
20 *cas.* 399. *per tot.*, & plures alii collecti à Borell. *loc. cit. n.* 55., & a Sabell. *in sum.* §. *ludus*.

Magnus Fossatus.

Concordia Jurisdictionalis inter Forum Ecclesiasticum, & Forum Sæculare Mediolani, unà cum Approbatione Regiæ Catholicæ Majest., & Confirmatione Sanctiss. D. N. Pauli Papæ V., ac Edictis utriusque Fori.

CAPUT I.

1615 QUando Ecclesia, Clerici, seu personæ Ecclesiasticæ agunt pro quibuscunque bonis Ecclesiasticis, mobilibus, se moventibus, immobilibus, & juribus, seu quovis titulo, sive universali, sive particulari, sive inter vivos, sive ex ultima voluntate vel alias quomodolibet ad Ecclesiam, Clericos, seu personas Ecclesiasticas uti tales spectantibus, & pertinentibus, sive agant actione

actione personali, reali, mixta, in rem scripta, vel alia quacunque, tàm in possessorio, quàm in petitorio, etiam si laicus probabiliter neget ea bona, jura, & ut supra esse Ecclesiæ, vel ut supra, aut ad eam, & ut supra spectare, & pertinere, agere possint contra laicos, tàm in foro Ecclesiastico, quàm in Sæculari, prout ipsis placuerit.

CAPUT II.

Circa actionem hypothecariam, extra materiam legatorum piorum, relinquatur dispositioni juris communis.

CAPUT III.

Excipiuntur causæ, quas moveri contigerit per Ecclesiam, vel Clericos vigore Novarum Constitutionum, & Novarum Bullarum Pontificiarum editarum, vel edendarum; Nàm hoc casu agendum erit coram eo Judice, ad quem de jure communi, vel aliàs, circumscripta tantum consuetudine, cognitio illius causæ spectabit; Bulla tamen Pii Quinti contra illegitimos moderetur, seu restringatur, ut in emphyteusibus, & feudis Ecclesiasticis factis, seu concessis ante dictam Bullam possint illegitimi succedere secundum dispositionem juris communis.

CAPUT IV.

Excipiuntur etiam causæ, in quibus Ecclesiæ, seu Monasteria prætenderent aliquam hæreditatem alicui Monacho, seu Moniali, seu cujusvis ordinis regulari personæ ab intestato delatam; eo enim casu agendum erit coram Judice Sæculari tantum, tàm in possessorio, quam in petitorio.

CAPUT V.

Si verò Ecclesia, Clerici, seu personæ Ecclesiasticæ agere voluerint ad consecutionem Primitiarum, Decimarum, & aliarum Ecclesiasticarum obventionum, seu legatorum piorum, fructuum, pensionum, vel fictorum simplicium, aut fictorum perpetuorum, seu libellariorum, & censuum, ac dependentium, contra laicos, conductores, colonos, emphyteutas, libellarios, pensionarios, censuarios, seu aliàs ex præmissis causis debitores Ecclesiæ, Clerici, seu personarum Ecclesiasticarum uti talium ut supra, agere possint tàm in foro Ecclesiæ, quàm in Sæculari, & hoc indistinctè, sive de credito constet per scripturam publicam, vel privatam, sive non: Quòd si agere voluerint contra alios debitores, puta, ex causa mutui, depositi, aut pretii rei Ecclesiasticæ venditæ, aut quacunque alia ex causa, possint, si velint, pariter agere contra laicos tàm in uno, quàm in alio foro, dummodo constet de credito per publicum instrumentum, vel scripturam privatam subscriptam manu debitoris, vel alterius de illius mandato, salvis tamen iis privilegiis, quæ Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis respectu fori, de jure communi competunt pro conveniendis laicis in foro Ecclesiastico. 1615

CAPUT VI.

Quo verò ad bona patrimonialia, vel laicalia Clericorum, seu personarum Ecclesiasticarum gaudentium fori privilegio, si ejusmodi personæ agant de consequenda, vel recuperanda quantitate pecuniarum, fructuum, mobilium, semoventium, vel his similium, quacunque ex causa tàm inter vivos, quàm ex ultima voluntate ad eas quomodolibet spectantium, & pertinentium, vel eis debitorum, possint agere contra quoscunque laicos debitores ex præfatis causis in foro Ecclesiastico, modò tamen de credito constet per publicum instrumentum, vel scripturam subscriptam manu debitoris, aut alterius de illius mandato; Cum declaratione, quòd ex speciali concessione Sanctissimi appellationes in dictis causis patrimonialibus non committantur extrà Statum Mediolani, nisi summa petita excedat valorem aureorum duorum mille; & quòd actiones redditionis rationis, mercimonii, institoriæ, tutelæ, & similes incertæ, & generales occasione patrimonialium; seu laicalium deducantur in foro Sæculari contra laicos.

CAPUT VII.

Ubi verò Clericus, seu persona Ecclesiastica agit contra laicum ad aliquam rem laicalem, vel patrimonialem ex iis, quæ pro immobilibus reputantur, puta, domum, fundum, jura aquarum, servitutem, dominium, proprietatem census, vel proprietatem redditus, & similia, quacunque actione agat, conveniat laicos in foro Sæculari, tàm in petitorio, quàm in possessorio; Idem si ex causa patrimoniali agat petitione hæreditatis ad universam hæreditatem, seu ejus partem, tàm ex testamento, quàm ab intestato.

CAPUT VIII.

In omnibus supradictis causis illud observandum est, ut semper judicium in eo foro finem accipiat, in quo cœptum fuerit, Præterea si Clericus, vel Ecclesia, vel Ecclesiastica persona agere voluerit ex jure cesso à laico, si titulus cessionis sit principalis, & non accessorius alicui alii titulo, vel contractui, puta, venditionis, transactionis, donationis, vel aliorum, in quibus titulus cessionis accessoriè veniat, agendum erit in foro Sæculari, & hoc ne in fraudem fori Sæcularis fiant cessiones ad favorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum.

CAPUT IX.

Et quòd per hanc Concordiam, respectu fori, non intelligatur derogatum privilegio Fisci, itaut omnes causæ Fiscales cognoscantur, & in eis bonorum apprehensiones,

1615 nes, ac liquidationes fiant per illud Tribunal, ad quod spectant, servatis privilegiis Fisco competentibus.

CAPUT X.

Circa brachium sæculare, quoàd sententias per Judices Ecclesiasticos in Statu, & Provincia Mediolani latas, in bonis Ecclesiasticis, seu ad Ecclesiam, Clericos, personasvè Ecclesiasticas uti tales pertinentibus, vel aliis Ecclesiæ, vel utsupra adjudicatis, mobilibus, immobilibus, & aliis, de quibus In primo Capite, executio fieri possit sine invocatione brachii sæcularis cum Familia armata solita Archiepiscopi. Verùm executio, de qua in hoc capite, restringatur ad Judices Ecclesiasticos Mediolani, ita tamen, ut si causæ ad forum ejusdem Ecclesiæ Mediolanen. quomodolibet spectantes, per appellationem, aut per avocationem, vel aliis modis fuerint devolutæ, aut introductæ coram Judicibus Ecclesiasticis aliarum Civitatum Status, aut Provinciæ Mediolani, executio nihilominus fieri possit sine invocatione brachii sæcularis juxta hujus capitis formam.

CAPUT XI.

In actionibus personalibus contra laicos debitores Ecclesiæ, Clerici, seu personarum Ecclesiasticarum uti talium, prout in quinto Capite, possit fieri quævis executio in bonis mobilibus laicorum sine invocatione brachii sæcularis; at in immobilibus laicalibus non fiat sine invocatione brachii sæcularis, quòd concedi debeat servata dispositione juris communis. In actionibus verò personalibus ex causa patrimoniali, de quibus in sexto Capite, possit fieri executio in bonis mobilibus laicalibus sine invocatione brachii usque ad summam aureorum ducentum, & non ultrà; In immobilibus autem non fiat sine invocatione brachii utsupra. In executione verò per capturam personæ debitorum brachium sæculare non invocetur contra debitores Ecclesiæ, Clerici, seu personarum Ecclesiasticarum utitalium, de quibus in dicto quinto capite; ad illud omninò invocetur respectu debitorum ex causa patrimonialium, de quibus in dicto sexto capite. Et amplius restringatur executio ad Judices Ecclesiasticos Mediolani cum declaratione in omnibus, & per omnia, prout in capite decimo.

CAPUT XII.

In causis criminalibus mixti fori possit Judex Ecclesiasticus procedere contra laicos, eos distringere, & condemnare, ac contra eorum personas exequi absque invocatione brachii sæcularis, necnon etiam exequi possit in eorum bonis mobilibus usque ad summam aureorum ducentum, & non ultrà absque eadem brachii invocatione, at in immobilibus non liceat sine brachio sæculari; salva præventione, juxta juris communis dispositionem. Et hoc quò ad Judices intelligatur cum restrictione, & declaratione, de qua in decimo, & repetita in præcedenti capite.

CAPUT XIII.

Circa Virgines Varisii, dignis de causis, & respectibus permittatur earum Collegium prout antea, etiam sub nomine, & cum invocatione Sancti, vel Sanctæ, reservata Archiepiscopo correctione, & jurisdictione circa approbationem regulæ, & in respicientibus cultum Divinum, salutem animarum, & legatorum piorum dispensationem, & executionem; Circa quam tamen executionem legatorum piorum respectu fori sæcularis servetur juris communis dispositio; Ita tamen, ut ex hoc capite nullum desumatur exemplum, nec aliquid inferri unquam possit ad alium quempiam casum pro una, vel altera parte.

CAPUT XIV.

Circa officium Æconomatus, tollantur abusus Æconomi, prout de eis constiterit.

CAPUT ULTIMUM.

HÆc autem Concordia intelligatur facta, si, & quatenus approbetur à Sua Sanctitate, & Sua Regia Majestate, & non aliter; Ita tamen, ut in primis fiat utrinque revocatio omnium proclamatum, & edictorum conditorum, seu editorum à Ministris Jurisdictionis Ecclesiasticæ, vel Sæcularis, quibus Notarii, Procuratores, & Litigantes directè, vel per indirectum possent retrahi ab agitandis causis in uno, vel altero foro respectivè ad illa pertinentibus. Dat. Romæ die Martis secunda Junii MDCXV.

Fed. Card. Borrom. Archiep. Mediol. — Don Pedro de Toledo Osorio.

Littera Reg. Cathol. Majest. ad Illustriss., & Reverendiss. D. Fed. S. R. E. Card. Borromæum, Archiep. Mediolani, de Concordiæ approbatione.

DON FELIPE por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Navara, y de las Indias &c. Archiduque de Austria, Duque de Milan, de Borgoña, y de Brabante, Conde de Aspurg, de Flandes, y de Tyrol &c.

Muy Rever. en Christo Padre Cardenal Boromeo Arçobispo de Milan nuestro muy caro, y muy amado amigo, Reciviose vuestra carta de 26. de Setiembre del año prosimo pasado, que me escrivistes en creencia del Canonigo Benito Beolco, que la trujo, y ha cumplido bien con lo que le

le encargastes me comunicase, y haviendo visto, y considerado el gran zelo que en ella mostrais de que se acaben de assentar las diferencias de Juridicion, que tanto tiempo ha se traten entre el fuero Ecclesiastico, y Secular de essa Ciudad, y el que siempre he tenido de lo mismo, he venido en aprobar la Concordia, que se establecio en Roma en la forma, que entendereis del dicho Canonigo, y mi Governador de esse Estado, el qual os dara la carta, que yo le escribo sobre ello paraque veais la dicha aprobacion, y no dubdo de las oraciones, que vos, y vuestro Clero dezis haver hecho hasta aqui à Dios por mi salud, y conservacion de los Reynos, y Estados, que el me ha encomendado, ni de que da qui adelante no se dejarà de hazer lo mismo con mayor fervor mediante la paz, y quietud, que causarà esta Concordia, y creed que conforme a esto, y a lo mucho, que merece vuestra persona, serà a cuenta, que yo tenrè della en todas ocasiones, y sea muy Reverendo en Christo Padre Cardenal nuestro Señor en vuestra continua guarda. De Madrid à 18. de Abril de mil, y seiscientos, y diez y siete años. 1615

YO EL REY.

Luis Ortiz de Matienzo.

Signum Illustrissimi Præsidis.

V.Comes Thesaur. V.Quint.Duegna R.
V.Caimus R. V.Carolus de Tapia R.
V.Montoya de Card. Regens. V.Don Philippus de Haro R.
V.Marius Cannizar R.

A tergo. Al Muy Reverendo en Christo Padre Cardenal Borromeo Arçobispo de Milan nuestro muy caro, y muy amado amigo. Et sigillat. &c.

Approbatio Reg. Cath. Majest. per litteras ad Illustriss., & Excellentiss. D. Don Petrum de Toledo Osorium Villafranchæ Marchionem, & Status Mediolani Gubernatorem &c.

DON FELIPE por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Navara, y de las Indias &c. Duque de Milan &c.

Illustre Marques de Vilafranca primo del mi Consejo de Estado, mi Governador, y Capitan General del mi Estado de Milan; Con esta se os embia una copia dela Concordia, que se establecio en Roma sobre las diferencias de Juridicion, que ha havido entre el Fuero Eclesiastico, y Secular de essa Ciudad, que yo he aprobado, rubricada de Luis Ortiz de Matienzo mi infraescripto Secredario. Yo os encargo, y mando proveais, y deis orden que se hagan tres copias della firmadas todas del Cardenal Borromeo, y de vos, la una paraque se guerden en el Archivo del Senado, y la otra paraque se dè al mismo Cardenal, y la tercera paraque de consentimiento de los dos se embie a Roma à fin que Su Santitad la confirme, y que demas desto en conformidad dela dicha Concordia hagais se reboquen los bandos, y se observe lo demas que en ella se contien. Y porque desta carta os darà el Canonigo Benito Beolco el duplicado que le he mandado entregar, quiero que despues que le huviere des leydo, le bolvais al dicho Cardenal, paraque por el le pueda constar de la aprobacion que he becho dela dicha Concordia, y que hagais guardar en el Archivo dela dicha Cancelleria Secreta esta carta con la copia dela misma Concordia rubricada por el dicho mi infrascripto Secredario, y embiar copia dela dicha carta autenticada por la dicha Canceleria Secreta al Senado. Que por ser todo lo que aqui ordeno conveniente a mi servicio, procede assi de mi voluntad. De Madrid à 18. de Abril de mil, y seiscientos, y diez y siete años. Duplicado.

YO EL REY.

Luis Ortiz de Matienzo.

Signum Illustrissimi Præsidis.

V.Comes Thesaur. V.Quint.Duegna R.
V.Caimus R. V.Carolus de Tapia R.
V.Montoya de Card. Regens. V.Don Philippus de Haro R.
V.Marius Cannizar R.

A tergo. Al Illustre Marques de Vilafranca, primo del mi Consejo de Estado, mi Governador, y Capitan General del mi Estado de Milan &c. Et sigillat. &c.

Exemplum verò Concordiæ, de quo in dictis Regiis litteris, est tenoris suprascripti, quòd hic propterea non repetitur.

Revocatio Proclamatum Fori Sæcularis.
In Actis Officii Statutorum Mediolani, inter alia, scriptum est, ut infrà, videlicet.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

L'Illustrissimo, ed Eccellentissimo Signore, il Sig. Don Pietro de Toledo Osorio, del Consiglio di Stato di Sua Maestà, suo Capitano Generale, e Governatore dello Stato di Milano &c. Per esecuzione della Concordia stabilita sotto li 2. Giugno

1615 gno MDCXV. tra il foro Archiep., ed il foro Secolare di questa Città di Milano sopra alcune controversie di giurisdizione, e per ordine anco particolare avuto da S. M. sotto li 18. d'Aprile prossimo passato, ha risoluto di fare la presente Grida; Con la quale

Revoca, ed annulla tutti, e qualunque Bandi, Gride, ed Ordini fatti, over pubblicati da Sua Eccellenza, o da' suoi Antecessori, Governatori, o altri Ministri della Regia Ducal giurisdizione di questo Stato, per li quali li Notari, Procuratori, o Litiganti, potessero direttamente, o per indiretto impedirsi, o ritraersi dal fare, o agire nel detto foro Archiepiscopale le cause, che ad esso si appartengono.

Ed affinchè niuno ne possa pretendere ignoranza, comanda Sua Eccellenza, che la presente Grida sia stampata, e pubblicata nei luoghi soliti.

Dat. dal Campo sopra Vercelli a' 30. di Giugno MDCXVII.

Signat.

Don Pedro de Toledo Osorio.

V.Salamança. Subscr.Proveria. Et sigil.&c.

Cridat.die Sabbati primo Julii MDCXVII. sono tubarum præmisso in Broleto novo Communis Mediolani, & ad Januam Curiæ Arenghi Mediolani per Jacobum Philippum de Furmentis publicum Præconem dicti Communis, prout retulit &c.

Angelus Hieronymus Bonus Coadjutor Gubernatorum prædicti Officii Statutorum Mediolani subscripsit.

Revocatio Edictorum Fori Archiepiscopalis.

FEDERICUS Miseratione Divina Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Borromæus, S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus.

Essendosi stabilita la Concordia sopra alcune controversie di giurisdizione tra il foro nostro Archiepiscopale, ed il foro Secolare di questa Città sotto li 2. di Giugno MDCXV.

Noi per esecuzione di essa col presente Editto revochiamo, ed annulliamo tutti, e qualunque Editti, ed Ordini fatti, o pubblicati da Noi, Nostri Precessori, o altri Ministri di questa Archiepiscopale giurisdizione, per li quali li Notari, Procuratori, e Litiganti, potessero direttamente, o per indiretto impedirsi, o ritraersi dal fare, o agitare nel detto foro Secolare le cause, che ad esso si appartengono.

Ed acciocchè il presente Editto possa venir a notizia di ciascuno, ordiniamo, che si pubblichi, e sii affisso ne i luoghi soliti. In quorum fidem præsentes manu nostra signatas, sigilloque Archiepiscopali munitas, per Rever. Cancellarium nostrum Archiepiscopalem subscribi mandavimus.

Dat. ex Palatio nostro Archiepiscopali die trigesimo mensis Junii MDCXVII.

Fed. Card. Borromæus Archiep. Mediol.

Ludovicus Barbavaria Canon. Ord., & Cancell. Archiep.

Et sigillat. &c.

Anno à Nativitate D. Nostri Jesu Christi MDCXVII. Indictione decimaquinta, die verò Sabbati prima mensis Julii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Divina Providentia Papæ V. anno 13. Antescriptum Edictum affixum fuit valvis Metropolitanæ Mediolanensis Ecclesiæ, & Palatii Archiepiscopalis, necnon Canonicæ DD. Canonicorum Ordinariorum dictæ Metropolitanæ, ac aliis locis publicis, & solitis Civitatis per Franciscum Introbium, Jo. Paulum Trombonum, Beltramum Gattinonum, & Christophorum Bonellum publicos Cursores Curiæ Archiepisc. Mediolani. In quorum fidem &c.

Ludov. Barbavaria Can. Ord., & Canc. Arch.

Confirmatio Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ V.

PAULUS PP. V.

Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Expositum nobis nuper fuit pro parte tua, & dilecti filii nobis viri Petri de Toledo Osorii Status Mediolani pro Carissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico Gubernatoris, quòd prætendente Promotore Fiscali Ecclesiæ Mediolanen. posse, etiam ex antiquissima consuetudine, ab Ecclesiasticis indistinctè trahi laicos ad Ecclesiasticum forum, quacunque ageretur actione, vel remedio, & tàm respectu bonorum Ecclesiasticorum, quàm respectu laicalium, vel patrimonialium, etiam privativè ad forum Sæculare, nec non Ecclesiasticos Judices exequi posse in laicorum personis, & bonis, etiam immobilibus per proprios, & alienos Executores; Regii autem Fisci Procuratore in dicto Statu Mediolanen. consuetudinem hujusmodi negante, quinimò aliam consuetudinem contrariam allegante, fuisse videlicet ab antiquissimo tempore observatum, ut

1615

ut Ecclesiastici forum Rei sequerentur, & executio in bonis, & personis laicorum nonnisi cum sæcularis brachii invocatione fieret, nonnullisque aliis exortis jurisdictionalibus controversiis, illæ demum in Urbe, & coram Venerabili Fratre nostro Benedicto Episcopo Sabinen. Justiniano, ac dilectis filiis nostris Joanne Garcia Sanctorum Quatuor Coronatorum Millino, Marcello Sanctorum Quirici, & Julittæ Lantes, Fabricio Sancti Augustini Verallo, & Horatio Sancti Salvatoris in Lauro titulorum Presbyteris Cardinalibus Lancellotto respectivè nuncupatis, per nos ad hoc specialiter deputatis agitatæ fuerint, & sub die secunda Junii MDCXV conclusa infrascripta Concordia, si, & quatenus à præfato Philippo Rege approbaretur, ac à nobis confirmaretur, ita tamen ut in primis fieret revocatio omnium proclamationum, & edictorum conditorum, seu editorum à Ministris Jurisdictionis Ecclesiasticæ, vel Sæcularis, quibus Notarii, Procuratores, & Litigantes directè, vel indirectè possent retrahi ab agitandis causis in uno, vel altero foro respectivè ad illa pertinentibus, prout in scriptura desuper confecta plenius continetur, tenoris hujusmodi.

(*Hic insertus est tenor Concordiæ, prout habetur supra.*)

Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat præfatus Philippus Rex postmodum dictam Concordiam approbaverit, præfatus verò Petrus, etiam ex speciali ejusdem Philippi Regis mandato, ac tu quoque juxta ipsius Concordiæ formam proclamata, & edicta revocaveritis, ac ideò Concordiam ipsam à Nobis, & Sancta Sede Apostolica confirmari, ac aliàs, ut infrà, opportunè provideri desideretis. Nos de præmissis plenè informati, iis, quæ ad sedandas præsertim inter Ecclesias, & Sæculares Principes controversias pertinent, libenter annuentes, supplicationibus tàm tuo, quàm dicti Petri nominibus nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Concordiam præfatam à Benedicto Episcopo, ac Joanne Garcia, Marcello, Fabricio, & Horatio Cardinalibus præfatis maturè, & diligenter examinatam, deque eorundem Cardinalium consilio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tàm juris, quàm facti, & quosvis alios etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; Decernentes Concordiam præfatam, ac præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia fore, & esse, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & difliniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis quibusvis personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Octobris 1617. Pontificatus nostri Anno decimotertio.

S. Card. Sanctæ Susannæ.

A tergo. Dilecto filio nostro Federico Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis Presbytero Cardinali Borromæo nuncupato, Ecclesiæ Mediolanensis ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsuli.

Et sigill. Annulo Piscatoris in cera rubea.

Publicatio Fori Archiepiscopalis.

FEDERICUS Miseratione Divina Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Borromæus, Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus.

Avendo la Santità di Nostro Signore con suo Breve dato sotto il dì 7. Ottobre 1617. confermata la Concordia giurisdizionale tra il Foro nostro Archiepiscopale, ed il Foro Secolare di questa Città; Noi col presente Editto, qual vogliamo sii stampato, ed affisso nei soliti luoghi, la pubblichiamo, e ne diamo piena notizia a tutti: Ed è di questo tenore:

(*Hic insertus est tenor Concordiæ, prout habetur supra.*)

In fede delle quali cose abbiamo comandato, che questo nostro Editto firmato di nostra mano, e sigillato col sigillo Archiepiscopale

Ee

1615 piscopale sii anco sottoscritto dal Reverendo Cancelliere Archiepiscopale.

Dat. dal Palazzo nostro Archiepiscopale in Milano alli 19. di Febraro 1618.

Fed. Card. Borromæus Archiep. Mediol.

Ludovicus Barbavaria Canon. Ord., & Cancell. Archiep.

Et sigillat. &c.

Anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo decimooctavo, Indictione prima, die Sabbati vigesimoquarto mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Papæ V. Anno XIII. Præsens Edictum Concordiæ Jurisdictionalis publicatum fuit, & affixum in Valvis Palatii Archiep., & Ecclesiæ Metropolitanæ, ac in aliis publicis locis solitis Civitatis Mediolani per Christophorum Bonellum, & Beltramum Gattinonum publicos Servitores Curiæ Archiepiscopalis Mediolani, prout retulerunt &c.

Pro Multum Rev. D. Cancell. Archiep. Jo. Baptista Pelizonus Coad.

Publicatio Fori Sæcularis.

In Actis Officii Statutorum Mediolani, inter alia sic fore scriptum reperitur, videlicet.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

Don Pietro de Toledo Osorio del Consiglio di Stato di Sua Maestà, suo Capitano Generale, e Governatore dello Stato di Milano, &c.

Volendo l'Illustrissimo, ed Eccellentissimo Signore il Signor Don Pietro de Toledo Osorio, del Consiglio di Stato di Sua Maestà, suo Capitano Generale, e Governatore dello Stato di Milano &c., che venga a notizia di ciascuno la Concordia giurisdizionale tra il Foro Archiepiscopale, ed il Foro Secolare di questa Città di Milano approvata da Sua Maestà, ed ultimamente confirmata da Sua Santità. Ha Sua Eccellenza comandato, che se ne faccia la presente Grida, con la quale la detta Concordia si notifica a tutti; Ed è del tenore seguente, cioè.

(*Hic insertus est tenor Concordiæ, prout habetur supra.*)

Ed a fine, che niuno possa pretenderne ignoranza, ha anche Sua Eccellenza ordinato, che la presente Grida sia stampata, e pubblicata nei luoghi soliti.

Dat. in Milano a' 24. di Febraro 1618.

Don Pedro de Toledo Osorio.

Vidit Salamanca. Proveria.

Et sigillat. sigillo Regio, & Ducali in cera rubea more solito.

Cridat. die vigesimo quarto Februarii 1618. sono tubarum præmisso ad scalas Palatii Magni Broleti novi Communis Mediolani, & ad Arengheriam, quæ est super lobia de Oxiis sita in dicto Broleto novo, & ad Valvas Curiæ Arenghi Mediolani per Philippum Bernachum Præconem Communis Mediolani, prout retulit &c.

Franciscus Qualea Coadjutor in dicto Officio Statutorum pro fide subscrip.

Ego Cancellarius Archiepiscopalis infrascriptus attestor prædicta omnia, & singula cum eorum originalibus, & authenticis in Archivio Archiepiscopali existentibus per me collationata fuisse, & cum eis concordare, die Lunæ xii. mensis Martii MDCXVIII.

Ludovicus Barbavaria Canon. Ord., & Cancell. Archiep. Mediol.

Ordines servandi in Curiis Criminalibus.

MDCXV. Die xv. Octobris.

Etsi per Taxam à Senatu limitatam Curiis Criminalibus hujus Dominii, & per alia ejusdem Senatus decreta satis prospectum videbatur absurdis, & corruptelis, quæ in eas irrepserant, circa exactionem honorariorum, sportularum, & mercedum, quæ ibi solvi contingeret: Intellexit tamen is Ordo nonnullos adhuc abusus per speciem receptæ consuetudinis, vel per detortas ipsius Taxæ, & decretorum interpretationes remansisse, vel in usum denuò invectos esse, per quos multæ pecuniæ ab hominibus, qui negotium in foro habent, indebitè extorquentur. Propterea cupiens Senatus eos tollere, quatuor præsertim capita infrascripta, quæ nunc maximè cognovit esse necessaria, omnino vult observari.

Primò igitur mandat, ut Fiscales particulares Curiarum nullum prorsus capiant honorarium pro relationibus status causæ faciendis à Prætoribus, Vicariis, vel Judicibus, jussu Senatus; quia ibi non est opus labore, nec interventu Fiscalium, & sic servatur ab Egregiis Fiscalibus Regiis generalibus in Curiis Mediolani; & sic intelligenda est Taxa jam promulgata.

Secundò mandat, ut Notarii, ratione ipsarum relationum nihil capiant pro scriptura

ra processus; sed librum, in quo exceptus est, sine ulla mercede deferant relaturo, ut relationem facere possit.

Tertiò mandat, ut satellites nihil omnino accipiant pro capturis, nisi eas reipsa executi fuerint, consignatis in carcere captis ipsis.

Quartò mandat, ut Prætores, Vicarii, Judices, & Fiscales nullo pacto exeant ad visitandum, & processandum, nisi gra- 1615
vibus de causis, & in levibus tantùm mittant Notarium, ut parcatur gravioribus impensis, quàm facti qualitas mereatur.

Edictum hoc ne abolescat, appendi vult Senatus in quacumque Curia hujus Dominii, impressum, & affixum publicè perpetuò illic haberi.

Jo. Baptista Saccus.

A N N O T.

REnnovatus fuit in Ordine diei 1. Septembris 1661.

Ordo circa cautionem præstandam à Victore paupere in judicio revisionis.

NOv. Constit. *tit. de Senator.* cavetur, lata sententia, à qua condemnatus velit petere revisionem, debere in primis mitti executioni sententiam, dubitatum fuit, num id procedere debeat, quando is qui obtinuit sententiam est pauper, ita ut qui petiit revisionem non sit securus de consecutione fructuum, ubi contingat ipsum obtinere in judicio revisionis: Senatus illud aliquando adhibuit temperamentum, quòd præstaretur fidejussio per vineentem, assignato termino sex mensium alteri parti ad reportandam expeditionem judicii revisorii: decisio facta fuit inter quosdam de Bibienis, 9. Novembris 1615.

Ordo circa Suspicionem ex causa affinitatis.

SEnatus die 11. Julii 1616. voluit D. Senatorem Meltium à voto abstinere in causa vertente inter Marchiones Estenses, & Com. Sancti Secundi, ex quo supererant 1616
filii ex uxore præmortua.

S C H O L I A.

ID etiam servatum fuit in persona D. Senatoris Montii die 9. Julii 1620. ob affinitatem, quæ intercesserat cum Marchionibus Littis. *Garonus.*

A N N O T.

UT suspicioni locus sit ob superexistentiam filiorum etiam dissoluta affinitate per
1 mortem Matris, filii debent esse in eo affinitatis gradu, in quo haberet locum
suspicio si viveret Mater Fontanell. *decis.* 13 *num.* 15. *par.* 1., & sic filii debent esse in
2 quarto affinitatis gradu, intra quam cadit suspicio Fontanell *decis.* 11. *num* 10., *& seq.*
par. ead.; & ita judicavit Senatus Excellentiss. mense Februarii 1724. in casu suspicio-
3 nis Magnif. Com. Senatoris Dnn Jo. Baptistæ Trotti ob superviventiam ejus filiorum
ex prima uxore Archinta jam mortua propositæ ab Excellentissima Principissa Donna
Hercula Vicecomite Rasina in ejus causa cum Excellentiss. Com. Don Carolo Francisco
à Castro-Barco-Vicecomite, & dictum fuit non esse locum petitæ suspicioni, quia
filii dicti Magnif. Com. Senatoris Trotti erant ultra quartum gradum affinitatis.
Computatio graduum in materia suspicionum fieri debet secundum jus canonicum, ut
4 probat Fontanell. *decis.* 12 *num.* 6., *& seq.*, quem sequitur Sadarin. *resp.* 26. *nu.* 15., & ca-
vetur in N. C. *tit. de offic. Quæstor. ordin. in fin.* §. *si quis*. *Mogous Fossatus.*

Ordinum anni 1580. reformatio.

MDCXVI. Die xi. Augusti.

COndidit Excellentiss. Mediolani Senatus anno 1580. Ordines aliquot ad concessionem rescriptorum pertinentes, quibus litigantium importunitati, tunc satis occurri, litium circuitus inanes, & dispendiosos, magna ex parte resecari, ac justitiæ, & subditis abundè prospici existimavit. Verùm temporum, & rerum vicissitudo, ususque ipse docuit, nondum satis fuisse provisum; quinimmo expedire, ut in eis aliqua corrigerentur, nonnulla etiam adderentur, quemadmodum præsentium temporum conditio exigere visa est. Propterea idem Senatus, cui nihil magis cordi est, quàm ut rectæ, & celeri justitiæ administrationi sit locus, & subditorum commodo, quàm maximè fieri potest, consulatur, ordinibus ipsis ad trutinam revocatis, & singulis diligenter consideratis, ac maturè discussis. Censuit illos in sequentem modum reformandos.

In primis igitur omnia, quæ ex Constitutionibus hujus Dominii circa rescripta sancita sunt, memoriæ repetenda esse, & inconcussè observari debere à Judicibus sta-

1616 tuit; ac pro clariori eorum observantia, declarat.

Quòd rescripta, quibus mandatur Judicibus ordinariis, vel aliis jurisdictionem habentibus, ut summariè, & facti veritate attenta procedant, non tollunt quominus dari debeat Consilium Sapientis, quòd aliàs ex jure municipali assumendum sit; Nec etiam censentur dare jurisdictionem, ut quis extra forum suum ad litigandum trahatur, nisi in specie id fuerit expressum: Verùm animadvertendum esse, ne id concedatur, nisi cum causæ cognitione, & ex justa causa, parteque vocata, ac etiam re in Senatu proposita; secus rescriptum sit nullius momenti.

Impetrantes rescripta teneantur intra sex dies juridicos ea præsentare Judici causæ, parte citata; aliàs nulla, & irrita sint, & Judices eo termino lapso ea non observent.

Confirmationes pactorum in forma Cameræ non tribuant jurisdictionem Executoribus Cameræ, sed partes coram Judicibus ordinariis tàm Mediolani, quàm in aliis Civitatibus, & Terris jus suum prosequantur. Quòd si illæ in contractibus inter ipsas faciendis convenerint, ut coram Executoribus conveniri possint, eo casu Executores ipsi nullum salarium sententiarum accipere possint, sed tantùm sportulas moderatas pro videndis scripturis. Si verò causam Consilio Sapientis, ubi juris articuli emergant; committi contingat, Consultor nihil plus accipere possit, quàm in aliis causis ab ordinibus cavetur. Supersedentiæ non fiant in causa appellabili post emanatum perhemptorium, & Judex, ubi fiat, ea non attenta, si voluerit, judicet.

Idem etiam in causa appellationis ubi emanata sint duo perhemptoria signata manu Judicis.

In aliis causis supersedentiæ, quæ fiunt ad effectum, ut parti supplicatio inthimetur, non habeant effectum post terminum ex Constitutionibus limitatum *in titulo de rescrip. §. si quis preces*; & eo lapso Judices procedant, nisi pars, quæ preces porrexit, provisionem reportatam præsentaverit. Prorogationes autem supersedentiarum, quæ fieri contingent, non fiant nisi per Senatorem pœnes quem erunt scripturæ, qui eas partibus negligentibus non concedat. Quòd si antequam ad Lectorem deferantur supersedentia labatur, possit illa per unum ex Lectoribus semel prorogari, modò pariter ei, qui inthimationem, & supersedentiam obtinuit, negligentia imputari non possit.

Supplicationes non admittantur, nisi sint subscriptæ à parte, vel per Advocatum, vel Causidicum, qui descriptus sit in matricula illius Civitatis, in cujus territorio causæ tractantur.

Semel decisa per Senatum non revocentur in dubium, nec iterum proponantur; & in hoc diligenter animadvertatur dum supplicationes porrectæ leguntur, & ubi ex aliqua causa id fieri debere videatur, non fiat, nisi re in pleno Senatu proposita, & primo Relatore causæ audito. Quòd si quis adversus rem decisam per Senatum supplicaverit, non facta mentione ordinationis jam factæ, ultra quòd provisio superinde obtenta nullius erit momenti, impetrans etiam teneatur ad expensas resarciendas parti adversæ, & ulterius in pœnam quinquaginta aureorum Fisco Regio applicandorum.

Non avocentur causæ ad Senatum, nisi ubi Judices jure ordinario providere non possint, & res provisione egere videatur, idque re in Senatu proposita.

Senatores nullam supplicationem expediant, nisi prius in Senatu proponatur, exceptis casibus, in quibus de forma solet provideri, & dispensari, vel dando litteras excitatorias, aut inthimatorias in casibus recursus, dispensationum, prorogationum pacti gratiæ, ac termini ad solvendum, quando summa excedet libras tercentum ut infra, vel si casus moram non patiatur.

In causa principali, & in quocumque articulo, in quo parti consuli possit per remedium appellationis, sive ab interlocutoria, sive à definitiva, nullæ fiant provisiones, sed partes ad earum Judices remittantur.

Si petatur tolli aliquam exceptionem ad præcidendas lites, vel calumniam adversæ partis, nihil concedatur nisi parte audita, & re in Senatu relata.

In causa appellationis super articulo principali non apponatur manus, nec causa ad Senatum trahatur, nisi tractetur de dolo, & fraude alicujus ex partibus, vel nisi subesset maxima æquitas ex parte petentis, aut tractetur de re valde exemplari, vel Judex malè sentiret, & in his casibus non apponatur manus nisi parte audita, & re in Senatu tractata.

Executio rei judicatæ non impediatur, nec differatur ultra disposita à jure communi. Quòd si pars de judicato conquæratur, res in Senatu proponatur, non retardata executione.

Non fiant de cætero provisiones, quòd Judices causarum civilium tàm in Civitate Mediolani, quam extra faciant relationes in Senatu, aut verbum cum Senatore.

Non fiant expeditiones, quòd non obstante appellatione executio primæ sententiæ concedatur, nisi ex evidenti calumnia appellatio interposita cognoscatur, & eo in casu res in Senatu, parte prius vocata, proponatur.

Informationes petentium immunitatem duodecim liberorum non expediantur nisi lectis in Senatu informationibus.

Cùm debitores moratorias ad solvendum imploraverint, possint Lectores in casibus non exceptis, ut infra, absque alia inthimatione usque ad summam librarum tercentum

tum dilationem in forma concedere, quæ ita intelligatur, ut sit unius mensis, & modò debitor à Senatu aliam dilationem non habuerit, ac termino sex dierum, qui non prorogetur, fidejussionem præstet de solvendo sortem, & expensas, damna, & legitimum interesse. Ubi verò pro majori summa petatur, fiat decretum in hunc modum. Pars semel respondeat, cum supersedentia dierum decem, si in Civitate Mediolani inthimandæ sint preces, si verò extra Civitatem, & per litteras, cum supersedentia dierum viginti, quæ non possit prorogari nisi utsupra dictum est in sexto capite, & scripturæ exinde in Senatu tantùm expediantur utsupra. Casus autem, quibus moratoriæ dandæ non erunt, hi sunt, fictorum simplicium, censuum, interusurii pretii bonorum immobilium venditorum, alimentorum, salariorum, & litterarum cambii. Et si quis supplicaverit non facta mentione concessionis ei prius factæ, puniatur in scutis decem Fisco Regio applicandis, & pro eo teneatur ille, qui supplicationi subscripserit, & ulterius in expensis duplicatis per partem ea de causa factis.

Non fiant expeditiones detinendi aliquos personaliter, nec in domo, & diebus feriatis, in casibus prohibitis, nisi clarè constet de malitia debitoris intervertentis modum faciendi realem executionem, vel nisi re in Senatu proposita.

Non tollantur exceptiones ritirudinis capturarum in causis civilibus, sed cognitio earum permittatur Protectoribus.

Prorogationes termini ad redimendum non fiant, nisi audita parte, & ex causa rationabili; & ultra primam vicem non fiant, nisi relatis in Senatu precibus, & responsionibus partium.

In causis fictabilium, & colonorum adversus conventa cum Dominis non fiant dispensationes super caducitate locationum invito Domino, nisi magna æquitate subsistente; idque etiam nisi prius solutis fictis, & præstita fidejussione de solvendo in futurum, ac re in Senatu proposita.

In causis emphyteotarum non fiant dispensationes adversus caducitatem ob non solutionem, nisi negotio in Senatu relato.

In causis cognoscendi articuli, an causa sit appellabilis unica tantùm de forma possit fieri prorogatio, & ulterior non concedatur.

Non fiant dispensationes adversus Constitutiones, & Statuta, ex quibus tollatur, vel lædatur jus tertii datum ex ipsis ordinibus, puta contra statutum *ascendens*, vel statutum *nulla mulier*, & alia similia.

Item nec super admittendis Notariis ante tempus ab eorum ordinibus limitatum, vel super admittendis forensibus, nisi consentientibus Abbatibus eorum Collegii.

Nullæ quoque posthac dispensationes concedantur domi, præter eas, quæ sunt de forma, sed proponantur, & expediantur in Senatu servatis ordinibus. 1616

Non concedantur prorogationes forensibus, qui bona acquisiverunt in Dominio cum eo, ut veniant intra annum habitatum, nec etiam licentiæ recedendi postquam venerint, nisi ex causa urgenti, & re in Senatu relata.

Non concedantur litteræ, quòd nulla habita ratione juramenti procedatur in causa.

Non concedantur litteræ, quòd prius cognoscatur super lapsu instantiæ, nisi depositis vigintiquinque aureis, qui pro medietate parti, & pro medietate Fisco Regio cedant, ubi instantia subesse comperiatur, & hoc ultra expensas parti persolvendas.

Non concedantur litteræ, quòd testes examinentur cum interventu Fiscalis in causis civilibus, ne Fiscales ab eorum negotiis abstrahantur: possint tamen concedi, ut cum interventu aliquorum ex Notariis, qui vocantur de Pilastro, examinentur, & etiam super interrogatoriis per partem dandis, & quòd unico contextu (ubi commodè fieri possit) examinentur, quando verisimiliter subest timor falsitatis, vel subornationis.

Non introducantur in Senatum causæ Datiorum, aut aliæ causæ Fiscales ad Magistratus spectantes, vel in eis pendentes, nisi in casibus, in quibus causæ ad cognitionem Senatus ordinariè spectarent, sed omnia semper ad Quæstores remittantur.

Idem fiat in causis litterarum cambii, quæ Abbatibus Mercatorum remittantur, ad quorum cognitionem spectant.

Audientiæ non concedantur, ubi per remedium appellationis parti succursum esse possit.

Item non concedantur in aliis, nisi ex causa, quæ prima facie indigere videatur provisione Senatus, præsertim quando additur supersedentia, & nisi supplicatione in Senatu proposita.

Audita semel causa, iterum non audiatur, & si non facta mentione in supplicatione pars subripuerit, condemnetur in scutis 25. Fisco Regio applicandis, & in duplicatis expensis versus partem, & teneatur etiam ille, qui supplicationi subscripserit.

Cùm in pubblica audientia, vel super mutuis responsis ordinatur partes uti debere juribus suis, succumbens censeatur in expensis condemnatus.

Non fiant dispensationes adversus prohibitiones testatorum, ne filii bona intra certum tempus alienent, nisi ex causa, quam si testator cogitasset, verisimile sit, quòd prohibitionem non fecisset.

Item nec adversus prohibitionem alienationis factam per testatorem, qui non sit ascendens per lineam rectam, etiam quòd dicatur faciendam esse implicationem pretii; vel illud deponendum ad eum effectum, nisi melioretur conditio fideicommissi Senatus judicio, quo in casu de eo in dispensatione fiat mentio,

Non

1616 Non fiant dispensationes super obligationibus dotium mulierum, vel super liberatione bonorum ad utilitatem mariti, quando mulier non remanet cauta pro dote super aliis bonis mariti, nisi sumptis prius informationibus de præcisa necessitate, quo casu fiat etiam consentientibus duobus agnatis proximioribus uxoris, vel in eorum defectum duobus cognatis proximioribus, quibus non extantibus non fiat nisi re in Senatu relata.

Non dentur litteræ, quod hæres scriptus, vel ab intestato esse debeat curator hæreditatis, donec deliberet de adeunda hæreditate, sed alius deputetur.

In causis criminalibus relationes, quæ definitivæ non sunt, sed tantùm statum causæ continent, referantur summatim unà cum provisione petita.

Non dentur litteræ, ut referatur status causæ, nec Judicibus Mediolani, ut de processu verbum in Senatu faciant, nisi precibus in Senatu propositis.

Pariter non injungatur, ut pendente processu, quis relaxetur, vel retineatur, aut aliud fiat, quod per Judices provideri potest, & debet, sed omnia Curiæ, & Judicibus permittantur, nisi evidenter Judices indebitè facerent, quo in casu habita aliqua causæ cognitione, & negotio in Senatu tractato fiat provisio.

Non fiant litteræ, quòd differatur constitutio alicujus, donec alii compareant, etiam quòd fidejussionem offerant de se constituendo, nisi re in Senatu proposita.

Non fiant supersedentiæ bannitis ad recedendum, nisi ex causa, & lectis precibus in Senatu.

Idemque servetur in condemnatis ad triremes, ubi petatur executionem differri.

Condemnatis etiam pœna pecuniaria non concedatur supersedentia, nisi lectis precibus in Senatu.

Non fiat facultas citandi præceptis pœnalibus nisi in casibus gravioribus, ubi indicia non sufficiant ad inquirendum, & probabiles suspiciones adsint contra citandos.

Novæ defensiones non concedantur etiam intra terminum ab ordinibus præscriptum, ubi petentes convicti sint.

Non concedantur salviconductus bannitis, & condemnatis pro perhibendo testimonio, ubi alia via probatio haberi possit, & ubi concedantur, non fiant, ut possint plus morari, quàm necessitas perhibendi testimonium postulet, quòdque interim vagari non possint per loca, in quæ venerint pro perhibendo testimonio.

Salviconductus bannitis, qui pro alio delicto vocantur, ubi concedendi sint, dentur, modò jus dicant in carceribus.

Non fiant salviconductus pro non delatis, neque inditiatis his, qui condemnati sunt, & petunt admitti ad novas defensiones.

Item his, qui petunt approbationem gratiæ pro delictis capitalibus.

Non audiantur relationes prohibitæ executionis in causa civili, ubi non adsint vulnera, vel alia delicta, sed ad Judices remittantur, qui justitiam faciant.

Idem in causa blasphemiæ, ubi non agatur de atroci, vel dubitetur, an sit atrox.

Idem de priori evaginatione simplici, quando vulnus, aut aliud delictum secutum non est.

Non audiantur Judices consulentes Senatū quomodo sit procedendum, nisi ubi certa forma à jure, vel ordinibus data non reperiatur.

Idem de Officialibus Feudatariorum, qui Auditores illorum consulere debent.

Moneantur omnes Jusdicentes, ut brevius quoad fieri poterit, relationes criminales perstringant, & præmittant semper qualitatem delicti, & numerum, ac nomina personarum, de quibus agitur, & scribant bonis caracteribus.

Qui Senatores, vel Præsidem suspectos allegant, si causa non sit notoria, teneantur intra biduum causas suspicionum adducere, & probare coram Secretario à Præside, vel Propræside eligendo, quæ postea in Senatu discutiantur.

Etsi per Senatum declarabitur causas adductas non esse legitimas, vel non probatas, condemnetur allegans in scutis quinquaginta Fisco Regio applicandis, nec admittatur ad allegandum causas suspicionis, nisi prius facto deposito in manibus Secretarii.

Ordinationes civiles eadem die, qua factæ sunt, vel immediatè sequenti, legantur in pleno Senatu, nec interim edantur.

Per rescripta data Senatoribus, nec non & Prætoribus Cremonæ, & Papiæ, ut provideant, prout sibi convenire videbitur, non intelligatur facta in eos delegatio, nec immutata forma judicii.

ANNOT.

1 Terminus anni ad solvendum non conceditur debitori, ubi jam concessi fuerint termini mensis, et dierum viginti ad parandas pecunias, ut declaravit Senatus Excell. in casu Fratrum de Gallaranis cum Ven. Monasterio Sancti Mauritii dicti Majori hujus Urbis die 1. Octobris 1670. referente Magnif. Comite Senatore Loaysa.

2 Dilatio mensium ad solvendum pariter denegatur debitori, ubi jam obtinuerit terminos mensis, et dierum viginti ad parandas pecunias, ut decidit idem Senatus post alios casus in eo cujusdam Maniegatiæ debitoris, et Tribuni Militum Moroni die 18. Januarii 1666. referente eodem Magnif. Comite Loaysa.

3 Terminus ad deliberandum de adeunda hæreditate non conceditur à Senatu, nisi prius fiat Inventarium eiitatis creditoribus, ut declaravit in casu Vicanæ die 13. Februarii 1669. referente Magnif. D. Senatore Carillo.

Dispen-

Dispensatio adeundi hæreditatem cum beneficio legis, et Inventarii, non obstante prohibi- 1616
4 tione Statuti, non conceditur à Senatu, nisi prius citatis, et auditis omnibus creditoribus, certis personaliter, et incertis per edictum, ut decrevit in casu Marchionis Galliæ hæredis Comitis Joannis Mandelli die 25. Februarii 1669. referente Magnif. D. Senatore Carillo; et renuentibus aliquibus creditoribus hæres non admittitur ad hujusmodi be-
5 neficium, etiam si concurrat assensus fere omnium creditorum hæreditatis, ut in relato casu declaratum fuit die 22. Augusti eodem anno referente Magnif. D. Comite Senatore Burro.

Mulier Nobilis Vidua, et notæ prudentiæ dispensatur, ut possit contrahere etiam sine con-
6 sensu Agnati, non obstante Statuto contrarium disponente; et ita dispensatum fuit à Senatu die 1. Februarii 1670. favore Donnæ Isabellæ de Occa.

Non dispensatur à Senatu, ut Vidua possit nubere intra quadrimestre, sed tantum post se-
7 mestre à die mortis Mariti; ut declaratum fuit in casu relato à Magnif. March Senatore Caxa die 12. Novembris 1665., et in casu Margaritæ Ubertæ die 12. Septembris 1670. referente Magnif. Senatore Stampa: dispensatur autem ut possit nubere etiam intra
8 quadrimestre à die obitus Mariti, constito per septennium vivente ipso Marito numquam gravidam redditam fuisse, ut in casu Cattarinæ Confaloneriæ die 20. Aprilis 1673. referente Magnif. Senatore Putheo.

Ad §. *cum debitores moratorias &c.* versic. *casus autem &c.* Ratio, ob quam in casibus hic enumeratis non sit concedenda dilatio ad solvendum, affertur à Magnifico Senatore Bellono *de potest. sor. &c. lib. 2. cap. 10. sub num. 6.*, quia nimirum in his casibus inter partes cen-
9 setur actum, ut incontinenti fiat solutio; verum in istis etiam quandoque ex æquitate concedi à Senatu breve tempus ad parandas pecunias fatetur laudatus Senator Bellonus *loc. cit.*

Pro ficto domus conceditur à Senatu Excell. terminus ad parandas pecunias, non obstante
10 contradictione partis, dummodo tamen creditori cautum sit, ut ex sententia lata anno 1670. in casu Equitis Cattanei cum quadam Torniella referente Amplissimo Senatore Florentia.

Licet ex dispositione hujus Ordinis non concedatur dilatio pro solutione interusuriorum
11 pretii rei venditæ; pro pretio tamen concedendum esse terminum mensis, et dierum viginti exclusa majori dilatione declaravit Senatus Excell. die 23. Octobris 1671. referente Magnif. D. Comite Senatore Loaysa.

Casibus hic enumeratis, pro quibus non est concedenda moratoria, additi sunt casus depositi
12 realis, et onerum, ut notat Senator Bellonus *d. cap. 10. sub nu. 6.*, et quod pro causis onerum non sit concedenda dilatio ad solvendum decrevit Senatus etiam die 26. Martii 1647.

Casus salarii sententiarum in hoc Ordine exceptus, procedit nedum quoad salaria sententia-
13 rum Senatus, verum etiam quorumcunque aliorum Judicum, ut declarasse eundem Senatum die 8. Martii anno 1621. notat Bellonus *ubi supra*.

Ad §. *prorogationes termini &c.* Terminus ad redimendum, quamvis prorogatus à parte, pro-
14 rogatur etiam à Senatu, quia prorogatio hominis non tollit facultatem Principis pro nova prorogatione, ut censuit Senatus in casu Fistiraghæ die 27. Februarii 1662. refe-
15 rente Magnif. Senatore Carillo; et attentis infortuniis denuo prorogatur, solutis tamen fictis; ut in casu fratrum de Marlianis die 4. Aprilis 1664. referente Magnif. Comite Senatore Loaysa.

Terminus ad redimendum bona, ubi sit lapsus, non prorogatur à Senatu, ut censuit die 14.
16 Julii 1663. referente Magnif. Senatore Cavalchino.

Pactum redimendi, non obstante quòd à parte renunciatum sit prorogationi, quando ipsa
17 pars voluntarie concessit terminum, prorogatur à Senatu; et ita decrevit in casu Marinoni die 16. Decembris 1661. referente Magnif. D. Senatore Carillo.

Redimendi pactum, quod durat quoad tempus, sed desiit ex pacto pœnali ob non soluta
18 ficta, Senatus nihilominus prorogavit in casu cujusdam Senaghi, et Martelli die 22. Maji 1663. referente Magnif. Comite Senatore Siccoborella.

Pactum redimendi prorogatur à Senatu per annum, non obstante quòd à parte facta jam
19 fuerit prorogatio per annum, et fuerit conventum ne prorogatio peteretur; ut concessum fuit in casu cujusdam Milani die 8. Aprilis 1666. referente Amplissimo Senatore Carillo.

Tempus prorogationis pacti redimendi secundo loco à Senatu concessæ incipere à die finis
20 prioris prorogationis, non vero à die concessionis declaravit Senatus die 21. Aprilis 1670. referente Magnif. Senatore Carillo.

Termini ad redimendum prorogatione petita, et nacta inter partes controversia super ipsa
21 prorogatione, solet Senatus decernere, ut tempus interim fiet in suspenso, et postea facta concessione petitæ prorogationis, tempus suspensionis non esse computandum in termino concesso ad redimendum, sed esse subducendum decidit Senatus die 29. Martii 1621. referente Amplissimo Senatore Cattaneo, ut notat laudatus Senator Bellonus *dicto cap. num. 8. in fine*.

Ad §. *nullæ quoque posthac &c.* Si minor velit renunciare, vel donare, dispensationem non esse
22 amplius concedendam in forma, sed lectis precibus in Senatu ordinatum fuit die 12. Maji 1605. super precibus Juliæ Vignatæ petentis concedi, ut posset patri facere renunciationem titulo donationis, ut habetur in Formulario Cancellariæ ejusdem Senatus ad *tit. ut minor contrahere possit*; & anno 1665. 12. Februarii referente Magnif. Com. Sena-
23 tore Siccoborella Senatus approbare noluit donationem, quam minor facere volebat ejus Curatori.

Ad §. *Qui Senatores, vel Præsidem &c.* Recusationes Judicum supremorum Tribunalium nec
24 facile, nec ex levibus causis admittendæ sunt ex rationibus ponderatis à Crespo de Valdaura *observat. 9. nu. 51., & plurib. seq. part. 1.*

Recu-

1616 Recusandi jus uni litigantium competens contra Judicem, an Adversario etiam compe-
25 tat, si ex sui parte Judicis suspicio non oriatur, late examinat Giurba *decis. 99. per tot.*

Suspicioni locus est, si Judex litigatoris filium à sacro Baptismi Fonte levaverit, sive litigator
26 tale Christianæ charitatis officium ipsi Judici præstiterit Fontanell. *decis. 15. nu. 22. tom 1*,
& ita declaravit Senatus Excell. die 5. Julii 1673. referente Magnif. Senatore Stampa in
casu Magnifici Com. Senatoris Loayſæ, cujus filius levatus fuerat ex sacro Fonte ab uno
27 litigantium coram Senatu; hinc ad removendas occasiones hujusmodi suspicionis veti-
tum est Regiis Administris aliquem suscipere ex sacro Baptismi Fonte ex ordine Phi-
lippi IV. Hispaniarum Regis, & Ducis Mediolani diei 20. Augusti 1635.

Ut autem procedat recusatio ex prædicta causa, requiritur, quod specificè agatur de inte-
28 resse illius, qui levatus est ex sacro Fonte; unde si lis agitetur cum illius patre, locus non
est suspicioni, ut decidit Senatus die 18. Augusti 1663. referente Magnif. Senatore Anulpho
in casu Francisci Ottolini, cujus filia levata fuerat à sacro Fonte à Magnif. Senatore
29 Aresio; & multò minus removetur à voto Senator, qui tantum adstitit Baptismo filii
patris litigantis, ut decidit Senatus die 2. Septembris 1665. post alios casus in eo Magnif.
Com. Senatoris Loayſæ cum March. Acerbo.

Senator affinis Reverendissimi Archiepiscopi non abstinet à voto in causis jurisdictionalibus,
30 & quæ non respiciunt interesse personale ipsius Archiepiscopi, ut declaravit Senatus die
24. Novemb. 1664. referente Magnif. March. Senatore Erba in casu Magnif. Com. Senato-
ris Siccuborellæ ob causam jurisdictionalem Vicarii Seprii cum Curia Archiepiscopali.

Similiter cum Amplissimus Senator Bracherius affinis Præsidis Belloni recedere vellet à Se-
31 natu, dum ageretur de causa respiciente munus Præsidis, & non illius personam, decre-
tum fuit abstinere non debere die 16. Martii 1666.

Senator in causa Communitatis, in qua possidet bona, etiam si Parrocinator Communitatis
32 sit ejus affinis, non abstinet à voto, ut declaravit Senatus die 30. Septembris 1661. in causa
Communitatis Casati cum Capsina Rogorea referente Magnif. Senatore Orrigono, &
in alia causa anno 1664. die 10. Decembris.

Non pariter allegabilis est suspicio contra Senatorem, qui sit conjunctus cum uno ex litigan-
33 tibus, ubi lis agitetur cum Communitate, ut declaravit Senatus die 20. Julii 1672. in casu
Magnif. March. Senatoris de Clericis, & Magnif. Com. Senatoris Burri, non obstante
instantia J. C. A Basilica-Petri ob litem cum Comunitate Caleppii.

Senator, cujus uxor est affinis in tertio gradu cum parte litigante, abstinet à voto, ut decidit
34 Senatus die 28 Februarii 1674. in casu Magnif. Com. Senatoris Burri in causa Gradi-
gnani cum J. C. Moneta referente Amplissimo Senatore Putheo.

Habere domum conductam ab ipso litigante, inter frivolas recusationum causas enumera-
35 tur; ideoque Inquilinum posse esse Judicem in causa ejus locatoris firmat Cresp. de
Valdaur. *observat. 9 part. 1. quæst. 7. nu. 69.*, & dummodo Inquilinus non sit debitor, cen-
suit etiam Senatus die 3. Junii 1671. referente Magnif. Com. Senatore Loayſa in casu
Amplissimi Com. Senatoris Burri occasione litis vertentis inter Fratres de Ripa, &
Turconam eorum Matrem

Quæstor promotus ad Senatum ferre non potest votum in causis appellationum, in quibus
36 votum tulerat in Magistratu, ut decidit Senatus die 14. Januarii 1661. Referente Magnif.
Senatore Bracherio.

Recusationi locum esse etiam post litem contestatam, ubi suspicionis causa expost devenerit
37 ad notitiam, vel de novo emerserit dubium non est ex plene deductis per Fontanell.
decis. 17. num. 5., & seq. tom. 1., & quod hujusmodi suspicionis notitia supervenerit, pro-
batur juramento Funtanell. *ubi supra nu. 8.*, & ita decidit Senatus die 20. Aprilis 1725.
referente Magnif. March. Senatore Recalcato in causa vertente inter Com. Don Gaspa-
rem Stangam, & Abbatem Marchionem Don Jo. Baptistam Aribertum, decernendo;
præstito de novo juramento per præfatum Abbatem Marchionem Aribertum termino
dierum octo de superventa ei notitia post actitata in meritis causæ commissæ Magnif.
Comiti Giulino, locum esse petitæ per eundem Aribertum recusationi, non obstan-
tibus deductis.

Suspicio non admittitur ex eo, quia litigator inserviat Judici ratione ejus muneris, puta
38 Rationatoris, ut decidit Senatus Excell. die 12. Februarii 1666. referente Amplissimo
Marchione Senatore Caxa.

Si alicui Senatori Socero alterius ex litigantibus commissæ sint causæ aliorum Senatorum
39 contra istos allegari potest recusatio, ut probant Hostiens. *in summ. tit. de recusat. Jud. deleg. num 3*, Durand. *in Specul, lib. 1. part. 1. de Jud. deleg. §. superest num. 5.*, Glos. *in c. fin. de offic. deleg. in 6.* verb. *conservator.*, Rebuff. *ad Constit. Gall. tit. de recusat. art. 9. num. 34.*, Aufrer. *de recusat art. 9. num. 23.*, Cavalc. *decis. Fivizian. part. 2. de contract. decis. 28.*, Sanfelic. *decis. 81. num. 4*, Vargas *de Syndic. lib. 1 part. 5. inspect. 2. considerat. 6. sub num. 11., & 12.*, Scialoja *de foro compet. cap. 3. num. 99.*, & ita pluries decidit Senatus Excell., nempe die 20. Junii 1679. in causa vertente inter Amplis. Senatorem Fabricium Aloysium Pusterlam ex una, ac Com. Paulum Camillum Marlianum, & Consortes de Pusterla ex alia, ubi remotus fuit March. Senator Bossius Commissarius dictæ causæ, eo quia idem March. Senator Bossius litem habebat coram dicto Magnif. Pusterla; die 20. Aprilis 1725. in causa vertente inter Com. Don Gasparem Stangam, & Abbatem nunc Archiepiscopum Palmiræ Marchionem Don Jo. Baptistam Aribertum, in qua referente Magnif. Marchione Senatore Recalcatu admissa fuit recusatio à præfato Ariberto proposita contra Excellentiss. Marchionem Don Georgium de Clericis Præsidem ejusdem Senatus, ac Amplissimos Patres Com. Don Georgium Giulinum, ac Marchionem Don Carolum Castillionæum nunc dignissimum Præsidem Illustrissimi Magistratus Ordinar. Redditi., & ex Intimis Consiliariis Status Suæ Regiæ Majestatis, eo quia haberent lites commissas Amplissimo Patri Marchioni Regenti Olivatio Socero dicti Com. Stanghæ; & rursus in eadem causa

dic

die 20. Julii 1726. referente Magnif. Com. Senatore Cattaneo censuit Senatus Magnificos 1616
Marchionem Recalcatum, Marchionem Hieronymum Erbam nunc ex Intimis Consiliariis Status S. R. M., & Præsidem supremi Consilii Placentiæ, & L. T. Gubernatoris Parmæ, & Placentiæ, & Comitem Trotum abstinere debere in omnibus causis inter præfatos Com. Stangam, & Marchionem Aribertum, quia præfati Amplissimi PP. Marchio Recalcatus, & Comes Trottus habebant causas commissas eidem Magnif. Marchioni Regenti Olivatio, & respectu Amplifs. P. Marchionis Erbæ, quia Dux Bracciani ejus frater causam habebat commissam Magnif. Marchioni Senatori Goldono Sororio præfati Marchionis Ariberti.

Magnif. Comes Senator Loaysa abstinuit à voto in causa criminali, & definitiva Comitis Fer-
40 dinandi Rovidii ob litem actam inter ipsum, & Comitem Cæsarem ejus Fratrem uxoratum cum Consobrina ipsius Comitis Senatoris Loaysæ ex sententia Senatus diei 30. Junii 1671. referente Magnif. Com. Senatore Siccoborella.

Neminem, qui in aliqua causa patrocinium advocando præstitit, posse in eadem Judicis offi-
41 cium gerere, aut adsessionibus quibuscunque judicantium intervenire sanxit Imperator Justinianus *in l. nemo C. de Assessoribus*, ubi in fine redditur ratio ibi: *ne affectionis suæ, vel advocationis memor, incorripti Judices non possit nomen præferre*, & concordat *text. in l. quisquis C. de postulando, & in c. postremo de appellat.*, & apud omnes est indubiata sententia, ut qui fuit Advocatus, non possit in causa, in qua patrocinium præstitit, aut aliquo ejusdem causæ articulo uti Judex intervenire Bertazzol. *cons. crim.* 550, ubi magistraliter loquitur, de Marin. *resolut. 1. cap. 5. lib. 1.*, Sanfelic. *decis. 78. nu.* 1., & alii apud Scopam ad Merlin., Pignatell. *cap. 37. num* 1., & Rodoer. ad De Marin. *resol. 5 num 2.; & 3.*; & ita Senatorem, qui uti Advocatus scripsit super uno articulo causæ plures alios articulos continentis, abstinere debere à voto super omnibus articulis ratione affectionis decidit Senatus die 9. Septembris 1665., excludendo Magnif. Senatorem Putheum à voto in causa vertente inter Marchionissam Guascham, & Sorores Ghilinas.

Hujusmodi suspicio ab omnibus reputatur juris, & de jure, quia provenit à lege adimente Ad-
42 vocato potentiam judicandi in causa, in qua patrocinium præstitit; hinc neque ex consensu ambarum partium intervenire potest, & si interveniat, sententia est nulla, ut scitisme probat Pratus *discept. 47. tom. 3.*, & firmant Altimar. *de nullit. sentent. rubr. 9. qu. 20. n. 56.*, Merlin. Pignatell. *controv. 37. nu. 13. cent. 2.*, Rovit. *pragmat. 15 de suspic. Official. nu.* 20.

Quæ autem dicuntur de Advocato, ut non possit esse Judex in causa, in qua patrocinium
43 gessit, procedunt etiam in Filio ejusdem Advocati, ut scilicet nec ipse possit judicare in causa, in qua ejus Pater Advocatus fuit, ut aliis relatis probant Scopa ad Merlin. *d. controv. 37. nu.* 16, Altimar *de nullit. sentent. d. rubr. 9 quæst. 20. nu 56.*; & ita decidit Senatus Excell. die 20. Julii 1726 referente Magnif. Com. Senatore Cattaneo in causa vertente inter Com. Don Gasparem Stangam, & Abbatem Marchionem Don Jo. Baptistam Aribertum, decernendo Magnif. Senatorem Don Petrum Antonium Calchum abstinere debere in causis fideicommissorum primogenialium Jo. Mariæ, & Marchionis Bartholomæi de Aribertis, quia in istis fuit Advocatus ejus Pater Don Sigismundus antequam ad Senatoriam dignitatem promoveretur.

Procedit hæc suspicio nedum si agatur de eadem causa principali, verum etiam si agatur de
44 aliquo emergenti connexo, vel accessorio, vel dependenti ab illa, Rodoer. ad De Marin. *resol. cap. 5. num. 3.*; Capyc. *decis. 146. num 2.*, Gratian. *discept. forens. cap. 4. nu. 5.*, Bertazzol. *cons. crimin 550. nu. 2 3.*, *& per tot. lib. 2.*, Franc. *in c. Postremo de appellat*, & latissime Pratus *discept. cap. 47.*, *& 48. tom. 3.*, & ratio est, quia præsumpta affectio, ob quam prohibetur
45 esse Judex, qui fuit Advocatus in eadem causa, militat nedum in articulo, seu articulis principalibus, in quibus scripsit; verum etiam in quibuscunque emergentibus accessoriis, vel quoquo modo dependentibus, cum toti causæ affectus censeatur Rodoer. ad De Marin. *d. resol. 5 nu 4.*, & latè laudatus Scopa ad Merlin. *d. controv. 37. per tot.*, & signanter *n. 6.*

Si vero agatur de causa habente plures articulos separatos, tunc qui fuit Advocatus poterit
46 ferre votum super articulis, in quibus non est parrocinatus, ut decidit Senatus Excell. die 5 Septembris 1668. referente Amplissimo Senatore Bracherio in causa vertente inter Com. Franciscum Belgiojosium, & Monialem Sor Claram Victoriam Belgiojosiam, & die 20. Julii 1726. in recensita causa Stanga, & Ariberta, in qua decrevit Amplissimum Senatorem Don Petrum Antonium Calchum abstinere debere in memoratis causis primogenialibus, sed intervenire debere in causa redditionis rationum.

Recusato Amplissimo Patre Don Petro Antonio Calcho à D. Carolo Gulielmo Pagano in ejus causa vertente cum D. Comite Don Francisco Porro, aliisque litis Consortibus,
47 dubitatum fuit an allegata suspicio probari posset medio Positionum, & die 11. Julii 1735. Senatus Excell. declaravit locum non esse probationi per Positiones — penes Egreg. à Secretis de Albertis.

Excitato dubio occasione relationis factæ per Magnif. Comitem Senatorem Cattaneum precum Comitum Fratrum de Gallia in causa vertente cum Magnif. Senatore Marchione
48 Recalcato, num intervenire posset Magnif. Marchio Regens Olivatius utpote Consocer cum præfato Magnif Marchione Recalcato: dictum fuit die 28. Maji 1738. eundem Magnif. Regentem Marchionem Olivatium intervenire debere — penes Egreg. à Secretis Stampam.

De aliis causis Suspicionum, illarumque probationibus præstandis ab eas allegantibus, latè
49 agunt Fontanell. *decis. 1. usque ad 30. 20. 1*, Borgnin Cavalchan. *decis 28. part. 2. nu. 114.*, Larrea *allegat fiscal 2 & 118.*, Carol Anton. DeLuca *de linea legali art. 29.*, Farinac. *repertor. Judic. quæst. 42*, *& Fragm crimin. part. 2 litt. T nu. 685. & seq.*, Cresp de Valdaur. *observat 9. part. 1.*, & Ruginell. *de Senator. §. 1. glos. 6. cap. 21. per tot.*, ubi refert plures alias decisiones Senatus nostri. *Magnus Fossatus.*

1617 *Quid servandum cum damnatis ad remum, & reversis, si aliqui processus contra ipsos adhuc pendeant.*

MDCXVII. Die viii. Aprilis.

EXcellentissimus Senatus Mediolani monet omnes, & singulos Jusdicentes hujus Dominii, ut, ubi contingat aliquem Remo damnatum, & illuc transmissum, inde postea reverti, & contra eum reperiri aliquos pendere processus, de quibus facta non fuit mentio in condemnatione Remi, non apponant manum ipsi Judices ad liberandum, vel molestandum imputatos pro similibus causis pendentibus, nisi facto prius verbo de omnibus in ipso Senatu, qui juxtà qualitatem causarum deliberabit.

Landrianus.

SCHOLIA.

SEnatui concessa est jurisdictio privativè quo ad alios Judices, respectu causarum recensitarum in tit. de Senat. §. Cognoscetur. Declaravit id Senatus referente D. Senatore Vicecomite die 16. Junii 1617. favore Com. Ferrandi Simonettæ contra minores Tonsos, avocando causam, quæ jam per multum tempus pendebat coram Ordinario, & commissa erat J. C. Collegiato Mediolani Francisco Medices. *Garonus.*

Ordo circa Honorarium exigendum pro præsentatione gratiarum, & ordinatione liberatoria pro illarum executione.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusq; Siciliæ &c. Rex, & Mediol. Dux II. &c.

ANtonius Vidarius Thesaurarius officii criminalis Modoetiæ dedit nobis preces sequentes, videlicet:

Potentissime Rex.

Antonio Vidario Tesoriero dell' Offizio Criminale di Monza fid. ser. di V. M. desidera, che li dichiari, se quando presenta una grazia, condannato o non condannato, si deve pagare al Notajo la presentazione di grazia, prima comparizione, ordinazione, e processo, come è il solito, non facendone la tassa di V. M. altra dichiarazione. Desidera ancora dichiari, se gli onorarj si devono scuodere a moneta conforme alla Crida, la quale il detto Tesoriero osserva per non trasgredirla, e tutti li colpevoli si lamentano, dicendo, perdono troppo nella moneta, però detto Vidario per disgravio suo, e come Tesoriero ricorre: Umilmente supplicando V. M. dargli quell' ordine nelli sudetti capi, che ha da far osservare, acciò non ne senti richiamo, e possi far l'offizio suo, come conviene, il che spera ec.

Quibus visis, una cum Fisci nostri voto, per has nostras declaramus, dum præsentantur litteræ gratiæ non esse solvendum aliud honorarium, quàm præsentationis gratiæ, ordinationis liberatoriæ pro illius executione, & scripturæ processus informativi non extracti, servata in prædictis taxa indicta, & non ultra, nec aliter, pecuniam autem ad formam proclamatis exigendam esse, Mandamusque omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut ita servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes nostro sigillo munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani ultimo Maji 1617.

Signat. Alexander Besutius.

Capitaneum posse cum Voto Curiæ deliberare in causis connexis cum inservientibus in Castris.

MDCXVII. Die vi. Julii.

SAnxit Senatus Excellentissimus, qui optimè novit rem hanc egere provisione, ut occurratur jacturæ Fiscali, & subditorum, petitis per præfatum D. Capitaneum annuendum fore, & eidem concedendam esse facultatem, cum voto frequentioris Curiæ deliberandi in causis connexis cum inservientibus in Castris, & illas seorsum ab eis expediendi. Quòd si Reorum, ac personarum qualitas aliud postulare videretur, eundem D. Capitaneum ex arbitrio Curiæ, in casibus sibi benè visis, Excellentissimum Senatum consulere debere.

Landrianus.

Ordo, quod condemnatio in contumaciam facta ab uno ex Judicibus Prætoriis etiam si ab eo non fuerit subsignatum peremptborium, teneat.

MDCXVII. Die viii. Julii.

FActo verbo in Excell. Mediolani Senatu per Judicem ad signum Galli ejusdem Civitatis de condemnatione pecuniaria secuta in personam Annibalis Vicomercati, quam

quam prætendit annullandam esse pluribus de causis in precibus narratis; super quibus emanavit rescriptum Excell. Senatus, & præcipuè, quod pethemptorium ex citatione ad videndum produci capitula, & ex eo quod perhemptorium transmissum sit ad locum, in quo non habitabat dictus condemnatus, ac etiam ex quo perhemptorium fuerit à Judice Galli subscriptum, & condemnatio facta à Judice Equi, quibus oppofuit Fiscus perhemptorium non esse circumscriptum, ex quo citatio ad producendum capitula non fuerit à Judice subscripta, nec in eo termino aliqua capitula fuerint producta, quo vero ad intimationem perhemptorii fundatam habet intentionem Fiscus in relatione nuntii dicentis se illud intimasse ad domum habitationis, 1617
reperta de ejus familia, quæ relatio non eliditur ex fide extrajudiciali in contrarium exhibita.

Quo vero ad tertium fundamentum, condemnationis factæ ab uno Judice, & perhemptorii subscripti ab altero, non resistere Statutum in ordine sextum voluminis secundi in civilibus, ex quo ex attestatione Actuariorum apparet illud non observari in criminalibus, omnibus itaque perpensis una cum voto Curiæ.

Censuit Senatus persistendum esse in condemnatione jam facta, non obstantibus deductis, & productis per ipsum Vicomercatum.

Landrianus.

Ordo, ut Nullitas sententiæ possit proponi Reo minimè in Carceribus existente.

Dilectè noster. Lecta coram Senatu relatione vestra de statu condemnationis capitalis secutæ contra Jo. Baptistam Garinum ob inductionem, & subornationem testium ad falsum deponendum in causa vulneris illati Antonio Canovæ in Ædibus Divi Antonii, & extortam ibidem ab eo promissionem, & audito superinde omnium Fiscalium voto, reque tota diligenter examinata, planè novimus delictum principale, ad cujus exclusionem falsi testes inducti dicuntur per Garinum non esse capitale, & ideò illum non potuisse damnati in eam pœnam, in quam damnatus fuit. Quare mandamus vobis de sententia ipsius Senatus, ut circumscripta ejusmodi condemnatione evidenter nulla dictum Garinum denuò perhemptoriè citetis sub pœna remi triennalis, & contumacem in eam pœnam damnetis. Mediolani die 3. Augusti 1617. Signat. Marchesonius.

A tergo. Sapienti Juris Consulti Prætori Luini.

Hæc ordinatio facta fuit præcedente prius discussione puncti in Collegio omnium Fiscalium sic jubente Senatu utrum audiri deberet Garinus extra Carceres, ut ex votis viden. apparebit, de quibus in originali.

Ordo contra fidejussores quòd scilicet post factam condemnationem, etiam si principalem consignent die sequenti post ipsam condemnationem, nihilominus condemnatio teneat.

MDCXVII. Die xv. Decembris.

Intellexit Senatus hæsitare Curias, an fidejussores condemnati, ob non consignatum aliquem in termino perhemptorii excusandi sint, si die sequenti illum consignaverint, attenta mora modici temporis. Quamquam autem sæpius declaratum fuerit quid agendum in hujusmodi casibus, tamen ne ambigendi locus amplius relinquatur.

Censuit is ordo, mandandum esse omnibus Magistratibus, prout mandat, ut lapso die condemnationis illico ad transmissionem mulctæ in Cameram, & ad exactionem pœnæ procedant, præcisa fidejussoribus omni spe excusationis, licet die sequenti principales sistant.

Jo. Baptista Saccus.

ANNOT.

Purgatio moræ admittitur, si præsentatio fiat ipsa die condemnationis, ut in facti con-
1 tingentia censuit Senatus die 31. Augusti 1619. referente D. Vicario Justitiæ Latuada,
ut notat Amplissimus Senator Paulus Bellonus *in tract. de potest eorum &c. lib. 2 cap. 60. n. 8.*
2 ubi etiam tradit moram dici purgatam, si præsentatio fiat ipsa die condemnationis,
etiam si sententia condemnatoria non sit lata ipsa die perhemptorii, sed post.
Moræ purgatio nullo modo admittitur post diem condemnationis, unde si sequatur con-
3 demnatio vesperè certi diei, & consignatio fiat die sequenti in aurora, non prodest
fidejussori, & exigitur pœna condemnationis juxta declarationem Senatus, de qua testa-
tur idem Amplissimus Senator Bellonus *ubi supra nu. 9.*
Si præsentatio fiat media nocte diei condemnationis, dicitur purgata mora Calvin. *de æquit.*
4 *lib. 1. cap. 79. nu. 34.*, quia dies naturalis secundum morem Romanum incipit à media
5 nocte, & sequentia noctis media parte finitur *l. more Romano*, ubi Glos., & DD *ff. de fer.*,
Antonel. *de temp. legali lib. 1. cap. 3 nu. 27.*, & ubi in dispositione legis, vel hominis fit
6 mentio de die, in favorabilibus intelligitur de die naturali Antonel. *ubi supra nu. 34.*

Magnus Fossatus.

1618 *Ordo, ne Actuarii criminales in causis parvi momenti in fidejussionum stipulatione apponant clausulas*: quod Rei debeant sistere coram Prætore certis diebus, nec possint purgare moram.

MDCXVIII. Die xii. Julii.

Observavit Senatus ex relationibus rerum criminalium, Actuarios in stipulatione fidejussionum, quæ præstantur, à Reis, ut dimittantur è carcere, persæpe abuti in rebus non magni momenti hisce clausulis, nempe, ut sistant coram Prætore certis quibusdam diebus, & non possint purgare moram; cùm tamen illæ clausulæ adhibendæ non sint, nisi is causis gravissimis, & magna de causa. Quo fit ut inde multæ controversiæ, & contentiones nascantur, ipsique Rei durioribus, quam par sit, molestiis, & impensis graventur, iis igitur evitandis malis.

Censuit ipse ordo, ut in posterum omnes hujus ditionis Judices; Actuariique criminales ejusmodi clausulas non adhibeant in prædictis fidejussionibus inconsulto ipso Senatu, sub pœna utrisque ejusdem ordinis arbitrio irroganda, & insuper nullitatis ipsarum fidejussionum in ea tantum parte, vel partibus. Annonus.

Ordo, ne Judices in levioribus Consulant Senatum.

MDCXVIII. Die xxx. Augusti.

Nimis molesti sunt Senatui, gravioribus occupato, jusdicentes hujus Dominii, præsertim Feudatariorum, crebris suis consultationibus in rebus, quamvis levibus, à quibus (& si prohibitæ sunt ab ordinibus) tamen illi abstinere adhuc non didicerunt; unde Senatus à rebus maximis sæpenumero distrahitur, & impeditur. Quare mandat omnibus Jusdicentibus, tàm mediatis, quàm immediatis, ut nullo modo posthac consulant eum ordinem, nisi in gravioribus, & in quibus ab ipsis Curiis provideri non potest: sed si res dubia sit, mediati deferant ad Auditores, immediati verò proponant in Curiis, & cum eis deliberent. Marchesonius.

ANNOT.

Prætores feudales, qui consuluerunt Auditores, an habito eorum voto, hoc sequi teneantur, valde controversum est propter varias DD. opiniones, ut videre est apud Cuman. *cons* 55., & Christine *ad Stat. Mechlin. tit.* 1. *art.* 3. *nu.* 4.; Circa resolutionem hujus quæstionis mihi placet distinctio, quam approbat Gat. *de majori, & minori Magistr. lib* 2. *quæst* 7.
1 *nu.* 16, *& sequ.*: quod nempe; aut Prætor petit Auditoris consilium, vi statuti, vel rescripti Principis, vel Senatus, ut quando rescribit: *deliberatis re communicata cum Auditore Feudi, vel cum assistentia Auditoris Feudi*, vel similia, & tunc tenetur illud sequi juxta ea, quæ tradunt DD. in materia Statutorum jubentium judicari debere cum consilio Sapientis,
2 quia tali casu votum Sapientis non est propriè consilium, sed sententia, ut probat Marta *vot. Pisan* 93. *nu.* 23., *& sequ.*; aut Prætor petit sua sponte Auditoris consilium, & tunc
3 non tenetur judicare juxta votum Auditoris, quia nec rescripto, nec lege cogitur petere; & ideo cum possit judicare sine consilio Sapientis Menoch. *de arbitr. Jud. quæst.* 23. *n.*4., Oldrad. *de rescript prælud.* 15. *n.* 26. sequitur non constringi Auditoris consilio; quia qui petit consilium ob animi satisfactionem, non tenetur illud expectare; & hanc distinctionem sequitur Bursat. *cons.* 90. *n.* 37. *cum sequ. lib.* 1., *& n.* 52. testatur hanc sententiam esse communem.

Ut Prætores feudales juxta casuum occurentias facilius consulere queant Auditores, quo-
4 rum munus est jura Feudi apud majorem Magistratum desendere, debent isti omnino
5 eligi in ea Civitate, ubi est major Magistratus Feudi Ruginell *pract. quæst. cap.* 46. *n.* 50, & ita jussit Senatus Excellentissimus die 21. Octobris 1594. ad preces hominum Gar-
6 laschi, & responsa Feudatariorum ejus loci; quo Senatusconsulto decretum fuit, non sufficere ejus Auditorem electum esse in Civitate Mediolani, sed eligendum esse Papiæ, ubi est dicti loci Major Magistratus. *Mognus Fossatus.*

Ordo, ut Actuarii intra biduum edant attestationes delictorum.

MDCXVIII. Die xiv. Novembris.

Etsi alio decreto diei 13. Februarii 1610. satis dici potest provisum circa promptam, & facilem editionem attestationum, quas Actuarii utriusque Officii facere debent de delictis cujuscunque captivi, tamen ad tollendam omnem difficultatem, de qua Magnif. Senator Papirius Cattaneus hoc mense Visitator Carceratorum in Senatu Excellentiss. verbum fecit:

Senatus censuit, quando accidet, ut ab uno Officio sit petenda aliqua fides ab alio Officio, mittendum esse unum ex Scribis Officii petentis cum notula fidei, quæ requiritur, ut ipsemet sollicitet Actuarium alterius Officii ad eam fidem faciendam, quæ si intra biduum non fiat, ex nunc talis Actuarius negligens intelligatur suspensus ab Officio pro semestre. Landrianus.

Ordo,

1619

Ordo, quòd condemnationes in contumatiam post lapsum mensis à die transmissi perhemptorii promulgari non possint, & si fiant, nullæ sint.

MDCXIX. Die x. Januarii.

CUm animadvertisset Senatus in aliquibus Curiis hujus Dominii solere Judices in causis criminalibus ad condemnationes tùm corporales, tùm etiam capitales devenire, contra Reos, vel eorum fidejussores etiam post mensem à perhemptorio transmisso eo sub prætextu, quòd in perhemptoriis solemnis insit formula sic concepta, & successivè singulis diebus, & horis. In aliis verò, ac præsertim Mediolani hujusmodi condemnationes non nisi intra mensem à perhemptorio pronunciari, & si mensis lapsus sit, perhemptoria revocari, æquidem duxit idem jus de eadem re in hoc Dominio constitui, æqualitatem in omnibus Curiis servari. Exquisito igitur omnium Fiscalium voto, reque in Senatu proposita, ac diligenter examinata.

Censuit is ordo, ejusmodi condemnationes hactenus prolatas secundum stylum cujusque Curiæ validas quidem esse, ac sustineri debere, sed in posterum eas in toto hoc Dominio intra mensem à perhemptorio transmisso promulgari debere, si quæ secus promulgabitur, irrita ac nulla sit.

Signat. Jo. Baptista Saccus.

Ordo, ut condemnati pœna remi, vel virgarum ob furtum stigmate in tergus inusto notentur.

MDCXIX. Die ii. Maji.

STatutum fuit olim iis, qui ob furtum conjiciuntur in carcerem, sive ad remum damnentur, sive fustigationis pœna mulctentur, notam candenti ferro inuri in tergo, quæ, si reinciderint in furta, & iterum conjiciantur in carcerem, indicet eos alias fuisse hujusmodi Reos, sed quia hæc lex in desuetudinem quodamodo abiisse videtur, & forte etiam ad omnium Jusdicentium notitiam non venit.

Hoc Senatus Consulto ad singulos hujus Dominii Judices mittendo cavetur, posthac legem ipsam omnino servari, & eos, qui ob furtum damnabuntur pœna remi, vel virgarum, stigmate in tergus inusto notari, quod peccati admissi testimonium sit, & index.

Marchesonius.

Ordo, ut Testes contumaces citari possint sub pœna corporali arbitraria Senatui in causis capitalibus.

Prætori Soncini.

MDCXIX. Die xx. Julii.

DIlectè noster. Cum ex litteris vestris diei 22. Maji superioris ad Magnif. Præsidem Senatus scriptis intellexerimus Testes citatos ad perhibendum testimonium in causis, quæ in isto officio agitantur, parvi pendere præcepta pœnalia pecuniaria, quia illi ut plurimum sint filii familias, ita ut delicta etiam gravissima in lucem prodire nequeant. Vobis permittimus, ut in causis capitalibus Testes ipsos citare possitis sub pœnis etiam corporalibus Senatui arbitrariis. Landrianus.

Ordo contra non obedientes Majori Magistratui, vel illius jurisdictionem usurpantes.

Prætori Novariæ.

1620

DIlectè noster. Visis iis, quæ tum vos scripsistis, tum Fiscalis exaravit de Prætore Burgi Manerii impediente quominus vestra præcepta illic intimentur, & de eodem, & aliis Prætoribus Ditionis Novariensis prætendentibus procedere in causis spectantibus Majori Magistratui, & quorum Consules Officio isti denuntias delictorum ferre negligunt, rem non dissimulandam censuimus; Quare audito etiam Fisco nostro, & facto de iis verbo in Senatu, mandamus ut contra renitentes parere Majori Magistratui procedatis viriliter ad formam Nov. Constit., & Ordinum detinendo etiam personaliter Prætores quoscunque parere renitentes, vel contumaces; Cæterum accedatis ad Oppidum Burgi Manerii, & libros Criminales illius Officii inspiciatis, ut ex eorum pervolutione cognoscatis utrum illic tractentur causæ, quæ eorum Majori Magistratu cognoscendæ sint, eos etiam ad eum effectum auferendo si opus erit; de Prætoribus autem Biandrati, Olegii, & Romagnani, & aliis, si qui sunt, inquiratis in genere an contra aliquem suppositum Majori Magistratui processerint, vel

1620 vel causas ad eum spectantes retinuerint, & eo in casu idem agatis cum eis, quod dictum est de Burgi Manerii Prætore, inquiratis etiam num Consules contravenerint ordinibus non denuntiando delicta ad Officium vestrum quemadmodum tenentur, & quatenus contravenisse appareat, contra eos quoqoe procedatis, & ita agatis, ut impotterum nulla remaneat occasio de prædictis amplius disputandi. Mediolani die 11. Septembris MDCXX.

Marchesonius.

Ordo, ut Commissarius Civitatis Papiæ pro mensuali exigere possit in forma Cameræ.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ Rex &c., & Mediolani Dux III. &c.

NOmine Civitatis Papiæ, & Francisci Marenghi Commissarii Exactoris Mensu. lis datæ nobis fuerunt sequentes preces, videlicet &c.

Quibus visis per has nostras memoratam tolerantiam, & modum introductum ab ipsa Civitate Papiæ circa exactionem onerum, uti exponitur, approbamus, & confirmamus, & ut possit dictus Commissarius perseverare exigendo onera in forma Cameræ, in omnibus, & per omnia, prout servatum fuit à Præcessoribus suis, & de præsenti ab ipsomet servator, juxta formam à Civitate præscriptam. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 22. Octobris 1620.

Landrianus.

Causam esse Senatoriam etiam si agatur de diversis summis, & diversis personis, dumodo eadem sit causa.

SEnatus die 16. Decembris 1620. referente D. Senatore Corio in causa Minorum de Martellis admisit coacervationem diversarum summarum, etiam à diversis personis debitarum, sed ex eadem causa, ad constituendam summam, quæ efficeret causam Senatoriam.

Ordo, ut qui solverint suam contingentem portionem onerum non molestentur pro debito Civitatis.

1622 QUibus in Senatu nostro lectis, cum agatur de causis onerum, de ejusdem ordinis sententia, mandamus omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut ubi dicti Mercatores supplicantes suam onerum portionem solverint illos pro debito ipsius Civitatis non molestent, nec molestari permittant, exceptis tamen taxis equorum, & onere Salis, 28. Maji 1622.

A N N O T.

1 IDem disponitor in Nov. Constir. *tit. de oneribus* §. *onera imponenda*; & in Ordine Regio diei 12. Februarii 1630. per extensum relato ab Oppizzono *de onerib. tom. 2. fol. mihi* 573., & in aliis Ordinibus Senarus Excellentiss., nempe diei 5. Februarii 1627., & 17. Octobris 1629.

2 Concordat cum dispositione juris communis in *l. semel C. de apoc. public. lib* 10., & in *l. grave C. ut nullus ex vicaneis* ibi: *grave est non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari.*

Magnus Fossatus.

Ordo, ut Salarium per appellantes deponatur intra terminum mensis statuendum.

MDCXXII. Die iii. Junii.

INtellexit Excellentissimus Mediolani Senatus, multos ex iis, qui coram se lites prosequuntur tàm in prima instantia, quàm medio appellationum à sententiis utriusque Magistratus, vel Capitanei, seu Vicarii Justitiæ interpositarum, ipsasque causas, & appellationes alicui Senatori committi petunt; sat habere, si causæ ipsæ protrahantur, vel sententiæ contra se latæ executionem impediant, non curantes de cætero causas, nec appellationes terminari, nec salarii depositum juxtà obligationem facere; & hac propterea via causarum expeditionem differri; quæ omnia in maximum appellati, & litigantiom damnum tendunt;

VOLENS itaque Senatus huic inconvenienti pro æquitate providere, hoc Decreto, vim legis habituro, Censuit dilationem mensis appellantibus statuendam ad dictum salarii depositum faciendum; quo termino elapso, contra appellantes primam sententiam executioni mittendam esse.

Cattaneus P.P.

Don Ferdinandus Quintana.

Ordo

Ordo pro exactione duplicatarum Sportularum.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux III.

Dilectè noster. Inter alia, quæ ad augendum Senatorum nostrorum Mediolani stipendium annuum justa nobis visa sunt, hoc unum statuimus litteris nostris Madriti datis die 23. Julii superioris, & ab Ill. Locum Tenente nostro die ultimo Augusti ad Senatum missis ut scilicet in quocunq; Officio hujus Dominii, tam mediato, quam immediato quævis Sportulæ pro causis criminalibus ex ordinibus taxatæ dupplicentur, & ipsa dupplicatio in causam additamenti salarii cedat, juxta dictas litteras. Ut autem commodius, & tutius hoc executioni demandetur, volumus, ut dictam exactionem in libro distinctè facias, & pecuniam exactam cum notula, finiente quolibet trimestre mittas ad manus Thesaurarii Civitatis istius Jurisdictionis vel Oppidi, ubi extet Thesaurarius, nam eorum Jusdicentes jam de hoc moniti sunt: nisi forte tibi commodius accidat, pecunias ad Thesaurarium Cancellariæ Senatus transmittere reservatis præcisè ordinibus, ut nil à pauperrimis accipiatur. Monendo statim subsignatum Secretarium de harum litterarum præsentatione. Datum Mediolani die 10. Septembris 1622.

In calce. Belingerius Proveris, & sigill. &c.

A tergo. Prudenti viro Prætori Trecati nostro dilecto.

A N N O T.

PRo exactione duplicatarum Sportularum emanavit alter Ordo die 15. Martii 1623. confirmatus Ord. diei 3. Martii 1639.

Taxa Mercedis pro Captura.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

PRotectores Carceratorum Civitatis nostræ Mediolani dederunt nobis preces sequentes, videlicet:

Potentissime Rex.

Et si in Ordinibus per M. V. editis die 17. Augusti 1553. de mercede Baricellorum, Custodum Carcerum, & aliorum, clarè habeatur, pro executionibus realibus deberi solidum unum pro singula libra, ubi summa non excedat libras 25. ab inde verò supra usq; ad libras centum denarios novem pro libra, & à libris centum usq; in quinquecentum denarios sex pro libra, & ab ea summa supra, quantacunque sit, denarios tres pro libra. Si verò executio personalis erit, duplicatur id, quod supra taxatum fuit singula singulis congruè referendo, excepto itinere, pro quo habeant dumtaxat solidum unum pro quibuslibet mille passibus, & licet à dicto anno 1553. citrà, dictus Ordo semper servatus fuerit in hunc modum, videlicet: Quòd ubi executio personalis non excedebat summam librarum vigintiquinque tunc solvebantur solidi duo pro libra juxta formam dicti Ordinis, & ubi excedebat summam libr. 25. usque ad libras centum, solvebantur tantùm denarii decem octo pro libra, & ubi excedebat summam libr. centum usque ad summam librarum quinquecentum, solvebatur tantum solidus unus pro libra, & ubi excedebat summam librarum quinquecentum usque ad quamlibet quantitatem tunc solvebantur denarii sex pro libra. Nunc autem famuli prætendunt velle, quòd eis persolvatur in hunc modum, videlicet, quatenus summa executionis personalis excedat summam librarum quinquecentum, quòd primò duplicentur solidi vigintiquinque, & à dicta summa usque ad summam librarum centum, quòd duplicentur illi denarii novem, & sic solvantur solidi centum duodecim cum dimidio, & à dicta summa librarum centum usque ad libras quinquecentum, quòd duplicentur denarii sex debiti ex forma suprascripti Ordinis, & sic solidi quatuorcentum, qui constituunt summam librarum viginti. Unde dictæ omnes summæ simul coacervatæ constituunt in totum summam librarum viginti octo, solid. duorum, den. sex Imper., & tamen regulando dictam taxam juxta veram intelligentiam dicti Ordinis, dicta summa erit tantum libr. duodecim cum dimidia Imper. Adeò quòd videt M. V. quòd pauperes carcerati gravantur indebita impensa libr. quindecim, sol. duodecim, den. sex de pluri, & hoc quatenus dicta summa non excedat libras quinquecentum; Si verò excedit majori etiam impensa gravantur, ut calculari potest. Quapropter Protectores Carceratorum Mediolani videntes tale gravamen non esse tolerandum ad præjudicium Pauperum Carceratorum pro debito, qui etiam multas alias impensas subire coguntur, deliberarunt ad M. V. confugere, quò huic inconvenienti condigna provisio adhibeatur. Humillimè supplicando dignetur per suas patentes litteras declarare, dictum Ordinem Senatus Excellentissimi editum dicto anno 1553. servandum esse prout in eo legitur, videlicet, ut qua-

1622 quatenus dicta executio personalis non excedat summam librarum vigintiquinque, quòd solvantur solidi quinquaginta pro executione personali, ubi verò excedat, solvantur tantum usque ad summam librarum centum, denarii decem octo pro libra, & ubi excedat dictam summam libr. centum, usque ad summam librarum quinquecentum solvatur solidus unus pro libra, & ubi excedat libras quinquecentum usque ad quamcumque quantitatem solvantur denarii sex pro libra juxta dictum Ordinem, & quòd nullo modo exigi possit à satellitibus aliquid aliud ultra ut supra, & nullo modo faciendam esse favore dictorum satellitum dictam duplicationem, de qua in præsentibus precibus, & ita ab omnibus observari debere sub ea pœna, quæ magis M. V. placuerit, quod speratur.

Quibus in Senatu nostro lectis, cùm nihil magis bono regimini conducat, quàm ut abusus tollantur, ordinesque ad eis occurrendum conditi serventur, tùm maximè ii, qui ad pauperes sublevandos pertinent, his nostris, de ipsius ordinis sententia declaramus, memoratum ordinem diei 17. Augusti anni 1553. de mercede Baricellorum, & Custodum Carcerum loquentem, servandum esse, prout jacet, nempè, ubi executio personalis non excedat summam librarum vigintiquinque, solvi debere solidos quinquaginta, ubi verò excedat dictam summam, denarios decem octo tantùm pro libra, usque ad summam librarum centum, & ubi libras centum excedat, solidum unum pro libra usque ad libras quinquecentum, ubi verò dictas libras quinquecentum excedat usque ad quamcunque quantitatem, denarios sex pro singula libra; neque quidquam plus exigi posse sub pœna Senatui nostro arbitraria. Mandantes omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut in futurum ita servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 12. Octobris 1622.

Signat. Alexander Besutius, & sigillat. &c.

Ordo relationum consignandarum, & recipiendæ fidei consignationis.

MDCXXIII. Die xv. Februarii.

1623 Ex his quæ nuper retulit unus ex Magnif. DD. Senatoribus Visitator Carcerarum novit Excell. Senatus maximum tùm Justitiæ, tùm Carceratis oriri detrimentum ex hoc, quòd perfectis processibus, collectis votis, & transmissis relationibus, nusquam, plerumque illa reperiuntur, quia nemini Curæ sunt, undè miseri Rei in carcere tabescunt, cui malo remedium adhibere volens, hoc decreto mandat quibuscunque hujus Dominii tàm Ordinariis, quàm Delegatis, ac eorum Actuariis, ut relationes omnes ad Egr. ejusdem Ordinis Secretarios mittant, in librosque suos referant transmissionis tempus, & nomen illius, cui eas deferendas dederint nomenque Secret. &c. vel ejus Cancellarii, aut Coadjutoris, cui illæ fuerunt consignatæ, ut quandocunque opus fuerit possint reperiri. Ipsis autem Secretariis injungit, ut acceptas relationes de more ad Egr. Fiscales, & ad Magnif. Senatores, Lectores, prout res exiget absque mora mittant, curamque ad se spectantem distinctè omnia in suis libris describendi suscipiant, & in eam sedulo incumbant.

Belingerius Proveria.

Ordo circa Sportularum duplicationem.

MDCXXIII. Die xv. Martii.

Cum Sua Cath. Majestas suis Reg. litteris die 23. Julii, anni proximè præteriti datis, jusserit, ut in omnibus Officiis cujuscumque jurisdictionis, tàm mediatè, quàm immediatè, hujus Mediolani Dominii, criminales Sportulæ duplicentur, in causam augmenti stipendii Senatus Excellentiss. Mediolanen. pro quarum executione, eodem anno, (or plena ipsius Regiæ Sanctionis notitia haberetur) ad omnes dicti Dominii Officiales, datæ fuerunt litteræ; Verùm, cùm nonnulli eorum, vel mandata non curaverint, vel jusso tempore exacta non responderint, vel aliqua dubia circa exactionis modum excitaverint, Senatus, iis omnibus occurrere volens, &c. ne deinceps ab aliquo ignorantia prætendi possit, sed in universum omnibus innotescat, Censuit, in forma Ordinis, & Edicti generalis, sequentia publicari debere.

Omnes Judices, Prætores, Vicarii, Commissarii, Locumtenentes, Delegati, vel cujuscumque Tribunalis, Officiales Regii, vel Feudatariorum, tàm præsentes, quàm futuri, qui in hoc Mediolanensi Dominio mediatè, vel immediatè, in causis criminalibus jusdicunt, alteram tantam pecuniarum partem pro Sportulis criminalibus, à delinquentibus, vel ab aliis, à quibus de jure, exigere teneantur; quanta pro dictis Sportulis in officiis suis, ex ordinibus, vel consuetudine, omnibus dictarum causarum criminalium Officialibus erogari solet. Duplicando ut supra dictas Sportulas

las pro executione dictæ Regiæ Jussionis; servatis tamen ordinibus circa exactionem in causis Pauperum, vel miserabilium personarum, à Senatu datis. Pecuniaque tàm aurea, quàm argentea, juxta limitationem, & æstimationem proclamatum hujus Dominii exigenda est. Cujus exactionis clarum, & distinctum librum omnes supradicti Officiales, vel eorum Thesaurarii, aut quicunque alii Exactores habeant, in quo singulæ pecuniarum parcellæ, earumque species, & à quo, & qua de causa exactæ, describantur; Et ii, qui in hujus Civitatis Mediolani Tribunalibus, vel Officiis talem duplicationem exigunt, finito statim quolibet mense, pecunias ad hunc effectum exactas, Cancellariæ Senatus ipsius Thesaurario, in eadem specie, cum notula in scriptis distincta, & clara, ut supra, respondere teneatur. Illi verò, qui extra ipsam Civitatem eas exigunt, cum simili notula, finito quolibet trimestri, dicto Thesaurario statim remittant. Ii 1623 autem, qui ob longam ab hac Civitate distantiam id incommodè exequi non poterunt dicto tempore, Thesaurario Civitatis, vel Majoris Magistratus, proximioris, cum dicta notula consignent, qui postea eas cum suis (adjunctis tamen dictis notulis) dicto Thesaurario unitim deferendas curet. Quæ omnia, legaliter, fideliterque per supradictos ad unguem adimplenda erunt, alia quavis consuetudine antea cta, vel stylo contrario non obstante. Morosis autem, vel fraudantibus, aut quomodolibet contravenientibus, pœna erit quadrupli, Regio Fisco applicandi; ultra alias pecuniarias, & corporales, arbitrio Senatus infligendas, contra quos (ipsorum tamen damnis, & expensis) Syndicatores, Exactores, & Executores deputabuntur.

Landrianus.

A N N O T.

Fuit iste Ordo per extensum renovatus in Ord. diei 28. Novembris 1702.

Ordo pro tollendis quibusdam abusibus in causis criminalibus.

MDCXXIII. Die xxvi. Octobris.

Ex relatione facta ab Egr. Fiscali Rubeo eorum quæ ex diligentiis contra Bonifacium Malaspinam olim Gremiaschi, Fabriæ, & Garadassii Prætorem pariter, & Notarium emersere, intellexit Excell. Senatus abusus, qui inoluere in constructione processuum criminalium, & ordinum ipsius Senatus inobservantiam, utque rectè Justitiæ administrationi omnino sit prospectum, mandat Egr. Secretario, cui cura Syndicatuum est commissa, ut in expeditione ipsorum Syndicatuum infrascriptos ordines præscribat, inconcussè, & sub pœnis infrascriptis observandos.

Quod apud acta officii cujuslibet registretur relatio, quæ fiat Senatui Excellentiss. alicujus causæ, vel processus sub pœna Excellentiss. Senatui arbitraria.

Prætores, vel Notarios à muneribus recedentes teneri dimittere successoribus omnes libros, & processus, ac scripturas retroacti temporis, recepta confessione consignationis sub eadem pœna arbitranda.

Processus omnino scribendos juxta sæpius ordinata in libris charactere impressis, vulgò Bullatis, & non in foliis sub pœnis impositis omnino præstandis.

Prætores locorum, sive mediatorum de cætero non posse fungi duplici munere Prætoris, & Notarii saltem in locis alicujus momenti, sed uti debere opera alicujus Notarii in exercendo munere ut supra.

Saccus.

Condemnatio Reorum falsæ Monetæ.

Senatus, pœna Constitutionum damnavit duos Gallos, qui extra Dominium fabricaverant duplas Hispaniæ, sed argenteas, & mox illas, Mediolani in hospitio tinxerant die 21. Novembris 1623.

Ordo, ut in libro describantur nomina delinquentium.

MDCXXIV. Die xxii. Aprilis.

Innotuit Excellentiss. Mediolani Senatui nullum in Curia criminali Pontremuli haberi librum, in quo scribantur ordine alphabetico nomina, cognomina, & Patria delinquentium, præsertim autem furum, unde multa oriuntur incommoda: Nam cùm modò hic, modo alter Actuariam administret, nequit Actuarius certam de criminibus fidem facere, furesque debitas 1624 interdum evadunt pœnas, ignorato numero furtorum. Cui vitio occurrere volens is ordo, & inhærens ordinibus die 29. Decembris 1594. editis, hoc generali decreto mandat, ut posthac non solùm Pontremuli, sed etiam in cæteris omnibus Oppidis, Civitatibus, & locis hujus dominii reti-

 neantur

1624 neantur duo libri, quorum in altero scribantur alphabeticè nomina, cognomina, ac Patria delinquentium omnium, præterquàm furum, qui seorsim scribantur eodem ordine in altero libro. Qui Notarii, sive Actuarii si hoc neglexerint, sciant se omnino mulctatum iri pœnis per eosdem ordines indictis. Jo. Baptista Saccus.

ANNOT.

RENovatus fuit in Ord. diei 10. Januarii anni 1698. §. *primo in primis*.

Ordo, ut Bannitorum notula singulis annis transmittatur ad Egreg. Capitaneum per singulos Prætores in quorum Officiis erunt condemnati.

MDCXXIV. Die xviii. Maji.

CUpiens Excellentiss. Senatus Bannitorum intollerabilem audatiam, & temeritatem coercere, qui, justitiæ reverentia posthabita, palam vagantur, publicam quietem turbant, Regiisque Subditis gravia detrimenta afferunt; quæsivit, undè malum hoc manaret, ut, quæ opportuna essent, adhibere posset remedia; indeque inter cætera provenire comperit, quòd plerique illos esse bannitos ignorent, ipsiq; hac ignorantia freti securè vagentur, eorum verò Receptatores, & Auxiliatores hoc falso ignorantiæ prætextu se tueantur, quò justitiam facilius eludere possint. Cui malo occurrere volens idem Excellentiss. Ordo, re diù, ac maturè considerata, censuit præter jam decreta à Nov. Constit. *tit. de Bannitis, & Receptatoribus Bannitorum*, (quæ tamen à plerisque Jusdicentibus negligi dicuntur) alia quoque addere, quibus, & Banniti notiores fiant, & banni ignorantiæ prætextus, quantum fieri potest, præcidatur, hacquè via Bannitorum audacia compescatur, justitiæ, subditis, & publicæ tranquillitati consulatur.

Propterea mandat non modò ordinibus, & quibuscunque Jusdicentibus, ut in posterum Bannitos in Albo Civitatis, in cujus Territorio, aut districtu jusdicunt, omnino describi curent, & publicari, quacunque exceptione remota, servata dictarum Constitutionum forma, sub pœna in eis contenta: Sed præterea ipsis Civitatum Prætoribus, sub eisdem pœnis, injungit, ut singulo anno, exeunte mense Novembri, Catalogum omnium Bannitorum tàm à se damnatorum, quàm ab aliis ad ipsos delatorum, ad Egreg. Capitaneum Justitiæ Mediolani mittant, qui, omnibus coacervatis, eorum notulas ad Officium Panigarolarum describi, & cum his, qui in hac Civitate damnati erunt, typis imprimi, promulgarique, & ad singulos dictarum Civitatum Prætores publicandas deferri curet, ut ab omnibus cognoscantur: publicationum autem attestationes ad Egregios Secretarios Senatus mittendas statuit saltem per totum mensem Januarium subsequentem.

Belingerius Proveria.

ANNOT.

FUit renovatus Ord. diei 16. Junii 1664., & diei 20. Novembris 1698.; ex Ordine autem novissimo diei 27. Martii 1741. notula Bannitorum trasmitti debet ad Excell. Senatum.

Declaratio, quod immunitas duodecim liberorum comprehendat etiam bona dotalia.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

LEctis in Senatu nostro precibus nomine Civitatis Papiæ nobis porrectis, & responsis Marchionem Patris, & Filii de Palavicinis, una cum utrinque replicatis, exempli sequentis &c. (ponantur tenores). Et omnibus consideratis per has nostras de ipsius Ordinis sententia declaramus immunitatem dicto Marchioni Galeatio concessam ob numerum duodecim liberorum comprehendere bona dotalia, de quibus agitur. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 24. Novembris 1624.

Sign. Belingerius Proveria, & sigillat. &c.

ANNOT.

1 PRo exclusione immunitatis in hac causa scripsit Maria *cons.* 108.
Idem declaravit Senatus Excell. contra Communitatem Pontiscuroni, licet age-
2 retur de bonis in dotem datis inæstimatis, ut in Ord. diei 5. Septembris 1640.
Pro bonis dotalibus indistinctè competit immunitas ex privilegio duodecim liberorum,
3 etiam si acquisita sint post obtentam immunitatem, ut declaravit Excell. Mediolani Gubernator in ejus Ordine diei 9. Septembris 1665. transmisso D. Vicario Provisionum.

Magnus Fossatus.

Ordo,

Ordo, ne Commissarii Mensuales Civitatis Papiæ obtineant sequestra penes Communitates, nisi in subsidium. 1624

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

LEctis in Senatu nostro precibus Francisci Becariæ Syndici Principatus Papiæ, & responsis Francisci Marenghi ejusdem Civitatis Papiæ Commissarii, una cum hinc inde replicatis, exempli sequentis, videlicet &c.

Et omnibus maturè perpensis, cum provisione digna visa sint exposita in precibus ipsius Syndici, ne Communitates multiplicitate sequestrorum graventur, & Consules, & Deputati Terrarum, qui agrorum culturæ incumbunt, ob curam fructuum sequestratorum, quam subire tenentur, ab eorum officio devocentur, eumque ex alio latere nullum sit prætermittendum remedium, quo facilior reddatur publicarum pensitationum exactio, quæ publicam respicit utilitatem.

Censuit is ordo pro exactione onerum, nec passim, nec indistinctè sequestra fructuum pœnes Communitates esse concedenda, sed habita matura cognitione indigentiæ, & necessitatis, postquam alia omnia remedia, quibus Commissarii utuntur adversus debitores onerum, nihil profuerunt, tunc in subsidium, ad ejusdem Commissarii instantiam posse Spect. b. D. Prætorem Papiæ dicta sequestra pœnes Communitates facienda concedere, dum tamen exprimantur vera nomina, & cognomina eorum, à quibus tempore emanati sequestri possidentur bona, ita ut certi sint Agentes Communitatum, ad quorum præjuditium illa concedantur, & de quibus bonis agatur. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, ac registrari jussimus. Dat. Mediolani die 9. Decembris 1624. Landrianus.

Ordo, ut occasione Visitationis Cadaverum, & vulneratorum exigantur solum libræ sexdecim.

MDCXIV. Die xx. Decembris.

COnquerentibus apud Excellentissimum Mediolani Senatum Agentibus pro Communitate Casalis Majoris, Curiam illius Oppidi à modico tempore citra plus, quàm par sit consuetum, & ab Ordinibus limitatum, exigere pro Visitationibus Cadaverum, & informationibus delictorum, quæ fieri, ac sumi in ejus jurisdictionis districtu per tempora contingunt; petentibus propterea ejusdem Oppidi Prætori injungi, ut nullo modo permitteret, sui officii Thesaurarium pro dictis Visitationibus, vel informationibus, plus sexdecim libris Imperialibus exigere, asserentibus, eam dumtaxat summam, retroactis temporibus, in similibus semper exigi consuevisse: Senatus litteris suis diei vigesimi Junii proximi superioris anni, dicto Prætori mandavit, ut rescriberet, quare memorata novitas tolli non deberet, & petita per dictos Agentes concedi. Viso postea responso ab ipsius Oppidi Proprætore dato die xi. Februarii proximè præteriti, unà cum attestationibus nonnullorum ejusdem Oppidi, superioribus annis per tempora Prætorum, per dictos Agentes ipsi Proprætori præsentatis, & ab eo ad ipsum Senatum missis, ex quibus apparet, dictos Prætores, eam pecuniarum summam, de qua dicti Agentes conqueruntur, pro dictis Visitationibus, vel informationibus, nunquam ante Præturam J. C. Marci Antonii Bossii exegisse; Et omnibus coram eodem Senatu propositis, maturèque discussis, unà etiam cum Fisci Regii voto.

Censuit is Ordo, servandum esse solitum, quod servari solebat ante dictam Præturam J. C. Marci Antonii Bossii, quòd scilicet occasione Visitationis Cadaverum, & vulneratorum, ac descriptionis bonorum, non exigatur plus libris sexdecim consuetis, & hoc, donec aliud ab eodem Senatu fuerit ordinatum. Landrianus.

Salvoconductum concedendum Syndicis Communitatum, esse restringendum ad duas personas.

MDCXXV. Die xxx. Januarii.

SEnatus Excellentiss. ad preces Communitatis Viguzoli petentis salv. cond. pro ejus Syndicis, sanxit, salvumconductum restringendum esse ad duos tantum Syndicos, & quo ad personam tantum, & sic ut infra deinceps de forma concedendum.

Quibus lectis coram Senatu, per has nostras mandamus Prætori N., & aliis quibuscunq; Jusdicentibus nostris, ad quos &c. ne aliqua præcepta executiva contra dictam Communitatem Viguzoli ad instantiam cujusvis creditoris, & pro quovis debito publico, exceptis tamen causis Fiscalibus, concessa, seu in futurum concedenda exe- 1625

1625 cutioni mitti permittant contra dictos N. N. Syndicos ipsius Communitatis, & hoc respectu tantum personalis molestiæ, & durante dicto eorum officio, inhibendo quibus erit inhibendum. His nostris annumdumtaxat duraturis. In quorum &c.

Ordo, ut pro constitutis, tot exigantur honoraria, quod sunt delicta.

MDCXXV. Die xi. Martii.

CUm diebus superioribus, Egr. Fiscalis Ruginellus, habito etiam voto Curiæ Egr. Capitanei Justitiæ hujus Dominii, verbum fecisset in Excellentiss. Senatu de litteris ad preces Protectorum Carceratorum Civitatis Cremonæ datis die 8. Martii 1595. Magnifico Prætori dictæ Civitatis; quibus inter cætera decrevit, ut in causis Criminalibus ubi agatur de delictis diversi generis, vel etiam ejusdem, quæ ex intervallo commissa sint, pro singulis solvantur quoque singula honoraria, quæ Sanctio in Curiis hujus Civitatis videbatur non servari pro honorariis potissimum examinum Reorum, qui impicti de pluribus delictis sponte se constituunt, pro quibus exigitur unicum honorarium, ea ratione quod in taxa decernatur, ut pro his examinibus ubi agatur de causa capitali exigatur scutum unum pro singulo Reo; ubi verò non sit capitalis, dimidium unis aurei semel tantum, etiam si sæpius examinentur Rei, licet Curia sensisset, ea verba dictæ taxæ intelligenda pro pluribus examinibus ejusdem delicti, non autem plurium delictorum, & Senatus ante deliberationem jussisset exquiri observantiam Curiarum Cremonæ, & Papiæ, & per præfatum Egr. Fiscalem habitæ fuissent attestationes styli dictarum Curiarum, & eas retulisset; Is Ordo omnibus maturè perpensis.

Censuit pro examinibus Reorum, qui sponte se constituunt, impicti in eodem processu de pluribus delictis diversi generis, vel etiam ejusdem ex intervallo commissis, tot deberi honoraria, quod sunt delicta.

Belingerius Proveria.

Ordo, ut in perhemptoriis transmittendis Reis apponatur clausula, successivè singulis diebus, donec &c.

MDCXXV. Die xxii. Martii.

GLiscenti in dies hominum malitiæ ad evadendas commissionum pœnas opportuna studet jugiter Excellentiss. Mediol. Senatus adhibere remedia, cui non leve negotium facessunt assiduæ nullitates, & vitia, quæ Notariorum criminalium, & quandoque Judicum incuria, & conniventia emergunt ex formula perhemptoriarum citationum pro condemnationibus faciendis, sivè pecuniariis, sivè capitalibus earumdemque intimatione inter quas connumeratur ommisso clausulæ *comparendi successivè singulis diebus donec &c.*, cujus clausulæ vi lapso termino præscripto condemnationes fieri possunt validè intra mensem, ut peculiari Senatus Consulto cautum fuit. Quemadmodum igitur plerisque in casibus provisum est aliis decretis, ità hoc Senatus Consulto ipsi ommissioni occurrendum censuit is ordo, quo mandat quibuscumque hujus Dominii Jusdicentibus, & eorum Notariis, ut perhemptoriis hujusmodi citationibus posthac apponant jam dictam clausulam *comparendi successivè singulis diebus donec &c.* sub pœna ipsi ordini arbitraria contrafacientibus quam, & cæteras impositas ex aliis decretis in hac materia, nisi ea quæque pleuè servaverint, sciant se omnino loituros.

Philippus Meda.

Ordo, ut capto Bannito statim transmittatur ad Senatum status illius condemnationis.

MDCXXV. Die xxviii. Aprilis.

CUm justitiæ, reique publicæ plurimum intersit, ut rerum capitalium damnati, quotiescunque in vincula conjiciantur, scelerum pœnas quanto citius luant, ut exemplo cæteri à maleficiis deterreantur, bannitique ab hoc Dominio arceantur; hoc edicto mandat Excellentiss. Senatus singulis hujus Dominii Jusdicentibus, ut, statim atque bannitus aliquis in carcerem fuerit conjectus, condemnationis statum ad ipsum Excellentiss. Ordinem ex officio scribant, vel, si alibi fuerit damnatus, Jusdicentem loci, in quo fuerit condemnatus, moneant, ut ille sine mora causæ statum mittat, & præterea de hoc eundem Excellentiss. Senatum certiorem faciant, qui negligentes condigna pœna afficiet, ne, (quod sæpissimè contingere dicitur) Jusdicentium negligentia damnati ipsi carceris diuturnitate miserrimè tabescant, aut fautorum ope ibi tamdiu retineantur, donec impunitatem consequantur, hocque pacto justitia deludatur.

Belingerius Proveria.

Rusti-

Rusticorum appellatione in edicto permittente delationem rotatorum, intelliguntur ii, qui propriis manibus colunt. 1625

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

ANdreas Bossius, & Socii, dederunt nobis sequentes preces, videlicet.

P. R.

Et si in proclamate per Excellentiss. L. T. M. V. die 21. Junii nuperrimè decursi edito circa permissionem delationis scloporum rotatorum, procul dubio intelligantur comprehensi fidiss. M. V. ser. Andreas, & Baptista fratres de Bossiis, & Antonius ejusdem Baptistæ filius, Fictabiles D. Galeatii, & Comitis Aloysii ejus nepotis de Arconatis habitatores loci Cornaleti districtus Cremonensis, Arbustusque de Arbustis propriis vivens redditibus, ac Christophorus Sanguinetus Merzarius ambo loci Gamboleti ejusdem districtus, cum Statu Veneto confinantis, quorum nemo terras propriis manibus colit, licet dicti Bossii nonnullas à dictis Dominis Arconatis conduxerint, ab aliis tamen eas coli faciunt, habent enim, & ipsi in bonis, ut propriis redditibus lautè vivere queant, maximaque continuo subeunt pericula, & quidem ex eis sunt, pro quibus Suæ Excell. ad dicti proclamatis editionem mota est, dùm his utitur in proclamate verbis, nempe: *Considerando gli inconvenienti, che tal volta succedono, e le oppressioni, che possono ricevere li Sudditi di questo Stato in tempo di numeroso Esercito, ed ancora li pericoli a' quali sottogiacciono, massimamente li luoghi confinanti ec.* Ex quibus verbis clarè dignoscitur ejusdem Excellentiæ mentem fuisse talium saluti occurrere, ut sunt Supplicantes; at quia in eodem proclamate leguntur etiam illa verba, *eccettuati li Rustici, e Contadini*, quæ verba de stylo, & consuetudine intelliguntur propriè loqui de iis, qui propriis manibus terras colunt, à quo Supplicantes omninò abstinent; attamen justitiam timentes, tale armorum genus, ut per proclama permissum est, deferre non audent, absque M. V. declaratione, & ob id innumerabiles patiuntur oppressiones, quibus ut in quantum possunt occurrant. Humilimè M. V. precantur, ut dignetur suis litteris patentibus decernere, Supplicantes in recitata permissione comprehensos esse posse, quod tale armorum genus impunè deferre, ut in memorato proclamate permissum est, & ita &c. QUIBUS in Senatu nostro lectis, unà cum voto Fisci nostri superinde excitati. Harum serie, decernimus, memoratum proclama intelligendum esse de his tantùm, qui agros propriis manibus laborant, & colunt. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Datæ Mediol. die 15. Octobris 1625.

Signat. Alexander Besutius, & sigillat. &c.

A tergo. Registratæ in filo patentium.

Ordo, ne Protectores Carceratorum Mediolani relaxent debitores detentos sub fidejussione absque causæ cognitione, & inaudita parte.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

DIlecti nostri. Dum proponeretur coram Senatu nostro controversia pendens inter Sanctum Reinam, & Franciscum ab Ecclesia, uti illius debitorem ex causa litterarum cambii super rititudine capturæ dicti ab Ecclesia, & competentia Judicis; dictum fuit plures esse, qui conquerantur, vos consuevisse relaxare detentos absque cognitione causæ, & inaudita parte, ubi per eos fidejussio præstetur de solvendo, vel redeundo ad carceres: qui procedendi modus minime probatur: Vobis propterea ex ipsius Ordinis sententia mandamus, ut in posterum abstineatis ab ejusmodi relaxis, sed ea faciatis, causa cognita, parte citata, servatisque aliis servandis, atque in iis tantum casibus, quorum cognitio ad vos spectet. Dat. Mediolani die 23. Martii 1626.

Jo. Baptista Saccus.

A tergo. Sapientibus J. C. C., ac Nob. Viris Protectoribus Carceratorum Mediolani.

Ordo, ut excusentur Inquisiti de simplici conversatione, & tolerantia.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Visis annexis precibus Simeonis de Ripamonte, & aliorum Communitatis Tegnoni, & Navæ una cum voto Fisci nostri superinde excitati, vobis mandamus, ut eos, qui de simplici conversatione, & tolerantia sunt inquisiti, excusetis. Et si aliter senseritis, causas cum statu causæ nobis rescribatis. Mediolani die ultimo Maji 1626. 1626

Belingerius Proveria.

A tergo. J. C. Vicario Martesanæ nostro dilecto.

Ordo,

1626 *Ordo, ne census constituantur cum majori reddituu librarum septem pro quolibet centenario.*

MDCXXVI. Die xiii. Novembris.

POsthac cum agetur de censibus constituendis super bonis Communitatum, in minuta ponatur clausula; ut non fiat cum onere solvendi majorem redditum, seu fructum, quam in rationem librarum septem in singulas centum, & sive de censibus agatur, sive de quovis alio contractu venditionum, & distractionum faciendarum per Communitates; alia etiam ponatur conditio, ut scilicet nullum pactum apponatur de præservandis Emptoribus immunibus ab oneribus, vel de demendis ab Estimo bonis distrahendis, aut quod ullu modo derogetur potestati Principis, sub pœna nullitatis contractûs. Diligenterque advertant ad hoc, qui minutas conficient.

Comes Majoragius.

A N N O T.

CEnsum validè constitui posse super æstimo reali Communitatum, eumque haberi pro
1 re immobili sui natura fructifera juxta formam Bullæ Pontificiæ, declaravit Senatus
Excell. die 31. Januarii 1618., ut refert Calviu. *de æquit. lib. 1. cap. 23 n. 20.*
Census parit fructus, seu interesse post moram, ut post alius casus declaravit Excell. Sena-
2 tus in causa vertente inter quondam Pasqualem, & Sorores Palludas die 31. Julii 1669.
refcrente Magnif. Marchione Senatore Caxa; etiam contra tertium, ut declaravit
idem Senatus die 15. Decembris 1671. referente Magnif. Com. Senatore Burro.
Annui redditus Censuum Communitatum redacti sunt ad quinque pro quolibet centenario
3 ex Ordine Regio diei 6. Octobris 1630. executiooi demandato per Edictum Magistrale
diei 26. Martii 1636.
Hæc reductio extensa est etiam ad Census Particularium ab Excell. Com. Sirvelæ hujus Sta-
4 tus Moderatore in ejus Proclamate diei 5 Januarii 1642., & fuit postea confirmata Re-
gio Ordine diei 12. Junii 1661. inserto in vol. 4. Regiar. Litterar. pag. mihi 72., & 73.
Reductio prædicta non extenditur ad Census constitutos post emanatam superius recensitam
5 Regiam Pragmaticam, ut declaravit Senatus Excell. in Ord. diei 17. Februarii 1661.
Pro qualibet libra redditus Censuum competit favore debitoris deductio unius assis, &
6 semissis pro redemptione Capitalis ipsorum Censuum juxta declarationem Senatus
Excell. diei 6. Septembris 1672., & Ordinem Magistralem diei 10. Martii 1687.
Redditus Censuum Communitatum Principatus Papiæ redacti sunt ad libras tres pro
7 quolibet centenario ex Ordine Magistrali diei 20. Julii 1713. pro executione Cesareæ
Pragmaticæ.
Census non dicitur Ecclesiasticus, quando est constitutus inter Laicos, & transivit in Eccle-
8 siam, ut declaravit Senatus Excell. in casu Cavignetti cum RR. PP. S. Dominici Ale-
xandriæ juxta votum Egr. Advocati Fiscalis Porri die 2 Julii 1664. referente Magnif.
9 Senatore Puteo; & tali casu subjacet reductioni, ut pluries declaravit idem Senatus,
& signanter in casu litis vertentis inter Communitates Valentiæ, & Castri Novi, & RR.
Moniales Sanctissimæ Annunciatæ Alexandriæ die 2. Octobris 1665. referente eodem
Magnif. Senatore Puteo.
Reductio Censuum habet locum, etiamsi in Instrumentis eorum constitutionum adsit
10 pactum, quod illorum redditus futuris temporibus non possint minui ex quacunque
causa sive justa, sive injusta, & etiamsi hujusmodi pactum sit convalidatum à Senatu,
ut declaravit die 14. Augusti 1636. Excell. Marchio de Leganes hujus Dominii Guber-
nator ad instantiam Syndicorum Ducatus Mediolani, ut notat Somalea *Alleg. fol. mihi*
303., *&* 119. ubi per extensum refert Decretum S. E.
Si Communitas debitrix erga Censuarios, cum majori parte eorum convenit de reducendis
11 Censibus decursis, & decurrendis; ubi aliqui ex ipsis creditoribus renuant, coguntur
consentire hujusmodi reductioni ob bonum publicum, ut voti fuit Senatus Excell. die
21. Junii 1668. in casu Communitatis Casalis Majoris facta consultatione Excellentis-
simo Gubernatori, qui cum consilio aliorum Administrorum dictum votum Senatus
approbavit.
Censuarius quamvis habeat obligatam Communitatem in solidum; facta separatione ejus-
12 dem Communitatis, tenetur dirigere actionem pro rata Censua contra Separatos, salvo
jure subsidii, ut ex sententia Senatus lata die 16. Januarii 1673. referente Magnif. Com.
Senatore Loaysa in casu Longhi cum Communitate Bareggii respectu portionis sepa-
ratæ spectantis Abbatiæ S. Petri ad Ulmum.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut in Capturis concedendis etiam à Commissariis habentibus auctoritatem exigendi in forma Cameræ omnino servetur dispositio Nov. Constit.

Consultatio Illustriss. Magistratus Ordin. facta Excellentiss. Senatui.

UT facilior reddatur exactio pecuniarum, quæ initis prius de more calculis, singulo semestre cujuslibet anni repartiri solent ad ratam quotæ mensualis omnium Civitatum, ac Provinciarum hujus Dominii, ut iis locis satisfiat, in quibus præsidia

præsidia ordinaria Militum sustinentur, consuevit is Ordo noster Commissariis huic exactioni propositis litteras patentes concedere cum facultate relaxandi debitoribus executiones in forma Regiæ Cameræ, præcedentibus tamen debitis monitionibus, ac servatis in reliquis Ordinibus hujus Dominii. Mensibus proximè elapsis Chistophorus Meltius unus ex dictis Commissariis pro Civitate Alexandriæ, & Oppidi Mortarii vigore dictarum litterarum patentium, ac pro debitis Civitatis Cremonæ detineri curavit ad secundam circiter vigiliam in quodam hospitio hujus Civitatis Jo. Baptistam Pidesium, Jo. Mariam Martinellum ambos dictæ Civitatis Mercatores, & Modestum Peronum Coadjutorem in Officio Maleficiorum ejusdem Civitatis. Horum Detentorum nomine porrecto nobis supplici libello, cum gravi querimonia petitum fuit declarari neutiquam potuisse detineri in dicto Hospitio, ac tantò magis tempore nocturno. Nos prius, quam aliquid deliberaremus, jussimus à Partibus deduci quæcunque illis vicissim suppeterent subjicienda, quorum summa è latere dicti Commissarii fuit, dictis litteris patentibus eandem potestatem ei tribui, qua utitur Fiscus Regius contra suos debitores, quos ex diutina observantia citra omne loci, ac temporis discrimen detineri jubet, ut ex attestatione Executorum Cameralium, quæ his nostris annexa M. V. transmittitur, & perniciosæ consequentiæ fore, si hujusmodi observantia sublata, hoc diffugium contumacibus debitoribus præbeatur. E latere vero dictorum detentorum opponitur priore loco dispositio Nov. Constitut. apertis verbis declarans pro quocunque debito publico, & privato, domi, & noctis tempore hujusmodi detentiones personales exerceri non posse: Ordo Senatus M. V. anni 1568. edicens dictarum Nov. Constit. dispositionem servandam esse & formulam earundem litterarum patentium, in qua post facultatem datam faciendi executiones contra debitores in forma Regiæ Cameræ immediatè subjiciter, servatis in reliquis Ordinibus Status, ac demum Votum unius ex Regiis Fiscalibus in idem consentientis; nec obesse attestationem Executorum, cum hic non agatur de debitore Fisci immediato, sed & de Commissario à particulari Civitate electo per viam contractus, & in Magistratu mox approbato, sed cum supradicta limitatione. Verum cum utcumque res ad interpretationem Nov. Constit. redigi videatur, & agatur de casu exemplari, & hisce præcipuè temporibus frequentissimo, nec inter Regios Fiscales satis conveniatur, ut ex occluso voto Fiscalis Rubei, operæ pretium esse duximus M. V. consulere, ut dignetur decernere quid stante prædicto conflictu servandum sit, ac detur amplius hac in re hæsitandi locus. Die 4. Septembris 1626. 1626

Signat. Trottus P., Arconatus, Gallia, Ferminus Lopez, Pirovanus.

Votum Fiscalis Rubei.

Non videtur in dubium revocanda antiquissima observantia detinendorum debitorum Fiscalium ubique locorum, exceptis locis sacris, & ne dum Fisco ipsomet instante, sed etiam Cessionario illius, vel habente causam ab eo, seu Commissario, vel onerum Fiscalium exactore. Si quidem de Fisco res est indubitata, cum non ligetur, prout nec Princeps aliquibus statutis, vel decretis tam inspecto jure communi, quam municipali *l. Cujus la 2. ff. de fideicom. liber.*, & ibi Bart., *& in addit.*, & ex statuto *cap. 75. vol. 2.*, qua ratione, & subsecuta observantia juris etiam interpretativa inquit Jacobus Cabitius *in Margarita Fisci 3. dub. n. 26.* versic. *triginta octo* circa *medium*, quid quid in contrarium dici possit, Judicesque, & Officiales servare, ut illicò ponant debitores Fiscales in carcere, non petito & prius debito Fiscali, & omnes scribentes onanimes conveniunt in exactione debitorum Fiscalium nullum prorsus servari juris ordinem, imo censeri remissas omnes solemnitates juris positivi, & de facto procedi, ita etiam attestante Bossio *de Fisco, & Privileg. ejus nu. 18.*, & in ejuscemodi Cessionarios transire omnia jura Fisci, & actiones etiam directas, ac Privilegia quoad omnes effectus Peregrin. *de jure Fisci lib. 7. tit. de iis quæ pertinent ad Ord. judicior. nu. 34.* ampliusque. Exactores Gabellarum Principis affirmat, uti eodem jure, cum sint quodamodo Factores, & Negotiatores Principis, & privilegium Fisci transit in habentem jus à Fisco, quia est perpetuum, nam Fiscus numquam moritur, secus in privata persona privilegiata, ut per eundem Cabitium *dicto 3. dub. nu. 34.* Neque prædictis obstat decretum Excellentissimi Senatus anni 1568. de servandis Constitutionibus in executionibus Cameralibus, esto quod non fuit usu receptum, imo contrarium semper servatum ut supra: neque proinde publicatum edictum, & Consultus Magistratus ad formam dicti decreti, & ut ex occlusa attestatione eorum, qui munere prædicto Executorum functi sunt, & ita etiam observatæ fuere litteræ Magistrales Commissariis datæ. Quod si ædium præsidio tuti essent debitores Fiscales, actum foret de creditis, tributis, & gabellis Fiscalibus, & propterea precatur Fiscus Excellentiss. Senatum, ut dignetur ejus indemnitati consulere, neque dictæ antiquissimæ observantiæ pro Fisco manum apponere. Primo Septembris 1626.

Signat. H. Rubeus.

Decre-

1626 *Decretum Senatus.*

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilecti nostri. Quodamodo actum fuerit cum duobus Mercatoribus Civitatis nostræ Cremonæ Jo. Baptista Pidesio, & Jo. Maria Martinello, ac cum Modesto Perono Coadjutore in Officio Maleficiorum ejusdem Civitatis, qui jussu unius ex Commissariis Præsidii Civitatis Alexandriæ in Caupona hujus Civitatis capti sunt noctu ob pecuniam debitam à Civitatibus, & Provinciis hujus Dominii Civitati Alexandriæ, & Oppido Mortarii pro expensis Præsidiorum stationem ibi habentium, id planè novimus ex relatione vestra, qua latè recensentes querimoniam captorum, & quæ tum ex parte eorum, tum per Commissarium deducta, & disceptata sunt, ex hujus latere, scilicet potestatem sibi tributam, & consuetudinem, quam etiam roboravit attestatione nonnullorum, qui functi sunt Officio Executorum Cameræ nostræ: ex parte autem illorum Novar. Constit. dispositionem, ordinem Senatus nostri anni 1568., & formulam ipsarum litterarum patentium, facultatem dantium faciendi executiones debitoribus in forma Cameræ nostræ, quibus clausula hæc adjicitur, scilicet servatis in reliquis ordinibus Status, rem uti dubiam una cum Fisci voto, & interpreratione egentem proposuistis, & petiistis decerni quid agendum. Porrò nos omnibus diù, & per quam diligenter tractatis, & discussis, venimus in sententiam, prædictos malè detentos fuisse, ideoque relaxandos, & in futurum in hujusmodi capturis concedendis, & executioni mittendis omnino servandam esse dispositionem Nov. Constit., vobisque mandamus, ut sic servari inviolabiliter faciatis. Mediolani die 23. Novembris 1626.

Subscript. Marchesonius.

A tergo. Spect. b., & Egreg. J. C., ac Egregiis Viris, Præsidi, & Quæstoribus, Reddit. nostrorum Ordinar. Status Mediolani nostris dilectissimis, & sigillat. &c.

ANNOT.

Idem servari jussit Excell. Senatus in Ord. diei 3. Novembris 1628.

Ordo ne molestetur pro aliorum debito, qui solverit suam contingentem portionem onerum.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

1627 Cum Hieronymus Sharaeia Exactor Collectarum, quæ intuitu præsidiorum forensium in hoc Dominio imponuntur, obtinuisset à Magistratu Ordinario executionem personalem contra Cives, & Incolas hujus Dominii, Ideoque carceri mancipari fecisset Jo. Clementem Seghitium Cremonensem in itinere Cremonam redeuntem causa debitorum ipsius Civitatis, ipseque Seghitius ad Senatum confugisset, non potuit Senatus non mandare Capitaneo Justitiæ, ut constito Supplicantem captum fuisse contra formam Nov. Constitut. eum statim absque impensa relaxari faceret, Verum Commissarius Chararia ad impediendum Senatus decretum ad Excellentiam Vestram confugit multa in contrarium exponendo, & denique petendo ab Excellentia Vestra causam remitti ad Magistratum Ordinarium, sed Excellentiæ Vestræ placuit sub die undecimo Januarii præteriti decreto suo nobis mandare, ut consideratis expositis dicamus quidquid nobis occurrit, & interim Seghitius captus non relaxetur. Quare idem Seghitius ad Senatum confugit oblatis precibus, in quibus indebitam fuisse detentionem suam multis rationibus ostendere conatus, demumque mandari petiit Capitaneo Justitiæ, ut contra Commissarium Chărariam, tanquam ordinum contraventorem criminaliter procederet. Senatus autem observat petitionem Charariæ in utroque capite injustam esse; Nam dum prætendit potuisse capi Seghitium, etiam si solverit suam contingentem portionem hoc directò, & præcisè repugnat Constitutionibus hujus Dominii *lib. 4. titulo de oneribus*, ubi pro oneribus impositis, vel per Principem, vel per communia prohibetur, ne qui solverit suam contingentem portionem possit pro residuo molestari. Unde quatenus Chararia contendit posse eodem modo exigere debitum hoc causa præsidiorum quo Fiscus exigere potest onera illi debita, constat hac ipsa ratione prohibitum illi esse, quod prætendit, cum Constitutiones nominatim loquatur de oneribus per Principem impositis. Hinc est, quòd pro exequutione Constitutionum passim, & quotidiè dantur à Senatu rescripta ad preces particularium personarum, ut constito de solutione suæ portionis non molestentur, & capti sine impensa dimittantur. Dum verò idem Chararia petit inhiberi Capitaneo Justitiæ ne exequatur rescriptum hujusmodi Senatus obtentum per Seghitium, & causam remitti ad Magistratum Ordinarium, uti ad eum spectantem, non minus injusta est ejus petitio etiam in hoc capite, si quidem, ut modo dicebatur nihil frequentius à Senatu petitur, & obtinetur, quàm quòd nunc agitur, ut vel ipse liber Cancellariæ quem formularium vocant, manifestum reddit.

reddit. Quinimò mense Decembris proximè elapso Magistratu ipso consulente, Senatus etiam audito Fisco maturè declaravit, & jussit in exigendo hujusmodi debito pro præsidiis servari debere Constitutionum dispositionem rejectis his rationibus, quibus nunc utitur Chararia. Quamobrem in re decisa per apertam legem hujus Dominii, & spectante ad Senatum, imò per eum de recenti, & solemniter cognita, & decisa non erat, quòd Chararia molestus esset Vestræ Excellentiæ, quam ideò rogamus, ut velit negotium ad nos remittere, permittendo jam per nos decreta pro justitia effectum sortiri. Cæterum Excellentiæ Vestræ à D. O. M. Falicia omnia optamus. Dat. Mediolani die 5. Februarii 1627.

Excellentiæ Vestræ observandissimi Præses, & Senatus Provinciæ Mediolanensi.

Landrianus.

A tergo. Illustrissimo, & Excellentissimo Don Consalvo Fernandez de Cordova pro Catholica Majestate rerum bellicarum Consiliario, & Capitaneo Generali, ac Dominii Mediolanensis Gubernatori Domino nobis observandissimo. Et sigillat.

Instrumenta non esse conficienda, nisi expletis, & præsentatis litteris patentibus.

MDCXXVII. Die xii. Februarii.

INnotuit Excellentissimo Senatui ausus, & abusus plurium Notariorum, qui, cùm instrumenta aliqua conficiunt, quæ dispensationibus ejusdem Senatus indigeant; impendii, vel laboris fugiendi causa, minutas ipsarum, vel etiam simplex decretum unius ex Senatoribus illuc inserunt, nec exinde curant litteras patentes in forma solita expediri, ut minutæ possint in Archivo reponi; præter ordines, ac veterem consuetudinem: Unde dubia, contentiones, lites, pericula, damnaq; multa proveniunt. Quæ ne diutiùs ferantur, mandat idem Senatus omnibus Notariis, ne posthac audeant hujusmodi instrumenta conficere, nisi expletis priùs ritè, legitimèque litteris patentibus dispensationum, quæ in iis requiruntur, iisque Regio sigillo obsignatis, relictâ minutâ in Cancellaria, sub pœna nullitatis ipsorum instrumentorum, & annuæ suspensionis à munere Notariatus. Quod edictum publicè proponi jubet, ne à quoquam ignoretur, cui possit interesse. Belingerius Poveria.

Perhemptoria, quæ transmittuntur esse notanda separatim, & distinctè cum satellitum relationibus.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

DIlectè noster. Proposita in Senatu nostro relatione nobis facta per Syndicatorem Præcessoris vestri die 9. Decembris 1625. de statu condemnationis *aureorum mille tercentum* secutæ contra Philippum Cacciam, ob non consignatum Jo. Baptistam Vicecomitem militem Cataphractum, fidejussori recitatæ summæ è carceribus dimissum; Lectisque iis, quæ vos in executione litterarum nostrarum die 16. Octobris 1626. super dicta relatione ad vos datarum retulistis, & transmisistis ad nos in dicta causa in isto Offitio peractis. Et audito Fisci nostri superinde semel, atq; iterum excitati voto; Omnibusq; accuratè perpensis. Censuit is Ordo dictam *condemnationem esse circumscribendam, pro ut nos, sententiam Senatus probantes; illam circumscribimus*; Quod vos his nostris monemus; Vobisque mandamus, ut ita servetis, & servari faciatis.

Insuper citationes, & perhemptoria, quæ transmittuntur in processibus notentur separatim, & distinctè cum Satellitum relationibus, prout alibi pariter observatur. Mediolani die 28. Junii 1627.

Signat. Jo. Baptista Saccus, & sigillat. &c.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Laudæ nostro dilecto.

Ordo, ne Fictabiles, aut Coloni Professorum Gymnasii Ticinensis graventur militum hospitatione pro portione militum ipsis Professoribus spectante.

MDCXXVII. Die xxvii. Augusti.

IN causa vertente coram Excellentiss. Senatu Mediolani inter Physicum Jo. Jacobum Marocium Primarium Lectorem Theoricæ Medicinæ ordinariæ horis Matutinis in Ticinensi Gymnasio appellantem ex una, & Communitatem Molendini Veteris, & Divisiæ Campaneæ Supranæ Papiæ, & seu ejus Agentes appellatos ex altera, in qua præfatus Physicus Marocius appellavit ab ordinatione in ejus præjuditium per Magistratum Ordinarium Status Mediolani favore dictæ Communitatis, facta, dum in ea ordinavit, & declaravit ipsum Physicum Marocium teneri, & obligatum esse ad effectualem hospitationem militum in ædibus ejusdem Massariorum,

1627 & seu Fictabilium pro portione militum ei spectante, & ei per Agentes dictæ Communitatis assignanda, petendo per Senatum Excellentiss. dictam ordinationem Magistralem tolli, & revocari, & declarari, eum uti publicum Lectorem in dicto Gymnasio cum immunitate non teneri ad dictam militum hospitationem; audito uno ex Magnificis DD. Senatoribus referente in ipso Senatu causam dictæ appellationis per dictum Physicum Marocium interpositæ à dicta ordinatione Magistrali, & contradictionem dicto libello factam per dictam Communitatem, una cum hinc inde replicatis. Item referente jura hinc inde producta, ac omnia alia jura coram se auditis partibus, ac earum Causidicis deducta; Visaque relatione citationis perhemptoriæ ad videndum causam expediri, & difinitivè sententiam proferri, & omnibus maturè perpensis.

Senatus declaravit male judicatum per præfatum Magistratum favore dictæ Communitatis, & benè appellatum per dictum Physicum Marocium, & dictam ordinationem Magistralem revocandam esse, prout illam revocavit, absolvendo tamen, prout absolvit ipsam Communitatem ab expensis in præsenti causa factis, salvo, & præterquam respectu medietatis salarii præsentis causæ, in qua dictam Communitatem condemnavit.

Alexander Besutius.

ANNOT.

1 PRivilegium Immunitatis ab omnibus ooeribus extraordinariis, & patrimonialibus servandæ etiam tempore belli concessum Lectoribus Gymnasii Ticinensis anno 1533. à Duce Mediolani Francisco Sfortia II., fuit confirmatum à Philippo II. Hispaniarum Rege, & Mediolani Duce die 23. Julii 1555., & intirinatum à Senatu Excell. die 31. Januarii 1556.

2 Circa hanc Immunitatem orta est contentio anno 1633. occasione repartus generalis pro hospitatione exercitus ordinati sub fine anni 1632. ab Excell. D. Duce Feriæ Status Mediolani Gubernatore sub lege, quod hospitatio militum æqualitèr fieret in omnibus Provinciis ad ratam quotæ cujuslibet Provinciæ, & quod ad dictam hospitationem omnes tenerentur non obstantibus quibuscumque privilegiis Immunitatum, aut Exemptionum, salvis tamen eorum juribus circa hujusmodi privilegia, aut possessionem, cognoscendis summariè, & sine figura juditii ab Administris deputandis, prout die 28. Januarii ejusdem anni 1633. selecti fuerunt pro cognitione dictarum Immunitatum Magnus Cancellarius, Præses Excell. Senatus, & Præsides utriusque Illustriss. Magistratus.

3 Suspensio hujusmodi Immunitatum, & Exemptionum renovata fuit ab Excell. Gubernatore D. Marchione de Leganes proclamate diei 5., & 19. Januarii 1636. confirmatis iisdem Administris pro illarum cognitione, qua pendente Lectores Gymnasii Ticinensis continuarunt in possessione eorum Immunitatis, prorogationibus provisionalibus identidem renovatis; & demum habita relatione, & voto Junctæ superius recensitæ, & Illustriss. Magistratus, Immunitas dictorum Lectorum fuit confirmata ab eodem Excell. D. Marchione de Leganes decreto diei 18. Aprilis 1637., cujus executio iojuncta fuit eidem Magistratui, ut notat Oppizzon. *de onerib. part. 2. pag. 342., & pag. 344.* refert per extensum enunciatam relationem.

4 Ob maximas temporum calamitates rursùs ordinata fuit suspensio cujuslibet Exemptionis, & Immunitatis, excepta illa ob numerum duodecim liberorum, ex proclamate ejusdem Marchionis de Leganes diei 12. Augusti 1639., & cognitio Immunitatis Lectorum Gymnasii Ticinensis remissa fuit Excell. Senatui, qui circa dictam Immunitatem decrevit interim nihil esse innovandum, ut ex ejus Ord. diei 12. Septembris 1640.

5 Immuoitatem ab omnibus oneribus concessam Professoribus Ticinensis Gymnasii servandam esse etiam pro oneribus, quæ imponuntur causa belli, & defensionis Provinciæ, latè probat Donde. *consult. 16. per tot.*

Magnus Fossatus.

Ordo circa libros imprimendos.

MDCXXVII. Die xxix. Octobris.

GLiscente in dies multitudine, ac libidine Scriptorum, qui sive per imperitiam, sive per malitiam, sive per emolationem, sive demum per ingenii ostentationem, scriptis suis, magnas possunt excitare turbas inter Principes, vel magnam afferre perniciem moribus, atque animis Populorum; Animadvertit Senatus valida opus esse auctoritate, ut huic incommodo opportunè occurratur. Propterea eligendum censuit quempiam ex Magnificis Senatoribus, qui modum ponat Typographis, ac Bibliopolis, ne opus ullum excudant, vel distrahant, quod legibus, edictis, & Senatusconsultis, Decretisque Regiis adversetur. Fretus igitur fide, sapientia, solertia, atq; experientia Magnif. Senatoris Domini Ferrandi Quintana Dueñas, nec non & multifaria ejus lectione, & Librorum cognitione, illum huic inspectioni, ac ministerio perficit, ac præesse vult. Mandatque districtè omnibus Typographis, & Bibliopolis hujus Dominii, ne opus ullum deinceps excudere; aut venalem habere audeant, quod non sit ab ipso Magnif. Senatore inspectum, atque approbatum, sub pœna Senatui ipsi arbitraria. Cujus approbationis fidem faciat Secretarius, qui hacte-

hactenus curam gessit Librorum imprimendorum, vel quisquis alius à Senatu electus ei succedat : idemque sedulò invigilet, ut hoc edictum, & alii Senatus ordines inviolatè serventur. 1627

Saccus.

ANNOT.

PLuries reiterati sunt Ordines super hac materia à Magnificis DD. Senatoribus successivè delegatis, ut enunciatur in novissimo Ordine diei 13. Octobris 1736.

Ordo pro variis providentiis ejusdem Senatus.

MDCXXVII. Die x. Novembris.

UT arcana Senatus custodiantur, quemadmodum decet, nec vulgentur, opere pretium existimavit aliqua addere, quæ hac de re jam decreta fuere.

Censuit igitur jurandum denuo per unumquamque Senatorem juxta solitam formam, per Secretarios quoque renovandum jusjurandum semel præstitum; Ostiarios juxta ordines jam conditos, Senatum ingredi non debere, nisi ad aliquod ministerium suum, & hebdomadarios tantum, qui si schedulas aliquas inferre rogabuntur, id faciant moderatè, & eis redditis statim recedant. Reliqui quidem præsto sint; si vocentur; Judices omnes, Capitaneo Justitiæ excepto, postquam retulerint, ante collectionem votorum exire debere, nec redire in Senatum, nisi vocatos, vel Senatu dimisso. Fiscales urbaniter à Præside monendos, ne in Senatu, nisi ex causa necessaria, & è re Fisci commorentur, & suis locis stent, vel sedeant. Stipandas omnes rimas Ostiorum Aulæ Senatus, faciendaque repagula, sive prothyra, quæ curiosos arceant ab accessu, impediantque visum, & auditum eorum, quæ in Aula ipsa tractabuntur, id quod etiam curet Ostiarius Janitor, qui assistat non discessurus Senatu non dimisso, denique curandum, ut relationes, minutæ, cæteræque Senatus scripturæ, & decreta per Ostiarios fideliter, ac tacitè circumferantur, quam in curam Magnif. Senator Vicecomes pro sua sapientia, & diligentia incumbat.

ANNOT.

1 JUramentum DD. Senatorum Mediolani de non revelandis votis qualiter intelligatur tradit Raudens. *in appendice ad primam partem tractat. de Analog. n.* 227.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut Rescripta mandantia, quòd ubi appellatio sit manifestè frivola &c., dentur Judici ad quem, vel causæ appellationis Commissario, numquam Judici à quo.

MDCXXVII. Die xvii. Novembris.

PRoposito in Excellentiss. Mediolani Senatu per Illustrissimum ejusdem Ordinis Præsidem nùm danda essent rescripta mandantia, quòd ubi appellatio esset manifestè frivola, & calumniosa, ea non obstante ad ulteriora procedatur, quemadmodum sæpissimè data fuere, an vero abstinendum, & ubi dari deberent, an solum ad Judicem ad quem, an verò ad Judicem à quo danda essent, Senatus re maturè discussa.

Censuit danda quidem ejusmodi rescripta, quoniam jure negari nequeunt, verum cum hac moderatione, ut nunquam dentur ad Judicem à quo, sed ad Judicem ad quem, & si causa appellationis, vel articulus utrum sit appellabilis commissa fuerit, ad Commissarium litteræ dirigantur, ubi autem neutrum sit commissum tunc preces adversæ parti inthimandas, neque hoc casu dicta rescripta danda nisi parte excitata, & audita hocque in posterum omnino servandum.

SCHOLIA.

JUre merito sancitum est, non esse denegandа rescripta suprascripta, quoniam apud Judicum Tribunalia vox est frequens, frivolis appellationibus deferendum non esse, testatur *Menoch. de arbitrar. cas.* 297. *nu.* 1., quæ cognitio rectè demandatur Judici, quam multum ab arbitrio pendeat, & non possit certa præscribi regula, ut admonet idem *Menoch. nu.* 7. Rectè tamen fuit reformatus antiquus usus : nam cum prius solerent dari ad Judicem à quo, ut legimus apud *Cavagnol. consult.* 47. *nu.* 1. *lib.* 1. hodiè dantur ad Judicem ad quem: tum quia Judex à quo post interpositam appellationem nullam habet jurisdictionem, *Jo. Francisc. de Castillo decis.* 42. *nu.* 4. tum quia judicium non erit, ita syncerum ob affectionem quam habet ad propriam sententiam.

Garonus.

Hh 2 *Ordo,*

1628

Ordo, ut legitimè constito de miserabilitate nullum honorarium, de paupertate verò medietas tantum exigatur.

Prætori Cassinarum.

Visis, & consideratis iis, quæ nobis scripsistis pro executione litterarum nostrarum diei octavi Junii prox. præt., ad preces Dominici, & Francisci patris, & filii Reynarum, ac Antonii Chiurlii, seu Chiarlii ad vos datarum ut sciremus, an contravenerint edicto mandante Ill. L. T. nostri publicato contra Milites, qui Reipublicæ Genuensi servitium militare præstiterunt mandamus Vobis, ut eorum neminem dicta de causa ulterius molestetis. In eo verò, quòd de indebita honorariorum exactione conqueruntur, decernimus, ut ubi de eorum paupertate legitimè doctum fuerit, vel doceatur, dimidium tantum ejus, quod ex ordinibus taxatum est, exigatis, & si quid plus solutum est, id eis restitui faciatis; Si verò docebitur de miserabilitate, nihil exigatur. At si de paopertate legitimè non constabit, honoraria ipsa integrè exigenda, & persolvenda erunt. Mediolani die 3. Januarii 1628.

Signat. Alexander Besutius.

Admissa appellatione abstinendum esse ab executione sententiæ.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Visis inclusis precibus Jo. Andreæ Ghiringhelli mandamus vobis, ut ubi à dicta Ordinatione vestra admissa fuerit narrata appellatio omnino ab illius executione abstineatis, & ordines Senatus in hac materia datos servetis. Dat. Mediolani die primo Martii 1628.

Signat. Alexander Besutius, & sigillat. &c.

A tergo. Sapienti J. C. Judici Galli nostro dilecto &c.

Ordo, ut tam pro informationibus, quam visitationibus, & bonorum descriptionibus solvantur juxta solitum solum libræ sexdecim.

Prætori Casalis Majoris.

Visis annexis precibus istius Communitatis, mandavimus isti Thesaurario officii vestri, ut omnino memoratum decretum observet, tàm respectu informationum sumptarum, quàm visitationum, & bonorum descriptionum, juxta solitum, ante Præturam J. C. M. Antonii Bossii, Vobis quoque injungimus, ut ita agatis, ne supplicanti justæ querelæ locus relinquatur &c. Mediolani die 30. Martii 1628.

Signat. Marchesonius.

P. R.

Licet clarum, ac indubitatum sit M. V. decretum ad preces Communitatis Casalis Majoris concessum, quod hic exhibetur, dum disponit, quo ad Cavalcatas ibi noviter introductas à Curia illius officii, sive Thesaurario servandum esse solitum, quod servari solebat ante Præturam J. C. M. Antonii Bossii, quod solitum erat, ut libras sexdecim tantum exigeret pro visitationibus cadaverum, vel vulneratorum, nec non pro informationibus, ut ex attestationibus plorium, qui per tempora ibi Præturas exercuere, apparuit; attamen Thesaurarius præteritus cavillando super narratum decretum non timuit quandoque pro informationibus sumptis loco lib. 16. totidem scutatos, ac amplius exigere, nitens, quod in illo specificè de informationibos minimè disponatur, de quo multum admiratur Communitas supplicans cum decretum expresse mandet servari solitum ante Præturam J. C. Bossii, & tunc solitum fuisse constet libras 16. tantum exigi, tam occasione informationum, quam visitationum, ac descriptionis bonorum, præterquamquod etiam in ipsomet M. V. decreto passim de visitationibus, & de informationibus fit mentio simul, ita ut de informationibus mentionem non fieri negari non potest. Quapropter supplicans ad tollendas cavillationes, quas modernus Thesaurarius, & ipse opponere forsan posset, prout illius antecessor fecit, ad M. V. confugit.

Humiliter deprecando dignetur mandare præsenti Thesaurario dicti Officii Criminalis loci Casalis Majoris, quod omnimodè decretum M. V. indeferenter observet, tam respectu informationum sumptarum, quam visitationum, ac descriptionum bonorum, juxta solitum ante Præturam J. C. M. Antonii Bossii in ipso decreto expressum, caveatque ipse, ne occasionem recursus, ac querelæ supplicanti præstet, sub illa pœna, quæ huic neglectui videbitur M. V. convenire, quod &c.

Quòd

Quòd remissio non prosit pro furto in loco Sacro, etiam si furtum non fiat, vel attentetur de re Sacra. 1628

MDCXXVIII. Die vi. Aprilis.

RElato difinitivè per Egr. Capitaneum Justitiæ Mediolani coram Senatu Excellentissimo processu instructo contra Hieronymum Maschium Cremonensem, captum in fragranti, Reumque factum furti pecuniarum, commissi in Templo Sanctæ Mariæ ad Fontem extra Portam Cumanam, factaque mentione remissionis ab eo impetratæ, & defensionum ab eo præstitarum, & relato voto Curiæ.

Censuit is ordo damnandum dictum Hieronymum ad remum per triennium, comminata pœna remi quinquennalis, si interim aufugerit.

Signat. Belingerius Proveria, & sigillat. &c.

Relatio consultiva J. C. Hieronymi Buschi Sportularum delegati.

Illustris. Domine.

EX relatione per me Excellentiss. Senatui facta, satis Perill. Dominationem Vestram edoctam, de omnibus in ea resultantibus, aliisque hucusque in hac Delegatione gestis existimo. Sed antequam ad ulteriora in ea progrediatur, novam super infrascr. capitibus declarationem, per eundem Excell. Senat. fiendam expostulare, arbitratus sum.

Primo, an debeantur Sportulæ Senatui Excell. pro ordinationibus, quæ fiunt per viam compositionis, & ut dicunt in causis statutariis, quæ tandem sunt adeo familiares, & in usu, ut ferè omnes, etiam si sint qualificatæ, & refferibiles, per modum ut supra terminantur, in præjuditium Senatoriæ authoritatis, & detrimentum justitiæ.

Secundo, an debeantur pro examinibus Reorum, qui spontè se constituunt, impicti in eodem processu, de pluribus delictis diversi generis, vel etiam ejusdem, ex intervallo commissis, tot honoraria, quot sunt delicta, juxtà ordinem Senatus Excellentiss. die 11. Martii 1625., & stilum hujus Civitatis Mediolani.

Tertio, an pro relatis in Curia, seu cum Auditoribus feudalibus, debeantur honoraria, juxtà stylum generalem, & præsentis Civitatis, maximè in causis refferibilibus, & alicujus qualitatis, quæ ut plurimum tali modo terminantur; ut diffusè dixi in dicta relatione.

Quarto, an pro eis qui vivunt in communione, & sunt de eadem familia, debeantur tres solutiones, pro ut in multis locis observatum videtur, & maximè in præsenti Civitate.

Quinto, circa Prætores alienigenos, huic dominio non subditos, nec approbatos juxtà ordines, ex quo multa sequuntur inconvenientia.

Sexto, quid agendum sit, ubi non reperiuntur libri Thesaurariæ, sine quibus sciri nequit, quomodo in exactione sportularum processum fuerit, & in hoc contraventum videtur expressè ordinibus Sen. Excellentiss. diei 15. Martii 1623. factis. Et pro remedio optimum ducerem Senatum expressè sanciturum, libros Thesaurariæ, in singulis officiis, omnino habendos, & quidem bullatos, & in eis in singulis partitis adnotandum esse, quo in lib. & fol. adsint acta, & ordinationes, pro quibus partitæ adnottantur, & prout melius Senatui Excellentiss. videbitur.

Septimo, quid agendum sit cum debitoribus, hucusque constitutis, tam per viam depositi, quam aliter, ut in dicta relatione sigillatim enarratur.

Octavo providere, circa Syndicatores, qui velatis oculis deveniunt ad liberationes Prætorum, etiam ratione Sportularum, ex quo oritur frivola prætensio dictis Prætoribus, amplius non solvendi, allegando se se liberatos fuisse, à Syndicatoribus.

Nono, ut velit Excellentiss. Senatus dignare; stante calamitate horum temporum, & magnis laboribus quibus uti convenit, & expensis, quas necessario facere oportet, in dicta Delegatione, aliquid decernere pro Cancellario plusquam necessario, pro servitio Excell. Senatus, ut experientia docuit; cujus tamen Excell. Senatus gratiæ se remittit.

Decimo, stante quod multis in locis non inveniuntur Prætores, seu Officiales, de quorum interesse agitur, qui ut plurimum sunt absentes, qua propter, ad liquidationem, calculorum, & consecutionem creditorum nisi difficillimè devenire potest, pro faciliori remedio, contra quem fidejussorem sit procedendum quæritur. An contra primum datum, in ingressu officii de bene exercendo &c. An vero contra eum datum tempore Syndicatus, de stando, & parendo Syndicatui.

Undecimo, circa Thesaurarios Majoris Magistratus, in quorum manibus solvuntur sportulæ, vigore Ordinis diei 15. Martii 1623. Qui tamen dum prædicti Majoris Magistratus pecunias per eos receptas à Minoribus ut supra solvunt in manibus Thesaurarii Sen. Excell. non exprimunt, quid, & quan-

1628 quantum sit, & absque notulis, & quod pejus est, nulla facta mentione, de sibi solutis à Minoribus Magistratus eas ad extinctionem suorum officiorum solvere videntur, ut fecit Thesaurarius Viglevani, pro Officiis Sfortiadæ, & Gravalonæ, cui morbo providendum est.

Duodecimo, convenire quod Excell. Senatus provideat, super iis, qui in spretu Delegationis, nulla habita ratione personæ ipsius Delegati, contra veritatem ejus famam, & sinceritatem in scriptis, & verbis denigrare conantur; prout Julius Cæsar Regius Todeschinus Prætor olim Intræ, & Petrus Paulus Ferrarius Prætor Eumeniæ, quibus respondidit, & separatim tradentur Perill. D. V. in fine istius relationis.

Decimotertio, quo modo, & contra quos sit procedendum, ubi libri disperduntur, uti Aronæ, Viglesio, Ornavazzio, Sunæ, & præsertim contra Notarios Rosati, & Robecchi, ut suis in locis dicitur dicta relatione.

Decimoquarto, pro supersedentiis, quæ surripiuntur, ab Excell. Senatu, ut protrahatur solutio, quibus est animadvertendum.

Decimoquinto, circa abusus, ne dicam fraudes, seu imperitiam, in hiis Officiis quibus inveniuntur multæ causæ inexpeditæ, à tempore sportularum citra, ac infinitæ deountiæ, cum testibus, non evacuatis, & pœnitus mortuæ, aliæ cum partium remissionibus registratæ in libris, quæ tamen non videntur in filciis, super quibus nulla subsequente ordinatione amplius quæritur, & remanent indiffinitæ, & quod pejus est ubi recipiuntur examina in foliis, & formantur processus, contra ordines, & in aliis reperiuntur ordinationes simpliciter positæ super foliis albis, pro quibus omnibus sigillatim in Curiam prædictam demonstrant notulæ factæ per me Delegatum, signanter, de Officiis Belinzaghi, Rosati, Gravalonæ, Mediimerighi, Oroavatii, & aliis in locis, de quibus semper in opportunis haberi poterit relatio.

Decimosexto, circa inconvenientia orta in Offitio Læsiæ Vergantis, contra Prætorem Cavaneum, ac Lanfrancum Apostolum Not. Act., cujus manu videntur scripti nonnulli libri, & exindè falsificati, & cancellati; & contra ejus filium haberi notitiam de quodam processu, de variis, ac de libello famoso fabricato, quem invenire nequivi.

Decimoseptimo, dicam etiam quod in multis causis pro deffensione Reorum producuntur, capitula juris, seu exceptiones, super quibus nulli examinantur testes, licet virtute illarum, sese deffendant & liberentur, pro quibus tamen nihil solvere dicunt, ex quo non examinantur testes; mihi tamen videretur pro earum admissione aliquid deberi Senatui Excellentiss., cujus infallibili judicio me remitto; interim verò protectioni Ill. D. V. me commendo quam D. O. M. diu incolume servet. Mediolani die 19. Julii 1628.

Ejusdem Illustriss. D. V.

J. C. Hieronymus Buscus Delegatus.

Responsio Senatus ad præcedentem Relationem.

MDCXXVIII. Die xix. Julii.

PRoposita coram Senatu Excell. Mediolani per Magnif. Senatorem D. Jo. Baptistam Vicecomitem relatione J. C. Hieronymi Buschi de gestis hactenus in demandata illi provincia investigandi, an per Jusdicentes, & Thesaurarios tàm Regios, quàm Feudatariorum ea, qua par est, fide, & diligentia servetur ordo Senatus, pro executione Regiæ Concessionis editus de duplicaris sportulis, ad augenda ipsius amplissimi Ordinis stipendia exigendis, ut ad certam normam perpetuò observandam exactio ipsa redigatur. In qua quidem relatione idem D. Delegatus decem & septem capita proposuit, consolendo, quid servandum in expressis casibus, & quomodo quibusdam inolescentibus abusibus occurrendum omnibusque matorè perpensis.

Approbavit Senatus diligentias factas; & quò ad primum caput consultationis censuit, deberi eidem Senatui tantundem ejus, quòd pro Judicibus exigitur titulo honorarii, aut sportularum, tàm in causis pœnarum statutariarum, qoàm compositionum, quas, jure permittente, fieri contigerit, & de hoc monendos per edictum omnes Jusdicentes in locis, in quibus pœnæ statutariæ imponi, aut compositiones fieri solent, & possunt, ut sciant in posterum, ita ab ipsis observandum. Verùm respectu temporis præteriti à die Regiæ Concessionis citra, dignis de causis per D. Delegatum supersedendum esse ab exactione, aut vexatione eorum, qui hac de causa ab eo debitores fuere constituti; quantum fit respectu parcellarum à Judicibus re vera non exactarum, & respectu compositionum, quæ jure fieri potuerunt. Nam, quòd attinet ad parcellas, quas ipsi à Reis exegerunt, & compositiones, quæ in causis referendis non jure factæ sunt, vult Senatus eas omnino exigi, licet in posteriori casu ab ipsis Judicibus exactæ non fuerint. Cæterùm mandat eidem Delegato, ut specificè Senatui referat omnes causas, quas referendas fuisse asserit, & indebitè compositas; ut in singolis providere possit Senatus, ne justitia detrimentum patiatur, & ordines omnino serventur.

Ratione secundi capitis, an pro examinibus

nibus Reorum, qui spontè se constituunt delati in eodem processu de pluribus delictis diversi generis, vel etiam ejusdem, ex intervallo commissis, tot honoraria debeantur, quot sunt delicta; observandam esse ordinationem Senatus diei 11. Martii 1625. in omnibus hujus Dominii officiis. Verùm respectu præteriti temporis neminem esse vexandum, donec aliud per Senatum fuerit ordinatum.

Quod attinet ad tertium, an pro relationibus, quæ fiunt in Curia, vel ad Auditores Feudales, debeantur honoraria juxtà allegatum stylum, maximè causarum referibilium, & alicujus considerationis; exigendum esse tantundem pro Senatu pro quibuscumq; ordinationibus, quantum pro Judicibus licitè exigitur, & pro tempore præterito idem servandum utsupra.

Quod spectat ad quartum: in casu multorum complicum, pro tribus solutionem faciendam; etiam si plures illi complices sint de eadem familia, & in communione vivant.

Ad quintum, de Prætoribus alienigenis, nec approbatis; renovandum edictum diei noni Januarii 1610., & publicandum in locis opportunis, addita, respectu Feudatariorum pœna pecuniaria aureorum bis mille.

Ad sextum, de libris tenendis, in quos exactiones referantur per Thesaurarios: renovandum pariter Ordinem per viam edicti, de Thesaurariis ubique locorum eligendis; eo addito, quòd Prætores, si non inveniant Thesaurarium, cogant Actuarios locorum ad illud officium exercendum, librumque publicum habendum, cum onere reddendi rationes, & ea gerendi, quæ per Thesautarios reddi, & geri debuissent.

Respectu vii. debitores ex causa hujusmodi sportularum exigendos in forma Cameræ, transmissis priùs ex ordine Delegati præceptis, & terminis ad solvendum in manibus Thesaurarii Senatus quicquid debent, qui pro summa hoc modo exigenda habere possit à debitoribus solidum unum pro singula libra.

Quod respicit octavum, de Syndicatoribus, qui velatis oculis liberant Prætores, etiam ratione sportularum: addendam in litteris Syndicatorum clausulam, ut sub pœna scutorum 200., & graviori etiam corporali, arbitrio Senatus, curent exigi pecunias Senatui debitas; sed eas non attingant, cùm sint solvendæ in manibus respectivè Thesaurariorum, vel Actuariorum.

Circa nonum, dictum fuit nihil pro nunc innovandum.

Circa decimum, agendum esse primo loco contra fidejussores officii postea in subsidium contra fidejussores Syndicatus Jusdicentium, vel Officialium, ex hujusmodi sportularum causa debitorum.

Ad tollendum autem abusum, cujus meminit xi. caput, nonnullorum Thesaurariorum Majoris Magistratus, qui pecunias ad eos remissas per minores Officiales minùs fideliter, & rectè exsolvunt postea in manibus Thesaurarii Senatus; præcipiendum esse Thesaurariis Majoris Magistratus, ut cùm solutiones facient in manibus Thesaurarii Senatus, specificè exprimant, quid nomine proprio solvant, & quid nomine officiorum Feudalium; proindèque vult Senatus ipsos Thesaurarios Majoris Magistratus teneri habere librum, in quo scribantur solutiones iisdem faciendæ per Officiales feudales; idque sub pœna aureorum centum, & alia graviori, etiam corporali, arbitrio Senatus.

Quod respicit xii. de gestis per Delegatum contra Julium Cæsarem Regium Todeschinum, alias Prætorem Intri, & Petrum Paulum Ferrarium Prætorem Eumeniæ, probavit ea omnia Senatus; censuitq; dictos Todeschinum, & Ferrarium repræhendendos, quòd eo modo de ipso Delegato locuti sint, monendosque, ut in posterum respectum habeant ad existimationem illius; aliàs Senatum in ipsos graviter animadversurum. Cæterùm, quò ad calculos, & revisionem, de qua in relatione, eos, & illam faciendam esse, monito, & assistente ipso Delegato, & coram Magn. Vicecomite Relatore, qui providebit juxta mentem Senatus, de qua edoctus est, & quò ad liberationes à Ferrario perperam factas, ipsum Delegatum statim curare habere libros criminales, eosque consignare Magnif. Relatori, qui ipsis liberationibus visis, providebit juxta mentem Senatus, de qua pariter edoctus est.

Contra verò dispersores librorum, ut in xiii. capite, vult Senatus statim detineri Actuarios locorum enunciatorum, & per Delegatum procedi; omnibus tamen communicatis cum ipso Magnif. Relatore.

Super xiv. de supersedentiis surreptitiis, ad retardandam solutionem hujusmodi sportularum exactarum, Ill. Præses providebit juxtà mentem Senatus.

Respectu verò animadversorum in xv., & xvi., circa abusus, fraudes, & omissiones in formandis processibus, & expediendis causis, jubet Senatus, procedi contra culpabiles pro modo indiciorum: omnibus tamen communicatis cum eodem Magn. Relatore.

Denique respectu xvii. nihil decernendum Senatus censuit.

Mandat itaque Senatus quibuscunque ad quos spectat, & spectabit, & præsertim dicto Delegato, ut prædicta omnia adamussim servent, & exequantur, ac servari, & executioni demandari faciant.

Signat. Bolingerius Proveria.

Ordo,

1628 *Ordo, ut delegatus Sportularum inspicere possit libros rerum criminalium in Officiis Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani.*

MDCXXVIII. Die xviii. Augusti.

POst nonnullos Ordines per Senatum Excellentis. Mediolani conditos, referente Magnif. Senatore D. Jo. Baptista Vicecomite consultationes J. C. Hieronymi Buschi in causis Sportularum delegati, idem Magnif. D. Senator dictum Ordinem Excellentis. iterum consuluit, quam Provinciam primum dictus Delegatus adire pro ipsorum ordinum executione deberet, & quid agendum cum Notariis rerum criminalium in Officiis Egr. Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani, quibus petentibus, statutus fuit terminus mensis, qui lapsus est, ad inspiciendum per se ipsos eorum libros, & acta, & corrigendum id, quod in exactione, & solutione dictarum Sportularum ommissum, vel commissum reperirent, antequam dictus Delegatus, vel quispiam alius ad id peragendum mitteretur.

Ordo verò ipse Excellentissimus dixit dictum Delegatum Provinciam cæptam, scilicet Novariensem, ea diligentia, & solertia, qua hactenus fecit, prosequi usque ad finem debere, & calculos, ac libros rerum criminalium dictorum Officiorum Egregiorum videlicet Capitanei Justitiæ, & Prætoris inspicere, & ea facere, quæ pro executione ipsius delegationis necessaria, & opportuna fuerint.

Belingerius Proveria.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 5. Junii 1685.

Ordo, ut relaxetur absque impensa detentus domi ob debitum publicum.

MDCXXVIII. Die iii. Novembris.

CUm Annibal Olevanus captus pro debito publico Civitatis Papiæ in propria Domo, petiisset relaxari absque impensa, facto per Egr. Fiscalem Putheobonellum jussu Excell. Senatus verbo in Magistratu Ordinario, mox eo referente in eodem Amplissimo Ordine se jussioni satisfecisse, & responsum habuisse, nihil auditum esse in eo Tribunali de hac detentione, referenteque etiam informationes Papiæ sumptas, præsente Fisco Regio de modo ipsius capturæ, & audito voto ejusdem Egr. Fiscalis, omnibusque benè intellectis.

Censuit Senatus ipsum Olevanum liberè relaxandum, & dimittendum statim absque impensa.

Comes Majoragius.

Ordines servandi ab Officialibus, & Scriptoribus Cancellariæ Senatus.

MDCXXIX. Die xxii. Januarii.

1629 MAndat Illustris. Præses Senatus posthac advertere Secretarios, ne subscribant salvis conductibus ad mensem pro debitis concessis per decreta in forma si, in precibus expressum erit debita esse versus Religiosas personas, vel ob ficta, censis, & alias causas exceptas, alios autem Officiales, & Scriptores cavere à minutis, nisi concessiones factæ fuerint, re benè cognita, & proposita in Senatu.

Omnes Officiales, & Scriptores Cancellariæ, quos contigerit decreta edere in materia jurisdictionis, vel de aliis gravibus, & exemplaribus, monere Secretarium hebdomadarium, qui ea in libro novo similium decretorum per Scriptorem, cujus Provincia hæc erit, registrari curet.

Adverti diligenter, quantum fieri poterit, ne admittantur geminatæ preces contra ordines, sed procedatur ad formam ipsorum ordinum, contra eos, qui subripient decreta aliqua post habitam semel repulsam.

Et hæc præcipua cura erit Thesaurarii.

Decreta dicti Illustris. Præsidis nullo modo dari partibus ferenda ad Judices, pro eorum executione, sed fieri minutas, & edi litteras, quemadmodum fit de decretis Perill. Senatorum.

Motiva excitata ab eodem Illustris. Præside super minutis, vel proponendis in Senatu, vel corrigendis, vel rejiciendis nullo modo dari partibus, nec earum Causidicis, aut Agentibus, sed, si opus erit, per Cancellarios, Coadjutores, vel Scriptores, ad quos spectabit, ea ferri, vel saltem per Ostiarium mitti ad ipsum Illustris. Præsidem.

S C H O L I A.

DEcreta in forma concedentia salvum conductum non suffragari debitori versus Personas Religiosas admodum æquum, juxta tradita per *Rebuff. de litter. dilator.*

dilator. tot. 2. constit. num. 38. sequitur *& Farinac. quaest. 29. num. 36.* 1629
Menoch. de arbitrar. cas. 203. num. 20., Garonus.

ANNOT.

IMmo justum est hujusmodi salvumconductum non debere admitti favore debitoris
1 versus Ecclesiam, Locum Pium, vel Religiosas Personas, quia Princeps saecularis circa
2 res hujus generis locorum, vel personarum non potest aliquid statuere, nec de eis ullo modo disponere Glos. *in è fin. in versic principales de rebus Eccles. non alien.*, & in terminis firmant Carol. de Gras. *de except. except. 32. n. 35.*, Salgad. *labyrint. credit. part. 2. cap. 30. n. 18.*, Barbosa *in l. quoties nu. 10. C. de precib. Imper. offer.*, Bovadil. *politic. lib 2 cap. 16. nu. 125.*, Castill. *de aliment. cap. 12. nu. 13.*, & alii apud Antunez *de donat. Reg. lib. 3. cap. 42. nu. 62.*

Casus autem excepti, in quibus secundum DD. traditiones non potest concedi Salvuscondu-
3 ctus, sunt, pro debito jurato, nisi aliter consuetudine receptum sit; pro debito Fiscali, nisi in rescripto aliud expresse caveatur; pro debitis ex causa locationis, & pensionis domus; ex causa emptionis rerum comestibilium, ex causa alimentorum futurorum, si debentur pauperi; ex causa dotis, delicti, depositi, salarii famulorum, aut pro labore personae; item si agatur de debitore alicujus Pupilli, Viduae, vel alterius personae privilegiatae; item si de debitore, qui vel decoxit fraudolenter alienis bonis absumptis, vel tacuit alias dilationes habuisse vel à Principe, vel ab ipsomet creditore, vel debitum negavit, vel demum si agatur de debitore condemnato, vel de proximo per sententiam condemnando, ut videre est de hisce casibus paenes Genu. *de script. priv. lib. 3. tit. de litter. inducialibus*, Calvin. *de aequit. lib. 2. cap. 107. per tot.*, Antunez *de donat. Reg lib. 3. cap 42 à nu. 57 ad 64.*, Salgad *labyrint credit. part. 2 cap 30 nu. 14, & sequ.*, Carol. de Gras. *de exception. except. 32.*, Mello *de induciis quaest. 34 per tot.*, Cuchus *de morator. nu. 54., & plurib. sequ.*, apud quos allegantur plures alii concordantes. *Mognus Fossatus.*

Perhemptoria inthimanda servata forma Constit., vel consuetudine locorum, & in relationibus processuum inserendas esse relationes inthimationum.

MDCXXIX. Die xii. Junii.

IMperitia multorum, qui instruunt processus in causis criminalibus multae fiunt condemnationes nullae, praesertim ob minus legitimas inthimationes bannorum, & perhemptoriorum, de quibus tamen Senatus cognoscere, & judicare non potest, nisi jubeat ad se afferri processus ipsos, quandoquidem in relationibus non inseritur forma, qua factae fuere ejusmodi inthimationes. Quare hoc decreto posthac inviolatè per omnes Judices, & Notarios servando mandat praedictus Excellentis. Ordo, banna, & perhemptoria, aliosque actus principales inthimari debere servata forma Constitutionum, vel juxta consuetudinem locorum, si qua viget, & in relationibus processuum inseri debere relationes ipsarum inthimationum cum fidejussionibus pariter, ut omnia perpendi possint, nec cogatur is Ordo jubere libros processuum ad se afferri, & hoc pacto retardetur expeditio relationum, moraque etiam interponatur aliis processibus in eis libris scriptis, jubetque in omnibus Civitatibus, pagis, & locis hujus Dominii, in quibus resident Praetores, & alii Jusdicentes, & processus criminales instruuntur publico edicto hoc decretum vulgari, ne quisquam sit Judex, vel Notarius, quem ignorantia possit excusare. Comes Majoragius.

Ordo, ut procedatur contra Subornatorem licet laureatum.

Praetori Luvini.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex &c. Mediolani Dux.

DIlectè noster. Nil impedit laurea Doctoratus quamvis procedatur contrà Ippolitum Rubeum de subornatione, quatenùs extet. Quarè respondentes litteris vestris ad Magnif. Senatus Praesidem scriptis diei 12. hujus mensis, mandamus vobis, ut constito de dicta subornatione contra ipsum Rubeum procedatis, non obstante Doctoratu. Dat. Mediolani die xxv. Julii MDCXXIX.

Ordo, ne Feudatarii eligant in Auditores feudales Personas Ecclesiasticas.

MDCXXIX. Die xxvii. Julii.

INtellexit Senatus Excellentis. quendam apud Feudatarios hujus Mediolanensis Dominii abusum serpere in eligendis sibi Auditoribus Ecclesiasticis, cui, ne progressum faciat, occurrere volens in Ordo, hoc decreto mandat omnibus in ipso Dominio Feudatariis, ne posthac Auditore utantur, qui sit in Ecclesiastica dignitate

1629 constitutus. Ut autem decretum hoc omnibus innotescat, & nemo ignorantiæ excusationem adducere valeat, mandat omnibus Civitatum, & locorum insignium hujus Dominii Prætoribus, ut illud in locis opportunis publicari faciant, & publicationis relationem ad subsignatum Secretarium mittant. Jo. Baptista Saccus.

ANNOT.

RAtiones, ob quas permittendum non est Personis Ecclesiasticis fungi munere Auditoris feudalis ponderat Gatt. *de Majori, & Minori Magistrat. lib. 2. quæst. 7. à nu. 2. ad 9.*

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Citationes perhemptoriæ registrentur in libro.

MDCXXIX. Die xxii. Augusti.

QUotidiè scatent relationes criminales defectibus & erroribus, in quos Notarii imperiti labuntur, qui sæpenumero negotium facessunt Senatui. Nuper ex relatione quadam novimus nonnullos omittere registrationem citationum perhemptoriarum in libro, quod est contra Ordines, & difficultates excitare potest, qualem excitavit ommissio, de qua nunc agitur. Volens autem Senatus omninò Ordinem hac de re jam din conditum, quo mandatur ab omissione ejusmodi caveri.

Hoc decreto jubet Senatus, & mandat omnibus Notariis rerum criminalium ad quos spectat, & spectabit, ut Ordinem prædictum inviolatè omnino servent, sub pœna Senatui ipsi arbitraria; mandatque Prætoribus Civitattum, locorum insignium, ut decretum hoc ipsum pulicari faciant, registrarique, etiam inter acta, & publicationis relationem quisque ad Secretarium suum Provincialem mittat.

Comes Majoragius.

Ordo, ut qui solverint suam contingentem portionem onerum non molestentur pro debito Civitatis, vel Communitatis.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

AMbrosius Oppizzonus, & ejus Massarii dederunt nobis sequentes preces, videlicet, &c.

Quibus coram Senatu nostro lectis, de illius sententia decernimus mentis nostræ fuisse, & esse, supplicantes, soluta per eos sua contingenti portione onerum, & quorumcunque debitorum, quæ ipsi supplicantes respectivè habent cum Civitate Papiæ, & Communitatibus, in quibus onera sustinent, pro residuo debiti ipsius Civitatis, & Communitatum ex causa onerum, & quorumcunque eorum debitorum, non molestandos, nec etiam cogendos ad contributionem alicujus impensæ, sed eam cedere debere damno non solventium. Mandamus Spectabili Prætori Papiæ, aliisque Jusdicentibus omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut sic ut supra exequantur, & exequi faciant. In quorum fidem patentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xvii. Octobris MDCXXIX.

Comes Majoragius.

Officiales biennales non posse exercere, nisi obtenta liberatione prioris Syndicatus.

MDCXXIX. Die xxviii. Novembris.

NOvit Excellentiss. Mediolani Senatus nonnullos Prætores, Vicarios, & Officiales hujusmodi biennales, Feudatariorum præsertim, negligere post munus gestum Syndicatui se subjici facere, aliquos adipisci nova munera, & ad ea admitti non habita liberatione à Syndicatu muneris antea gesti, & non data fiejussione de stando Syndicatui suo tempore. Quibus occurrere volens.

Mandat hoc decreto, vulgando in omnibus Civitatibus, & locis insignibus hujus Status, affigendoque, & registrando inter acta criminalia officii, omnes, & singulos Prætores, Vicarios, & alios Officiales biennales Regios, & Feudatariorum curare, statim exacto munere suo dari sibi Syndicatores, expediri Syndicatus, ad Senatumq; referri, prout ex novissimo Ordine hac ipsa die edito cavetur. Novum autem munus nequaquam adipisci, nisi habita absolutione, Senatu sic mandante, à Syndicatu muneris antea gesti, vel habita licentia ab eodem amplissimo Ordine, & nisi data fidejussione de stando, & parendo Syndicatui suo tempore, sub pœna scutorum centum, & ulteriore, etiam corporali, Senatui arbitraria.

Comes Majoragius.

SCHO-

SCHOLIA. 1629

Optimæ administrationi congruit, ne Officiales ad nova munera admittantur, si liberationem Syndicatus non obtinuerunt, quod sanxit Alex. Imp. *in l. unic. de Reis postuland. lib.* 10. *Cod. tit.* 58. unde Martianus *in l. reus delatus 7. de muner.*, *& bonor. lib.* 50. *P. tit.* 4. ait reum delatum etiam ante sententiam honores petere principalibus Constitutionibus prohiberi, post annum tamen quo delatus est, petere non prohiberi, nisi per ipsum stetit quo minus causa intra annum expediretur.

Garonus.

ANNOT.

Fuit renovatus Ord. diei 10. Julii 1687., & diei 27. Novembris 1701.
Procedendum esse ad pœnam in hoc Ordine præscriptam, contra Prætorem, qui novi muneris possessionem adeptus fuit non exhibita Syndicatus liberatione, decrevit Senatus Excell. in Ord. diei 22. Martii 1736.

Provisio ad diminuendum numerum Carceratorum tempore Epidemiæ.

MDCXXX. Die xi. Julii.

1630 In præsentibus periculis, & in aliis Epidemiæ grassantis inter alia providendum est, ut Carceratorum numerus quantum fieri possit minuatur. De hoc Senatus Excellentiss. egit, & opportunam authoritatem dedit alio suo decreto Magnificis Collegis suis, qui visitabunt Carceratos: præsertim quòd de detentis ob æs alienum agitur, reliquum est ut de iis, qui debitores sunt, nundum Carcerati, etiam agatur.

Hoc decreto igitur jubet, & mandat Senatus, supersederi bimestre à die publicationis, à carcerandis, & detinendis quibuscunque debitoribus, si tamen debitores non sint ex causa cambii veri, & realis, fictiq; simplicis, aut Mercatores Campsoresve publici, debitores causa pecuniarum verè, & realiter apud eos depositarum.

Comes Majoragius.

Ordo pro Suspensione causarum tempore Epidemiæ.

MDCXXXI. Die v. Maji.

1631 Et si libenter abstineret Senatus à nova suspensione causarum, & earum instantiarum, quando jam Civitas hæc, favente Deo, benè se habet, tamen, quia circumquaque multis in locis pestilentialis morbus minimè extinctus est, & ideò periculosum est ad publicam omnium causarum pertractationem litigatores, & eorum Causidicos admittere, de nova suspensione cogitavit, auditis prius votis Tribunalis Sanitatis, & Vicarii Provisionum, Collegiorumque Jurisconsultorum, & Causidicorum, interim, ne quod præjuditium ulli fiat.

Decernit Ordo ipse, à fine ultimæ suspensionis concessæ die 15. Februarii proximè exacti instantias omnes causarum stetisse in suspenso, & adhuc stare debere octo diebus, exceptis iis, de quibus in ea ipsa suspensione, quas tractari potuisse, & posse declarat. Et quòd ad capiendos, vel non, debitores, intra hoc tempus, idem servari debuisse, & adhuc debere servari, quod in ultima suspensione supradicta præcisè fuit decretum.

Comes Majoragius.

Ordo de faciendis remissionibus ob casum Pestis.

MDCXXXI. Die xxi. Maji.

Cum Cives, & universa Plebs Mediolanensis immanissima superiori anno conflictarentur pestilentia, multa provisa fuere, & condita decreta, ut quantum humana consilia assequi possent, & ingruenti calamitati obviam iretur, & ruenti in excidium patriæ prospiceretur: Justitium namque indictum, negotiatio publica, & commercium sublatum, recessus è domo ad menses, & hebdomadas complures Civibus interdictus: usu enim verò, ac experientia compertum erat ex hominum cœtu, & frequentia contagionem coalescere, latiùsque propagari. In summa itaque rerum angustia, & difficultate constituta Civitas, desperata penè salute, Divinam opem, & miserationem assiduis votis, omnibusque pietatis studiis, ac largis eleemosynis implorabat, usquequo tandem flagelli rigor mitescere cœpit, resque in exoptatum salubritatis statum ex peculiari Dei Opt. Max. clementia ferè restitutæ sunt. Quo tempore insurrexere multi Cives, Mercatores, Opifices cujuslibet Artis, Pistores, Furnarii, Caupones, Molitores, & quicunque Officinarum, Tabernarum, ac domorum pri-

1631 privatarum Conductores, conquerentes in universum, quòd præter jacturam supellectilium, obitum propinquorum, & familiarum, damna, & expensas gravissimas, quæ ex tàm deplorando naufragio perpessi sunt, cogerentur ad solutionem integræ pensionis, & mercedis domorum, officinarumque conductarum; tametsi nec domos inhabitare, nec officinas palam habere valuerint; quin potius plurimi ad xenodochia, & tuguria campestria fuerint transmissi, proindeque locrum omne illis deperierit; atque postulantes horum omnium rationem haberi, eorundemque afflictioni; & exitio aliquid condonari. Quorum frequentibus querelis permotus Senatus Excellentissimus, alias etiam servandæ Reipublicæ studiosissimus, delegit Magnificos Senatores DD. Jo. Baptistam Vicecomitem, & Joannem Ruiz de Laguna, qui hujusmodi causarum, & quæstionum de remittendis pensionibus cognitioni incumberent: Ad eos, tùm vel maximè ad Senatorem Lagunam (Collega namque Præfectorum Sanitatis Præses gravissimis ejus Tribunalis negotiis distractus, difficillimè huic rei vacare poterat) confluxerunt quàmplurimi, diversos casus, & contentiones proponentes, quorum qualitate, & mole recognita, retulit Magnificus Laguna coram Senatu à se in hanc usque diem gesta, tùm dubios, & controversos articulos, qui frequentiores emergebant, tùm quas sententias, ac deliberationes in singulis terminandis esset amplexatus. Quibus omnibus exactè, prout rei qualitas postulabat, trutinatis.

Censuit amplissimus Ordo, rectè, & sapienter hactenus gesta processisse, & eidem Magnifico Lagunæ, tamquam de quæstionibus hujusmodi ex frequentiori pertractatione, diuturnaque, & multiplici cognitione plenè edocto, rursus committendum, ut demandatam Provinciam prosequatur, tribuendamque amplam auctoritatem decidendi id genus disceptationes, tàm propositas, quàm proponendas, & tàm in Urbe, quàm in suburbiis, intra Corpora Sanctorum, servato tamen decreto diei 17. Julii 1577., quo tempore Civitas in ejusmodi ærumnas inciderat, quòd, uti justitiæ, & æquitatis examine conditum, pro lege opportuna deservire posse visum est. Volens, ut in memorato decreto non comprehensis; potissimum ratione eorum, qui propter pestis periculum in domibus, vel privatis, vel conjunctis cum officinis habitare non potuerunt, sed ab Urbe migrarunt, ipse Magnif. Delegatus provideat, prout sibi ex justitia, & æquitate, ac habita ratione, quòd lues longè gravius, latiùsque cum populi exterminio est grassata hoc tempore, convenire videbitur, procedendo, ipsa facti veritate inspecta, de plano, sine strepitu, & figura judicii; præsertim in causis levioribus pauperum, & miserabilium personarum. Ne autem negotiorum mole, & confluentium numero ipse Delegatus opprimatur. Senatus impartitur illi potestatem eligendi, & deputandi idoneos aliquos Jureconsultos è Collegio hujus Civitatis, qui juxta normam ex Senatus mente præscribendam, controversias ipsas audire, & terminare possint. Verùm in gravioribus casibus, qui Senatus consultatione digni emergent, Ordinem ipsum à Magnifico Delegato consulendum statuit.

Belingerius Proveria.

Causam redditionis rationum de administratione substantiæ redditus aureorum mille esse avocandam.

SOlet Senatus avocare causas in quibus tractatur de reddenda ratione administrationis substantiæ redditus aureorum mille, & hoc nomine Franciscus Castillionæus tutor quorumdam suorum nepotum, qui vexabatur coram Prætore, obtinuit causam remitti ad Senatum S. C. facto sub die 11. Julii 1631.

Ordo, ut integra juxta solitum servetur immunitas Lectoribus Gymnasii Ticinensis, quibus expressè non fuit denegata, vel limitata.

MDCXXXI. Die primo Decembris.

CUm innotuerit Excellentiss. Senatui, sæpe dubitari, num publicis Professoribus Gymnasii Ticinensis, quibus in publicis tabulis, neque fuit concessa, neque denegata immunitas, illa debeatur, hacque de causa multas oriri controversias, quæ illos à munere suo distrahunt; Excellentiss. ille Ordo, omnibus perpensis, ad præcidendas controversias; decernit, & declarat, illis Lectoribus, quibus expresè non fuit denegata, vel limitata, integram, juxta solitum, deberi immunitatem, & ita in futurum esse servandum,

Belingerius Proveria.

Ordo, ut Relationibus status causæ subjiciatur votum Curiæ.

MDCXXXII. Die iv. Martii.

1632 CUm nuper proposita fuisset in Senatu per unum ex Magnif. Senatoribus relatio Egr. Capitanei Justitiæ de statu causæ fratrum Cuticarum, ac Philippi Lumelli,

melli, qui de robariis ad stratam, & de contraventione banni Rei fuerunt constituti, animadvertit is Ordo, eam relationem carere voto Curiæ, quod olim adjici solebat, & ratio benè justitiæ administrandæ postulare videtur, ut ita fiat. Hinc est illata mentio de Jusdicentibus rerum criminalium hujus Civitatis, qui referunt ad Senatum in scriptis statum causarum coram eis pendentium, nec præsentes sunt, cùm in eo de illis agitur, qui si adessent, posset ex ipsis, uti melius instructis, plenior haberi notitia rerum, de quibus aliquando contingit dubitari. Quare Senatus hoc decreto mandat prædictis Jusdicentibus, ut posthac relationibus status causarum votum Curiæ subjiciant, & quo tempore illæ proponendæ erunt in Senatu, præstò sint non secus, ac fieri solet in deffinitivis relationibus. Oct. Perlasca. 1632

S C H O L I A.

PRo executione præcedentis ordinis anno 1636. die 18. Januarii Excellentiss. Senatus voluit exquiri Votum Curiæ soper relatione status condemnationis Raymondi Scotti. Bonettus.

Ordo, ne pignorentur Bestiæ aratoriæ per Agentes, & Exequtores Commissarii onerum Ducalium Ducatus, nec per alios Exequtores Egreg. D. Capitanei Justitiæ Mediolani, seu ejus Domini Vicarii.

INdemnitati Marchionis Joannis Acerbi, cujus sunt occlusæ preces, consulere volentes, mandamus vobis, ut cum jam Senatus declaraverit boves aratorios pignorari non posse, eos statim Supplicanti restitui curetis, inhibeatisque dictis Agentibus, & aliis, ad quos spectat, & spectabit, ne inposterum similia aggredi audeant, sub pœna nobis arbitraria, & ubi mandatis nostris parere recusent contra eos viriliter procedatis detinendo. Mediolani die 11. Aprilis 1632.

Comes Majoragius.

P. R.

Licet ex Statutis Medlolani, & Nov. Const. Bestiæ aratoriæ non possint derobari pro aliquo debito publico, nec privato, & ita pluries M.V. jusserit observari, signanter verò ex litteris patentibus datis ad preces Francisci Caffarelli, & Jacobi Mariæ Stampæ sub die 10. Martii anni 1619., quæ M. V. exhibentur; nihilominus Exequutores, & Agentes Commissarii Recalcati quotidiè audent, pro debito Universitatum executiones facere in bestiis aratoriis, res à M.V. nullo modo ferenda, cum prohibitio derobationis similium bestiarum sit facta ob publicam utilitatem, & ne bona inculta remaneant. Cum autem ad instantiam Agentium Communitatis Modoetiæ, uti prætensæ cessionariæ dicti Commissarii Recalcati derobati fuissent quatuor boves aratorii in loco Sexti Joannis Curiæ Modoetiæ, ex causa onerum, & Marchio Joannes Acerbus M.V.S., cujus sunt dicti boves videns hoc ex diametro repugnare dispositioni Nov. Const., & Ordinum obtinuit medio Procuratoris sui à Judice Ordinario præceptum perquirendi ipsos boves, & eos sibi consignari, prout perquisiti, & consignati fuerunt, unde incontinenti ex ordine Magistratus Ordinarii instantibus ipsis Agentibus Communitatis Modoetiæ inthimatum fuit præceptum Agenti Supplicantis, ne illos molestare audeat, ea de causa coram alio Judice, quam coram ipso Magistratu, & incontinenti ex ordine ipsius Magistratus iterum perquisiti, & derobati fuere non solum dicti quatuor boves, sedet duo alii pariter aratorii, quod quàm implum sit res ipsa loquitur, unde pro opportuno juris remedio Supplicans ad M.V. confugere statuit.

Humiliter rogando dignetur mandare Egr. Capitaneo Justitiæ Mediol., seu ejus Vicario, ut omnino curet dictos boves Supplicanti illico sine impensa relaxari, & restitui, & ulterius viriliter procedat contra dictos Exequtores, & Agentes dictæ Commonitatis, ac contra quoscumque alios culpabiles uti transgressores dict. Const., & Ordinum, eosque detineri curet, neque relaxet, nisi prius restitutis Supplicanti damnis ea de causa passis, & patiendis, quod &c.

A N N O T.

COncordat iste Ordo cum dispositione juris communis in *l. executores*; *in l. pignorum gratia*, *& in Auth Agricultores. C. quæ res pign. oblig. poss.*, & Nov. Constit. in *tit. de Executoribus, &*
1 *famul. Jusdicent §. cum executiones*. Hanc prohibitionem executionis rerum ad culturam
2 agrorum pertinentium esse inductam ut facilius onera Principi solvantur exprimit
text. *in d. l. Executores*, ibi: *ne tributorum illatio retardetur*; hanc autem rationem esse strictiorem ipsa decisione observant Ripa *de peste tit. de remed. praeserv. contra pestem nu.* 221., & Bruneman ad *d. l. Executores*, quia *d. l. pignorum*, generaliter, & indistinctè loquitur, ibi: *pignorum gratia aliquid, quod ad culturam agri pertinet, auferri non convenit*; & sane ultra rationem
3 facilioris solutionis tributorum, alia non minus congroa assignabilis est, ne scilicet ob defectum

1632 defectum culturæ sterilitas fructuum causetur, ut ponderat Bart. *ad d. l. Executores nu. 5.*
& Conciul. *ad Statuta Eugub. lib. 6. rub. 1. nu. 2.*
An illa prohibitio executionis in bobus aratoriis, aliisque instrumentis agriculturæ inser-
4 vientibus procedat etiam in subsidium, quando nulla alia adsunt bona, in quibus fieri
possit executio, valde controversum est; nam Glossa in *d. l. Executores verb aratorium*. Te-
ner executionem in dictis rebus fieri posse in subsidium, & Glossam sequuntur Plor. in
l. si quando nu. 712. C. unde vi, Marsil. *de fidejussor. nu. 202.*, Alin. *in prax. judiciar. §. 31. cap. 2. li-
mit. 33*, Costa *de remed. subsid. remed. 43. nu. 4.*, Mel. *observat. 62. nu. 3.*, & alii apud Nigr. *de
execut. rei judic cap. 12. §. 6. nu. 21.*, & moventur ad ita sentiendum per *text. in l. stipendia
C. de execut. rei judic.* ex quo permittitur stipendia tunc pignore capi posse, cum alia non
supersunt bona, in quibus fieri possit executio. Alii vero contrarium tenent, nempe
5 neque in subsidium in dictis rebus executionem fieri posse, Cyn., Alberic., & Salicet. *in
l. Executores C. quæ res pign. oblig. poss.*, Coler *de process. execut. par. 2 cap. 3. nu. 181.*, Caroc. *de
locat. tit. de invect. quæst. 20. nu. 6. versic. limitatur*, Negusant. *de pignor. par. 2. memb. 3. nu. 49.*,
Raudens. *de analog lib. 1. cap. 17. nu 19. & 20.*, Menoch. *de arbitrar lib. 2. cas. 378. nu. 10.*, &
alii plures apud Giurb. *decis 40 nu. 13.*, & Gair. *de credito cap. 4. quæst 7. nu. 552. & 553.*, &
banc opinionem sine dubio esse veriorem firmat Paschal. *de patr. potest. par. 4. cap. 6. sub nu.*
6 *69.*, & ratio hujus opinionis est, tum quia lex prohibens executionem fieri in hisce re-
7 bus indistinctè loquitur, unde si lex non distinguit, nec nos distinguere debemus *l. de
8 pretio ff. de publiciana in rem act.*; tum quia etiam in huc casu militat eadem ratio non im-
pediendæ agriculturæ, quæ respicit publicam utilitatem Menoch. *d. cas. 378. nu. 10.*;
Nec obstat *text in d l. stipendia*, in contrarium adductus, quia ideo ibi permittitur stipen-
dia pignorari in subsidium, quia per talem pignorationem stipendiatus à suo munere,
9 & officio non submovetur, ut aliis adductis ponderant Menoch. *ubi supra nu. 11.*, & Giur-
ba *decis. 40. nu. 15.*, quæ ratio non militat in casu executionis Instrumentorum rustica-
lium, quia hisce pignoratis agrorum cultura impediretur,
Executio in Bestiis araturiis, aliisque instrumentis culturæ agrorum inservientibus fieri
10 prohibetur, sive sint propria ipsius Coloni, sive Domini prædii, quia utroque casu mi-
litat eadem ratio non impediendæ agriculturæ Menoch. *ubi supra nu. 13.*
Item habet locum ista prohibitio, etiamsi executio dictarum rerum fieret ad effectum illas
11 subhastandi, & vendendi, vel in solutum dandi creditori, qui illas ad usum culturæ ser-
vare vellet, quia adhuc impedita redderetur cultura respectu illius, in cujus præjudi-
tium secuta esset executio Menoch. *loc. cit. nu 14.*
Nomine animalium culturæ agrorum inservientium veniunt etiam equi, qui pignorari non
12 possunt, maximè tempore, quo colitur oriza, ut declaravit Senatus Excell. favore Co-
mitis Plati datis litteris ad Prætorem Novariæ die 20. Septembris 1668. referente Magnif.
Com. Senatore Corio.
Inspecto jure communi procedit prohibitio executionis in rebus culturæ inservientibus,
13 etiamsi à debitore spontè offerantur, & hypotecatæ sint ex conventione partium, & re-
nunciatum sit legum benefitio, quia privatis pactionibus derogari non potest legibus
14 publicam utilitatem respicientibus Bart. *in l. executores. C. quæ res pign oblig poss.*, Negu-
sant *de pignor. par. 2 memb 3. nu. 49.*, Menoch. *ubi supra nu. 15.*, Gait. *de cred. cap. 4. quæst. 7.
nu 555.*, & alii pænes Giurb. *d. decis. 40. sub nu 3.* Hæc tamen ampliatio locum non habet
Mediolani ex Statuto *cap. 251. lib. 1 versic. & prædicta*, & Papiæ ex statuto 105. *in civilibus*.
Si de facto executio fiat in hisce rebus capi prohibitis, potest resisti, & propria auctoritate
15 dictæ res possunt recuperari Jas. *cons 20. lib. 3.*, Menoch. *d cas. nu. 7.*, Mynsing *observ. 18.
cent. 5.*, Merlin. *de pignor. lib. 2 quæst. 61. nu. 11.*, Ab Eccles. *observat. 119. nu. 17.*, & idem dis-
ponitur in d. Statuto Mediolani *cap. 251.*, & Papiæ 105 *in civil.*
Prohibitio executionis in animalibus, aliisque rebus pro cultura agrorum necessariis pro-
16 cedit, sive agatur de debito privato, sive publico, Post. *de subhast. inspect. 14. nu. 11.*, Con-
ciol *ad Statut. Eugub. lib. 6. rub. 1. nu. 3.*, cum ibi alleg., & expressè cavetur in Statuto Me-
diolani *cap. 251. lib. 1.*, & in Statuto Papiæ 105 *in civil.* Item procedit etiamsi agatur de
debito Fiscali Pecch. *de jure sisten. & manu. inject. cap 5. nu. 16.*, Coler. *de process. execut. par 2.
cap. 3 nu. 179.*, *& seqn.*, & alii pænes Mauson. *de caus. executiv. ampliat. 15. nu 9.*, quia Exe-
cutores etiam contra debitores Fisci tenentur procedere servato juris ordine, ac secun-
18 dum leges municipales, & consuetudinem in exigendo DD. apud Rugioel *pract quæst.
cap 39. nu 58.*, & procul dubio hoc procedit in Statu Mediolani, quia Nov. Constitutio-
19 nes servari debere etiam in executionibus, quæ fiunt pro Fisco cavetur in ord. Senatus
diei 7. Aprilis 1548., & 1568., & diei 23. Novembris 1626.
Non possunt pariter capi Bestiæ aratoriæ, etiamsi reperiantur in alieno Territorio Boss *pract.
20 crim tit. de captur. nu. 34.*, quem sequitur Tort. *ad Statut. Papiæ 105 in civil. nu. 14.*
Executio fieri potest in animalibus, aliisque rebus aptis ad culturam agrorum, quando hæ
21 res de facto non inserviant, quia adhuc sint pænes Mercatorem, nam tali casu non con-
siderantur tamquam Instrumenta rusticalia, sed sunt loco mercium, & cessat ratio
prohibitionis, quia per hujusmodi rerum pignorationem cultura agrorum non dese-
ritur, Menoch. *de arbitrar. d. cas 378. nu. 18.*, Merlin *de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 61. nu. 23.*
Inter ordines ab Illustriss. Magistratu Reddit. Ordinar. conditos anno 1565. 24. Martii pro
22 Exactoribus onerum, prohibetur pignorari bestias araturias solum quibusdam mensi-
bus, nempe à die 15 Februarii, & per totum Martium; à die 15. Junii, & per totum
mensem Julii; & à die 15. Septembris usque ad diem S Martini, ut notat Somalea
allegiam. tit. de Commissar., od Esator. pag. mihi 448. §. quinto, che li Commissarj, hoc tamen proce-
23 dere solum in subsidium, & cum licentia, declaravit idem Magistratus in decreto diei
22. Aprilis 1638. pænes Oppizzon. *de onerib. par. 2. sub nu. 438. fol. mihi 333.*
Hunc Ordinem Magistralem longo usu fuisse receptum in Provincia Papiensi testatur Costa
24 *de remed. subsid. remed. 43. nu. 6.*; verum seclusa hujusmodi observantia fatetur idem Costa
hunc

hunc Magistralem Ordinem non esse attendibilem; quia bestiæ aratoriæ indistinctè pi- 1632
25 gnorari prohibenter à Nov. Constit., & Magistratus contra ipsas Constitutiones nihil potest decernere Inconsulto Senatu, ad quem spectat conditas leges interpretari ad *text. in l. ult C. de legib.*

Boves aratorios non posse pignorari rursus declaravit Senatus Excell. in Ord. diei 21. Martii
26 1634., & diei 19. Augusti 1637.

Etiam militibus prohibitum est pignorari bestias aratorias, aliaque Instrumenta deservien-
27 tia agriculturæ pro satisfactione eorum stipendii, ex proclamate Excellent. Gubernatoris Marchionis de Leganes diei 4. Februarii 1641. per extensum relato ab Oppizzone *de onerib. par. 2. nu. 436. fol. mihi 329.* *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut relaxentur Boves aratorii pignorati.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Visis inclusis precibus Aloysii Palatii, & Lucretiæ Surrigonæ, mandamus vobis, ut cum jam Senatus noster declaraverit boves aratorios pignorari non posse, eos statim Supplicantibus restituendos curetis, inhibeatisque dicto Commissario Recalcato, & aliis ad quos spectat, & spectabit, ne imposterum similia aggredi audeant, sub pœna nobis arbitraria, & ubi mandatis nostris parere recusent, contra eos viriliter procedatis, detinendo detinendos. Mediolani die xi. Septembris MDCXXXII.

Comes Majoragius.

A tergo. Egr. Capitaneo Justitiæ Mediolani nostro dilecto.

Ordo, ne Judices concedant Ecclesiasticis Personis possessionem bonorum, aut eorundem possessionis continuationem Inconsulto Senatu.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III.

Dilectè noster. Ex iis, quæ eoram Senatu proponi, & tractari contigit, non semel cognovit Ordo ipse non levia præjuditia, & inconvenientia secuta esse, dum nonnulli Justitiæ Administri in possessionem bonorum induxerunt Clericos, & alias Ecclesiasticas Personas, vel continuationem concesserunt Senatu ipso inconsulto, & faciendum censuit, ut provideatur ne quid tale contingat in futurum; & propterea mandetur singulis Prætoribus, & Officialibus in toto hoc Statu, ad quos spectat, & spectabit, ut posthac quidquam in his non nisi Senatu ipso monito, & juxta ejus sententiam decernant. Quare mandamus vobis, quemadmodum aliis etiam mandabimus, ut sic exequamini, cavendo ne quid labatur contra formam hujus Jussionis, cujus notitiam volumus per vos dari successori vestro, ut idem deinceps servetur per alios, qui per tempora erunt istic Justitiæ Administratores. Mediolani die 20. Octobris 1632.

Comes Majoragius.

A N N O T.

Dispensat Senatus Excellentissimus cum elausula, quod præstetur fidejussio de non declinando Forum, ut in dispensatione concessa RR. Monialibus S. Pauli Mediolani die 15.
1 Julii 1644., & in sententia diei 31. Augusti 1639. favore D. Abbatis Jo. Pauli Forrerii, ut notat Redenasc. *in fine cons. 4.*

Bonorum possessio ubi adepta sit ab Eeelesiasticis sine dispensatione, & non præstitis fidejus-
2 sionibus juxta Ordines bona denuo aprehenduntur, & proceditur ad pœnas; ut ordinavit Senatus Excell. ad votum Egr. Advocati Fiscalis Casati in easu RR. Monialium Monasterii S. Ulderici nuncupati *del Bocchetto* Mediolani die 3. Julii 1669. referente Magnif. D. Com. Senatore Burro; & in aliis easibus relatis à Magnif. D. Com. Senatore Regente Carocllo *disquis. jurid. pag. mihi 159 nu. 76. & sequ.*

Observantia hujus ordines præscribitur à Senatu Excell. in ejus Ord. diei 4. Septembris 1670.

Magnus Fossatus.

Ordo, ne molestentur Conducentes Victualia.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux.

Carolus Bruta dedit preces sequentes &c. Quibus visis, cum publicè expediat Mediolani Urbem Annona abundare, & ob id Statuta, Novæque Constitutiones providerint, ne Conducentes Victualia ad Civitatem possint detineri; Propterea his nostris mandamus omnibus, ad quos spectat, ne Supplicantem in actu conducendi Blada ad Civitatem, & redeundi, in persona, nec in Bladis, aliisque ad id necessariis molestent ob aliquod debitum publicum, vel privatum, contra formam Nov. Constit., & Statutorum. In quorum &c. Dat. Mediolani xxi. Octobris MDCXXXII.

Judices

1632 *Judices Ordinarii, vel Delegati, si transmiserint Carceratos ad Officium Egr. Capitanei Justitiæ, vel Prætoris Mediolani quid facere debeant,*

MDCXXXII. Die viii. Novembris,

INtellexit Senatus ex precibus sibi porrectis à Protectoribus Carceratorum, complures retineri in carcere Egr. Capitanei Justitiæ sub diversis Judicibus, quibus ipsi nequeant auxilio esse, & operam suam impartiri, quia causa, pro qua detineantur, tempus eorum detentionis, & nomen Notarii ignoretur; ex quo sequitur, ut illi posthabiti à suis Judicibus, & indefensi; præter pium ipsorum Protectorum institutum, & contra quàm justitia suadet, miserè tabescant in carcere. Quòd cùm provisione dignum sit; is Ordo, intellecto etiam voto Curiarum Egr. Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani, hoc decreto mandat singulis Judicibus Ordinariis, aut Delegatis, qui captivos miserint ad dictos Carceres, ut die vigesimo cujuslibet mensis, certiorem faciant in scriptis, & absque ulla prorsus impensa unum ex Actuariis Criminalibus de statu causæ dictorum Carceratorum, ut in notulis Visitationum exprimi possit: Si dicti Judices foranei sint, & extra hanc Urbem degant, ut in ea domicilium eligant, ubi possint admoneri perinde, ac habitantes in Urbe, ut si sit opus, ipsi, vel eorum Notarii, Actuariive rationem reddant processuum, & præstò sint tempore Visitationum ipsorum Carceratorum, juxta Senatusconsultum diei 20. Decembris anni 1617. in suo robore duraturum: qui prædicta non observaverint, iis pœna aureorum decem irrogetur, applicanda commodis Carceratorum; & simul interdicatur cognitione causæ, eaque devolvatur ad Capitaneum, vel Prætorem, si detenti erunt in Carcere illius, vel hujus, qui quidem Capitaneus, & Prætor expensis dictorum Judicum curabunt acta, & processus ad se transferri, misso in idipsum Notario, si modò apparuerit ex binis Visitationibus de illorum negligentia, & inobservantia.

Oct. Perlascha.

ANNOT.

REnovatus fuit Ordine diei 9. Januarii 1682.

Ordo, ut Quæstores, & omnes Judices moneant Senatum de controversiis occurrentibus circa Regiam Jurisdictionem,

MDCXXXIII, Die xxvi. Januarii,

1633 COgnovit Senatus ex precibus Fisci Regii, multa in detrimentum illius, & Regiæ Jurisdictionis fuisse admissa in causis ad eum pertinentibus, sivè negligentia, sivè oblivione, sivè de alia causa, quæ provisionem omnino exigunt. Itaque Senatus sollicitus, ut Regia Jurisdictio, curæ suæ commissa, illæsa conservetur; hoc decreto monet Quæstores utriusque Magistratus, ut, omni mora postposita, dictas causas ad se referant. Cæteris autem Jusdicentibus, tàm Regiis, quàm Feudatariorum, mandat, ut, cùm primùm intellexerint, vel suspicati fuerint, subortam esse aliquam controversiam de Regia Jurisdictione inter laicas personas, vel Ecclesiasticas, vel inter utrasque, aut inter subditos, & exteros, continuò id per litteras significent Senatui termino dierum decem. Qui, si hoc decretum non servaverint, sciant, re comperta, debitas pœnas se daturos arbitrio ipsius Senatus,

Oct. Perlascha.

ANNOT.

1 REgiam jurisdictionem in eo potissimum consistere, ne laicus trahatur coram Judice Ecclesiastico firmat Cencd. *pract. quæst.* 14. *n.* 1., quem sequitur Cevallos *de cognit. per viam violentiæ quæst.* 21. *n* 1. *tom.* 5.

2 Ad quem Judicem spectet de jure communi declaratio contentionis, & competentiæ inter Judices Ecclesiasticos, & Seculares examinat Cortiada *decis.* 2. *per tot. vol.* 1., & casus, in quibus Curia Secularis potest procedere contra Curiam Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum, & alia juris remedia ob turbatam Regiam jurisdictionem enumerantur à laudato Cortiada *decis* 28. *vol eodem*.

3 Turbantes, vel aliquo modo offendentes Regiam jurisdictionem incurrunt pœnam vitæ, confiscationis bonorum etiam feudalium, & criminis læsæ Majestatis in primo capite ex proclamate diei 12. Septembris 1596. *Mognus Fossatus*.

Ordo, ut in quibusdam casibus Senatores abstineant à voto.

MDCXXXIII. Die xxviii. Junii,

CUm essent colligenda vota in Excell. Mediolani Senatu super relatione processus instructi contra Don Joannem Cajetanum de Padilla Reum factum, quod venenosas unctiones cum pecunia dederit ad dispergendum in publicam perniciem, & hoc

hoc tempore essent Senatores Magnif. Jo. Baptista Bonettus, & Petrus Paulus Bottinonus, quorum ille uti tunc Capitaneus Justitiæ, & hic uti Fiscalis fuerat in Curia, & votum dederat in hac causa, cumque excitatum fuisset dubium utrum illi nunc possent assistere, & sententiam suam in eadem causa uti Senatores dicere; dictumque fuisset Magnif. Buttinonum abesse debere tantisper, donec de hoc ageretur, quando alter impeditus non venerat ad Senatum, egresso eo, & re per quam diligenter tractata. 1633

Senatus censuit utrumque abstinere debere à voto suo in hac causa dicendo, & abesse à Senatu, dum colligerentur vota, & terminaretur causa, & id ipsum servandum post hac semper in similibus.

Comes Majoraggius.

A N N O T.

ETiam in causis Criminalibus locum esse suspicioni Judicis dubium non est ex latè tra-
1 ditis per Clar. § *fin. quæst.* 43. *n.* 1., & Farinac. *Fragm. criminal. par.* 2. *n.* 687., & in hisce
causis abstinere debere Amplissimos Patres, qui jam tulerint votum suum, declaravit
2 Senatus Excellentissimus etiam in ordine diei 9. Maji 1645., & tali casu nec discussioni causæ, nec relationi interesse debere tradit Laurent. *de Judice suspecto cap.* 5. *n.* 16.
Supradictus Don Joannes Cajetanus de Padillia declaratus fuit innocens ex sententia Senatus Excellentissimi dictæ diei 28. Junii 1633. referente Magnif. D Senatore Don Francisco Arguis.

Magnus Fossatus.

Libros Criminales non esse ex Officio efferendos, neque transmittendos ad Fiscales.

MDCXXXIII. Die vi. Julii.

SAnxit olim Senatus, ne libri rerum Criminalium exportarentur ex Officiis Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani, per causam eos exhibendi Fiscalibus, qui eos inspicere velint, aut alio prætextu. Vidit enim Senatus ex eo multa manare incommoda, & retardari cursum justitiæ, certè quidem processus interrumpi. Quòd Senatus Consultum cum vetustate absoleverit, & desierit servari, placuit Senatui, ut illud renovetur. Itaque denuò mandat singulis Notariis utriusque Officii, ut, si cui Fiscali necesse fuerit ipsos libros evolvere, illos ei exhibeant legendos in ipso Officio, non ex eo efferendos. Et quòd de Notariis dictum est, idem vult Senatus præceptum esse singulis Cancellariæ Ordinibus in eo, quod pertinet ad acta, & originales scripturas ipsius Senatus.

Oct. Perlascha.

Ordo, ut relaxentur Boves aratorii pignorati à Commissario onerum.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

DIlectè noster. Visis annexis precibus Communitatis loci Frascaroli, mandamus vobis, ut cum jam Senatus noster declaraverit Boves aratorios pignorari non posse, eos statim Supplicantibus restituendos curetis, inhibeatisque memorato Marengho, ac aliis, ad quos spectat, & spectabit ne imposterum similia aggredi audeat sub pœna nobis arbitraria, & ubi mandatis nostris parere recusent, contra eos viriliter procedatis, detinendo detinendos. Mediolani die 21. Martii 1634. 1634

Comes Majoragius.

A tergo. Sapienti J C. Projudici Prætorio Papiæ nostro dilecto.

A N N O T.

IDem mandavit Senatus Excell. in Ord. diei 19. Novembris 1637.

Ordo circa modum concipiendi Preces.

MDCXXXIV. Die xxviii. Junii.

ANimadvertit Senatus ex libellis sibi porrectis, paulatim invectum esse morem, vel potius abusum, ut plerique divitiis potentes, aut aliquo dignitatis titulo insignes, quærentes rebus suis provisionem, soliti sint eam poscere per interpositas personas illorum, quos appellant gestores negotiorum suorum, quasi potentiæ, & dignitati suæ non conveniat supplicare Senatui, & se se illius dignitati longè præstantiori submittere, aut ipsos pudeat, quod utile sit, quodque expediat, rogare. Hic abusus ne longius progrediatur, quippè qui Senatus amplitudinem, & reverentiam non nihil minuere videtur; statutum est, ut in posterum, quibus necesse erit Senatui preces porrigere, & ejus operam implorare, id illi faciant ex persona propria, non per Gestores, aut Procuratores, si secus fecerint, jubet Senatus ejusmodi preces rejici, & irritas fieri.

Oct. Perlascha.

Kk Ordo,

1634 *Ordo, ut procedatur contra Consulem ob ommissam denuntiam delicti, non gravata Communitate aliqua impensa ob talem ommissionem.*

Vicario Sepril.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux.

Dilectè noster. Vidimus litteras vestras ad Magnif. Senatus nostri Præsidem, datas de processu, & aliis gestis ob necem Bernardi Bonetti Coloni civis adscriptam Baptistæ Luchinæ in loco Capronii ex pagis Comitatus Angleriæ Seprienſem Majorem Magistratum recognoscentis, quibus respondentes, dicimus, contrà Consulem, qui non detulit crimen intrà tempus ex Nov. Const. limitatum procedendum esse ad formam Ordinum, neque Communitatem gravandam impensis cibariis, & equorum conductionis, cum nullo modo teneatur pro Consulis ommissione, sed eas à Reo ubi indicia suppetant, & solvendo sit, recuperanda; respectù verò controversiæ jurisdictionis ob dictam causam inter vos, & Angleriæ Prætorem superſedendum à molestia illius, donèc per Egregium Fiscalem Cusanum declaretur, ad quem cognitio spectet, sic igitur exequimini. Mediolani die prima Augusti MDCXXXIV.

Belingerius.

Ordo pro Sportulis exigendis in Syndicatibus.

MDCXXXIV. Die iii. Augusti.

Cum lectus fuisset in Excellentiss. Mediol. Senatu supplex libellus Doct. Nicolai Albertoni, quo petebat executionem decretorum super relatione, quam fecerat de Syndicatu Jo. Aloysii Buzoni J. C. olim Prætoris Valentiæ, sibi, & non alicui alii demandati. Præterea decerni utrum solvere teneantur, tùm dictus Buzonus, tùm alii à se Syndicati sportulas pro Senatu, & quantum illud esse deberet, cumque Senatus, quo ad executionem decretorum super relatione Syndicatus dixisset persistendum in ordinatis, ut scilicet ea daretur Prætori moderno Valentiæ, re maturè considerata quò ad sportulas, censuit eas deberi eodem pacto, quo debentur in aliis causis criminalibus. Mandans omnibus Syndicatoribus, seu Thesaurariis, ad quos spectat, & spectabit, ut eas exigant, & ad Thesaurarium ipsius Senatus mittant cum cæteris. Ad tollendum tamen abusum multiplicitatis gravaminum, quæ sæpenumero excitantur à Syndicatoribus, & exactionis sportularum pro unoquoque gravamine cum excessiva impensa eorum, qui syndicantur, mandat eisdem Syndicatoribus, & Thesaurariis, ut quantumcumque sit numerus gravaminum exigant sportulas ad summum pro quinque tàm pro Syndicatoribus, quàm pro Senatu. Thesaurarium autem ipsius Ordinis in editione liberationum à syndicatibus cognoscere vult, num verè solutæ fuerint sportulæ pro Senatu ad præscriptam formam, & si solutæ non sint eas exigere.

Comes Majoragius.

ANNOT.

1 Modus hic præscriptus exigendarum Sportularum pro gravaminibus excitatis in Syndicatibus, intelligi debet quoad gravamina excitata ex officio, secus quoad
2 ea, quæ formantur ad querelam Partium, quia pro his tot exiguntur honoraria, quot sunt gravamina, ut declaravit Excell. Senatus in Ord. diei 16. Januarii 1643.

Mognus Fossatus.

Ordo pro augendis nonnullis emolumentis Ostiariorum Senatus.

MDCXXXIV. Die xix. Decembris.

Conquerentibus Ostiariis Excell. Senatus Mediolani, honoraria, & emolumenta ad suum munus spectantia, in dies, temporum calamitate, diminui; impensam verò adeo crescere, ut ad moderatum victum necessaria parare nequeant; petentibusque ideò aliquo pacto suæ necessitati succurri, Senatus priusquam aliquid decerneretur, mandavit Egr. Secretariis, ut quid de petitis sentirent, subjicerent, mox omnia ad Spectab. Senatorem D. Jo. Baptistam Bonettum mitterent, qui super petitis provideret, prout sibi convenire videretur, facto etiam verbo in Senatu, si opus fuisset. Audito propterea dicto Spectab. Senatore omnia referente, & præcipue Secretariorum voto, omnibusque maturè consideratis, censuit, attenta temporum qualitate, salarii, & emolumentorum tenuitate, ac aliis justis de causis, petitis esse annuendum; proptereaque licere Supplicantibus pro quolibet supplici libello, & monitione in hac Civitate intimandis, ac pro deferendis ad Spectabiles Senatores Lectores mutuis precibus

cibus expediendis, exigere solidos decem qualibet vice, ubi vero inthimationes in Suburbiis erunt faciendæ, solidos quindecim; pro impressione cujuslibet sigilli, si litteræ fuerint missivæ, solidos duos; si vero patentes, solidos tres, modo tamen à miserabilibus nihil penitùs accipiant, & in reliquis omninò servent Ordines aliàs editos; juxtaque hanc taxationem, Ordines prædictos in hac parte reformari mandavit, & omnia in maternam linguam verti, publicèque in Cancellaria exponi, & affigi, ut omnibus innotescant. 1634

Ordo pro executione litterarum Senatus.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Visis inclusis precibus Joannis de Rubeis, mandamus vobis, provideatis omninò, ut memoratæ litteræ nostræ observentur, coercendo temeritatem non observantium, aliter providebimus, non solùm contra inobservantes, sed etiam contra illos, qui tenerentur curare ipsarum litterarum observantiam, & eo magis ob contumaciam partis, cui preces ipsæ jussu nostro inthimatæ fuere, ut termino bidui responderet. Mediolani die 28. Januarii 1635.

Subscript. Comes Majoragius, & sigill. &c.

A tergo. Sapienti J. C. Judici Prætorio Papiæ nostro dilecto.

P. R.

Vigore præcepti executivi per D. Judicem rationis Papiæ concessi D. Comitissæ Faustæ Vicecomiti Petræ *causa redditus, seu census debiti per Civitatem Papiæ* fuit facta executio die decimo hujus mensis Novembris 1634. fid. M. V. ser. Joanni de Rubeis, dicto Brugnolo, qui credens se posse defendere, ne subhastentur pignora, sed eidem illorum pretium depositatum relaxetur *stantibus litteris patentibus eidem per M. V.* diei noni dicti præsentis mensis datis, quæ exhibentur; hæsitatur, quod ipsæ patentes litteræ dicunt *ex causa onerum* non esse molestandos, *redditus autem, seu census non comprehendi*, quod erroneum esse Supplicans credit, maximè cum etiam Civitas Papiæ Commissario mensualis exactionem *nedum onerum Cameralium*, verum etiam *ipsorummet redditiuum, & censuum* tradiderit, & tradat, cui Supplicans suam portionem persolvit. Quare pro opportuno remedio ad M. V. denuo confugit. 1635

Hum. suppl. dignetur mandare præfato Judici Prætorio Papiæ, quatenus non permittat hoc modo deduci in spretum litteras patentes, quæ in similibus per Excell. M. V. Senatum conceduntur, coercendo etiam temeritatem contrafacientium, prout juris fuerit &c.

Ordo circa reformationem Terminorum pro citandis Reis.

MDCXXXV. Die primo Februarii.

Dum in Senatu ageretur de vitâ hominis damnati in contumaciam in officio Civitatis Papiæ, cognitum est, nimis angustos terminos ex stylo illius Curiæ dari citandis in forma absentis, valdèque periculosam esse eam citandi formam. Et audito Magnifico Prætore illo, mox etiam habito voto Regii Fisci, & re proposita in Senatu.

Sic statutum est, omninò abrogandum dictum stylum, decernendumque, posthac servandam formam Novarum Constitutionum, idque non modò quo ad absentes, sed etiam quo ad præsentes, & non tantùm in Foro illo, & in tota ditione Papiensi, sed etiam quocunque alio loco, in quo stylus sit diformis ab eo, quod Novæ Constitutiones disponunt; huncque ordinem imprimi Ordo ipse mandavit, & ad singulos Jusdicentes hujus Dominii mitti inviolatè servandum.

Comes Majoragius.

Ordo, quod à Judicibus impunitas non permittatur.

MDCXXXV. Die viii. Februarii.

Cum Jo. Maria Curtius detentus in Carcere Prætoris Mediolani obtulisset se patefacturum furta, & rapinas nocturno tempore ab ipso, & sociis commissas variis in locis hujus Civitatis, si hoc ei liceret facere absque pœna vitæ, fuit ei permissa impunitas à Judice causæ, & mox concessa asserente id permitti à Regia Celsitudine, ubi detentus pro veritate latrones edidisset, Senatus hoc intellecto ex relatione ejus causæ non potuit non valdè improbare hunc permittendæ impunitatis modum, quod ne fiat in posterum mandat, hoc decreto singulis Judicibus, ut posthac caveant à similibus promissionibus indicta eis pœna si contrafecerint, quod munere privabuntur.

Octavianus Perlascha.

1635 *Ordo, ut in citationibus perhemptoriis Reis transmittendis, apponatur clausula comparendi successivè singulis diebus, donec &c.*

MDCXXXV, Die xxii. Martii.

GLiscenti in dies hominum malitiæ, ad evadendas commissorum pœnas opportuna studet jugiter Excell. Mediolani Senatus adhibere remedia, cui non leve negotium facessunt assiduæ nullitates, & vitia, quæ Notariorum Criminalium, & quandoquè Judicum in Curia, & conniventia emergunt ex formula perhemptoriarum citationum pro condemnationibus faciendis, sivè pecuniariis, sivè capitalibus, earumdemque inthimatione, inter quas connumeratur ommissio clausulæ comparendi successivè singulis diebus, donec &c., cujus clausulæ vi, lapso termino præscripto, condemnationes fieri possunt validè intra mensem; ut peculiari Senatus consulto cautum fuit. Quemadmodum igitur plerisque in casibus provisum est aliis decretis, ita hoc Senatus consulto ipsi ommissioni occurrendùm censuit Ordo, quo mandat quibuscunque hujus Dominii Jusdicentibus, & eorum Notariis, ut perhemptoriis ejusmodi citationibus posthac apponant jam dictam clausulam comparendi successivè singulis diebus, donec &c. sub pœna ipsi Ordini arbitraria contrafacientibus, quam, & cæteras impositas ex aliis decretis in hac materia, nisi ea quoquè plenè servaverint, sciant se omnino luituros.

Philippus Meda.

Ordo, ut Laici in actis judicialibus utantur satellite, qui sit descriptus inter acta Judicis secularis, apud quem officium exercet.

MDCXXXV. Die xxix. Martii.

NOvit Senatus Excellentissimus operepretium esse ità providere, etiam juxta formam Nov. Constit., ut nullo alio satellite quisquam laicus utatur in citationibus, executionibusquè civilibus, & aliis quibusvis actis judicialibus, quam qui sit descriptus inter acta Judicis secularis, apud quem ille officium facit, nullusquè satelles non descriptus ut suprà inthimationes, & executiones hujusmodi facere audeat.

Itaque hoc decreto vulgando per omnes Civitates, Oppida, & loca hujus Status sic servari mandat inconcusse, sub pœna eidem Excellentiss. Ordini arbitraria, etiam corporali, tùm satelliti contrafacienti, tùm subdito eo utenti irroganda.

Comes Majoragius.

Prorogationes, & Suspensiones instantiæ deferendas in tempore ad manus Receptoris in Cancellaria Senatus non esse exequendas Ordinationes ni præsentatæ fuerint formiter.

MDCXXXV. Die v. Junii.

INvigilans jugiter pro munere suo Excell. Mediol. Senatus Ordinum observantiæ, ac Tribunalium conservationi, studensque propterea occurrere gliscentibus in dies abusibus, ac judiciorum corruptelis, animadvertit, vitio litigantium irrita fieri complura decreta de prorogationibus, & suspensionibus instantiæ causarum. Hi namque experti constantiam Cancell. Senatus in rejiciendis extra tempus allatis, eas indulgentibus actorum civilium receptoribus, in Foro præsentant, ita ut de munere etiam ipsius Cancellarii antiquissimo actum penè dici queat. Observatum etiam fuit, ordinationes, quæ fiunt à Senatoribus visitatoribus Carceratorum, ac plerasque deffinitivas sententias absolutorias Reorum, ad relationem Jusdicentium factas, è Cancellaria non editas, neque Secretariorum subscriptione, & sigillo munitas, ut mandant Ordines, executioni mitti, Reosque earum vigore absolvi, & dimitti perindè, ac si servatis servandis essent editæ, & inter acta redactæ.

His corruptelis occurrere volens Senatus, hoc decreto inconcussè servando, jubet prorogationes, & suspensiones instantiæ causarum omnium, tàm de consensu partium, quàm aliter, posthàc deferendas esse intra tempora limitata ad manus Receptoris Cancellariæ tantùm, sub pœna, si secus fiat, nullitatis eorumdem, & alia Senatui arbitraria, tàm iis, qui eas deferent, quàm qui acceptabunt. Notariis verò Criminalibus expresse prohibet, ne quas amplius exarare audeant Ordinationes, & Judicibus, nè illis subscribant in favorem Reorum, nisi accedentibus Senatus Consultis, & decretis in Cancellaria expeditis, Secretarii subscriptione, & sigillo Regio de more munitis, sub pœna nullitatis in contrarium faciendorum, & Notariis, etiam suspensionis à munere.

Philippus Meda.

Ordo,

Ordo, quòd Rei tempore deffinitivæ sententiæ in Carceribus sistere debent. 1635

MDCXXXV. Die xii. Septembris.

ET si jure cautum est, ordinibusque est sancitum, ut Rei criminum, sivè capitalem, sivè corporis afflictivam pœnam importantium, in Carceribus custodiantur tempore deffinitivæ eorum relationis, nihilominus de illorum observantia, receptissimaq; Fori consuetudine non parum in dies remitti à Jusdicentibus animadversum est, quod gravi Justitiæ, & Fisci detrimento cedit, ex frequentia condemnationes eludentium.

Hoc igitur decreto jubet Excellentiss. Mediolani Senatus Reos omnes criminum prædictorum cautè in carceribus custodiri tempore deffinitivæ, ità ut judicandi pœnam luvant, Judicibus secus facien. pœna erit, ultra à jure impositas, Senatui arbitraria, quæ sine ullo discrimine, aut cunctatione exigetur. Philippus Meda.

Ordo, quòd Judices Delegati consignent processus perfectos.

MDCXXXV. Die xxvi. Septembris.

COndidit Excellentiss. Mediolani Senatus decretum die 27. Septembris 1570. mandans Vicariis Generalibus, ac aliis quibuscunque delegatis, ut processus originales à se formatos loco Jusdicentium ordinariorum ad quos vel ratione loci criminis, vel aliter causæ cognitio spectaret, statim post redditum, vel perfectionem, consignent Judicibus Ordinariis, vel eorum Actuariis, vel per quorum manus illi tractandi fuissent, indicta pœna contrafacientibus ipsi Ordini arbitraria; ad evitandum patens absurdum dispersionis processuum, ubi penes hujusmodi Delegatorum Cancellarios remaneant, vel certè defiderata eorum notitiæ cum opus est, præsertim in faciendis delictorum attestationibus. Usu autem compertum est observantiam providi adeo Senatus consulti paulatim absolescere, absurdumque rursus irrepere, Justitiæ damnosum, quod prorsus tollendum constituit Senatus, jubetque Ordinem ipsum inconcussè posthac servari, & ut contraventores pœnam luvant, vult Judices Ordinarios eorumque Actuarios sedulos esse in recuperandis hujusmodi processibus, admonerique si qui Cancellarii recusaverint, aut aliter parere neglexerint.

Philippus Meda.

A N N O T.

REnovatus fuit in Ord. diei 10. Januarii 1698. §. *primo in primis.*

Ordo, ut salaria sententiarum distribuantur etiam DD. Senatoribus, qui fuerunt absentes ob ægritudinem.

MDCXXXV. Die iii. Octobris.

ORto dubio apud Thesaurarium Excellentiss. Senatus, quomodo deberet dividere salaria causarum civilium expeditarum ab ipso Excellentiss. Ordine trimestri proximè exacto, eo quod Magnif. Bottinonus ægrotus, non fuisset præsens collectioni Votorum in nonnullis ex ipsis causis, Magnif. autem Arias, dum nonnullæ earum fuerunt expeditæ, abesset ob delegatum ab Excellentiss. Gubernatore munus providendi alimoniæ Exercitus Regiæ Majestatis, & abesset quoque Magnif. Salamanca delectus Prætor Cremonæ, & facto verbo de his, juxta petita per ipsum Thesaurarium.

Dictum fuit Magnif. Bottinono, qui morbo fuit impeditus, dandam esse contingentem portionem salariorum earum causarum, quæ eo absente fuere expeditæ, non secus, ac si fuisset præsens, & quotiescunque posthac similis casus evenerit, idem servandum. Quoad reliqua nihil aliud decernendum, cum alias satis provisum fuerit in similibus.

Agitur de pœna imposita instiganti, & vulneranti in faciem cum deturpatione.

JO. Baptistam Binagum, & Margaritam Raymundam Jugales Reos, scilicet virum, quod vulnerasset in faciem Petrum Franciscum Ratam Thesaurarium Loci Pii Charitatis hujus Urbis, ex causa ab ejus officio proveniente, cum faciei deturpatione, & Uxorem, quòd instigasset maritum ad dictum Ratam, ita vulnerandum, Censuit Senatus publicè fustigandos per Civitatem, & eodem actu traducendos cum inscriptione tituli delicti, & pœnæ, ante ædes dicti Loci Pii, & ipsius Ratæ, mox Binagum remigare quinquennio debere, & uxorem quinquennio quoque exulare die iv. Decembris MDCXXXV.

Ordo,

1635 *Ordo, quod pendente relatione deffinitiva Rei in Carceribus retineantur.*

MDCXXXV. Die xv. Decembris.

VOlens omnino Excellentiss. Mediolani Senatus Reos omnes in Carcere custodiri pendentibus adscriptorum criminum relationibus deffinitivis, sivè de capitali pœna, sivè corporis afflictiva agatur, juxta juris Ordinem, & novissimi Decreti dispositionem, hoc Senatus Consulto statim vulgandò, unà cum præcedenti, ac ad singulos hujus Dominii Jusdicentes transmittendo, ne ignorantia se excusare possint, admonet ultra pœnas jam indictas, additam contrafacientibus suspensionem à munere, jubetque in præambulis relationum fieri posthac memoriam existentiæ Reorum in Carcere, vel eorum relaxationis ex Ordine Senatus factæ, tum etiam remissionis partis sive fit præsentata, sive non.

Philippus Meda.

Ordo ad tollendos abusus in Relationibus deffinitivis.

MDCXXXV. Die xviii. Decembris.

COmpertum est multifariam adhuc peccari in compilandis relationibus deffinitivis causarum criminalium, quæ ad Senatum fiunt tametsi variis Ordinibus adversus ejusmodi abusus sit provisum. Repetuntur enim sæpè numero ea quæ antea relata fuere ad Senatum supervacuè, inseruntur in ipsis relationibus extensæ citationes fidejussorum Reorum, qui jam sistere, aliaque acta nihil facientia ad ea, quæ aguntur, unde excrescit moles voluminis Reis dispendiosa nimis, & Senatui frustratorium laborem, & negotium facescens, Admonitos perinde Senatus vult quoscumque ut omnino servent jam decreta, & relationes moderentur ad necessitatem dumtaxat rei, de qua agitur, ex ære proprio restituri quidquid superfluum tempore deffinitionis judicaverit.

Philippus Meda.

Ordo, ne Notarii fungantur officio Prætoris.

MDCXXXVI. Die iii. Januarii.

1636 AUdivit Senatus irrepsisse abusum, ut Notarii Criminales munere suo non contenti, officium quandoque Prætoris eidem muneri suo impar exerceant, hincque non levis oriatur scandalorum timor, & magnum justitiæ detrimentum, quibus occurrere volens idem Ordo.

Sancit, ut omninò prohibeantur omnes Notarii Criminales fungi dicto munere Prætoris, sub pœna privationis Notariatus, & majori, etiam, arbitrio ejusdem Senatus.

Jul. Cæs. Ayroldus.

S C H O L I A.

SUmma ratione cavetur, ne Notarii duplici hoc munere fungantur, quia contra falsam assertionem iniqui Judicis, innocens litigator non potest quandoque veram negationem probare; cum negans factum per rerum naturam nullam habeat directam probationem *cap. Quoniam contra 11. de probation.*, & ob id videmus unius Judicis quantæcunque sit authoritatis verbo non credi in causis, *cap. cum à nobis 28. de testibus, & attestat. Rota apud Farinac. decis. 51. nu. 12. p. 1. in recentior.* quo fit ut acta sint nulla, ni fuerint conscripta à Magistro Notario, *Giurb. cons. 88. num. 7.* Judex igitur non potest esse Notarius causæ, *Gratian. discept. forens. cap. 4. num. 10. vol. 1.*

Si tamen vigeret consuetudo in contrarium, rectè utriusque personam sustinebit: ita *Bartol. in l. servus communis 2. ff. de stipulat. servor. sequitur, cum referens*, *Trentacinq. var. resolut. tom. 2. resolut. 7.*, *Raudens. resp. 50. nu. 587. vol. 1.*, & sententia quæ feretur ex iis actis erit valida. Trentacinquius autem dicto loco subjungit alios tres casus in quibus id est permissum, scilicet in causis brevioribus, quæ possunt agitari sine scriptis, *Sola ad decret. Sabaud. de guard. in tex. sine jur. solemn. gl. unic. nu. 19. fol. 349.*, *Gratian. d. cap. 4. nu. 11.*, & in quibus statur informationi Judicis; *Gratian. discept. forens. cap. 206. nu. 6. vol. 2.* In iis quæ fiunt à Judice non in forma judicii, *Dec. cons. 42. nu. 5. vers. quarto accedat*. Et demum in iis quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, recensuerat ante *Guid. Pap. q. 564.*, *Georg. de Cabedo decis. 60. p. 1.* Hi tamen casus ut plurimum habent locum in causis civilibus, ut admonet Cabedo, quia causæ criminales dicuntur magnæ, & exactiorem requirunt diligentiam.

Garonus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 18. Maji, & 20. Julii 1668.

Delicta

MDCXXXVI. Die xxix. Januarii.

Ex praxi Notariorum criminalium circa edendas attestationes delictorum, suppressa eorundem substantia, tantummodòq; facta distinctione, si agitur de capitali, vel corporis afflictiva, aut etiam pecuniaria pœna, animadvertit Excellentiss. Mediolani Senatus non plenè satisfieri justitiæ, quando ejusmodi attestationes ex officio jungendæ sunt cum deffinitivis relationibus, atque etiam quando petitur gratia à Principe alicujus delicti, vel mulctæ, quæ quandoque vel non concederetur, vel juridicis saltem conditionibus limitaretur; in sententiis verò deffinitivis maturius statueretur de Reorum pœna, & progressu ad ulteriora in causis pendentibus, quarum attestationes meminerint, ubi delicta plenè fuissent expressa. Idcircò jubet is Ordo præsenti edicto perpetuæ legis vim obtenturo, à Notariis quibuscunque rerum capitalium in hoc Dominio Mediolani posthac in prædictis duobus casibus tantùm exprimi delicta cùm suis qualitatibus, & circumstantiis, sed respectu petentium gratiam, cùm libelli supplices, & acta cum eis juncta ab iisdem, seu pro eis patrociuantibus circumferri consueverint, vult Senatus non solum sigillo obsignatas edi attestationes cum delictorum expressione, sed etiam illas cum libellis amplius parti non tradi, sed ad manus Egr. Secretarii hebdomadarii mitti, quemadmodum, & relationes deffinitivæ mittuntur, quorum, seu Cancellariorum cura erit, ut expediantur, absque eo, quòd partibus restituantur. Egregios verò Fiscales admonet, ut ipsas attestationes propriis quoque sigillis resignent, itaut omninò evitetur periculum, ne tituli criminum aperiantur. Contrafacientibus Notariis pœna esto Senatui arbitraria.

Philippus Meda.

Ordo, ut Filius Ostiarii Senatus admittatur in Collegium Causidicorum.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilecti nostri. Lectis in Senatu precibus Jo. Ambrosii Castaneolæ, & responso Protectorum Collegii vestri, unà cum utrinque replicatis, exempli, inclusi, censuit is ordo supplicanti, non obstare, quòd sit filius Ostiarii Senatus nostri. Ideò vobis mandamus, ut ubi cætera requisita concurrant, eum in Collegium Causidicorum admittatis. Cæterum mittatis ad subsignatum Egr. Secretarium allegatos novos Ordines, quos inspicere operæ pretium duximus. Dat. Mediolani die iv. Aprilis MDCXXXVI.

Sign. Comes Majoragius, & sigill. &c.

A tergo. Nobilibus Viris, Abbatibus Notariorum Mediol. nostris dilectis.

Ordo, ut Milites Militiæ Urbanæ Mediolani fruantur privilegiis Militaribus.

Excellentissimo Gubernatori.

MDCXXXVI. Die iii. Julii.

Consulente Excellentia Vestra Ordinem nostrum litteris suis diei 13. Junii proximè præteriti, an expediat decernere Cives Milites, quos Militiæ vocant, Judicibus Militaribus subjici, cum sine stipendio, aliisve præmiis in laboribus, & periculis pro salute communi se exerciturì sint, opportunum duximus in re adeo gravi Collegium Fiscalium, ac utramque Curiam excitare, diligenterque consideratis per eos adductis, Ordinis nostri sententia fuit, posse prædictos Militiæ adscriptos in delictis merè Militaribus, dum actualiter vacabunt Regio servitio, & Militaribus functionibus à Judicibus Militaribus puniri: In reliquis vero delictis non Militaribus, vel quando extra functiones Militares delinquere continget, nullo modo eximi posse à Jurisdictione ordinariorum Judicum, multoque minus pro delictis ante descriptionem commissis: id enim justitiæ, & Regiis Ordinibus repugnaret, & maximum Reipublicæ detrimentum inferret ultra hos limites, rectamque Justitiæ administrationem turbaret, quæ publicæ salutis propugnaculum, & salus existit, ut latius Excellentiæ Vestræ alia consultatione nostra significavimus, dum Regiæ Majestatis voluntas enixa nobis indicata est, qua injungit delicta severè coerceri, quibus in dies Divina Omnipotentia ad iram provocatur. Quod reliquum est &c.

Signat. Bonettus, & Trottus.

Votum Collegii Fiscalium, & Curiarum.

1636. 12. Junii.

Si S. E. consuluit, an Milites popularis Militiæ gaudere debeant benefitio decreti Militaris, non videtur obnitendum, dummo-

1636 dnmmodo se contineat illa jurisdictio intra cancellos ipsius decreti, neque extendatur, nisi ad eos, qui nomina dederunt, prout solent alii Milites, & in hostem deducuntur; non vero eos comprehendat. qui vel gregatim arma arripiunt, vel etiamsi adscripti sunt: tamen è propria Civitate non educuntur, vel denique adscripti in propriis domibus, nullis functionibus addicti otiosi jussa expectant. Si vero id satagitur è latere Supplicantium, ut in aliis in decreto non comprehensis, in quibus per summam corruptelam sæpissimè jurisdictio ordinaria usurpatur, privilegio potiantur, sensit Collegium, neque Suam Excellentiam hanc jurisdictionem attribuere posse Judici Militari, absque præcisa S. M. declaratione, neque à nobis ferendum esse, quod Ordines Regios violat, & jurisdictionem ordinariam, qua potissimum Justitia nititur, penitus evellit. Idem est sensus utriusque Curiæ. Signat. Cusanus.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispan. &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

ESsendosi nella Città di Milano formata la Milizia, che con ogni buon ordine si và disponendo, e disciplinando per ogni occasione, che possa offerirsi, ed assistendo continuamente giorno, e notte alla Guardia delle Porte con molta pontualità, e zelo del servizio di S. M., e della Patria, e parendo giusto a S. E., che gli Officiali, e Soldati di essa tengano alcuna prerogativa, avendo ancor sopra di questo consultato il Senato, e considerato il parere, che ha dato, dopo aver eccitato il Collegio de' Fiscali, ed ambedue le Curie, ha ordinato l'E. S., che si pubblichi questo decreto:

Col quale dichiara, ed ordina, che (oltre le preeminenze già concesse generalmente a tutte le Milizie dello Stato contenute nel Bando, che fece pubblicare il Sig. Cardinal Albornoz alli 14. d'Agosto dell'anno passato 1635.) la Milizia di Milano debba godere, e goda ancora delli medemi privilegi, e prerogative, che gode la gente pagata dell'Esercito, e che con essa si guardi, ed osservi la disposizione del decreto Militare in quello che tocca alla giurisdizione fra li Giudici Ordinarj, e l'Auditor Generale.

Incarica dunque S. E. al Senato, che per quel, che a lui tocca, così faccia eseguire in tutti li casi, che occorreranno; e così alli Giudici Ordinarj, come all' Auditor della detta Milizia, comanda che osservino, ed obbedischino questa dichiarazione, e mente sua incamminata alla buona direzione della Giustizia, ed a levare ogni sorte di controversia, ed incompetenza. Dat. in Tortona alli 29. di Settembre 1636.

Signat. El Marques de Leganes.

V. Ronquillus. Platonus.

Ordo, ut Judices quamprimum faciant relationem definitivam delictorum referibilium.

MDCXXXVI. Die xvii. Julii.

SUb oculis ferè nostris sævientes hostium invasiones, & depredationes intuemur; præcipuam causam justæ iræ Omnip. Dei in nos concitatæ arguimus ex frequentibus, iisque gravissimis populorum sceleribus, ad quam sedandam, nitendum est, ut illa omni severitate puniantur. In hoc quoque versatur enixa voluntas, ac pia mens Suæ Reg. Catholicæ Majestatis, dum id expresse litteris suis nuper mandavit, cui ut cumulatissimè pro viribus nostris satisfiat, mandamus omnibus Jusdicentibus tutius Dominii Mediolani, ut quamprimùm deffinitivam relationem faciant Ordini nostro omnium delictorum ex ordinibus referendorum in eorum Officiis pendentium, idque pariter exequantur, statim atque inposterum aliqua delicta patrari continget, secus in eosdemmet graviter animadvertetur.

Jul. Cæs. Ayroldus.

Ordo circa observantiam decreti Militaris.

MDCXXXVI. Die ix. Octobris.

ET si clara, usuque receptissima sit dispositio decreti de militaribus delictis, pluriesque R. M. enixè servari eam jusserit, prout, & novissimè Excellentiss. Gubernator suo Edicto, per occasionem Popularis militiæ hujus Civitatis, promulgatè die 29. superioris mensis Septembris, tamen nescio sive gliscente bellorum strepitu, sive aliter, circa illius executionionem aliquis invalescat abusus.

Mandat Senatus tenore præsentis quibuscunque Jusdicentibus hujus Dominii, ut circa ipsius decreti militaris exactam observationem sedulò invigilent; & si quoquomodo eidem contraveniri contigerit, statim ipsum Ordinem moneant, opportunè provisurum.

Jul. Cæs. Ayroldus.

Ordo,

Ordo, ne attendatur adscriptio militiæ in fraudem incepti processus susceptæ; & circa pœnam irrogandam complicibus de auxilio præstito pro fuga Carceratorum. 1636

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux.

Dilectè noster. Propositis coràm Senatu nostro iis, quæ novissimè Magnif. Senatus nostri Præsidi scripsistis de emergentibus contrà culpabiles fugæ istorum Carceratorum de sententia ipsius Ordinis vobis mandamus ut non obstante attestatione à Bassiano Benzono producta, quod sit adscriptus miles, cum appareat militiam in fraudem cœpti processus assumptam fuisse, contrà eum ad ulteriora procedatis, & complices auxilii cooperativi ad hanc fugam condemnetis ea majori pœna, qua debebitur, titulo delicti gravioris unius ex detentis, ad quam normam Reos constituetis, qui legitimis inditiis de hac eadem culpa arguentur. Mediolani xvi. Octobris MDCXXXVI.

Belingerius.

A tergo. Sapienti J. C. Vicario Seprii nostro dilecto.

Ordo, ut Sportulæ exactæ mittantur singulo trimestri ad Thesaurarium Senatus, & ne Judices subscribant ordinationibus, nisi prius habita fide ab eorum Thesaurario de solutione Sportularum.

MDCXXXVII. Die xix. Januarii.

Cum habitus fuisset sermo in Excell. Mediolani Senatu de exactione Sportularum, & de diligentiis adhibitis, ex quibus tamen adhuc consecutum non est, ut potuerit, pecunia per multos Thesaurarios exacta haberi, vel ob inobservantiam eorum, quæ jam decreta fuerunt, vel ob renitentiam multorum, & nonnullorum etiam malitiam, is Ordo opportunè providere volens.

In primis jubet, & mandat Thesaurariis Magnificorum Prætorum Cremonæ, & Papiæ, ut statim lapso unoquoque trimestri mittant ad Thesaurarium ipsius Excellentiss. Senatus pecunias quantascumque ipsi exegerint, vel ab aliis Thesaurariis habuerint, quod si non fecerint, sciant missum iri illuc Delegatum ad eas accipiendum eorum expensis. Thesaurariis autem aliarum Civitatum, & locorum, & eorum fidejussoribus, qui adhuc moniti non fuerunt, mandat inthimari præcepta, ut termino competenti pro locorum distantia afferant pecunias exactas ad manus ipsius Thesaurarii Senatus, aliàs pariter sciant, missum iri Delegatum eorum expensis, contra illos verò, qui moniti fuerunt, procedendum ad executionem realem, & personalem; 1637 Moneantur etiam omnes ipsi Thesaurarii aliarum Civitatum, & locorum, si huic Ordini non paruerint in futurum, se teneri sistere in carceribus Egr. Capitanei Justitiæ Mediolani, sub pœna eidem Senatui arbitraria. Quod verò attinet ad Sportulas, tùm exactas, tùm exigendas in hac Civitate, Egregium Fiscalem Ruginellum diligenter inquirere debere, utrum exactæ fuerint, quæ exigi debebant, & num Thesaurario Senatus fuerint mox persolutæ, & curare, ut posthac etiam statim persolvantur, quæ fuerint exactæ. Prætores autem, & Judices omnes, tùm hujus, tùm aliarum omnium Civitatum, & locorum animadvertere, ne ordinationibus subscribant ante habitam fidem Thesaurarii, quemque sui de solutione Sportularum, & hujus Ordinis exemplum in actis uniuscujusque Officii in toto hoc Dominio registrari debere, itaut successoribus etiam innotescat, & ab eis quoque inviolabiliter servetur.

Jul. Cæs. Ayroldus.

A N N O T.

Iste Ordo fuit per extensum renovatus in Ord diei 28. Novembris 1702.

Gratiatos non esse relaxandos, nisi exhibita gratia in forma.

MDCXXXVII. Die iv. Februarii.

Nullo modo ferendum est, ut authoritate solius cedulæ unius ex Secretariis attestantis factam alicui gratiam à Sua Excellentia Judices, & eo minus Notarii causarum dimittant Carceratos, multi enim abusus inde sequuntur. Quare his occurrere volens Senatus mandavit Gratiatos non relaxari, nisi illi gratias in solita forma concessas exhibuerint, approbatas etiam ab ipso Excellentissimo Ordine. Tamen hoc vel intermissum, vel neglectum audivit. Quare in nonnullos animadvertere operæ pretium esset. Tamen adhuc benignè agens, graviter tamen acturus posthac in casu inobedientiæ.

Hoc novo decreto mandat omnibus Notariis rerum criminalium, ne posthac unquam decretum ipsum transgrediantur, vel negligant, sub pœna Senatui ipsi arbitraria, & si de damnatis ad remum agatur,

1637 moneant etiam Secretarium, qui habet Provinciam remigum, & ab eo habeant fidem, quod de gratia memoriam fecerit in libro suo, Egregiis autem Capitaneo Justitiæ, & Prætori hujus Civitatis injungit, ut moneant serio Notarios ipsos, & servari ab eis singulis faciant Ordinem ipsum, & si contrafiet Senatum ipsum moneant statim de transgressore.

Comes Majoragius.

Relatio Consultativa Hieronymi Peroni in re Sportularum Delegati.

Illustrissimo Signore.

RIcevuta ch' io ebbi la Patente della delegazione concessami dal Senato Eccellentissimo intorno all' esazione delle Sportule, insieme coll' Istruzione, e nota degli Offizj della Provincia Comasca, siccome istimai a grazia singolarissima la commissione suddetta, così

Andai in primo volo a Magenta, dove visitai li libri Criminali da quel tempo, che si cominciò la doppia esazione delle Sportule per il Senato Eccellentissimo, fin al presente, ed ho constituiti debitori li Podestà, e Notari, i quali hanno riscosso dette Sportule della somma in tutto di lir. 169. ss. 12. d. 6.

Indi mi sono transferto ad Inveruno, quivi ho visitati tutti i libri della Pieve di Dairago per detto tempo, ed ho trovato, che quei Podestà rimangono debitori di lir. 192. ss. 13. d. 6.

Da Inveruno venni a Castano, dove pure ho constituiti debitori quei Podestà di altra somma di lir. 131. ss. 13.

Passai poi subito a Busto grande, e visitai trentadue libri fatti in detto tempo, e trovai, che quel Tesoriero resta debitore della somma di lir. 496. ss. 2. d. 6., per la quale gli ho fatto fare l'esecuzione prima di partire, benchè restino due altri libri da visitarsi, che si trovano appresso l'Auditore in Milano.

Ma perchè il Sig. Podestà di Varese m'aveva assicurato, che il Sig. Dott. Ippolito Bosso di già era stato a Varese, ed a Gallarate, ebbi per bene di passar ad altra parte: Andai per tanto a Lecco; ma trovai che similmente vi era già stato il detto Sig. Bosso; Intendendo poi, come nella Valsasina da molto tempo in quà, nè il Podestà, nè meno il Notaro hanno mai fatto residenza, nè sapendo dove poter fermar il piede, me ne ritornai à questa volta, lasciando da parte Erba, per esser tuttavia sospesa per sospetto di Peste.

Gionto poi a Mariano intesi da quel Podestà, come aveva pagato lir. 13. al medemo Sig. Delegato Bosso circa il fine di Genaro passato per resto delle sportule di quell' Officio; onde continuai il mio viaggio fino a Serono, quivi visitai i libri, ed ho costituiti quei Podestà debitori di lir. 135. ss. 1. di resto.

Per modo, che in dette cinque Terre sole ho scoperto, che l'Eccell. Senato rimaneva in perdita della somma di lir. 1125. ss. 2. d. 3.

Or perchè desidero pure, che V. S. Illustriss. resti ben' informata della forma da me sin quì tenuta, che ha tirati a sè gli occhi di molti, i quali non si appigliano al dritto filo della ragione, per sviluppare gl' ingegni da ogni sinistra opinione, ho stimato bene di rappresentare a V. S. Ill. quanto è passato.

Dove ho trovato liberazioni fatte di cause riferibili al Senato Eccell., ho dato debito alli Podestà, che le hanno fatte di tutta l'importanza delle sportule per tali relazioni dovute, non altrimente come se fossero state fatte con effetto, non convenendo, che per colpa, e fatto di essi Giudici rimanga l'Eccell. Senato in perdita.

L'istesso ho osservato per li processati, che son stati liberati sotto pretesto, che non vi fossero indizj, dove ho trovato in effetto esservi indizj per formar l'inquisizioni; e così anco per quelli, che sono stati fatti Rei in cause di contravenzioni di Gride, e che son stati liberati senza esser state proposte, nè prodotte eccezioni a lor difesa.

Nell'altre cause statutarie, e leggieri non gli ho gravati in altro, se non della semplice liberatoria.

Per la presentazione delle grazie fatte dalli Feudatarj delle pene pecuniarie dependenti da Gride, o N. C. gli ho dato debito similmente conforme la tassa di ordine del Sen. Eccell. fatta dell'anno 1606., la quale, se ben dice: *si fuerint concessæ pro litteras L. T. nostri, ut fit in delictis levioribus descendentibus à proclamationibus*, è però correspettiva a questa de' Feudatarj, ed uniforme quanto all' effetto.

Quanto all'altre di pene statutarie leggieri, non ho dato debito d'alcuna sorte per simili grazie.

E perchè di già avevo avvertito, che nell' Officio di Cremona si trova un Ordine del Senato Eccell. del dì 8. Marzo 1595., che dice: *In Ordo censuit ubi agatur de delictis diversi generis, vel etiam ejusdem, quæ ex intervallo commissa sint, ut eo casu pro singulis delictis solvantur quoque singula honoraria*. Perciò ad un delinquente processato di più delitti diversi, che fu preso, ho ommesso di dargli debito del constituto per il delitto più grave per conformarmi con la tassa sodetta, che dice: *à detentis nihil accipiatur*; ma per gli altri ho dato debito di altretanti constituti, quanti furono i reati, che gli furono dati, e l'istesso cre-

1637

crederei fermamente si potesse osservare per conto delle visioni de' processi dovute a' Giudici quando eccedono cento fogli, e così anco per rispetto delle relazioni diffinitive fatte all' Eccell. Senato, o in Curia, servandosi nel restante la sodetta tassa.

Vero è, che per facilitare questa esazione così importante, sarebbe necessario, che il Senato Eccell. concedesse facoltà al Delegato, non tanto di rivedere tutti li conti, e libri già visti da altri Delegati, ma anco di poter dare qualche dilazione a' debitori a pagare, e di concedere l'esecuzione reale, e personale a lor' instanza contro quei processati, che non hanno intieramente pagato ciò, che erano tenuti per le sodette sportule.

Tuttavia a me non conviene fidarmi del mio proprio parere, ma debbo, come faccio, ricorrere a V. S. Illustriss. supplic. a comandarmi quello, che avrò a fare.

Resta ora per esecuzione di quanto mi vien strettamente comandato nella detta Instruzione di dire, che tre cose sole hanno grandissima necessità di provisione, per esser di molta conseguenza.

La prima, che si astringhino sotto nuove rigorose pene li Notari a registrare tutte le querele, e denunzie distintamente ne' libri Criminali, avendone io trovato molte, e molte non registrate per li libri, e sopra le tavole, che altrimente si possono disperdere, e sopire le cause in pregiudizio così della giustizia, come in danno di questa esazione, ed è una compassione, che si lascino arrivare le cose a tanta deformità.

La seconda, che si proibisca a' medemi Notari il registrare, nè accettare le remissioni, o proteste ne' libri per rispetto di quei delitti, che si levano con la remissione, se prima non saranno state pagate le sportule per le liberazioni; poichè ho trovato, che in vece di dette ordinazioni, li Notari, o siano i Giudici hanno notato solamente in margine per contro le querele in questo modo, cioè: *Remissa*, la qual parola opera, che non vi si pensa poi più; in fraude della dupplicazione delle sportule, e pure non è credibile, che i Giudici siano restati in perdita dei lor' onorarj.

Terza, ed ultima, che li sodetti Notari debbano registrare ne' lor libri tutti i capitoli prodotti a difesa etiandio a provare *rem habere originem à contractu* a parola per parola, e far menzione ancora di tutte le relazioni così deffinitive, come di stato, di cause fatte al Senato Eccell., e che li Giudici ne lasciano copia negl' atti, eccettuati però i loro voti, che in altro modo potranno seguire errori notabili pregiudiziali non tanto alla giustizia, quanto all'esazione sodetta.

Rimettendomi però sempre all' infallibile giudizio di V. S. Illustriss., alla quale non avendo altro che soggiungere, resto per fine facendole umilissima riverenza. Di Milano li 9. Aprile 1637.

Di V. S. Illustriss.

Geronimo Perone Delegato.

Responsio Senatus ad præcedentem relationem.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Lecta fuit coram Senatu relatio, quam fecisti in materia Sportularum Ordini ipsi debitarum, de qoibus quæsivisti nonnullis in locis juxta formam tuæ delegationis, & probavit Senatus, quæ à te gesta sunt, præsertim in primo capite liberationum factarum in causis, quæ erant Ordini ipsi referendæ, & sine relatione fuerunt absolotæ, & idem in iis causis in quibus secutæ fuit liberationes sub prætextu defectus inditiorum ad formandas inquisitiones, ubi verè indicia hujusmodi exstent, & demum de Sportulis exigendis ab iis, qoi Rei constituti fuere, periodè ac si exceptiones ad eorum defensionem productæ fuissent. Cæterum pro constituto inculpatorum detenrorum, sivè de uno tantum delicto agatur, sivè etiam de pluribus, respondemus nihil deberi. Mandamus autem ut rursus videas, quæ visa fuere ab aliis Delegatis, & amotis si quid dignum compereris, & exequaris etiam in his juxta tuam delegationem. Quod siquid reliquum erit debiti, volumus, ut illud exigas à Thesaurariis, vel Prætoribus, salvo eis jure contra processatos, qui non solverunt integrè quod debebant. Quod demum attinet ad tria capita provisionum, de quibus in fine relationis, & consultationis tuæ, providendum erit opportunè juxta dispositionem Ordinum de Notariis criminalibus loquentium. Mediolani die 23. Aprilis 1637.

Comes Majoragius.

A tergo. Prudenti Viro Hieronymo Perono nostro dilecto, & sigillat. &c.

Declaratio in quibus causis sit exigenda medietas relationis.

MDCXXXVII. Die iii. Junii.

Contigit dubitari per unum ex Delegatis ab Excell. Mediolani Senatu in materia Sportularum ad eundem Ordinem spectantium pro relationibus utrum medietas

1637 tas saltem exigenda sit in iis causis, in quibus secutæ sunt liberationes post formatas inquisitiones, & interdum etiam post sumptas tantummodo informationes, quatenus tamen indicia extiterint ad eas formandas, licet agatur de pœnis indictis à Proclamationibus, vel à Novis Constitutionibus, & utrum cogi possint ii, ad quos spectabat, qui medietatem ut supra exigere omiserunt. Fuit autem de re hac in Senatu ipso actum, & ità statutum, citrà tamen approbationem illarum liberationum, quæ secutæ sunt contra Ordines.

Ab hac die neminem molestandum, nisi quem appareat exegisse, posthac verò in recitatis causis exigendam medietatem Sportularum, exceptis causis ad Senatum referendis, & contra eos, qui id facere neglexerint procedendum, ut de proprio ære solvant. Comes Majoragius.

Ordo circa attestationes paupertatis in fraudem factas, & Pratores illis utentes.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Intellexit Senatus Prætorem biennii superioris Vallis Antigorii, ut primum percepit diligentius indagari de exactione duplicata Sportularum ipsi Ordini debitarum, cogitare cæpisse de modo evadendæ solutionis, atque quamplures paupertatis fides conficiendas curasse, quamvis integrè eidem Prætori à Reis jam exsolutæ fuerint Sportulæ ipsæ, quod quidem, si verum est, non est dissimulandum. Idcircò ut elucescat veritas, nec in posterum alii Senatum eludere audeant, mandamus tibi, ut opportunas informationes, tam contrà dictum Prætorem, quam contrà eos, qui narratis attestationibus in fraudem Justitiæ, & Senatus factis se subscripserunt, vel subscribent, diligenter assumas, & Senatui omnia referas: Interim autem attestationibus hujusmodi non attentis, ad integram exactionem ejus, quod debetur, contrà prædictos omnes procedas, etiam per concessionem executionis realis, & personalis, juxtà facultatem in cæteris tibi concessam. Dat. Mediolani die 14. Junii 1637.

Comes Majoragius.

A tergo. Prudenti Viro Hieronymo Perono Del. nostro dilecto, & sigillat. &c.

Ordo, ut procedatur ad pœnas contra Feudatarios recusantes consignare libros criminales.

MDCXXXVII. Die xxx. Julii.

Super abusu Feudatariorum Sancti Angeli, & Olegii circa libros criminales ab illis Officiis extrahendos, facta relatione per Egr. Advocatum Fiscalem Don. Alonsum del Rio, de his, quæ hactenus in executione Ordinum Senatus per eum acta fuerunt.

Censuit idem Ordo, quod tamquam specialis ejusdem Delegatus ad pœnas, & mulctas sibi arbitrarias procedat contra Feudatarios illos, qui adhuc libros sui temporis consignare recusarunt, deinde omnes cum Indice per Inventarium authenticum, in Officiis electis Archivii Officialibus, & Notariis, consignari faciat sub pœna aureorum mille Dominis Feudi, & privationis dictis Officialibus, & aliis arbitrariis Senatui, si ullo unquam tempore extrahantur, & ulterius provideat, ne propter contentiones eorundem Feudatariorum Castrum labatur, sed facto prius verbo in Magistratu Extraordinario provideat, ut sartum, rectumque eorundem expensis servetur.

Ordo de Votis Fiscalium, & decretis Senatus secretò custodiendis.

MDCXXXVII. Die xvi. Octobris.

Incidit sermo in Excell. Mediolani Senatu de Votis Fiscalium, & decretis etiam ipsius Senatus ob reverentiam, & rei gravitatem secretò custodiendis, quæ vulgantur, data, & aliquando copia Partibus; id quod turpissimum est, & contra fidem, & Ordines, atque etiam valde periculosum, acrique castigatione dignum, sed unde hæc manent, planè obscurum est, indagandum quidem diligentissimè, & totis viribus.

Senatus itaque mandat Egr. Fiscalibus Cusano, & Patellano, qui præsentes erant, & de mente ejus Ordinis sunt edocti, ut de his studeant per quam accuratè veritatem habere, & de iis, quæ emerserint, Magnif. Senatorem Arias moneant, qui pro ejus prudentia, gravitate, & studio dignitatis Senatus, & custodiæ arcanorum provideat, facto etiam verbo in Senatu ipso.

Ordo,

Ordo, ut relaxentur Boves aratorii pignorati ab Exactore onerum. 1635

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux III.

Dilectè noster. Indemnitati Comitis Caroli Mediabarbæ, & Petri Mariæ Ricardi, quorum sunt occlusæ preces, consulere volentes, mandamus vobis, ut cum jam Senatus declaraverit Boves aratorios pignorari non posse, eos statim supplicantibus restituendos curetis, inhibeatisque dicto Exactori, & aliis, ad quos spectat, & spectabit, ne inposterum similia aggredi audeant sub pœna nobis arbitraria, & ubi mandatis nostris parere recusent, contra eos viriliter procedatis detinendo detinendos. Dat. Mediol. die xix. Novembris MDCXXXVII. Comes Majoragius.

A tergo. Sapienti J. C. Judici Maleficiorum Papiæ nostro dilecto.

Ordo ne Lectores Gymnasii Ticinensis aliquod munus exerceant.

MDCXXXVII. Die ix. Decembris.

Animadvertens Excellentissimus Senatus detrimentum, quod Reipublicæ, & bono regimini Gymnasiorum Papiensium affertur, ubi Lectores à munere suo distrahantur, exercendo Judicaturas, ProVicariatus, vel etiam Prosiscalis, aut Pro-Referendarii Officium in Papiensi Prætorio; prohibet præsenti Senatus Consulto, ne Lectores ipsi se ingerant in hujusmodi muneribus, sed collatis Lecturis integri vacent sub pœna illarum ammissionis, & salarii.

Ordini per li Portieri del Senato.

MDCXXXVIII. Adì 19. Agosto. 1638

Volendo l'Eccellentissimo Senato, che ad ogni modo siano osservati gli Ordini fatti per li suoi Portieri l'anno 1566. adì 2. Aprile, l'inosservanza de' quali apporta non solo danno al pubblico, e privati, ma offusca il splendore della giustizia, comanda, che quelli stampati, e tradotti nella lingua volgare si ritengano esposti nella Cancellaria nella forma seguente:

Li Portieri del Senato, quanto inferiori sono degli altri Officiali, tanto più devono portarsi con riverenza, e sommissione, nè risponder con alterigia alli Negozianti, non venire a risse, non far strepiti, nè offendere il decoro del luogo, e degli Officiali astanti con schiamazzi, e contese.

Siano contenti della mercede tassatagli, nè ricevano cosa alcuna per il sigillo, ancorchè spontaneamente data, eccetto come da basso.

Per l'intimazione delle suppliche, o altre scritture da farsi in questa Città non piglino più di soldi dieci, e nelli Borghi soldi quindeci, conforme il decreto del Senato fatto il dì 19. Decembre 1614., quale permette ancora la scossa di soldi dieci per portar le suppliche, e risposte a' Signori Senatori di lettura, e soldi trè per il sigillo d'ogni patente, e due per ogni missiva, servando però sempre immuni li miserabili.

Per le intimazioni poi da farsi fuori di Milano, se potranno comodamente ritornare l'istesso giorno, non piglino più di soldi quaranta, computata ogni cosa, ma se averanno da star fuori più d'un giorno, se gli diano solamente vinti soldi per ciascun giorno, oltre però la spesa cibaria, e del cavallo, nè permettano, che altri vadano in loro luogo, ancorchè fosse uno de' pubblici servitori della Communità di Milano.

Mentre sede il Senato, assistino continuamente due di loro, l'uno ad una, l'altro all' altra Porta. Quando poi si danno le pubbliche audienze, assisteranno due per porta, nè abbandonino il luogo fin' al fine dell'audienza.

Un' altro Portiere custodirà l'entrata degli Avvocati, non permettendo, che alcuno strepiti, o passeggi per la sala, e che tutti stiano con il decoro, e riverenza dovuta alla dignità di tanto Tribunale.

Due altri assisteranno sempre al Tesoriere nella Cancellaria, per portare le minute, dopo levate da esso Tesoriere agli Officiali proprj, che le hanno compilate, o suoi sostituti, supposto sempre per legge inviolabile, che non s'hanno mai da dare in mano alle parti.

Due altri attendino a sigillare li spacchi del Senato.

Stiano assistenti all' Illustriss. Sig. Presidente, o VicePresidente due di loro conforme il solito.

Non diano le suppliche decretate, che alle mani loro perveneranno, ad altro che al Cancelliere di settimana, nè le minute civili ad altro, che al Coadjutore di settimana, nè permetta che alcun altro vegga nè l'une, nè l'altre.

Se alle mani di loro capiteranno spacchi criminali, li consegnaranno subito al Segretario di settimana, quale li distribuirà a chi

1638 a chi andaranno, ed avertino a non leggerli, nè lasciarli vedere da altri, e molto bene si guardino di rivelare, o pubblicare con fatti, o con parole, o segni cosa alcuna sotto pena della privazione dell'officio, e maggiore all'arbitrio del Senato, e ciò s'intenda anco per le scritture, che porteranno, o riportaranno da' Signori Fiscali.

Per portare alla firma de' Signori Senatori, o del Sig. Presidente le minute, e relazioni criminali, e bolettini nel Senato, non ricevino cosa alcuna, ancorchè qualch'uno spontaneamente volesse dare. Nel rimanente servino pontualmente gli ordini già dati.

Chi contraverrà (salvo però sempre la pena poco di sopra ordinata, per le cose criminali) per la prima volta incorrerà nella perdita del danaro sigillare di due mesate d'applicarsi alla Cappella del Senato, la seconda volta la privazione dell'officio, e si crederà ad un solo testimonio degno di fede.

E perchè possono sopravenire qualche volta impedimenti, per li quali non possa qualch'uno assistere, come si comanda, si permette, che tale impedito possa sostituire uno de' compagni.

Ultimamente, per esser mente del Senato, che questi, ed altri Ordini della Cancellarìa siano a pieno eseguiti, incarica all'Egr. Segretario Gio. Battista Belingero Provera, ed in caso d'absenza, o impedimento suo, all'Egr. Segretario Filippo Meda, come suo sostituto, che con tutta accuratezza, e pontualità osservi le azioni di tutti gli Officiali della Cancellarìa, e scuoprendo alcuno fuori del dritto cammino, e che contrafaccia agli ordini, ne dii subito parte al Senato, o Sig. Presidente, o VicePresidente, se si trattarà d'alcun' Officiale fuori delli Portieri, e contro questi l'istesso Segretario Provera, o sostituto li condanni nelle pene comminate, avendo sempre nanti gli occhi la giustizia, e la verità.

Philippus Meda.

Ordini per l'Università di Pavia.

DEsiderando l'Eccellentissimo Senato di Milano, che lo Studio pubblico di Pavia, instituito per Seminario di virtù, nel quale in ogni età sono fioriti Uomini esemplari per dotrina, ed integrità di vita, si vadi aumentando con universal quiete, e buona disciplina, nè siano li Scuolari ben' inclinati, e desiderosi di far profitto disturbati, comanda, che si pubblichino gl' infrascritti Ordini, cioè

Che niuno Suddito di questo Dominio di qualsivoglia stato, grado, e condizione ardisca andare ad altro Studio, che quello di Pavia, e se alcuno vi fosse andato, se ne parta subito, e si riduca a Pavia sotto le pene contenute nelle Nuove Costituzioni, Gride, ed Ordini altre volte pubblicati, nelle quali incorreranno non solo quelli, che sono in sua libertà, ma quelli ancora, che sono sotto l'altrui potere, e cura, e gl' istessi Padri, Fratelli, Tutori, o Curatori, ed altri, che gli avranno nella potestà, e governo loro. Nè s'admetterà iscusa alcuna, ma si procederà irremissibilmente alle pene predette senza rispetto alcuno.

Non intendendo perciò, che li già incorsi nelle dette pene, siano da esse liberati.

Avvertendo insieme, che al Dottorato, è poi al Collegio non sarà ammesso alcuno, il quale abbi stodiato altrove, che in Pavia, come già è stato ordinato.

In oltre niuno sarà iscusato, il quale sia andato ad alcune Città fuori di questo Stato, ove siano Scuole pubbliche, con dire non essere andato a studiare, ma per altri esercizj, perchè tal scusa non se gli admetterà non solo per evitar la pena in questo bando imposta, ma ancora al tempo, che vorrà addottarsi. Nè se gli admetterà la prova per testimonj del tempo, che averà studiato in Pavia, perchè oltre detti testimonj, e prove, bisognerà, che consti per la matricola del libro de' Scuolari di Pavia del tempo, che ha militato in dette Scuole, e l'una prova senza l'altra non s'averà in considerazione, nè in modo alcuno s'avrà d'ammettere al Dottorato, sotto pena ancora a quelli Dottori, che gli ammetteranno al Dottorato, arbitraria al Senato, oltre che quelli tali non saranno ammessi ad alcuno Officio di Giustizia, anzi esercendo loro il Dottorato saranno puniti all' arbitrio del Senato.

Di più s'avverte, che non basterà alli Scuolari farsi matricolare una volta sola, perchè ponno far questo, e poi andarsene dove le pare, e può anche in ciò farsi fraude dalli Bidelli; perchè dopo aversi fatto matricolare con esprimere il nome, cognome, Padre, Patria, ed abitazione tolta in Pavia, converrà, che d'anno in anno ne facciano far nota al libro della matricola, quando vengono al Studio nella forma come sopra, acciò possa apparere della continuazione dello Studio, e del tempo, che averanno studiato in Pavia, conforme alla mente del Senato, altrimenti non li servirà la prova della matricola, nè saranno ammessi al Dottorato, e perchè il tutto passi senza fraude si è comandato alli Bidelli, che di tutti li Matricolati, e che di tempo in tempo si matricolaranno, diano nota subito al Sig. Podestà di Pavia, il quale in un libro a ciò destinato farà descrivere tutti gli annotati nel libro della Matricola delli Bidelli, per

fare

fare ancora le sue diligenze, come le farà esattissimamente, a fine di giustificare, se quel tale Scuolare matricolato sarà veramente, o nò allo Studio.

Non s'admetterà Scuolare alcuno al Dottorato, se prima non averà riportata fede dal Notaro del Maleficio della detta Città di Pavia, che non abbi avuto, nè tenga alcuna imputazione di delazione di schioppo da ruota, nè di spupillazione, nè di essersi opposto, nè d'aver fatto alcun insulto al Barigello della Città, o suoi Fanti, e questo oltre le altre pene già imposte per simili delitti, e si assicuri ogn' uno, che tutto sarà inviolabilmente osservato.

E perchè l'esperienza ha dimostrato, che per l'abuso delle spupillazioni, sotto colore de' quali si concutono li Studenti in somme grosse, ed eccessive di dinari, o donativi (e non solo essi, ma li parenti, amici, ed altri, se a caso alcun di loro una volta entra nelle scuole per vederle solamente, e non per applicarsi a' studj, ed anco li Scuolari oltramontani immuni, e privilegiati) ne seguono disordini, e molti Padri di famiglia restano di mandare li figlj a detti studj, cosa, che apporta danno, e discredito grande all' Università; perciò in conformità delle Gride passate si divietano affatto dette spupillazioni sotto pena corporale, anco di galera all' arbitrio del Senato, a chi contraverrà, e non solo li contraventori, ma ancora li sospetti solamente di tal spupillazione si scacciaranno dalla Città, e si procederà anco alle pene sudette per informazioni segrete.

Si proibisce parimente alli Consiglieri dare alli pupilli, o altri scuolari certa scrittura, che dimandano privilegio, quale s'intende esser totalmente contra li buoni costumi, sotto le medesime pene, nelle quali incorreranno parimente quelli, che la riceveranno, e si procederà contra li trasgressori anco per informazioni segrete come sopra.

Ultimamente comanda, che il giorno dedicato a Santa Caterina Avvocata, e Protettrice de' Studenti, ogn' uno d'essi celebri quella santa Festa con divozione, come si deve ad una sì sublime Avvocata, nè si lasci in modo alcuno ridurre a fare insolenze, disonestà, portar via robe, e merci da botteghe, e fondachi senza il dovuto pagamento, come s'intende esser seguito qualche volta con scandalo di tutta la Città sotto pena corporale arbitraria al Senato come sopra conforme la qualità delle persone, ed eccessi.

Ed acciocchè si possano più facilmente scoprire, e punire li trasgressori, concede il Senato facoltà a tutti di notificar qualunque trasgressore tanto per il passato, come per l'avvenire, promettendo a quelli, che notificaranno la terza parte di tutto quello, che per questo entrarà in Camera, e sarà tenuto secreto volendo.

Ed acciocchè siano questi Ordini inviolabilmente osservati, si comanda a tutti li Podestà, ed Officiali di Giustizia dello Stato di Milano, che subito li faccino pubblicare nelli soliti luoghi, e ciascun' anno li facciano di nuovo pubblicare, e che nel termine di quaranta giorni utili dal giorno, che si cominciarà il processo, abbino di perficerlo, e riferirlo in Senato, altrimenti ex nunc prout ex tunc il Senato li sospende dall' Officio per il tempo che gli parerà, nè se gli admetterà scusa alcuna. Non vuole però, che venghino ad alcuna condannazione, nè assoluzione in consulto Senatu. Dat. in Milano adì 4. Settembre 1638.

Philippus Meda.

1638

A N N O T.

Renovati fuerunt in Ordine diei 1. Martii 1651.

Quòd liberè vinum, & alia victualia duci possint absque periculo alicujus pignorationis etiam postquam fuerint reposita.

MDCXXXVIII. xiv. Decembris.

Quibus visis harum serie concedimus, & dispensamus, ut per Supplicantes liberè duci possit per Territorium Cremonense de loco ad locum, & à Territorio Placentino ad Cremonense quæcunque vini, vel victus quantitas absque eo, quòd eis aliqua pignoratio fieri liceat, neque memorata quantitas vini, seu utsupra, postquam reposita fuerit, capi, & sequestrari possit causa cujusvis debiti publici, vel privati juxta petita, allegatis &c. quibus &c. In quorum &c.

A N N O T.

Idem disponitur in Nov. Constit. *tit. de executoribus, & famul. Jusdicent.* §. *hæ tamen executiones*; & in Ordine Regio diei 12. Februarii 1630. per extensum relato ab Oppizono *de onerib.* 1 *tom.* 2. *fol. mihi* 573., & hoc securitatis privilegium concessum est hisce personis ob bonum publicum, ut nempè alliciantur ad deferendum ad Urbem victualia, quibus abundare debet pro bono Civium *l.* 1. ibique Bruneman. *C. de navicul. lib.* 11.

Conducentes victualia an capi possint non obstante hoc privilegio, ubi sint suspecti de fuga?

a Videtur concludendum affirmativè, quia debitor suspectus de fuga non gaudet beneficiis legalibus Caccialup. *de debitore suspecto quæst.* 8., & alii apud Fontanell. *decis.* 233. *nu.* 7.

1639 3 *nu. 7.*, *& sequ. tom. 1.*; contrarium tamen decidit Senatus Cathaloniæ die 5. Martii 1607., ut refert laudatus Fontanell. *d. decis. num.* 15.

Hoc securitatis privilegium non comprehendere debita jurata, & pro quibus renunciatum 4 est legum beneficiis tenent DD. relati à Fontanella *ubi supra num.* 20., qui testatur contrarium indistinctè servari in Cathalonia ex juris regula, quod favor publicus prævalere debet favori privato. *Magnus Fossatus*.

Declarationes Senatus Excell. super consultatione Hieronymi Peroni Delegati circa rem Sportularum.

MDCXXXIX. Die xiv. Januarii.

PRoposita coram Excell. Mediolani Senatu consultatione Hieronymi Peroni Delegati in negotio Sportularum eidem Ordini debitarum, septem capita continente, ut ex ea, quæ sequitur: Excell. Senatus. Vicesimus mensis agitur, ex quo Amplissimus hic Ordo provinciam procurandarum Sportularum ipsi debitarum demandavit, qua in re nihil prætermisi, quod ad injunctum munus implendum pertinere potest, acta criminalia pro magna parte perscrutatus sum, contra Judices, Syndicatores, Notarios, & Thesaurarios præcepta executiva relaxavi, & eorum, qui debitores apparebant, bona apprehendi jussi, & alia pro virili mea enixè peregi. Conatibus meis pleraque obstiterunt, mors aliquorum, vel absentia, & plurium inopia, quam communis hujus Dominii calamitas induxit. Animum tamen non despondeo, quin etiam in tantis difficultatibus res propè saltem ad debitum compendium reducatur, si Amplissimo, excelsoque Ordini potestatem mihi tributam in aliquibus augere videbitur. Primò igitur expedire puto, ut captis debitorum bonis, ea publicè ad hastam, prætermissa æstimatione, ac termino xx. dierum ad solvendum in pecunia numerata distrahere valeam, salva in reliquis dispositione Novar. Const. circa tempus redimendi. Secundò, cum aliqui metu executionis, & solutionis, vel ob aliam causam abstineant ab hæreditatibus debitorum, vel eas repudient, ut mihi liceat Curatores hæreditatibus jacentibus, servatis servandis, deputare, ipsisque vocatis ad ulteriora procedere. Tertiò, quòd acta omnia fieri possint velut instante Fisco, vel Thesaurario Senatus Excellentissimi. Quarto, quod ea potestas, quam bono publico, & privato Amplissimus Ordo mihi tribuere dignatus fuit in causa Prætoris Antigorii circa fides paupertatis ad evitandam Sportularum solutionem, amplietur ad universam Provinciam, & ad fides miserabilitatis. Quinto, quod cogere possim Prætores, Notarios, aliosve quoslibet habentes libros, & acta Criminalia ad hanc rem pertinentia, ad ea intra brevem terminum exhibendum sub pœna huic Amplissimo Ordini arbitraria. Sextò, cùm consueverit Amplissimus Ordo injungere Syndicatoribus, ut opportunam diligentiam circa Sportularum solutionem adhiberent sub pœna aureorum centum, & majori arbitrio Senatus Excellentissimi, quod plerique non præstiterunt, imo verò aliqui nec fidejussionem à Jusdicentibus, nec aliis, qui munere Thesaurarii perfuncti sunt, de stando, & parendo syndicatoi exegerunt, Quapropter culpa, & facto dictorum Syndicatorum permulti effecti fuerunt inhabiles, rogo, ut dignetur decernere, qoid mihi in hac re faciendum sit. Postremò, quod intellexi placere Amplissimo Ordini, ut ego pecunias exigam, sciendum est, quod id fieri non potest absque competenti numero Executorum, unde magna impensa, & non semper proficua, cum debitores plerumque vel vita functi sint, vel alibi degant, præsentes autem per me satis, superque compulsi fuerint ad solvendum Thesaurario, prout deinceps compellentur, rogo Amplissimum Ordinem, ut hoc in futurum permittat, neque velit pecuniam hujusmodi ad manus mea pervenire, non solum ut ego, & hæredes mei ob humanas vicissitudines aliquibus molestiis non afficiamur, sed etiam ne ipse in transferendis pecuniis, ob itinerum difficultatem cum eis periculum aliquod subeam. D. O. M. amplissimum, & excelsum hunc Ordinem, singulosque ipsius Heroes quàm diutissimè servet. Mediolani die 14. Januarii 1639. Subscript. Excell. hujus Ordinis humil., & fid. ser. Hieronymus Peronus Delegatus.

Et unaquaque propositione, ac petitione benè considerata,

Senatus ipse, quoad primam, in qua agitur de subhastatione, censuit, non recedendum à forma Nov. Const., subhastationesque faciendas authoritate Judicum Ordinariorum locorum, in quibus sita sunt bona. In secunda de deputandis Curatoribus hæreditatibus jacentibus, curandum, ut id fiat per Judices ordinarios. Acta in his causis facienda instante Fisco Regio, & Thesaurario Senatus, & hæc quò ad tertiam. Quò ad quartam, quòd dictum fuit de Prætore Antigorii, & de iis, qui attestationibus subscribunt, extendendom ad cæteras omnes hujus Provinciæ jurisdictiones. Quod in quinta petitur, concedendum. Ratione sextæ, quò ad casus præteritos exhibita notula Prætorum, qui non solverunt, opportunè deliberandum, quò verò ad tempus futurum, Magn. Lambertengum

tengum ponere debere legem, juxta mentem Senatus, de qua est edoctus. Quò ad ultimam denique pergere debere Peronum in usu suæ delegationis, & in casibus debitorum, qui se absentaverint, litteris ad Judices novi domicilii dandis curare executioni mitti præcepta, & ad Thesaurarium Senatus, monito ipso Perono, remitti summas exigendas, & si quem Judicem negligentem, aut renitentem comperetit, Senatorem Provincialem monere. 1639

Comes Majoragius.

Ordo ut Syndicatores reficiant damnum Senatui illatum in exactione Sportularum.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Actum denuo est in Senatu de sexto capite propositionum, & petitionum tuarum, de quibus in ordinatione diei xiv. Januarii proximè exacti, visis nunc demùm notulis à te exhibitis juxta decreta super dicto sexto capite, mandamus tibi, ut Syndicatores, quorum culpa, & facto secutum est præjudicium Senatui circa solutionem sportularum, excites, ut ipsi sportulas ipsas solvant. Mediolani die prima Februarii 1639.

Comes Majoragius.

A tergo. Prudenti Viro Hieronymo Perono Deleg. nostro dilecto; & sigill. &c.

Ordo, ut Paupertatis attestationes admittantur in quocunque casu solutionis.

MDCXXXIX. Die xxvi. Februarii.

Facto verbo per Magnif. Senatorem Carolum Antonium Magistrium de dubio promoto per Thesaurarium Cancellariæ Senatus Excellentiss., an attestationes paupertatis, ac miserabilitatis attendendæ sint in casibus etiam, in quibus agitur de salario ipsi Ordini debito: & cùm eodem tempore incidisset sermo de fraudibus, quæ non raro fiunt in ejusmodi attestationibus.

Censuit Senatus, legitimas attestationes paupertatis, & miserabilitatis attendendas esse in quocunque casu solutionis. Cæterùm eas non admittendas, ubi f ctæ non sint ad præscriptum Nov. Const. *tit. de Notariis publicis §. Notarii in causis pauperum*: sed respectu pauperum extra Civitates degentium, de quibus Constitututio non disponit, attestationes ejusmodi subscribendas à Parochis, Consule, & duobus Syndicis locorum, vel in eorum defectum à duobus vicinis probatæ fidei, & Notarius publicus testetur vidisse eas subscribi.

Philippus Meda.

ANNOT.

Renovatus fuit Ord. diei 16. Aprilis 1674., & diei 15. Maji 1685.

Ordo, ut possit contradici Cridis Fiscalibus, non obstante quòd in contradictione non exprimatur certa summa, & quòd non possit jurari ad formam Novarum Constit.

MDCXXXIX. xxvi. Februarii.

Quibus in Senatu lectis, per has nostras, ex ipsius ordinis sententia concedimus, & dispensamus Supplicantem posse tutò, & validè in contradictionibus, & petitionibus faciendis coram Magistratu jurare in sequentem formam, videlicet, Se prædictam petitionem, seu contradictionem malitiosè, nec animo calumniandi non facere, nec in aliquam fraudem Fisci, alteriusvè personæ, sed credere justam fovere causam, juraque, & instrumenta, quorum vigore contenta in petitione, seu contradictione consequi intendit, esse bona, integra, & vera, & non ficta, nec simulata, & Supplicantem esse verum creditorem de summa, quæ in processu de super faciendo coram Magistratu liquidabitur. Declarantes tale juramentum sufficere, & valere, ac satisfactum censeri formæ à Nov. Constit. præscriptæ, quibus, & aliis &c. In quorum fidem &c.

Ordo, ut Sportulæ exactæ singulo trimestri mittantur ad Thesaurarium Senatus, & Syndicatores fidejubeant de solvendis Sportulis, quas exigi contigerit durante Syndicatu, vel Proprætoris officio.

MDCXXXIX. Die iii. Martii.

Meminit Senatus Excell. post acceptas litteras Regiæ Majestatis diei 23. Julii 1622. de sportulis criminalibus duplicatis in augmentum stipendii ejusdem Ordinis,

1639 tria Senatus consulta condidisse, præcipuè diei 15. Maji 1623., quibus modus, tempus, & forma exigendi, & pecunias exactas ad Thesaurarium Cancellariæ ipsius Senatus deferendi præscribebatur, quæ vel sordida quorumdam avidiate, vel plurimorum inexcusabili torpore debitam executionem sortita non fuerunt. Quoniam autem, & Regiæ providentiæ, & dignitati Senatus plurimum congruit, ut tàm prudenter concessa, & jàm seriò injuncta inconcussè observentur, hoc quarto pauloque severiori Senatus consulto inordinatæ Officialium cupiditati, negligentiæ, vel incuriæ occurrendum decrevit.

Censuit igitur is Ordo, firmis manentibus memoratis decretis, mandandum esse, prout mandat, omnibus, & quibuscunque Jusdicentibus, Vicariis, Commissariis, Delegatis, cæterisque Officialibus quocunque nomine, vel titulo censeantur, tàm mediatè, quàm immediatè Potentiss. Regi Nostro in hoc Dominio subjectis præsentibus, & futuris, coràm quibus causæ criminales, quomodocunque agitantur, vel agitari contigerit, ut memoratas sportulas ad ipsum Ordinem spectantes omninò exigi per Thesaurarios suorum Officialium in locis ubi Thesaurarii deputati sunt, aut deputabuntur, in aliis verò per Notarios Actuarios idoneos, vel per se ipsos, exactasque, statim lapso singulo trimestri, ad Thesaurarium ipsius Cancellariæ Senatus transmittant, ac illinc ipsas consignari, & solvi curent, & Senatori provinciali distinctam notulam secutarum ordinationum expressis singulis delictorum capitibus expressoque eorum numero tradi; Negligentes autem, alitervè contravenientes, ac ob non adhibitam diligentiam ultrà pænas narrato Senatusconsulto diei 15. Martii 1623. comminatas cum Thesaurariis, & Actuariis, ad quorum manus sportulæ prædictæ pervenerint, ad satisfactionem de sua pecunia sciant devinctos fore, mandatque præterea omnibus Syndicatoribus in futurum eligendis, ut quibuscunque Officialibus eorumvè Thesaurariis, ac Actuariis, negligentibus, vel renitentibus, congrua gravamina excitent cum termino competenti ad se expurgandum, quo elapso de secutis Senatum ipsum certiorem reddant, & quia usu compertum est, plerosque syndicantes sportulas ab Officialibus, qui eas exegerant, recepisse, & Thesaurario Cancell. non numerasse, sed sibi retinuisse, ideò decrevit, ac decernit quibuscunque Syndicatoribus, etiam per Pheudatarios nominatis non prius dandas esse litteras eorum electionis, & commissionis, quam ipsi fidejussores idoneos dederint de solvendis sportulis, quæ durante Syndicatu, & Propr̄ætoris officio, vel aliter exactæ fuerint, vel juxta Ordines exigi debuerint, itaut non exigentes, & opportunas diligentias in ea re cum Officialibus syndicandis ommittentes, ultrà memoratas pœnas de proprio teneantur.

Comes Majoragius.

Ordines datos circa edenda exempla processuum esse servandos.

MDCXXXIX. Die ix. Aprilis.

INtellexit Senatus, magna, & gravia præjuditia oriri in detrimentum Reorum, quibus cùm occasio se se offerat edendi processuum exempla Actuarii, sive Notarii paginas conficiunt non continentes plus quàm duodecim, aut tresdecim lineas pro singula earum, quæ lineæ etiam litteras triginta non habent, juxta taxam jamdiu editam. Quare is Ordo huic abusui occurrere volens.

Mandat quibuscumque Officialibus, Actuariis, Notariis, & Thesaurariis, ut omninò ordines in hac materia editos servent, & servari faciant, sub pœna à Nov. Constit. indicta.

Oct. Perlascha.

ANNOT.

FOlia processuum edendorum quoad scripturam debent esse de lineis decem octo pro qualibet pagina, & de litteris triginta pro qualibet linea ex taxa, seu Ord. Senatus mensis Septembris anni 1606. supra pag. 194. sub tit. Pro processibus,

Delegatio Senatoris ut invigilet aptationi Viarum Mediolani.

Spectabili Senatori Arias Maldonato.

MDCXXXIX. Die xxvii. Maji.

FUit olim, & diù unus ex Spectab. Senatoribus nostris facultatem, & authoritatem à nobis habens providendi, ut si viæ publicæ hujus Urbis egerent aptatione, id celeriter fieret excitato Judice, ad quem spectat. De æquali autem distributione expensæ in id necessariæ, ac de detrectantibus suam ratam portionem solvere, & de eis cogendis ad solutionem cognosceret, opportunèque provideret. Cessatum autem videtur à subrogatione Senatoris in hoc munere, nec satis certum est quam ob rem id factum sit; illud quidem certum, valdè expedire, & convenire, ut antiqua con-

confuetudo reviviscat: Quare vos eligimus, cui facultatem, & authoritatem prædictam damus, qua vos prudenter, & fedulò ad hujus Urbis, & habitatorum decentiam, & commoditatem prudenter ufuros confidimus.

A N N O T.

Licet viæ publicæ intra Urbes non fint de Regalibus Principis, fed fint ipfarum Civita-
1 tum quoad jurifdictionem Card de Luca *de Regalib. difc.* 136. *num.* 19, Antunez *de donat.*
Reg. lib. 3. *cap.* 3. *fub num.* 26., Pecch. *de fervitut lib.* 3 *cap.* 9 *qu* 12. *num.* 11., Cancer. *var.*
refol. part. 2. *cap.* 2. *nu.* 99., & alii apud Concipl. *ad Statut Eugub. lib.* 1. *rub.* 54 *in addit. nu* 13;
jure tamen merito Senatus deputat alterum ex Magnificis DD Senatoribus, qui invi-
2 gilet fuper aptatione viarum hujus Urbis, quia ipfæ viæ femper funt fub protectione
Principis Card. de Luca *d. difc.* 136. *num.* 19., Cancer *d cap* 2. *fub num.* 96., qualem repre-
3 fentat Senatus Ruginell. *de Senator.* § 1, *glof.* 6. *cap.* 27. *num.* 271.

Mognus Foffatus.

Judices debere fine mora fupervacanea deliberare circa reatus dandos.

MDCXXXIX. Die xiii. Julii.

CUm in noviffima Carceratorum vifitatione per Magnif. Senatorem D. Jo. Baptiftam Bonettum animadverfum fuiffet calumniantium iniquitate detentos, quandoque indebito carcere gravari fpecie deliberandi fuper reatu, conniventiumque Notariorum opera effici, ut deliberatio hujufmodi, quæ fine ulla temporis intercapedine capienda effet, ad menfes differatur, magno cum incommodo Carceratorum, præfertim pauperum favoribus deftitutorum, tametfi infontium; corruptelæ huic deteftabili obviam iturus Senatus Excellentifs. jubet acta utriufque noviffimæ vifitationis ad ipfum Magn. Bonettum deferri, & ubicumque commiffum ejus generis comperiet, oppreſſorum indemnitati confulat, & contra calumniantes, & conniventes Notarios juxta fibi notam Senatus mentem procedat. Cæterum mandat ampliffimus Ordo quibufcumque Jufdicentibus, & Officialibus, ad quos fpectat, & fpectabit, ut quotiefcumque cafus evenerit deliberandi fuper alicujus detenti reatu, nullam moram fupervacaneam injiciant, & Notarii de hac deliberatione foliciti fint, itaut nullus injufto carcere afficiatur, fecus fciant in eos opportunè fore animadvertendum.

Philippus Meda.

Quæ Sportulæ debeantur in quibufdam cafibus hic expreffis.

MDCXXXIX. Die xxi. Julii.

PRopofita coram Excellentifs. Mediolani Senatu comparitione facta diei 26. Junii proximè præteriti per Leonardum Riboldum Notarium Coadjutorem in Officio Regii Capitanei Juftitiæ olim Cancellarium Doctoris Francifci Sartiranæ Syndicatoris, & ProPrætoris Cafalis Majoris, pro biennio finito in Kal. Decembris 1637., qui durante Syndicatu, & ProPrætura, Thefaurarii Officium exercuit, una cum refponfione Hieronymi Peroni ab ipfo Senatu in caufis Sportularum eidem Ordini debitarum Delegati, quæ funt fequentis exempli, videlicet. 1639. die 26. Junii coram Illuftrifs. D. Senatore Lambertengo comparet Leonardus Riboldus, in Officio Regii D. Capitanei Notarius breviterque refpondet allegatis parcellis annotatis in cedulá eidem à Hieronymo Perono Deleg. &c. confignata prætextu quod dict. comparens uti Cancellarius, qui fuit dict. J. C. Francifci Sartiranæ biennio proximè exacto in Provincia Cafalis Majoris Syndicatoris electi defectu Thefaurarii, ipfo D. Syndicatore fpecialiter mandante exegerit Sportulas confuetas in Officio prædicto Senatui Excellentifs. debitas, prætendens Peronus, quod licet nonnullis in caufis, quæ relatu dignæ fupponantur, omiferit Judex prædictus ipfimet Senatui Excellentifs. relationem facere (quæ omninò prout ex infra dicendis videbitur, non erant faciendæ) ipfe tamen Riboldus teneretur exigere honoraria prædicta, ac fi relationes ipfæ factæ fuiffent, allegans ftylum illius Curiæ, quod tamen minimè probatur; imò ex atteftatione D. Fifcalis illius Curiæ contrarium colligitur; dicitur enim primò, quod parcellam Baptiftæ Trifioli Rei delationis fclopi rotati fufficis vetiti, pro relatione, quæ, ut inquit, erat facienda, propterea deberi Senatui Excellentiffimo libris 21. fs. 15. refpondetur non fuiffe exactam relationem, eò quia, cum Judex ex offenfivo ipfo cognoverit delationem ipfam fecutam fuiffe tempore belli, in illis regionibus præcipuè ardentis; quo tempore non folum proclama non vigebat, fed delatio cujufcunque generis armorum omnibus indiftinctè permiffa erat. Ideò, ficuti rebus fic ftantibus licuit Judici ex fe dictam ordinationem, & liberationem facere, ità non potuit, nec debuit refpondens, in forma ordinum, dict. Trifiolum gravare ulteriori expenfa,

1639 quam simplici ordinatione, pro quâ debetur Senat. Excellentiss. lib. 1. ss. 17. d. 6. tantum. Secundò respectu liberationis Communitatis Roncadelli bis inquisitæ de tolerantia Banniti, pro qua causa adscribitur debitum ipsi Riboldo in una parte lib. 51. 15. pro relatione, quam supponitur fuisse faciendam cum visione, ut inquit, fol. 150. processus, & pro alia lib. 38. 5. pro dicta supposita relatione, respondetorque causam de sui natura non fuisse referibilem, cùm agatur de pœna pecuniaria tantum; & sic judex jure merito etiam ex se fecit ordinationem liberatoriam, eum constaret id pariter secutum fuisse tempore belli prædicti, & dict. bannitum non tantùm generaliter fuisse toleratum, sed ab ipsomet tunc temporis dict. Provinciæ Prætore, dum in eademet Curia pro rebus tangentibus interesse S. R. M. ipsum pluries allocutus fuit; Si autem Judex ex utroque capite potuit dict. liberationem ex se facere, non poterat adstringi Communitas ipsa, nisi ad triplicata honoraria pro dicta simplici ordinatione, juxta ordines, quæ in totum ascendunt ad summam lib. 5. 12. 6. pro singula causa, de quibus rationem reddit; & quamvis in specie inquisiti dicantur nonnulli particulares dict. Communitatis de tali tolerantia, id eis evenit uti Consulibus, Syndicis, & Regentibus dict. Communitatis, eandem repræsentantibus. Tertio, quoad liberationem Joannis Bertanæ, & Francisci Pigotii nihil exactum fuit, cùm fuerint, ex Ordine Senatus Excell. puniti de publico, mediante tortura publicè eisdem illata. Quarto, quoad aliam fratrum de Araldis inquisitorum de retentione exteri, & permissa illi delatione sclopi calybati, ex qua secutum est homicidium, pro qua causa supponitur pariter faciendam fuisse relationem; respondetur, duobus præcipuè fundamentis, referibilem non fuisse causam; Primò, cùm titulus delicti, quò ad ipsos fratres Araldos non extendatur nisi ad pœnam pecuniariam; Secundò, quia in meritis causæ ex processu resultabat dictum homicidam, licet exterum, per duodecim annos continuos in dicto loco Casalis Majoris cum uxore, ac liberis habitasse, itaut amplius non exterus, sed civis dici posset; Ideo, ex utroque capite non potuerunt adstringi dicti fratres, nisi ad solutionem honorarii pro simplici liberatione. Quintò, respectu constituti, & relaxi Dominici Boldrini, pro quo adscribitur respondenti debitum librar. 12. ss. 15. adest in actis fides paupertatis, propterea reducitur ad medietatem, prout rationem reddidit. Sexto, respectu denique liberationis Marinetti, & Serri, cùm solverint pro relatione in Curia, debentur tantùm Senatui Excellentiss. libræ 18., de quibus pariter rationem reddet, & paratus est solvere, unà cum omnibus aliis per eum receptis &c.

Delegato Peronô visum est excusationes à Riboldo allatas non satis ponderis habere. Nam quò ad primam, quòd delatio sclopi rotati incidisset in tempus belli; dicit Delegatus hoc suppositum non esse verum in facto, quia delatio secuta de mense Decembris 1636., quo tempore bellum in illa regione deferbuerat, id quod facillimè intelligi poterit, uti omnibus manifestum. Additur insuper, quòd, si verum est, prout verissimum Jo. Baptistam Visiolum Reum fuisse constitutum de delatione sclopi rotati, rusticis vetiti, ita nullo jure, ac nulla ratione potuit à D. Syndicatore absolvi, inconsulto Senatu Excellentissimo ex dispositione annexi Ordinis ejusdem Amplissimi Senatus. Ad secundam, quòd causa liberationis Communitatis Roncadelli de tolerantia capitaliter banniti inquisitæ non sit referibilis; dicitur liberatos etiam fuisse, una cum dicta Communitate Joanoem Vajam, Marchinum Lanzonum, Bernardum Boldorinum, & Christophorum Tinctorium Reos constitutos, tùm de conversatione Barbini, tùm de tolerantia Sancti Mortariæ capitaliter bannitorum, diversis temporibus; cumque indicta sit pœna ducentorum aureorum, & etiam alia corporalis, arbitrio &c. frustra ex adverso objicitur agi de pœna tantùm pecuniaria, sed quidem de duobus diversis delictis equè referibilibus. Ad tertiam, quòd pro ordinatione liberatoria Joannis Bertanæ, & Francisci Pigotii nil esset exigendum, cùm fuerint tribus ictibus funis publicè multati, in executione litterarum Senatus Excell. dicitur, quòd ex taxa Sportularum hic casus non solùm exceptus non reperitur, sed immò in universali locutione comprehensus, quæ omnem scrupulum removet ibi. Pro ordinationibus autem, quas aliter fieri contingat, ubi causa sit capitalis, Judices accipere possint solidos quinquaginta, ut observatum fuit in hoc casu, in quo dicti Bertana, & Pigotios Rei fuerant facti de insultu animo deliberato occidendi, eâ ratione, quia eadem norma Sportularum, excipit tantummodo ordinationes liberatorias, vel relaxatorias, quæ fiunt in visitationibus generalibus, inter quas non comprehenduntur hujusmodi ordinationes liberatoriæ verbis multiplicibus, & amplissimis exaratæ, quæ idcirco sub illius dispositione omninò esse dicuntur. Ad quartum, quòd imposita sit tantùm pœna pecuniaria, dicitur quòd cùm fratres Araldi inquisiti fuerint, quòd retinuerint ipsorum domi Angelum Mantuanum, permiserintque, ut deferret sclopum rotatum; quamvis exter esset, ex qua permissione secutum est homicidium Baptistæ Surdi; dubio procul, cùm ageretur de variis pœnis, quæ non erant in potestate Judicantis, facienda erat relatio. Ad quintam circa fidem paupertatis Dominici Boldorini; dicit Delegatus, quòd iste Boldorinus fuit

fuit fidejussori scutorum ducentum dimissus, qui propterea pauper non præsumitur. Ad sextam denique, quòd debeatur tantùm pro relatione in Curia facta de Marinetto, & Serro, dicitur, quòd ultra sportulas, sivè mercedem relationis adhuc debentur honoraria pro ordinatione liberatoria; nam Sportulæ debentur pro laboribus, & honoraria præmia dicuntur ex quibus, & etiam ex supra deductis ad num. 3. allegata omnis removetur difficultas, cum cautum sit, pro ordinationibus exigendas esse sportulas indictas; nec expedit in hac re tam clara ulterius immorari. Cæterum, quia Delegatus comperit etiam liberatos ab eodem D. Syndicatore, absque relatione, ultra eos, de quibus actum est, Josephum Gabutium, Alexandrum Marchesium, & Petrum Gallum Reos factos, quòd die Nativitatis Domini in Ecclesia, dum concio haberetur, forpiculis clandestinè inciserint tunicas Jo. Paulo Nigro, & Hieronymo Gotio, ad ipsis ignominiam inferendam, non obstante decreto jam facto fol. 101. lib. primo exam. 1634. per D. Prætorem, ut fieri deberet deffinitiva relatio Senatui Excell. prout re vera, quotiescunque deficit titulus delicti, debet Judex Senatum Excell. consulere; propterea Delegato visum est pariter deberi sportulas pro hujusmodi prætermissa relatione, se tamen &c.

Omnibusquè maturè perpensis,

Censuit is Ordo, quò ad primum, secundum, & sextum caput sportulas deberi.

Quò ad tertium, & quartum non deberi.

Quò ad quintum caput, constito de attestatione paupertatis, ad præscriptum Ordinum facta, admittendam esse hujusmodi attestationem.

Quò ad consultationem, de qua in calce recitatæ responsionis, primo quoque tempore deliberandum.

Comes Majoragius.

Ordo, ut exigantur Sportulæ pro relationibus caussarum, in quibus Judices referre, vel consulere tenentur.

MDCXXXIX. Die xxiii. Augusti.

FActo iterum verbo in Excell. Mediolani Senatu de consultatione Hieronymi Peroni Delegati ad causas Sportularum, de qua in calce responsionis factæ, ad comparitionem Leonardi Riboldi Notarii, in materia omissæ relationis, quæ Senatui fieri debebat, cujus expeditio, propter alias ipsius Ordinis occupationes in hanc diem dilata fuit.

Senatus censuit Sportulas illas deberi, & idem pro aliis omissis relationibus, vel quæ posthac omittentur, in casibus, in quibus Judices tenentur referre, vel consulere.

Comes Majoragius.

Ordo pro Gravaminibus Cavalcatarum tollendis.

MDCXXXIX. Die xxv. Augusti.

CUm incidenter actum fuisset in Excellentiss. Mediolani Senatu de excessivis expensis in dietis, quas vocant Cavalcatas, de qoibus multi quæsti sunt, memor ipse Ordo delegatum esse Magnif. Arguis ad cognoscendum de his, & audito eodem Magnif. Senatore.

Decrevit eum pergere debere ad executionem suæ delegationis, quod si qui prætendunt se in his gravatos fuisse, eum, ipsum Senatorem adire debere, qui opportunè provideat.

Comes Majoragius.

Ordine per la scossa d'un soldo per lira da' Tesorieri morosi in pagare le Sportule a favore del Tesoriere del Senato.

ESsendo informato l'Eccellentiss. Senato di Milano, della renitenza della maggior parte de' Tesorieri, ed altri Officiali, che hanno cura di riscuotere le Sportule spettanti ad esso Senato, in mandare al Tesoriero dell' istesso Eccellentissimo Tribunale, conforme al debito loro, le Sportule, che devono, già da loro esatte, o da altri pagate in mano loro, in fine d'ogni trimestre, per rispetto de' Forensi, e per rispetto di quelli della presente Città in fine d'ogni mese, come dispongono gli Ordini; ed avendo perciò in una nuova capitolazione, stabilita il dì 16. di questo mese co'l detto Tesoriero, ordinato che da tutti quelli, che da quì innanti saranno renitenti, o negligenti in pagar a detto Tesoriero, o in fargli pagar le Sportule dovute come sopra, cioè dalli Tesorieri di questa Città, che non pagheranno come sopra in termine di dieci giorni, dopo passato ciascun mese, e dalli Forensi, che non pagheranno in termine di giorni quindici dopo passato ciascun trimestre, possa il Tesoriero suddetto del Senato scuoder un soldo per ciascuna lira da' detti renitenti, o negligenti, e loro siano tenuti pagarlo senza veruna eccezione, o replica, ed

1639 ed affinchè niuno possa aver scusa di non averne notizia, con la presente se ne dà a tutti avviso. Dat. dalla Cancellaria dell' Eccellentiss. Senato di Milano li 22. Settembre 1639.

Augustinus Crescentius.

Instructio, & jussio inferenda singulis Delegationibus Syndicatorum Officialium biennalium, tùm Regiorum, tùm Feudatariorum.

MDCXXXIX. xxiii. Novembris.

Cum additione facta prout in calce Ordinis sub die 17. Novembris 1657.

Excellentissimus Mediolani Senatus hoc decreto, in Civitatibus, & locis insignibus vulgando, affigendo, & registrando in actis Officii Criminalium, mandat posthac singulos Syndicatores Officialium, tùm Regiorum, tùm Feudatariorum, præter ea, quæ in litteris delegationis ad unumquemque dandis exptessa erunt, & servare debebunt, infrascripta diligenter advertere, & adamussim ea servare, & exequi.

Singuli Syndicatores Officialium Feudatariorum, moneant quemcunque Feudatarium, si quid erit, quod ad eum pertineat, sed non ommittant relationem facere Senatui, ut dicetur in litteris ad unumquemque eorum dandis, etiam si querelæ nullæ extent, & omnia rectè acta ipsi judicent, quemadmodum etiam tenentur, & servant Syndicatores Officialium Regiorum, & multi etiam ex dictis Syndicatoribus Officialium Feudatariorum antehac fecere.

Omnes Syndicatores Officialium, tum Regiorum, tùm Feudatariorum videant, an servatus fuerit Ordo Senatus de mittendis ad Offitium Egr. Capitanei Justitiæ singulis mensibus notulis bannitorum.

Scrutentur, an in exactione honorariorum, & Sportularum servati fuerint Ordines, cùrentque ut restituantur Sportulæ habitæ pro expeditione processuum, qui postea expediti non fuerunt.

Libros Thesaurarii diligenter percurrant, & quæ summa pecuniarum hoc biennio exacta fuerit distinctè annotent, mox de ea Thesaurarium Senatus certiorem faciant.

Servent ad unguem Ordines in materia Syndicatuum toties à Senatu conditos, & editos, & inter acta Officii registrari jussos, aliosque si qui dabuntur, registrandos quoque ut supra investigent diligenter, & Senatum moneant, an retardata fuerit expeditio processuum contra illos, qui è carcere dimissi fuerunt sub fidejussione.

Mittant ad eundem Ordinem notulam omnium processuum pendentium.

Videant, an sub prætextu litterarum Senatus salaria exacta fuerint prætextu delegationum, in causis, quæ alioqui jure ordinario ad ipsos delegatos pertinebant.

Taxam honorariorum exigendorum inconcussè ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit servari jubeant, sub pœna scut. centum, & alia majore, etiam corporali arbitrio Senatus, & ipsi quoque servent.

Videant diligenter, an in omnibus causis exactæ fuerint duplicatæ Sportulæ, quas ad augenda stipendia Senatus Regio Diplomate S. M. exigi jussit, & an illæ ad Thesaurarium Cancellariæ ipsius Senatus missæ fuerint, & demum an in materia hac servata fuerint omnia, quæ litteris ejusdem Ordinis, & Edictis diei 15. Martii anni 1623., ac diei 17. Novembris 1657., caventur, monendo de his sigillatim Thesaurarium prædictum, & ubi comperiant Thesaurarios, vel Prætorem, aut alium Judicem non exigisse, vel si exegerunt non misisse, ipsi curent exigi, mittiq; sed eas non attingat, cùm solvendæ sint in manibus Thesaurarii prædicti; in relatione autem Syndicatus mentionem faciant de omnibus, in quibus Prætores, & alii Judices ut supra defecerint in exequendis his Ordinibus. Et durante Syndicatu curent ipsi Syndicatores nihil prætermitti, quod ad executionem litterarum prædictarum, & Edicti de duplicatis Sportulis pertineat, utque pecuniæ, quæ exigentur, ad dictum Senatus Thesaurarium omninò mittantur ante suum recessum, sub pœna solvendi de proprio, & alia etiam pecuniaria arbitrio dicti Excellentiss. Senatus. Illud autem sciant, si reperientur aliqui ex dictis donec adimpleverint.

Inquirant, an missa fuerit notula bannitorum ad Prætorem Civitatis, ad quem mitti debuerat, ut describantur in albo ad formam Nov. Constit., & noviss. Ordinum Senatus. Id quod dictum vult Senatus de iis, quibus datus non est ordo syndicandi Prætores Civitatum.

Non recedant ullo pacto à munere suo, nisi absoluto Syndicatu, & his omnibus adimpletis.

Liberationibus eorum, quos syndicaverint, ipsi nullo modo manum admoveant, sed expectent quid Senatus decernat super relatione ipsa Syndicatus.

Successorem minimè admittant, nisi exhibita liberatione habita, Senatu sic mandante à Syndicatu muneris antea gesti, vel licentia ab eodem Amplissimo Ordine condenda. Nec ullum, qui Sportulas exegerit discedere permittant, nisi eis integrè solutis sine licentia ut supra, sub pœnis, de quibus supra.

Servent prætereà ad unguem Ordines in hac

hac materia Sportularum dierum 3. Martii 1639., & 17. Novembris 1657.

Hæc autem omnia diligenter, & plenè impleat, servet quisque sub pœna scutorum centum, & alia graviore, etiam corporali arbitrio Senatus, in unoquoque capite horum, quod omiserit, vel cui contrafecerit.

Magnificos tamen Senatores Syndicatores non vult Senatus pœna ulla obligari, certus enim est eos, pro solita Ordinum observantia præstituros, quæ ad eosdem spectabunt.

Ratione eorum Prætorum, & Officialium, apud quos non fiunt processus criminales, servanda erit forma, quæ tradetur in litteris delegationum ad unumquemque eorum Syndicatorem dandis.

Animadvertant Syndicatores Prætorum, aliorumque Judicum Civitatum, & locorum, ad quos, ob defectum Thesaurarii, à Senatu minimè deputati, spectat exactio Sportularum, fidejussio præstanda de stando, & parendo Syndicatui, extendatur etiam de solvendis illis Sportulis, quæ in revisione librorum, per Delegatos facienda compertæ fuerint per dictos Prætores, & Judices ut supra deberi, sivè illas retinuerint, sivè non exegerint juxta Ordines; de eaque mentionem distinctam fieri faciant ad libros criminales, ut per suprascriptos Delegatos inveniri possit: firmo semper manente dicto decreto edito die 3. Martii 1639. 1739

Curent denique Syndicatores omnes, ut parieti affigatur, in actisve uniuscujuscunq; Officii in toto hoc Dominio registretur exemplum Ordinum editorum sub die 3. Martii 1639., 17. & 27. mensis Novembris 1657., ad quem effectum copia eorundemmet Ordinum typis impressa singulis Syndicatoribus consignatur una cum præsenti instructione, & jussione, ut dispositio memoratorum Ordinum suum omnimodè sortiatur effectum.

A N N O T.

Fuit renovatus in Ord. diei 9. Junii 1714., qui incipit: *Quamvis Justitia &c.*

Ordo circa deputationem DD. Senatorum ad syndicandos Prætores Cremonæ, & Papiæ.

MDCXXXIX. Die xxiv. Novembris.

INveteratus fuit usus, ut ad syndicandos Magnificos Senatores Cremonæ, & Papiæ Prætores accederent duo ultimi Senatoria Dignitate insigniti, non semel tamen contigit, ut ii varias excusationes, & causas impedimenti allegantes postularunt excusari à munere hoc, & ut eis mos gereretur, necesse fuit Illustris Præses, quamquam non sine molestia, rogaret alios ex Senatoribus, ut illud subirent, qui non sine magno incommodo precibus victi accesserunt ad dictum muneres subeundum. De his cum hodie actum fuerit in Senatu, & communis sententia fuerit, ut hæ difficultates tollantur. Ordo ipse sic statuit, & ordinavit duobus ultimis Senatoribus, qui sederint in Senatu tempore eligendorum Syndicatorum id munus spectare, neque ullam cujusvis impedimenti excusationem admittendam, nisi quatenus alii ex Senatoribus ultrò se offerant muneri obeundo.

Ordo, ne Officiales Cancellariæ minutas extendant super precibus petentium condemnari in pœnam extraordinariam delicti ob minorem ætatem.

MDCXL. Die xiii. Martii. 1640

CUm animadvertisset Excell. Mediol. Senatus multos abusus oriri in causis eorum, qui extrà carceres petunt condemnari in pœnam extraordinariam delicti, de quo processati reperiuntur, prætextu minoris ætatis exhibentes nonnullas attestationes extrajudiciales Baptismatis, & volens is Ordo omninò providere, ne in posterum hæc sequantur,

Mandat quibuscumque tàm Officialibus, quàm Scriptoribus Cancellariæ ejusdem, ne posthac aliquas minutas extendant super precibus, in quibus prædictæ attestationes inserantur favore eorum, qui extrà carceres reperiuntur, ac minorem ætatem probare volunt.

Comes Majoragius.

Ordo, quod Actuarii, & Notarii non admittantur, nisi prius exhibita Syndicatus liberatione.

MDCXL. Die xxxi. Martii.

INtellexit Senatus Excellentiss. irrepsisse abusum, ut Actuarii, & Notarii rerum criminalium, finito tempore eorum officii, non dubitent alia munera exercere, licèt non reportaverint expeditionem eorum Syndicatus, contrà dispositionem decretorum

1640 rum in hac materia editorum.

Propterea is Ordo mandat hoc præsenti decreto quibuscunque Jusdicentibus hujus Dominii, ut nullo modo admittant Actuarios, vel Notarios ad idem, vel aliud munus, nisi prius exhibita per eos in fine Syndicatus liberatione officii antea gesti, sub pœnis Senatui ipsi arbitrariis.

Jul. Cæs. Ayroldus.

A N N O T.

Fuit renovatus iste Ordo die 13. Februarii 1662.

Ordo circa exactionem Sportularum in causis in quibus, duo, vel plures uti adjuncti procedunt.

MDCXL. Die xi. Augusti.

Lectis coram Excellentissimo Mediolani Senatu precibus Delegati Hieronymi Peroni tenoris sequentis videlicet. Excellentiss. Senatus. Contendunt Bobienses non teneri ad solutionem Sportularum ad Senatum Excellentissimum spectantium pro relatione deffinitiva, quæ propediem fiet per Prætorem Bobii, J. C. Boydum, & Auditorem Generalem Exercitus Condelegatos nisi pro summa unico Judici præscripta: Peronus autem Delegatus sequens claram dispositionem annexorum decretorum ejusdem Amplissimi Ordinis pro constanti habet, alteram tantam pecuniarum partem exigendam esse pro Senatu Excellentiss. quanta pro Sportulis prædictis singulis Delegatis erogari debet ex Ordinibus. Remanet, ut Amplissimus Ordo dignetur omnia ponderare, & mox Delegatum ipsum præmonere, quo pacto in his se gerere debeat.

Subscr. Hieronymus Peronus Deleg.

Censuit is Ordo, deberi honoraria separata pro unoquoque delicto, excepto capite unionis, & delationis rotatorum, pro quibus unicum honorarium exigendum dixit, & alteram tantam partem exigendam pro Senatu, quanta pro Sportulis prædictis debetur singulis Delegatis.

A N N O T.

IN causis, in quibus aliquis ex Amplissimis Senatoribus, vel quilibet alius Administer, seu Jusdicens adjunctus fuerit Judici in constructione processus sivè ex officio, sivè ad instantiam partis, non fit duplicatio sportularum ex Ord. Senatus Excell. diei 5. Decembris 1711.

Ordo, quod in causis Sportularum admittatur appellatio tantum quoad devolutivum.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Lectis coram Senatu precibus tuis, in quibus narrasti, quæ acta sunt contra Josephum, & alios de Ferrariis debitores Doct. Cæsaris Viani debitoris Senatus, mandamus tibi, ut ad ulteriora procedas, non obstante appellatione, salvo jure devolutivi. Mediolani die 21. Augusti 1640.

Signat. Comes Majoragius.

A tergo. Prudenti Viro Hieronymo Perono Delegato Senatus, nostro dilecto, & sigillat. &c.

P. R.

Jam diù præceptum explevi in executione Senatus Consulti diei 27. Junii 1639. præt. contra Josephum, & alios de Ferrariis mercatores Oppidi Olegii ad solvendum summam librarum mille quinquecentum decem, & septem Thesaurario Senatus Excellentiss. uti debitores J. C. Cæsaris Viani debitoris nomine Sportularum ad ipsum Amplissimum Ordinem spectan. de summa librarum mille quinquecentum quinquaginta sex solidorum duorum, & denariorum sex, ex quo dict. J. C. Vianus fuit in locum Pauli Alexandri Tondelli, jusque, & statum positus, ratione crediti prædicti, quod idem Tondellus habebat contra dictos de Ferrariis occasione fictorum publicis apparentibus Instrumentis, qui Ferrarii coram Spectab. D. Senatore Lambertengo cum eorum Causid. comparuerunt, petieruntque partes remitti ad Judicem Ordinarium stante dispositione Nov. Constit. *tit. de foro competenti*, mox deduxerunt obstare solutiones, quarum pars à Gallis tempore invasionis deperdita fuit; cumque fuisset responsum disp. Nov. Constit. eo *tit. de foro competenti* cum præsenti casu nil commune habere, quia hic non procedebatur vigore cessionis, sed agebatur de conveniendo debitore, debitoris Fisci ex tacita hypotheca, quæ tribuitur Fisco in bonis sui debitoris, & in omnem casum hanc exceptionem fuisse rejectam ab Amplissimo Senatu sub die 6. Septembris 1639. prox præt. ejus litteris mihi datis mandantibus, ut contra dictos Ferrarios ad ulteriora procederem non obstantibus eorum exceptionibus, quo verò ad

ad merita, satis superque cognitum fuit dict. Ferrarios debitores esse de prædicta pecuniarum summa, nec in termino eis statuto, nec post quicquam deduxerint, tandem prævia citatione perhemptoria contra eosdem præceptum executivum relaxavi pro dict. Capitali tantum, quod die 19. Decembris prox. præt. fuit executum in tot bonis mobilibus; sed adhuc nil agitur, quia ab ipso mandato executivo appellasse prætendunt. Quoniam autem non decet, ut vigore subreptarum litterarum app. de forma hujus causæ expeditio ulterius protrahatur ad M. V. confugit 1640

Eam humiliter rogando dignetur decernere quid mihi faciendum erit.

D. O. M. M. V. quam divitissimè servet, Mediolani die 21. Augusti 1640.

Hieronymus Peronus Deleg.

Ordo, quod Thesaurarii non exigentes integram Sportulam teneantur de proprio.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Lecto coram Senatu annexo supplici libello Cæsaris, & Josephi Patris, & filii de Pereghis, unà cum responso, quod tu excitatus attulisti, de ipsius Ordinis sententia mandamus, ut ad ulteriora procedas, non obstantibus exceptis. Mediolani die 30. Augusti 1640.

Comes Majoragius.

A tergo. Prudenti Viro Hieronymo Perono nostro Dilecto, & sigillat. &c.

Illustrissimo Signore.

D'Ordine del Senato Eccellentissimo di Milano, e di Gerolamo Perone, come preteso Delegato vengono molestati Cesare, e Giuseppe Padre, e figliuolo Pereghi umil. ser. di V. S. Illustrissima come eredi per due terzi del qu. Giuseppe Perego qu. Alessio, e Francesco Perego per l'altro terzo, come sopra erede per resto di alcune pretese sportule spettanti al detto Senato Eccellentissimo, mentre esso qu. Giuseppe fu Tesoriere dell'Officio della Martesana gli anni 1622., e 1623. nella somma di lire quattrocento diciotto soldi tredeci danari sei compresi alcuni aggi, e due giornate del detto preteso Delegato, e come dall'avviso a detti Supplic. intimato, che si esibisce, la qual molestia, come indebita, non deve esser da V. S. Illustrissima tollerata, perchè esso Tesoriere, e per lui i detti Supplic. suoi eredi, non sono tenuti in più di quello, che dalli libri del medesimo Tesoriere si trova scosso, il qual scosso in effetto, è anco stato dal medesimo Tesoriere pagato, come dalli confessi, che si esibiscono appare, e se dalli libri de' Notari Criminali di esso Officio consti, che le sportule, ed aggi, ed alcune ordinazioni in essi libri annotate restino anco da pagarsi con altro io essi libri annotato, in ciò non si può ascrivere colpa, o mancamento alcuno ad esso Tesoriere, il quale non era tenuto tener conto alcuno, se tali ordinazioni, e rilievi erano pagati o nò, ma sì bene li Notari a questo erano, e sono tenuti, e di fargli contrasegnare dal Tesoriere, il cui carico non si estende più oltre, che in ricevere i danari, che da' Notari gli vengono dati, e fare il suo contrasegno, con tenerne nota sopra il suo libro, e quello farlo sottoscrivere dal Sig. Vicario, o sia Fiscale, e riportarne i confessi de' pagamenti, che fa in Tesoreria, siccome in effetto ha fatto esso Tesoriere, che però dalli confessi per essi Supplic. in causa esebiti constando, che tutto quello, che esso Tesoriere ha scosso come sopra, ha anco pagato in Tesoreria, essi Supplicanti

Umil. supplicano V. S. Illustrissima resti servita mandare al detto Perone, ed a chi spetta, che constando, che esso Tesoriere non ha scosso di più di quello, che ha io effetto pagato, e stando le sudette cose, non molestino essi Supplicanti per detta causa, ma che indrizzino l'azione, se pure gli competisse contro li sudetti Notari, e loro eredi; il che ec.

1640. 15. Augusti.

Deleg. Peronus dicat si quid habet in contrarium.

Signat. Lambertengus.

Inspecto diligenter memoriali per Peregos porrecto nescit Delegatus quo modo se tueri possint à restanti solutione sportularum.

Nam litteræ patentes electionis Thesaorariorum his verbis sunt conceptæ videlicet, ut Ordines in materia sportularum editos servent, & ab aliis servari faciant, pecuniam eis de causis debitam ad aliorum manus pervenire nequaquam permittant, de ea verò ipsi fidelem, & sinceram rationem reddant, & suam cuique portionem temporibus debitis solvant.

Ex quibus non obligantur in aliquo Notarii, sed quidem Thesaurarii, qui proinde in dolo versari dicuntur, dum promissa non implent, & fidem electinnis non servant, eo enim ipso quod Pereghi admittunt ordinationes non fuisse ab ipsis integrè exactas, illico probatur Thesaurarii negligentia, & culpa.

Quare Delegatus concludit Supplicantes ad solutionem cogendos esse, & ita &c., salvo &c.

ANNOT.

IDem dispositur in Ord. diei 22. Martii 1642.

1640 *Ordo, ut Immunitas ex privilegio duodecim Liberorum competat etiam pro bonis dotalibus inæstimatis.*

MDCXL. Die v. Septembris.

PRopositis coram Excellentissimo Mediolani Senatu precibus Joannis Garini, responso Agentium Communitatis Pontiscuroni, & utrinqoe per partes replicatis, una cum aliis precibus dictæ Communitatis, comparitione ab ea facta, & responsione ipsius Garini, quæ omnia sunt exempli sequentis, videlicet &c.

Censuit is Ordo immunitatem prædictam locum habere debere etiam ratione bonorum, quæ uxor dicti Garini in dotem dedit eidem Garino uni ex Fratribus immunibus, modo ipse eis bonis, & fructibus separatim non fruatur. In quorum &c.

Comes Majoragius.

ANNOT.

ADvertendum est, quod in hoc casu agebatur de bonis in dotem datis inæstimatis, quorum dominium verum & naturale remanebat pænes uxorem *ad text. in l. ex rebus dotalibus C. de jure dot.*, & ad tradita per Boss. *de dote cap. 16. §. 4. nu. 52.*, & ex hoc fundamento Agentes Communitatis insistebant non competere Garino prætensam immunitatem bonorum dotalium ejus uxoris, ut apparet ex precibus ab utraque parte Senatui porrectis per extensum existentibus pænes Oppizon. *de onerib. par. 2. pag. mihi 477.*

Magnus Fossatus.

Ordo, quod nihil innovetur circa Immunitatem Lectorum Gymnasii Ticinensis.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum utriusqoe Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

PRofessores in Accademia Ticinensi dederunt nobis preces ejusmodi, videlicet. P. R. Excellentissimus Dominii Mediolanensis Gubernator M. V. Senatui Excellentiss. rescripto eidem præsentato decrevit quid agendum sit in causa Immunitatis Professorum Ticinensis Gymnasii sid. M. V. ser., quo in rescripto declaravit nullo pacto in dubium revocandam dictam Immunitatem, & pro nunc nihil innovandom, cætera autem controversa juditio dicti Senatus Excell. subjecit; ideo ut dicta immunitas ita decreta cunctis innotescat, & observetur inconcusse, iidem Professores, & eorum Bidelli generales ad eandem confugiunt, humillime rogando, dignetur suis litteris patentibus, prædictam Immunitatem decernere, & quibuscunque, ad quos spectat, & spectabit, mandare, ut dictam Immunitatem à die etiam dicti decreti S. E. fervent, & servari faciant, nihilque modo præmisso pro nunc innovandum, nec innovari permittant sub gravi pœna pecuniaria, ac etiam corporali M. V. arbitraria contrafacientibus sive Universitatibus, sivè singularibus personis, quod &c.

Quibus coram Senatu nostro lectis, harum serie ex ipsius Ordinis sententia decernimus pendente memorato joditio coram Senatu, nihil innovandum, donec aliud per eundem Ordinem declaratum fuerit. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xii. Septembris MDCXL.

Philippus Meda.

Ordo circa formulam servandam in concedendis dispensationibus pro contradicendo Cridis Fiscalibus per Procuratorem nomine absentis, vel minorum Infantium.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Don Giovanni de Velasco della Cueva Conte di Sirvela, del Consiglio di Sua Maestà, suo Governatore, e Capitano Generale nello Stato di Milano ec.

1641 MAgnif. Spectab., & Egregii dilectiss. nobis. La Maestà del Re Nostro Signore scrisse al Sig. Marchese di Leganes nostro Precessore la lettera del tenor seguente: Don Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Navarra, y de las Indias &c. Duque de Milan. Illustre Marques de Leganes Primo de mi Consejo de Estado, mi Governador, y Capitan General del Estado de Milan. A 19. de Março del año 1632. mande escrivir al Senado, que por convenir, que se hiziesse ona forma para las dispensaciones, que por aquel Tribunal se concedian, paraque se pudiesse contradeçir à las Gridas en nombre de los Infantes, y ausentes, y otras semejantes personas, paraque se proveyesse sufficientemente à la indemnidad de mi

Regio

Regio Fisco, y con que cessassen difficultades para adelante, haviendo oydo primero a los dos Magistrados para si les occurriesse alguna cosa digna de advertencia la hiziesse, y la remitiesse aqui, paraque vista pudiesse yo mandar lo que se huviere de observar, y el Senado en carta de 17. de Settiembre de 1636. responde, que luego que reciviò la orden referida, excitò à los dos Magistrados, y al Colegio de los Fiscales, que le ymbiaron los pareçeres que remite, diciendo tambien aquel Tribunal lo que se le offreçe en este particular. Y haviendose visto lo que en el escrive el Senado, y los dichos votos, he tenido por bien de aprobar las formulas de dispensaciones del Magistrado Extraordinario, que se han recivido con la carta referida, añadiendo en la de los minores, que no se pueda purgar la mora, y assi se os embia copia dellas, y os mando, que ordeneys al Senado, que las guarde, y observe en todo, y por todo como en ellas se contiene, sin alterar cosa alguna, advirtiendo, que de otra manera la dispensacion sea en si nulla, y de ningun effecto por proceder assi de mi voluntad. De Madrid à 18. de Febrero de 1641. Signat. YO EL REY. V. Carrera Regens. V. de Neapoli Regens. V. Capicius Galeota Regens. V. Muños Consiliarius. Antonio Carnero. A tergo. Al Ilust. Marques de Leganes Primo de mi Consejo de Estado, mi Governador, y Capitan General del Estado de Milan, & sigillat. &c. Ve ne diamo notizia, perchè tenendola della risoluzione, che Sua Maestà è stata servita di pigliare nelle occasioni, che si possano offerire nel Tribunal vostro stiate con molta vigilanza d'eseguire precisamente questa forma che vien prescritta, senza eccder un punto. Nostro Signore vi conservi. Dat. in Milano 4. Giugno 1641. Signat. El Conde de Sirvela. V. Ronquillus. Platonus. A tergo. Magnif., Spectab., & Egregiis Præsidi, & Quæstoribus Redd. Extraord. Status Mediolani nobis dilectis., & sigillat. &c.

Dispensatio in contradictione Cridis Fiscalibus per Procuratorem nomine absentis.

PRocuratorem nomine absentis validè posse dictis Cridis contradicere, jurare, & alia, quæ expedierit, facere, modo tamen tempore debito, & servatis servandis contradicat, & legitimam ratificationem à dicto absente faciendam exhibeat, ejusque exemplum in legalem formam pænes Notarium Regiæ Cameræ dimittat, & sub ea lege, ut ipse contradicens iisdem pœnis se subjiciat, quas incurreret dictus absens, si præsens esset, & contradicens falsum juraret, iisque omnibus peragendis maneat dictus Procurator obnoxius una cùm ejus hærede, ante secutam formitèr dictam ratificationem, ac si idem ipse primas haberet in ea petitione partes, atque in sui persona fundaretur substantia juditii, itaut quominus præcisè id impleatur, suffragari, non possit aliquod impedimentum mortis, ignorantiæ, vel alitèr quocunque tempore, seù modo inciderit, sivè ex latere absentis, quorum si aliquid ad unguem non observetur nulla dictæ contradictionis ratio habeatur, & relaxatio bonorum non fiat ante reditum absentis approbantis, vel ante ratificationem illius legitimè factam, fructus tamen interim adigantur beneficio contradicentis pænes Receptorem Regiæ Camrræ, cui relaxentur, ubi primùm præstiterit injuncta. 1641

Dispensatio Senatus ad contradicendum Cridis Fiscalibus medio Procuratore nomine minorum Infantium.

PRocuratorem nomine Infantis validè posse dictis Cridis contradicere, jurare, & alia quæ expedierit facere, modo tamen tempore debito, & servatis servandis contradicat, & legitimam ratificationem à dicto minore faciendam exhibeat termino duorum mensium postquam ille major effectus fuerit, & simul de ipsa ratificatione exhibenda, ejusque exemplo in legalem formam intra idem tempus pænes Notarium Regiæ Cameræ dimittendo se obliget, cum hypotheca bonorum, ac etiam idoneè fidejubeat, & sub ea lege, ut ipse contradicens iisdem pœnis se subjiciat, quas incurreret dictus minor si major esset, & contradicens falsum juraret, iisque omnibus peragendis maneat dictus Procurator obnoxius, una cum ejus hærede ante secutam formiter, & intra præscriptum tempus dictam notificationem, ac si idem ipse primas haberet in ea petitione partes, atque in sui persona fundaretur substantia juditii, itaut quo minus præcisè id impleatur, suffragari non possit aliquod impedimentum mortis, ignorantiæ, vel aliter quocunque tempore, seù modo inciderit, sivè ex latere dicti Procuratoris, sivè ex latere minoris, quorum si aliquid ad unguem non observetur nulla dictæ contradictionis ratio habeatur, & bona, quæ relaxari contingerit ipso jure, & facto revertantur ad Cameram, neque ulla purgatio more admittatur, & ubi contradictio per Procuratorem fiat nomine minoris adulti, ipse quoque in actu contradictionis interveniat.

1641 *Ordo, ut Decanus Ostiariorum Senatus sit immunis à vigiliis obeundis.*

MDCXLI. Die xx. Februarii.

CUm Antonius Vallens Decanus Ostiariorum Senatus Excellentiss. petierit se immunem à quibuscumque vigiliis obeundis prælervari juxta id quod antiquitus semper cum cæteris Decanis antecessoribus suis consuetum est, & ad illius comprobationem inter alia produxerit attestationem Egr. Secretariorum Belingerii Proveriæ, Comitis Majoragii, & Octaviani Perlaschæ asserentium usu semper receptum fuisse, ut ejusmodi Decani à prædictis vigiliis abstinerent, sed solum sisterent in Cancellaria pro imprimendis sigillis, scripturisque colligendis in defectum Ostiariorum, qui cæteris Officii negotiis distracti, ibi vigiliis suis vacare non poterant. Contrarium verò cæteri Ostiarii semper servatum fuisse contenderint, ideoque & ipsi diversas attestationes ad refellendum Valentis prætensionem produxerint, multaque utrinque deducta fuerint.

Senatus omnibus accuratè perpensis, censuit servandam esse consuetudinem, de qua attestati sunt prædicti tres Egregii Secretarii antiquiores.

In calce. Concordat cum originali.

Philippus Meda.

ANNOT.

DIspositio hujus Ordinis sublata fuit ex Ordine Regio diei 10. Aprilis 1642.

Ordo, ne Gubernator Statutorum quempiam deleat ab albo Bannitorum sine ordine Judicis causæ.

MDCXLI. Die xi. Martii.

EXcellentissimus Mediolani Senatus, ad cujus aures venit nonnullos deletos fuisse de albo Bannitorum, ostensa tantùm Officio Panigarolarum gratia, non autem ea in actis dimissa, & non constito, quòd gratiati solverint debitas sportulas, in Officio, in quo fuere processati, quo pacto fucus fit iis, quibus sportulæ debentur, & abusus irrepit, occurrere omninò volens, & abusum hujusmodi tollere.

Mandat hoc Decreto Egr. Capit. Justitiæ, ut Gubernatori Statutorum, & iis quorum cura est Bannitos delendi de albo, præcipiat, ne posthac ullo modo deleant quemquam, nisi sic jussi sint à Judice causæ, coram quo quisque delendorum fuerit processatus, sub pœna Ordini ipsi arbitraria. Judicibus autem causarum, à quibus liberatus appareat aliquis, qui inde deletus fuerit de albo sine præsentatione gratiæ, ejusque dimissione in actis, ac sine ipsorum Judicum permissione, ut gratiatos ejusmodi, quamquàm deletos de albo, ad carcerem revocent, & Senatum ipsum moneant statim.

Magistrius Propræses.

Ordo, quod una tantum Sportula exigatur pro pluribus delictis eodem tempore commissis, & pro virili inter plures delinquentes.

MDCXLI. Die iv. Junii.

REcensitis Excellentiss. Mediolani Senatui per Hieronymum Peronum Delegatum in re Sportularum, iis, quæ suo supplici libello exposuerunt Flaminius Ultramontius, & socii, & quæ idem Peronus respondit, ut infra, videlicet:

Illustrissimo Signore.

PEr la relazione diffinitiva di Flaminio Oltramonti, e Complici di Bobio, nella quale concorrevano tre Giudici, è stato detto, che V. S. Illustrissima ha ordinato, che si debbano scuodere per il Senato Eccellentissimo tre pagamenti, e che se bene gli omicidj, ed ogni altro che seguisse in quel fatto tendeva ad un' istesso fine, che si riscuotesse anco per due delitti, e per tre delinquenti ancorchè maggiore fosse il loro numero. E se bene ciò par duro, perchè se bene furono detti due Condelegati al Podestà, è però vero, che o il Processo si faccia da più Giudici, o da un solo, non s' accresce perciò il delitto, o la causa, che è sempre l'istessa, ed una sola, come pure si dice nel particolare del riscuoter per due delitti, che essendo gli omicidj, ed ogni altro seguito in un sol fatto, ed in un' istesso tempo, in modo che e per ragione, e per un special ordine del Senato Eccellentissimo delli 8. Marzo 1595. al Sig. Podestà di Cremona si dovrebbe un solo onorario; con tutto ciò quando V. S. Illustrissima giudichi che così si convenghi per ragione, si rimette al suo giudizio; ma nasce altra difficoltà troppo dannosa a Sebastiano Cigala, Cesare Monticelli, e Colombino Oltramonti ser. di V. S. Illustrissima, e complici in detta causa,

causa, che dovendo (per quanto si dice) esser torturati sopra il loro reato, e non risultando altro da detta tortura, liberati. Pretende il Podestà di Bobio, di non venirne a fine se prima li Supplicanti non abbino pagato tutto il residuo che si deve per detta relazione, avendo esso scosso avanti di transmetterla per un sol Giudice, (non essendosi ancora inteso che da V. S. Illustrissima fosse ordinato che si riscuotesse per tutti tre) sotto pretesto che il detto Flaminio condannato alla morte, e gli altri parte rilegati, e parte condannati alla galera, non carino di pagar la loro porzione di detta relazione; e pure non pare che la ragione, ed equità porti che essi poveri Supplicanti paghino per gli altri, massime avendo ogn'uno di loro il modo di pagare la loro contingente porzione, che però li Supplicanti ricorrono da V. S. Illustrissima

Supplicandola resti servita dar ordine al detto Podestà di Bobio, che per quello V. S. Ill. abbi comandato che si paghi, e per ogni altra spesa che risulti da detta relazione, soddisfacendo li Supplicanti per la loro contingente porzione, non siano aggravati di più, acciò si possa metter in esecuzione il sodetto Ordine del Senato Eccellentiss., e che per questa causa li poveri Supplicanti ormai ridotti a povertà per questo sì longo, e dispendioso criminale non abbino a stare più lungamente prigioni; il che

Excellentissime Senatus.

Mensibus præteritis contendentibus Flaminio Oltramontio, & complicibus se non teneri nisi ad solutionem sportularum uni ex tribus Delegatis assignatarum pro Excell. Senatu, quamvis in ea causa tres essent Delegati; tamen Amplissimus hic Ordo censuit ut quantum singulis Delegatis ab ordinibus Judicum est, tantumdem pro Excelso Senatu erogetur justa Regiam concessionem.

Modo autem Bobienses ipsi memoriale porrexerunt duo alia præcipua capita continens.

Alterum, quòd stante dispositione litterarum Senatus Excellentissimi diei 8. Martii 1595. Spectab. D. Prætori Cremonæ datarum, quorum exemplum his annexum erit, unicum honorarium singulis Delegatis debeatur, ob id quod ex facto, de quo agitur licet plura comprehendantur delicta unionis namque, sonitus æris campani, delationis rotatorum vetitorum, & homicidiorum resultet unicum tantum delictum.

Alterum quod ad honorariorum, & sportularum solutionem dicti delinquentes cogi non possint, nisi singuli pro rata.

Quo ad prius dicit Delegatus Peronus, quod ex memorato facto habetur duo fuisse patrata homicidia, & à diversis personis, quo casu numquam plura delicta concurrentia ad exitum perducta efficere debent, ut unius impunitas detur *text. in l. numquam plura ff. de privat. delict.* Ubi enim animus delinquentis dirigitur etiam continuato impetu ad plura perpetranda delicta distincta, neque continuatio illa, & successivitas factorum distinctorum non efficit, quominus plura delicta commissa dicantur, & pro diversis puniantur si quidem in fine actus concurrit duplicitas delicti, & ideò adest consensus delinquentium utroq; respectu Glos. *in l. qui de crimine* in verbo *plurima C. de accusation.*, & consequenter de utroque tenentur ad sportularum solutionem. Nec ex verbis dictarum litterarum Senatus Excellentiss. deduci potest, quod ad unicum honorarium tantum teneantur Bobienses in hoc casu, quia verba dictarum litterarum loquuntur in specie ibi *teneatur solum pœna majoris delicti*, quæ cum sint etiam singularis numeri ad plura distincta delicta à diversis commissa non adaptantur, singularis enim numerus pluralem secum non compatitur *c. gaudemus extra de divort., & l. fin.*, ubi Bart. & alii *ff. ad trebell.* facit ad hoc propositum doctrin. Bart. *in l. Hoc legatum ff. de legat.* videlicet quod verba in specie semper intelligi debent pro eo quod petitur, non pro pluribus personis, & delictis diversis in genere, & in rescriptis verba propriè, non impropriè sunt intelligenda non autem extendenda ad casus non expressos.

Quo verò ad posterius facilis est responsio, nunquam etenim visum, nec auditum est, quod pro equitationibus, accessibusve Judicum, & Delegatorum ubi plures simul deliquerunt singuli teneantur, resque est notoria, cum sæpius evenerit casus, quod omnes insolidum coguntur ad solutionem, & quidem jure optimo, nam sicuti omnes ex delicto remanent obligati non ut singuli, sed ut universi ad damna etiam erga offensos; non videt Delegatus cur unius potius, quam alterius solutionem evitare tentent Bobienses nulla vigente differentia, maximè stante quod, & si Rei sunt decem, & solutio pro tribus solummodo, & pro duobus capitibus capitalibus prætenditur: Se tamen humiliter infallibili providentiæ Amplissimi Excelsique Senatus Delegatus remittit. Mediol. die 5. Maji 1641.

Excellentissimi hujus Ordinis

Humiliss. & fid. ser.

Hieronymus Peronus Deleg.

Censuit Senatus in primo capite unam tantùm sportulam deberi. In secundo autem unumquemque teneri pro virili.

Ordo,

1641 *Ordo, ut Consules notificent Clericorum funera, & benefitia.*

MDCXLI. Die vi. Junii.

EXcellentissimus Mediolani Senatus pro sua fide, & vigilantia consulturus publicæ quieti, Regiisque, ac privatis commodis, mandat omnibus Jusdicentibus ordinariis præsentibus, & futuris Oppidorum, & Pagorum Diœcesis Mediolani, ut cogant respectivos Consules ipsorum Locorum ad sibi denuntiandum intra quatriduum funera omnium Clericorum de benefitiis provisorum, quæ in respectivo eorum Territorio evenerunt à decennio citra, & quæ futuris temporibus evenient, & item deferendum notulam omnium benefitiorum sitorum in suo Territorio, indicta singulis Consulibus negligentibus pœna scutorum ducentum auri, & alia etiam corporali Senatus arbitrio, quas denuntiationes, & notulas opportuno tempore Judices ipsi ad Senatum referant, dirigendo litteras ad subsignatum Secretarium sub pœna suspensionis à munere, vel alia graviori ejusdem Ordinis arbitrio. Vult insuper hoc Senatus Consultum per Notarios Actuarios ita custodiri, ut ad notitiam Judicum successorum per tempora perveniat sub eadem pœna. Philippus Meda.

A N N O T.

REnovatusfuitOrd. diei 11. Decembris 1664., 3. Julii 1667., 11. Januarii 1668., 25. Februarii 1693., 22. Augusti 1698., 12. Augusti 1712.

Ordo, ut tot debeantur honoraria pro ordinationibus relaxatoriis, quot sunt delicta.

PHILIPPUS IV. Dei gratia, Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux Ill. &c.

PHilippus de Monte dedit nobis preces sequentes, Scilicet: Potentissime Rex. Cùm superiori anno 1639. innotuisset Philippo de Monte M. V. fid. ser. fuisse de usuræ crimine impictum coràm Regio Capitaneo Justitiæ Mediolani ad ostendendam illius innocentiam, suppl. sponte se constituit, deinde examinatus, & Reus constitutus (licet de simplicis crimine usuræ imputatus) Supplic. nihilominus passus est reatus numero sexagintaquinque usurarum, & tandem fuit ordinatum, supplicantem è carceribus relaxandum præsertim fidejussione aureorum quinquecentum; & in actu relaxationis coactus fuit persolvere libras mille octocentum Imp. pro recitatis reatibus, prout ex confessione, quæ M. V. exhibetur. Cum autem Supplic. prætenderet nedum circà tot reatus, verum etiam circà dictas Sportulas fuisse gravatum eo quia non deliquisset, nec constaret pro veritate contrà eum de recitato crimine usuræ apud M. V. conquestus est Supplicans, & fuit illicò delegatus Perlll. Reg. Senator Magistrius nunc, ProPræses, qui processum videret, & referret. Instavit pluries pœnes Notarium Fcstoratium suppl. dictum processum, nec hucusque illum habere potuit, hoc sub prætextu, quòd adhuc sit imperfectus (quòd quidem impium videtur) nunc verò Suppl. ad instantiam ejus fidejussoris dati fuit detentus, deinde è carceribus dimissus, dicta fidejussione prius renovata, prout ex ordinatione, quæ exhibetur &c. verùm priusquam relaxaretur, insurrexit Thesaurarius causarum criminalium, qui non obstante, quòd in actu dictæ spontaneæ constitutionis, & prioris ordinationis relaxatoriæ Sportulas in dicta summa lib. 1800. persolverit ut supra, prætendit etiam nunc, quòd Suppl. persolvat tot libras tres ss. 15., quot sunt dicti reatus numero 65., qui constituunt summam ducatonorum quadraginta quatuor stampi Mediolani, ne verò hujus prætensionis causa diu Supplic. in carcere retineretur, donec super hoc puncto cognosceretur, inductus fuit Supplic. ad consignandum, ut consignavit recitatos ducatonos quadraginta quatuor stampi Mediolani in manibus Perlll. Reg. Senatoris Lambertenghi circà hasce Sportulas Delegati, nunc verò cum prætendat Supplic. ad id non teneri, nec obligatum. Primò quia Sportulas ipsas jam persolverit in actu dictæ spontaneæ ejus consignationis, & prioris ordinationis relaxatoriæ. Secundò quià nunc agitur de simplici renovatione fidejussionis, quæ importat tantum ss. 18. Tertiò quia sit idem Judex, & Tribunal idem. Et cum certo sciat Suppl. non esse mentis, nec intentionis M. V., quòd Rei sint hoc modo gravati, ideò ad eamdem M. V. humil. confugit, Suppl. dignetur declarare, an semel solutis Sportulis in actu primæ ordinationis relaxatoriæ, ubi postea Reus fuerit ad instantiam fidejussoris detentus, deindè relaxatus, renovata dicta fidejussione teneatur iterum Sportulas persolvere, nempè libras tres ss. 15. Imp. pro singulo quoque reatu, prout cogitur Suppl., & an pro crimine usuræ, de quo impictus est Suppl. potuerit Suppl. Reus constitui de reatibus numero 65., quod si ità esset, id etiam pro-

procederet in crimine adulterii furti in famulo in domo domini, & similibus &c., & ordinare quoque dicto Notario Festoratio, ut dictum processum Supplicanti edat, quod uti justum speratur &c.

Quibus coràm Senatu nostro propositis, unà cum Voto Fisci nostri, harum serie decernimus, & declaramus, deberi tot honoraria, quot sunt delicta. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, registrarique jussimus. Mediol. die 14. Septembris 1641. Comes Majoragius. 1641

Ordo, ne Sportularum solutio differatur à Reis sub prætextu quod sint gravati à Judicibus.

MDCXLI. Die xviii. Septembris.

Lectis coram Excellentissimo Senatu supplici libello Fiscalis Comitalis Modoetiæ, ac contrario J. C. Caroli Senagi, & Francisci Agugiarii, exempli sequentis videlicet. Potentiss. Rex. Non avendo mai Francesco Agugiaro di Monza voluto pagare le Sportule solite ne anche per il Senato Eccellentissimo all' Officio di Monza per la relazione diffinitiva d'ordine del Senato Eccellentiss. fatta dal Capitano di Giustizia di Monza, e già mandata alcuni giorni sono alla Cancellarìa, è stato necessitato concedergli il precetto esecutivo contro, ma non si è mai potuto eseguire, avendo il medesimo sempre tenuto serrata la porta della Casa, e dopo ha fatto intimare agl' istessi dell' Officio di Monza un precetto d'appellazione pendente sotto li Consoli di Giustizia, con la clausula gravatoria Giovedì, che viene alli 19. del presente mese, e come da quella, che si esibisce. Se si introducesse, Illustrissimo Signore, questa strada ninno mai pagarebbe gli onorarj, quali non è conveniente, che per li Rei paghino gli Officiali stessi, e perciò, come che V. S. Illustrissima è particolare deputato per queste sportule, così l'umile suo servo il Fiscale di Monza supplica V. S. Illustrissima restar servita dar ordine al sodetto Capitano di Monza, che non ostante il sodetto precetto delli Consoli, li quali in ogni caso non hanno neanche autorità in Monza, faccia onninamente eseguire il sodetto precetto esecutivo contro detto Agugiaro per le sportule di detta relazione; il che ec. Illustrissimo Signore. Il Dottor Carlo Senago, ed il Causidico Francesco Agugiario devotissimi serv. di V. S. hanno inteso, che il Capitano di Monza ha detto a V. S., che li Supplicanti per schivare il pagamento delle sportule dovute all'Eccell. Senato per relazione da esso fattagli hanno surretti duoi precetti, uno dalli Consoli di Giustizia, e l'altro dal Sig. Vicario Pretorio, è vero che hanno ottenuto detti precetti, ma non al fine sodetto, ma perchè in essa relazione si sentono gravati in più modi, come dal Sig. Fiscal Croce, al quale è stata inviata detta relazione è stato a pieno conosciuto; Prima, perchè pende avanti l'Eccellentiss. Senato la cognizione sopra la verità di detta relazione, e non devono li Supplicanti pagare, e poi ripetere l'indebitamente pagato; Secondo, per l'eccessiva somma da esso pretesa, perchè dimanda lir. 87. per ciascuno. Terzo, per aver citato il Senago in Monza a Casa dell' Agugiaro, dove non ha eletto abitacolo. Quarto, perchè detto Capitano ha mandato li Fanti a Casa dell' Agugiario per fare esecuzione anche per la somma, che pretende dal Senago, è pure cosa certa, che non sono obbligati insolidum, e quando fossero, che non è, la pena è dovuta dal suo autore. Quinto, perchè l'Illustriss. Sig. Presidente del Senato, visto prima il voto del detto Sig. Fiscal Croce sopra un memoriale delli Supplicanti ha mandato al detto Capitano, che non innovi cos' alcuna in detta causa finchè dal Senato Eccellentiss. sarà dichiarato diffinitivamente sopra detta relazione, quali fondamenti attesi detti Senago, ed Agugiario, supplicano V. S. resti servita dar repulsa al detto Capitano, che non per altro si muove, che per mera vendetta contro il Senago per una lite fattagli contro avanti l'Eccell. Senato nella Causa del Capitaniato di Monza, come è notorio a tutto l'Eccell. Senato, e contro l'Agugiaro per averlo bisognato liberare contro sua voglia da una causa ingiustissima mossagli contro da detto Capitano, che perciò da essi è stato allegato, e giurato sospetto negli suoi atti, ed avanti detto Eccellentiss. Senato, il che &c. Quando li Supplicanti siano tenuti al pagamento di dette sportule del Senato Eccellentiss., e sii dichiarato diffinitivamente sopra detta relazione, sono pronti pagarle.

Censuit is Ordo Capitaneum Modoetiæ ad ulteriora procedere debere, non obstantibus deductis, quorum tempore diffinitivæ habebitur condigna ratio.

Oct. Perlascha &c., & sigill. &c.

Ordo, quod nemo Doctorari possit extra Gymnasium Ticinense, vel Collegium DD. Jurisconsultorum Mediolani.

MDCXLI. Die viii. Novembris.

Etsi Nov. Const., Ordinibus, & Edictis alias vulgatis expressè prohibitum est omnibus Mediolanensi Dominio subditis, ne insignia Doctoratus alibi, quàm in Ticinensi

1641 cinensi Gymnasio, assumant; pœnis etiam gravibus indictis contrafacientibus: nihilominùs præsentium temporum conditio tulit, ut desiderato salutarium legum fructu, & Gymnasium, & Respublica ferè triennio frustrata remanserint. Cui malo pro munere suo occurrere volens Excellentiss. Mediolani Senatus, districtè mandat, ne quis Scholaris subditus audeat extra hoc Dominium lauream Doctoratus sumere sub pœnis ex ipsis Constitutionibus, Ordinibus, & Edictis propositis, in quas incident non modo ii, qui sui juris sunt, verum etiam sub aliena potestate, & cura constituti, atque ipsimet Patres, Fratres, Tutores, vel Curatores, vel alii, illos sub sua potestate, & regimine habentes.

Concedens proindè dignis de causis, ut laurea ejusmodi sumi possit in inclyto Jureconsultorum, Equitum, & Comitum Mediolani Collegio, adhibitis ad libitum laureandorum Promotoribus ex Lectoribus dicti Gymnasii, vel ex Jureconsultis dicti Collegii, præsentatis priùs coràm Abbatibus ejusdem per laureandos legitimis attestationibus, tùm Promotorum de eorum habilitate, prævio examine privato fieri solito, tùm matricularum de tempore in studiis insumpto, tùm denique Notarii maleficiorum juxtà ordines. *Decernens, Scholares, qui Doctoratus insignibus modo præmisso decorabuntur in Mediolani Collegio, haberi debere pro laureatis in Universitate Papiæ*, ac potiri iisdem honoribus, prærogativis, & privilegiis, quibus laureati in dicta Universitate potiuntur, cujuscumque Statuti, legis, vel decreti, aut etiam ordinis à Collegiis Jurisconsultorum hujus dominii conditi contraria dispositione non obstante, cui hac in parte dumtaxat derogatum esse vult.

Philippus Meda.

A N N O T.

1 SI quis Doctoratus Lauream susceperit extra Dominium, quoad has pœnas non privatur beneficio gratiosi Indulti, ut censuit Senatus Excell. die 27. Februarii 1630. favore Josephi Solarii, & die 2. Martii ejusdem anni favore Hieronymi Ferrarii, & anno 1662. die 21. Aprilis referente Magnif. D. Senatore Puteo dixit J. C. Fantioum, & J. C. Guadagnum attento decreto gratioso non esse molestandos, neque respectu Togæ; cæterum quoad munera, & officia amplius deliberandum.

2 Si agatur de aliquo subdito paupere dispensatur, ut studere, & Lauream assumere possit in Universitate Pisarum, & in Collegio Puteu, ut dispensavit Senatus Excell favore cujusdam de Oppido Viguerìæ die 17. Septembris 1685. referente Magnif. D. Senatore Bracherio.

3 Quemdam Barbovium è loco Varisii Laureatum Bononiæ sub prætextu, quod anno 1651. habuerit inimicitiam in hoc Dominio, & ab eo recedere coactus fuerit, Senatus Excell. approbare noluit, nec admittere ad officia die 12. Januarii 1668. referente Magnif. Com. Senatore Corio non obstante voto Egr. Advocati Fiscalis Pusterlæ.

4 Facultas conferendi Lauream Doctoralem concessa insigni Collegio DD. Jurisperitorum renovata fuit in Ord. diei 10. Februarii 1662. quoad Exteros, & Clericos indistinctè; quoad Subditos vero huic Dominio cum conditionibus tantum in hoc Ordine præscriptis; verum dicta facultas quoad Subditos fuit postea abrogata, ut in annot. ad dictum Ord. anni 1662.

Magnus Fossatus.

Ordo circa eandem causam, de qua in Ord. diei 30. Augusti 1640.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

DIlectè noster. Viso annexo supplici libello Julii Cæsaris, & Consortum de Pereghis, Mag. Senatus nostri Præsidi porrecto, mandamus tibi, ut cum dicto Petro Meatia rationes ineas, & bene advertas, ne dictos Peregos indebitè molestes. Mediolani die 11. Decembris 1641.

Comes Majoragius.

A tergo Prudenti Viro Hieronymo Perono nostro dilecto, & sigil. &c.

Illustriss. Signore.

GIulio Cesare, e Consorti de Pereghi come eredi del q. Giuseppe Perego, che fu Tesoriero di Vimercato, essendo molestati per via d'esecuzione da Gerolamo Perone cume delegato dall' Eccellentissimo Senato ebbero ricorso dal Sig. Senatore Lambertengo perchè detto Perone facesse li conti giusti con Pietro Meatia, e trattanto non molestasse detti Pereghi, in conformità di che esso Perone principiò a fare li detti conti con detto Pietro Meatia, e senza stabilirli ha di nuovo mandato fuori il suo Commissario Monti ad esecutare, e far vendere li pegni, cioè Vino, Vasselli, e Tine con total ruina de' Supplicanti per somma rilevante in circa a lir. 800., che per quanto si stima dalli conti giusti, risulterà a nulla, o a poco, e però li Supplicanti fid. servit. di V.S. a quella ricorrono

Humil. supplicando restare servita ordinare al detto Perone, che cessi di tal molestia sin tanto, che averà stabilito li detti conti con detto Meatia, ed al detto Monti Commissario d'esso Perone tralasci ogni atto d'esecuzione contro detti Pereghi, nè li molesti come sopra, il che si spera ec.

Risposta

1641

Risposta delli Pereghi.

VIsta da Francesco, e Consorte Pereghi eredi del qn. Giosesso Perego, che fu Tesoriere dell'Officio della Martesana gli anni 1622., e 1623., la Cedola datagli fuori dal Sig. Gerolamo Petone Delegato dal Senato Eccell., con la quale constituisce debitore detto qu. Giosesso Perego dalli 20. Settembre 1622. fino alli 16. Febraro inclusive 1624. de lir. 3997. 2., i sodetti Pereghi sempre con riserva di qualonque sue ragioni, e di non pregiudicarsi in cosa alcuna (benchè minima) dicono, che da i libri della detta Tesoreria compilati dal medemo qu. Giosesso appare, ch'egli in tutto il sodetto tempo, che ha esercito il sodetto officio di Tesoriere ha scosso per le porzioni spettanti al Senato Eccellentiss. lir. 3035. 11., e compreso il dupplicato de lir. 198. 19. spettanti al Capitano della Martesana sono lir. 3208. 1., a conto de' quali appare da i confessi, che si esibiscono aver pagato al Sig. Tesoriere del Senato Eccell. lir. 3118. sol. 1., e di più altre lir. 100. in modo, che si vede, che la detta partita resta del tutto pagata, anco lir. 80. di più.

Ed a detti libri del medemo Tesoriere già morto molti anni sono si deve prestar fede, nè metter in dubbio, che abbi scosso maggior somma di quella, che da lui è stata annotata, poichè si deve presumere da i pagamenti da lui medesimo fatti come sopra, che egli si sia nella detta scossa diportato fedelmente come persona onorata, e da tutti per tale stimato.

E perchè si vede dalla detta Cedola molte partite date in debito al sodetto Perego da lui non riscosse, nè annotate nel suo libro, dicono non esser i sodetti eredi tenuti, non constando, come non può constare per verità, ch'egli le abbi riscosse, fondamento principale per constituir i suoi eredi debitori, come fà detto Sig. Delegato.

Nè basta, ch'esso Sig. Delegato abbi rilevato tali partite cavate come si vede da i libri criminali di quell'Officio, poichè ciò non basta, dovendo in ogni caso constare da i medemi libri, che detto Tesoriero abbi di sua mano annotato il pagamento di ciascuna partita, siccome si stila fare negli Officj criminali di Milano, posciachè non è officio del Tesoriere assistere a i Giudici quando fanno ordinazioni, o liberatorie, o constituti, o rilassi, o relazioni diffinitive, nè meno gli è lecito, nè permesso che veggano i libri criminali, bastando solo ch'egli riscuota, e scrivi nel suo libro quelle partite, che gli vengono date in nota, non estendendosi in più il suo officio, onde prima di molestare detti Pereghi comparenti di tante esecuzioni, e capsoldi pagati, e la detenzione ingiusta del detto Francesco, contro il quale, come erede, non poteva concedersi, nè eseguirsi, dovevasi prima dichiarare dal Senato Eccellentiss., sentiti prima detti Pereghi se fossero obbligati à pagare dette partite non ritrovate scritte nel libro del Tesoriere, come così dimandano, che si facci, citati, ed avvisati i medemi Pereghi, acciò possano informar il Senato, e dedurre le sue ragioni, e salvo sempre la detta eccezione, e persistendo in essa, e senza alcun loro pregiudizio.

Subordinatamente dicono aver osservato, che ne i detti conti detto Sig. Delegato ha rilevato in molti capi la dupplicazione delle sportule, non avuto riguardo alla tassa del Senato Eccellentiss. dell'anno 1605., in virtù della quale tutti i Tesorieri dello Stato hanno sempre scosso, ed in particolare vedendosi che per la visione de' processi delle relazioni diffinitive non ha avuto riguardo alla detta tassa, e stile inveterato, che per il primo centenaro de fogli non si pagava cosa alcuna, ne a' Signori Giudici, Fiscali, e Senato Eccellentiss., consistendo in queste partite la somma maggiore rilevata a carico del detto Perego, avertendo anco, che nel far il conto della visione de' detti processi si deve osservar la disposizione della detta tassa dell' Eccell. Senato, che dispone che i processi devono esser di linee 18., e sillabe 28. per ciascun foglio.

Ed il simile si dice in molte partite rilevate di ordinazioni, che suppone detto Sig. Delegato essersi fatte in Curia, poichè come si è detto, la cura del Tesoriere, è di annotare solamente quelle partite, che le vengono dette da i Giudici, o da i Notari.

E perchè a ciascheduna di dette partite non possano rispondere accertatamente, se non veduti i detti libri anco se fia bisogno alla presenza del Sig. Delegato, poichè anch'esso come uomo può far errore.

E però conchiudono detti Pereghi, che prima si dichiari dal Senato Eccell. nel modo, e forma che si è detto di sopra se loro siano tenuti a pagare quelle partite rilevate, de' quali non consta, che siano pervenute nelle mani del detto Tesoriero, come si è detto, avendo per sè una presonzione molto veemente con la sottoscrizione fatta da' Signori Vicarj, e Fiscali, non essendo verisimile, che trattandosi del loro interesse non avessero viste le dette partite, tanto più che i pagamenti se gli facevano di mese in mese, che la memoria di quello avevano ispedito non poteva esser labile, ma sì bene fresca, ed accertata.

E così dimandano doversi fare, altrimente ec.

Excellentiss. Senatus.

ANno 1640. de mense Aprilis ratione muneris mihi ab Excellentiss. Senatu injuncti perscrutatus sum libros criminales

1641 Regii Offitii Marthesanæ, & inter alios constitui debitores hæredes qu. Josephi Pereghi de summa librarum novem centum duodecim, & solidorum quatuor Imp., deductis libris tribus mille centum decem octo, & solidis tribus exsolutis occasione sportularum ad Amplis. Ordin. spectantium, mandatumque executivum contra memoratos hæredes concessi.

Dum hæc agerentur dicti hæredes memoriale porrexerunt, in quo conquesti sunt de molestia sibi illata, eo sub prætextu quod esset procedendum contra Notarios, qui dictum Josephum Pereghum officii Thesaurarium non admonuerunt tempore ordinationum factarum.

Ego verò excitatus respondi, in aliquo Notarios non obligari sed quidem Thesaurarios, qui proinde in dolo versari dicuntur dum promissa non implent, & fidem electionis non servant, imo eo ipso quod Pereghi admittebant sportulas non fuisse ab eis integrè exactas illicò probari Thesaurarii negligentiam, & culpam.

Quare datæ mihi fuerunt litteræ tenoris sequentis videlicet:

Dilectè noster. Lecto coràm Senatu annexo supplici libello Cæsaris, & Josephi patris, & filii de Pereghis, unà cum responso, quod tu excitatus attulisti de ipsius ordinis sententia mandamus ut ad ulteriora procedas non obstantibus exceptis. Mediolani die 30. Augusti 1640.

His litteris acceptis executioni mittendum curavi memoratum præceptum executivum. Sed hæc omnia frustra, quia Pereghi modum faciendæ executionis interverterunt.

Interea Senatus Excellentiss. litteras privatim expeditas ad preces Peregorum ad me dedit, mandantes ut cum Petro Meatia rationes inirem meas, & bene adverterem ne dictos Peregos indebitè molestarem.

Hæ litteræ datæ sub die 11. Decembris 1641. mihi præsentatæ non fuerunt nisi initio mensis Februarii, quia in Burgo Varisii eo tempore commorabar.

Neque ita multò post Franciscus Peregus fuit ab executoribus meis detentus mox ex ordine Illustriss. D. Præsidis fidejussori de stando, & parendo juri relaxatus die 20. ejusdem mensis Decembris, & sic antequam dictæ litteræ mihi præsentarentur perindè ac si ego eas habuissem, & mandata Sen. Excell. neglexissem.

De his certiorem reddidi Spectab. D. Senatorem Lambertengum, qui pluriès quæsitum misit Causidicum Petrum Paulum Meatiam, & petiit ab eo, ut responderet gravaminibus à me datis, & causas diceret, si quas habebat quare Pereghi non tenerentur ad reliquatus solutionem ratione sportularum.

Meatia tandem detulit responsionem præf. Spect. D. Senatori in qua denuò contendit principales suos non teneri.

Primo, quia da exactis rationem reddiderit Thesaurarius, de iis verò, quæ annotatæ non reperiuntur in libro exactionis, nullo modo rationem teneri reddere, nisi constito de eorum exactione.

Secundo, quod Peregos gravaverim contra formam taxæ ad solutionem pro visione prioris centenarii in relationibus diffinitivis.

Tertio, quod nec quidem teneantur pro ordinationibus, re in Curia proposita, cum munus Thesaurarii, non exigat nisi, ut annotaret eas parcellas, de quibus admonebatur Thesaurarius à Judicibus vel Notariis.

Quo ad primum jam responsum fuit litteras patentes electionis Thesaurariorum his verbis conceptas esse, nempè ut ordines editos servent pecuniam debitam ad aliorum manus nequaquam pervenire permittant, de ea verò, ipsi fidelem, & sinceram rationem reddant, & suam cuique portionem respondeant. Ex quibus culpa non carere dicitur Thesaurarius, qui munus suum non adimplevit omittendo id ad quod tenebatur, vel id non cogitavit, quod evenire facilè opporteret, sed Thesaurario est imputandum si integrè non exegit.

Quo ad secundum dicitur taxam non excipere primum centenarium, sed quidem sic disponit. Ubi processus excedant folia centum exigatur ampliùs scutum unum pro quolibet centenario, ex quibus jure optimo sustinentur debita Perego assignata pro primo centenario in causis, in quibus processus extracti folia centum excesserunt.

Quo verò ad tertium rogo Adversantes, ut pro veritate non negent, id quod nunquam venire potest in controversiam apud supremos Ministros si quidem comperi re ipsa Peregum Thesaurarium compluries exegisse pro ordinationibus in Curia factis juxta cæterarum Curiarum observantiam, & Ordines, à quibus ne latum quidem unguem discessi.

His igitur ita se habentibus puto persistendum esse in litteris priori loco negotio in Senatu Excellentissimo proposito mihi datis, & procedendum ad ulteriora non obstantibus exceptis, me tamen &c. Interim D. O. M. Amplissimum florentissimumque hunc Ordinem diu servet.

Excellentiss. hujus Ordinis.

Humilimus, & fidiss. servus
Hieronymus Peronus Deleg.

ANNOT.

In hac causa emanavit Ordo decisivus diei 22. Martii 1642.

Ordo,

Ordo, ut Secretariis debeantur salaria ad ratam omnium salariorum Senatui pro causis solutorum. 1642

MDCXLII. Die xiv. Februarii.

CUm Excellentissimo Mediolani Senatui dedisset preces Egr. Franciscus Beccaria, quæ sequuntur videlicet:

Ponatur segnat. A.

Cumque super eis dictum fuisset Egreg. Marchionem Joannem Beccariam semel respondere debere, jungique omnia, & mitti ad Magnif. Senatorem causæ, de qua agitur Relatorem, monitus autem Marchio de eo decreto his respondisset, ut infra videlicet:

Ponatur B.

Super his verò declaratum fuisset die trigesima Octobris proximi exacti mensis Senatus esse, ut quæ salaria dixit Ordo ipse denuò solvenda, ea à Marchinne solverentur, cum suis accessoriis, audiendos autem Egregios Secretarios, & Thesaurarium circa ejusmodi necessaria, quanam scilicet deberentur.

Allatis demum responsis Secretariorum, & Thesaurarii, cum nova scriptura Marchionis, quæ sequuntur videlicet:

Ponatur C. D.

Omnibus demùm in Senatu ipso propositis, cum attestationibus, taxa Senatus, & aliis utrinque exhibitis, perpensisque omnibus diligenter, iisque relatis per Magnificum Senatorem Bonettum.

Censuit Senatus, Secretariis deberi salaria ad ratam omnium salariorum Senatui solutorum pro his causis, & Thesaurario Cancellariæ quoque deberi omnes parcellas prætensas ad ratam ipsorum omnium salariorum, posthacque idem servandum etiam in aliis causis, pro quibus contingat plura salaria solvi, omni exceptione remota, & in præsenti casu cogendum Marchionem omnibus promptioribus remediis ad solutionem eorum omnium salariorum, & parcellarum Secretariis, & Thesaurario debitarum, ut supra sine mora, rejecta quacumque ulteriori exceptione, & contradictione, etiam pro executione supra recitati decreti diei trigesimi Octobris anni proximè elapsi.

Comes Majoragius.

Ordo, quod nemo admittatur ad Actuariam, aut Notariam criminalem nisi prævia approbatione Senatus.

MDCXLII. Die xiii. Martii.

INvigilans de more Senatus rectæ justitiæ administrationi, cùm animadverterit præjudicia maxima eidem inferri, ac quamplura absurda sequi ab imperitia, ac aliis defectibus nonnullorum, qui ad Actuarias, aut Notarias criminales admittuntur à Dominis ipsarum Actuariarum, & Notariarum. Volens hujusmodi præjudiciis occurrere.

Mandat omnibus, & singulis Civitatibus, Communitatibus, ac particularibus personis habentibus, & habere prætendentibus jus locandi Actuarias, & Notarias, nequempiam Notarium, vel alium admittant ad eas exercendas, ipsisquè Notariis, & aliis, ne eas exerceant, nisi prius unusquisquè eorum fuerit approbatus à Senatu, & nisi de biennio in biennium saltem renovata ab ipso Ordine dicta approbatione, sub pœna nullitatis electionis, eamdemque approbationem non dandam, nisi prius habito voto Curiarum, & habita plena informatione idoneitatis, & probitatis admittendorum. Augustinus Crescentinus.

A N N O T.

REnovatus fuit in Ordine diei 13. Februarii 1662.

Ordo, ut Thesaurarii, eorumque hæredes teneantur ad solutionem Sportulæ integraliter non exactæ, salvo ipsis jure contra earum debitores.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

DIlectè noster. Audivit Senatus, quæ eidem Ordini proposuisti, & cum intellexerit quid responderit patrocinator hæredum quorum Josephi Pereghi (qui fuit Thesaurarius rerum criminalium in Officio Marthesanæ) excitatis à te in materia debiti prædicti Josephi causa officii gesti, ut supra, & ponderatis omnibus perquam diligenter, censuit ad ulteriora procedendum, non obstantibus oppositis, etiam juxta formam litterarum ad te datarum die 30. Augusti anni 1640., salvo jure Peregis contra debitores Sportularum non solutarum, quod cùm nobis quoque probetur mandamus tibi, ut sic exequaris. Dat. &c. Mediolani die 22. Martii 1642.

Comes Majoragius.

1642 *Ordo circa Prætores feudales, eorumque LocumTenentes, ac Fiscales.*

MDCXLII. Die iii. Aprilis.

ANimadversum est in Excellentiss. Mediolani Senatu, plerosque Feudatariorum Jusdicentes in munere perseverare ultra biennium à Nov. Const. præscriptum, nullo accedente consensu Communitatum, nullaque impetrata Senatus dispensatione, neque eos in fine biennii syndicari juxtà Ordines, vel minus legitimè, præterea in desuetudinem abire Senatusconsultum diei 9. Januarii 1610. de non eligendis alienigenis ad officia publica justitiæ, vel eis fraudem quandoque fieri per electionem Locumtenentium, & Fiscalium exterorum. Convenire pariter cognitum fuit, ut exemplo Jusdicentium Majoris Magistratus, Officiales Feudatariorum antequam collati muneris possessionem capiant, consuetum juramentum præstent in manibus Ill. Præsidis ejusdem Amplissimi Ordinis; qui proinde mandat, ne quis Prætor, vel alius Jusdicens Minoris Magistratus posthac audeat ultra limitatum biennium exercere Præturas, vel alia ejusmodi publica Officia; quin prius exhibuerit assensum Universitatis legitimè congregatæ, reportaritque opportunam Senatus confirmationem, atque ante ingressum Officii juraverit in manibus ejusdem Præsidis eo modo, quo jurare consueveruot Judices Majoris Magistratus, indicta quolibet contraventionis casu pœna nullitatis, & privationis à munere, & alia Senatui arbitraria. Exeunte autem biennio; scilicet per totum mensem Decembris, quo Syndicatores Majoris Magistratus eliguntur, teneantur quoque Feudatarii suos Jusdicentes syndicari facere, & ad id tres idoneos de more proponere, ut à Senatu fieri possit electio Syndicatorum intra dictum mensem, qua non reportata, electio à Senatu fiet. Denique jubet renovari, & inconcussè servari memoratum Senatusconsultum diei 10. Januarii cum ea declaratione, ut in prohibitione Officialium exterorum comprænensi intelligantur etiam Locumtenentes Prætorum, vel aliorum Jusdicentium, atque Fiscales, qui non sint indigenæ, ne alioquin per indirectum decreti effectus deludatur. Feudatariis contrafacientibus pœna esto Senatui arbitraria.

Philippus Meda.

ANNOT.

ISte Ordo fuit renovatus in Ord. diei 28. Novembris 1647., 15. Februarii 1663., diei 8. Novembris 1677., 20. Novembris 1681., 5. Junii 1685., 10. Julii 1687., & diei 27. Novembris 1702.

Ordo, quod præcepta Judicum non censeantur extincta ob eorum mortem, vel mutationem.

MDCXLII. Die vii. Aprilis.

COnsulto Excellentiss. Mediol. Senatu per unum ex Syndicis Fiscalibus Regiis, an præcepta, quæ passim Judices concedunt ad tollenda scandala, ne quis egrediatur è domo, vel in ea se contineat, de non recedendo à loco pro carcere assignato, vel à Civitate, de non offendendo, de bene vivendo, & alia similia extincta censeantur per Judicis mutationem, aut aliter.

Censuit is Ordo intellecta sententia Collegii Egregiorum Fiscalium, nequaquam extincta esse per mortem, aut mutationem eorumdem Judicum, qui talia præcepta concessere, & sic illa inposterum servari mandat.

Comes Majoragius.

Ordo, ut Protectores Carceratorum alloqui possint quoscunque Reos detentos.

MDCXLII. Die viii. Augusti.

PRopositis coram Excellentissimo Mediolani Senatu precibus Collegii J. CC. hujus Civitatis tenoris sequentis, videlicet:

P. R. Dum publicæ utilitati M.V. existimat. consuluisse decreto illo sub die sexto Novembris millesimi sexcentesimi quadragesimi primi habito, quo jussit, Protectores statim reassumere, & obire debere, munus suum, & inposterum minus ægrè ferre debere, si quandoque Egregius Capitaneus pro casuum qualitate existimaverit neminem nec eosdem Protectores cum dictis Carceratis colloqui, istudque servandum arbitrio dicti Egregii Capitanei, & aliorum Judicum, quò nsuros scit Senatus, nisi in casibus, in quibus è re justitiæ esse cognoverint. Dum inquam M. V. existimat publicè consuluisse utilitati, ecce quod jam Collegium agnoscit ex eo privatorum commodum pati detrimentum: siquidem jam illius decreti sanctio non dicam ab omnibus præsentibus Judicibus, sed quidem

dem à nonnullis, & quod caput est, à Notariis quin etiam à carcerum custodibus extenditur ad omnes casus, itaut antequam illorum sequatur visitatio, trina requiratur venia, Judicis nempe, Notarii, & Custodis, unde licet pietatis meritum huic incommodo suscipiat incrementum, attamen publica, & privata utilitas recipit decrementum; Præterquam quod absentia Judicum à Civitate, quæ per sæpe accidit, efficit, ut miserrimi homines dum detinentur in custodiam, langueant diu in pudore, squalore, ac sordibus strictiorum carcerum, & ni pietas, & vigilantia Protectorum ipsis suffragaretur, impietas, & avaritia nonnullorum ad æternitatem (ut ita dicam) protenderet causarum exitum. Hæc, & alia jam aliàs M. V. enunciata cogunt hujus Civitatis J. CC. Collegium ad M. V. iterum confugere, humiliter exorando quatenus velit sanctissima sanctione consulere huic absurdo, ut Protectores præsertim nostri Collegii, qui tanta pietate, tantoquè incomodo huic muneri adeò Reipublicæ utili, ac necessario inservient, possint tanti laboris hoc præmium consequi justitiæ. 1642

Declarat idem Ordo, non fuisse allegatam ordinationem, quia de Protectoribus diffideret, sed ut tolleret querelas eorum, qui judicia contra Carceratos prosequuntur, & proindè permittit, ut iidem Protectores etiam in dictis casibus exceptis, una cum Notario causarum, & in ejus absentia, cum uno ex Actuariis, omnes Carceratos adire possint.

Jacobus Ivagnes.

ANNOT.

Fuit iste Ordo confirmatus in Ord. diei 11. Aprilis 1651.

Ordo, ut à gratiatis pro uno quoque capite delicti Sportulæ exigantur, etiamsi non sint dati reatus.

Delegato Perono.

Mediolani viii. Januarii MDCXLIII.

Lecta fuere in Senatu petita non uno tantum supplici libello à Camillo de Comite, & filio prætendentibus non teneri ad solutionem Sportularum Senatui debitarum in eorum causa criminali, pro qua obtinuerunt gratiam, eo quod dati eisdem non fuerint ulli reatus; lecta etiam ea; quæ tu respondisti non semel excitatus, & re tota discussa ventum est in sententiam exigendas à prædictis Sportulas pro uno quoque capite delicti in ea tamen quantitate dumtaxat, quæ exigi solet à gratiatis, quare ad ulteriora procedas pro exactione juxta formam prædictam.

Lambertengus. Picenardus.

Illustrissimo Signore.

Di Settembre prossimo passato furono carcerati Camillo, e Carlo Antonio Padre, e Figliuolo del Conte umilissimi servi di V. S. Illustrissima d'ordine dell' Egregio Sig. Capitano di Giustizia, e ritrovansi in strettissimi camuzzoni, e dopo intesero, che si procesavano di pretesa usura, il che quanto fosse lontano dalla verità lo dimostra che non furono constituiti Rei, benchè detenuti più di duoi mesi almeno il detto Camillo, fu rilasciato prima il Figlio assignatagli la casa per carcere, dopo ritrovandosi li Supplicanti carcerati, per esimersi dalla indebita molestia, procuratagli da emoli, ebbe per bene pagare ducatoni 500. al Regio Fisco, qual pagamento atteso, S. E. ordinò, che più non si molestassero per tal causa, e comandò, che si annullasse, come annullò ogni processo, e la Regia Curia in conformità del comando di S. E. così ordinò, come appare dal detto decreto di S. E., ed ordinazione della Curia, quali s'esebiscono, e se bene non si doveva niuno onorario alla Curia, meno al Senato Eccellentissimo, nientedimeno si pagò l'ordinazione, come consta dalli libri del Tesoriere: ora vengono li Supplicanti molestati da Girolamo Peroni pretesto Delegato a pagare per pretese Sportule, come si soggiunge, dovute al Senato Eccellentiss. lir. 489. ss. 15. oltre li pretesi aggi, cioè per il rilasso del detto Carlo imputato, come si dice, di capi 38. di delitti corporali, e per la pretensione della grazia di S. E. per detti capi, e per rispetto del detto Camillo per dette presentazioni di grazia per capi 57. corporali, e come dall' avviso, qual si esebisce, pretendono li Supplicanti non essere tenuti a pagare maggior Sportule di quelle pagorono, meno erano tenuti ad esse parlando gli Ordini del Senato Eccellentissimo, che siino obbligati li Rei, quali non furono, nè sono li Supplicanti, e non li Querelati, o imputati di qualche delitto, che forse il detto Delegato Perone sopponerà essere li detti Supplicanti constituiti Rei, il che in fatto non è vero, meno si dovrebbe più di un pagamento, trattandosi di Padre, e Figliuolo, quali abitano in comunione, nè si dica trattarsi di presentazione di grazia, poichè non si tratta di grazia, che se si vede il decreto di S. E., e sempre è vero, che li Rei solamente sono tenuti al paga- 1643

mento

1643 mento delle sportule, fra' quali non sono connumerati li Supplicanti, e di più il detto Carlo Antonio non tanto è povero, ma miserabile, essendo figlio di famiglia, che non possiede cosa alcuna, e però ricorrono a V. S. Illustrissima.

Umilmente suppl. sii servita comandare al detto Delegato Perone, ed ad ogn' altro, che si astenghi da ogni molestia contro li Supplicanti per causa delle pretese sportule, il che ec.

1642. 22. Decembris.

Delegatus Peronus per totam diem crastinam subjiciat. Picenardus.

1642. die 23. Decembris.

CUm Senatus Excellentissimus anno 1595. die 8. Martii super precibus Protectorum Carceratorum Cremonæ in eodem Amplissimo Senatu lectis declaraverit, ut ubi agatur de delictis diversi generis, vel etiam ejusdem, quæ ex intervallo commissa sint, ut eo casu pro singulis delictis solvantur quoque singula honoraria, ut legitur inter Ordines novissimè impressos pag. 173. atque etiam super precibus Philippi Montii delati de capitibus usurarum numero 65. in ipsomet Excellentiss. Senatu lectis unà cum voto Regii Fisci die 14. Septembris 1641. declaraverit deberi tot honoraria, quot erant delicta, sequitur pro præsentatione gratiæ Supplicantes teneri ad tot honoraria, quot sunt tituli delictorum.

Neque obstare videtur, quod Supplicantes ob id, quod non fuerunt Rei constituti teneantur tantum ad unicum honorarium; quia eo ipso, quod gratiam obtinuerunt dicuntur fateri delicta; Novæ, n. Const. *in tit. de Jur., & privil. Fisc. §. litteræ gratiæ*, disponunt, quod dicta confessio habeat eundem effectum, ac si condemnatio secuta esset, quæ verba omnem scrupulum evellunt, & operantur eundem effectum, ac si Rei essent constituti.

Nec vim facit, quod Supplicantes in communione habitent, & alter eorum sit filius familias, quia tabella honorariorum edita anno 1606. disponit tantum pro processibus Notariorum, quod si fuerint plures de eadem familia, quod exigatur unicum honorarium; & cum ex lectura decreti Suæ Excellentiæ planè constet aureos quingentos ab ambobus oblatos, & solutos fuisse frustra objicitur alterius ex eis paupertas.

Ex quibus Delegatus Peronus existimat Supplicantes ad narrata honoraria teneri, se tamen &c. Hieron. Peronus Deleg.

P. R.

CUm se intueretur Camillus de Comite M. V. fid. ser. in strictum conjectum carcerem ab Egr. D. Capitaneo Justitiæ, fublataque, & depositata omnia mobilia, quæ domi Suppl. fuerat & sub prætextu, quod pravitate usuraria labefactarentur, diuque filium Carolum Antonium in simili stetisse carcere, vixque domesticis dimissum vinculis gravi cum fidejussione utriusque Advocatum, & Causidicum auri degentes cerneret, licet innocentissimus existeret uterque, tot tamen in angustiis constitutus, gravioribusque perterritus minis, quæ ei undique fiebant, tanti exitii finem quæsivit miserrimus Supplicans, & licet nullo crederetur, neque posset affici reatu cum Fisco transegit in aureis quinque centum, & ut è squallido exiret carcere, quem diutinum, & expensas, quas ingentissimas futuras asserebat, evitaret collum duro adeò, ac deplorabili jugo supposuit, perpetuæque se paupertati mancipavit, & ita carcerem evasit. Hinc motus Hieronymus Peronus istius Amplissimi, & Excellentiss. Ordinis assertus Delegatus transmisit Suppl., & filio præceptum ad solvendam summam in inserto præcepto contentam pro honorariis ejusdemmet Senatus, de quo conquestus Suppl. penes Illustriss. D. Præsidem obtinuit à dicto Delegato subjici, qui suam opinionem tribus nititur sustinere rationibus, una quod adsit Ordo Senatus, ut pro delictis ejusdem generis, sed ex intervallo perpatratis solvantur honoraria pro singulis delictis. Altera quod & si non fuerint dicti de Comite constituti Rei, ex eo tamen, quia gratiam petierunt, videntur fassi delicta, ut *in §. litteræ gratiæ, tit. de Jur., & privil. Fisc.* Nov. Constit., & ideò honoraria prædicta uti Rei solvere debeant. Tertia quod cum oblatio Fisco fuerit facta nomine utriusque inanis reddatur allegata filii paupertas.

Unam ellidi ex eo putat Suppl., quod nec ipse, nec filius sint Rei veri, nec præsumpti, ut militet proptorea Ordo Senatus diei 8. Martii anni 1595., & 14. Septembris anni 1641. in causa Montii Rei de singulis constituti veri non sunt, quia cum eis nulla est contestata lis. Immò filius jam fuerat ante transactionem Patris relaxatus, neq; præsumpti, quia si rimabitur processus, nulla, & si lævia inditia ad reatum contra ipsos in eo existere sperant, non obstante quod in causa contra eos per publicum proclama, seu per affixionem Cædularum in locis publicis fuerit processum, & alia peregerit Egr. D. Capit. favore Fisci, quæ de jure in delicto privato fieri non valebant.

Minùsque sustinetur altera ratio Peroni fundata in *d. §. litteræ gratiæ*, nam neque ipsi de Comite gratiam petierunt, neque obtinuerunt, ut ex lectura precum S. E. porrectarum, & Decreti Principis videre est ubi nec verbum quidem legitur, quod gratiam redoleat, & in casu Supplic. deficiunt requisita necessaria ad obtinendam gratiam. Unum quod exprimatur, & fateatur delictum,

1643

lictum, alterum votum Senatus super concessione dictæ gratiæ; tertium remissio pœnæ, in qua potissimùm consistit vis, & essentia gratiæ, quin imò ipse Camillus delictum constanter negavit, ibi : *imputati tutti due ec.* neque Senatus aliquod votum dedit, nec aliqua remissa pœna, sed potius ea, quæ nunquam infligi potuisset, exacta fuit. Quare non videt Suppl. quomodo Peronus gratiam appellare velit id, quod calamitatem potius nuncupare deberet. Quapropter si verba, & effectus gratiæ huic casui non quadrant, neque debet ejusdem dispositio procedere, maximè in odiosis, in quibus extensio fieri nequit. Quartum etiam requisitum desideratur, quia gratia indiget Senatus interinatione, & Peronus quidem in dicto præcepto prætendit deberi Senatui honoraria pro præsentatione gratiæ. Verum enim verò Suppl. neque præsentavit, neque præsentare intendit Senatui decretum per eum obtentum pro illius interinatione. Nam putat ex suo contractu plusquam etiam oneroso tutissimum esse, neque esse in casu, ut pro illius validitate aliquam interinationem reportet., & sic suppositum Peroni cessat, & proinde debet cessare illius prætensio in dicto supposito fundata. Sed dato milies, (nunquam tamen concesso) quod ageretur de gratia adhuc illa, quo ad Senatus honoraria Suppl. obesse non potest nam allegata dispositio Nov. Const., quod scilicet habeatur pro confesso petens gratiam, est peculiaris in interesse Principis pro confiscatione bonorum, sub qua stricta, & inevitabili conditione ille gratiam elargitur, non autem in honorariis Senatus, in quibus hæc confessio non procedit, cum de ipsis Fiscus non participet; juvat igitur repetere, quod non est facienda extensio in odiosis de uno ad alterum casum, ubi maximè diversa ratio subest, ut in præsenti.

Non obest demum tertium fundamentum adductum per Peronum ad excludendum paupertatem Filii Suppl. cum ipsum consistat in manifesto erroneo scilicet in æquivoca enunciativa decreti S. E., in quo videtur fieri oblationem aureorum quinque centum nomine utriusque de Comite cum tamen (si rectè perlegantur preces) facta sit à Camillo tantum, ut tamen sibi, & filio suffragetur, & enunciativa contenta in dicto decreto dicitur transumptum, cui standum non est, dum de originale plenè liquet. Quare sive dispositio juris attendatur, sive Peroni votum, certissimè apparet nulla deberi Senatui Excellentiss. honoraria in hac caussa, cum in ea non agatur de Reis veris, neque præsumptis; Neque possit dici quod Suppl. gratiam petierit, vel sit consecutus, sed contracto quodam innominato sine culpa, & inditiis cum Fisco transegit, & ideo hic non militant, neque Ordines Senatus, neque Nov. Const.,

& Carolus Antonius est pauper, & uti Filius familias, & ut Filius Suppl. cujus nomine fuit cum Fisco transactum, & cui alia non remansit, quam paupertatis imago. Quare nè afflictio addatur afflictissimo Supplicanti ad M. V. confugit

Humiliter suppl. dignetur eumdem Peronum obaudire, ipsumque, & Thesaurarium Ordinis Excellentissimi super dictorum honorariorum prætensione silere jubere, quod uti justum sperator &c.

Ad ea, quæ Delegatus Peronus subjecit jubente Illustriss. D. Præside Senatus Excellentiss. objecit Camillus de Comitibus in ejus precibus post porrectis.

Primo non militare Ordines Senatus Excellentiss. diei 8. Martii 1595., & 14. Septembris 1641., cum nec ipse, nec Carolus Antonius filius sint Rei veri, nec præsumpti.

Respondetur ex dicto Senatus Consulto diei 8. Martii, vel aliunde non elici, quod de Reis propriè disponatur, immò verius dictum Senatus Consultum de inculpatis generaliter intelligi, ibi. Is Ordo censuit ubi agatur de delictis diversi generis, vel etiam ejusmodi, quæ ex intervallo commissa sint, ut eo caso pro singulis delictis solvantur quoque singula honoraria, clariusque patet ex verbis tabellæ honorariorum Senat. Excellentiss. intellexisse tam de Reis, quam de inculpatis; dicit enim tabella pro præsentatione litterarum gratiæ, & cassatione condemnationum, si tales fint gratiæ, in quibus requiratur approbatio Senatus, habere possint usque ad aureum unum, si verò concessæ fuerint per litteras L. T. nostri, ut fit in delictis levioribus descendentibus à proclamationibus, accipere non possint ultra dimidium unius aurei, quod si à Reis tantum exigi voluisset, facilè fuisset id explicare; At cum hoc non expresserit, non debet quis hanc interpretationem tribuere, cum nollibi facta sit mentio de Reis. Præterea cum dicti Pater, & Filius de Comitibus legitimis præcedentibus inditiis, examini ambo fuerint super criminibus, de quibus agitur, subjecti, Rei, satis, superque dicuntur.

Secundo objicit rationem Delegati fundatam in §. *litteræ gratiæ*, non sustineri quia nec gratiam petiit, neque interinationem obtinuit.

Respondetur, quod si benè perpendantur verba tum memorialis, tum decreti super eo emanati, contrarium elicitur; in memoriali enim leguntur hæc verba : *per schivare la prigionia, e spese che le possa andare*. Decretumque dicit : *Ordinà, che non si dia più molestia alcuna a loro, nè a qualunque altro complice, o interessato nelle suddette imputazioni, annullando il processo, e tutto l'agitato*, per quam processus circumscriptionem, gratia plenariè dicitur facta, & causa terminata modo, quo fuit

1643 fuit petita, & ex productione ipsius decreti ab eodem Camillo facta, multo magis convincitur, nec scrupulum injicere debet, ob id quod interinationem non petierit, honoraria non debeantur, quia tabella honorariorum non excipit gratias interinatione carentes, sed quidem exigi jubet pro illarum præsentatione, dimidium ejus, quod pro gratiis in quibus requiritur approbatio Senatus Excellentissimi ut supra taxatum fuit.

Tertio objicit, quod licet ageretur de gratia adhùc illa quo ad honoraria dicto Camillo obesse non posset, quia allegata dispositio Nov. Const., quod scilicet petens gratiam pro confesso habeatur, est pecuIiaris in interesse Principis pro confiscatione bonorum, non autem in honorariis Senatus Excellentissimi de quibus Fiscus non participat.

Respondetur nostrum non esse distinguere legem, quæ indistinctè loquitur, & comprehendit omnes gratias, sive agatur de interesse Fisci, sive aliter, ut jam supra dictum est, maximè cum in utroque casu par, & eadem militet ratio.

Quarto objicit non esse attendendam enuntiativam in Decreto S. E., in quo videntur oblati, & exsoluti ab ipsis Patre, & Filio de Comitibus aurei quingenti, quia standum sit memoriali, & quod dictus Carolus Antonius uti filius familias sit pauper.

Respondetur, quod immò verba enuntiativa Principis determinatè prolata in ipso decreto plenè probant, ut juris est notissimi. His accedit, quod dictus Carolus Antonius pauper dici non potest, cum artem exerceat simul cum dicto ejus Patre, ex qua non solum vivere possunt, sed quotannis multum incrementi adjiciunt propriis fortunis, neque dicitur pauper, qui Patrem divitiis affluentem, qui sibi alimenta præstare tenetur, & in omnem casum cogendus est, Pater, qui gratiam pro omnibus petiit, & produxit.

Ex quibus ingeniosa adversantis fundamenta corruunt, & procedendum ad ulteriora censet Delegatus contra dictum Adversarium pro exactione dictarum Sportularum ex tabella, & ordinibus indictarum. Se tamen &c.

Ordo, ut tot exigantur honoraria, quot sunt gravamina excitata in Syndicatibus ad instantiam Partium.

MDCXLIII. Die xvi. Januarii.

Lectis in Excellentiss. Mediolani Senatu precibus Delegati Hieronymi Peroni, quæ sequuntur scilicet Excellentiss. Senatus in materia Sportularum à nonnullis hæsitatum est, an decretum Senatus Excellentiss. diei 3. Augusti 1634., quo jubetur Syndicatoribus, & Thesaurariis, ut quantuscunque sit numerus gravaminum, quæ excitantur, Sportulas exigant ad summum pro quinque ab his, qui Syndicantur, locum sibi vindicet tantummodo in gravaminibus, quæ ex officio excitantur. An verò quoque in his, quæ præcedentibus informationibus ad querelam partis formantur, qui casus multum inter se differunt. Ratioque differentiæ ea est, quia enixa mens Amplissimi, Piissimique Ordinis versabatur in tolendo abusu multiplicitatis solutionum, & Sportularum prætensarum à Syndicatoribus, qui pabulum animi quærunt in excitandis ex officio gravaminibus, ut planè cavetur ex memorato decreto, non autem, ut debitis Sportulis privarentur Syndicatores in casibus, in quibus operosi processus ad partis querelam construuntur, quod omninò repugnaret dispositioni tot decretorum Senatus Excellentissimi antè, & post conditorum, quibus decrevit tot deberi honoraria, quot sunt delicta, itaque Hieronymus Peronus Delegatus,

Humillimè precatur amplissimum Ordinem, ut decernere dignetur quid servandum sit,

Censuit is Ordo, & declaravit, Ordinem supranarratum de exigendis sportulis pro quinque capitibus ad summum locum sibi vindicare tantummodo in gravaminibus, quæ excitantur ex Officio, non autem in his, quæ præcedentibus informationibus super querelis partium formantur pro quibus exigi mandat tot honoraria, quot sunt gravamina. Comes Majoragius.

Ordo, ut Judices detineri faciant milites fugitivos.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Fructum vix ullum percipi undique audimus, & satis palam est, ex litteris datis ad quemcunque Jusdicentem hujus Provinciæ die 25. Junii anni proximè superioris ad detinendos eos Milites, qui in tanta præsertim eorum necessitate longè à Castris contra expressam Edictorum dispositionem transfugæ vagantur, & moras ducunt sine licentia, vel excusatione aliqua legitima, qua in re gravem agnoscimus esse negligentiam, & culpam Jusdicentium, qui parere, & fortiter, strenueque agere deberent in re tam gravi. Unicuique igitur eorum, & vobis in

in specie mandamus districtè, ne in his quicquam negligatis, sed omnino praestetis vos, qualem decet Virum dignè gerentem munus suum, ac obedientem mandatis Illust. L. T., & nostris, secus sciatis Senatum usurum in vos ea auctoritate, quæ sibi tributa est à Nov. Constit., & suo tempore, negligentiæ, & vecordiæ, aut inobservantiæ decretorum nostrorum rationem à vobis seriò exactum iri. Mediolani die 18. Maji 1643. 1643

Comes Majoragius.

Ordo, ne Egregii Fiscales eorum vota tradant Partibus, sed mittant ad Egr. Secretarium Hebdomadarium Senatus.

MDCXLIII. Die xviii. Junii.

DUm in Excellentiss. Mediolani Senatu proponeretur, an casus Jo. Angeli Sambucæ esset gratiabilis, nec ne, & eodem tempore supervenisset Egreg. Fiscalis Ferrarius, qui asseruit, se votum suum aliàs super ejusmodi supplici libello dicti Sambucæ protulisse, prout super eo, qui tunc proponebatur, suum pariter subjecerat votum Egreg. Advocatus Fiscalis Sertorius; hac nacta occasione, Senatus occurrere volens huic absurdo, ne petentes similia post habitum ab uno Fiscali votum, quod eis non placeat, alterum Fiscalem pro meliori voto obtinendo adire audeant.

Mandat omnibus Egreg. Fiscalibus præsentibus, & futuris, ne inposterum vota sua prolata super dictis supplicibus libellis gratiæ, liberationis bannitorum, & similium, partibus tradant, sed ea ad manus Egregii ejusdem Ordinis Secretarii hebdomadarii obsignata mittant.

C. Antonius Belcredius.

Declaratio Senatus, quod Scriptores ejus Cancellariæ gaudent privilegio Curialium circa conductiones Domuum.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

SCriptores Cancellariæ Senatus nostri porrexerunt Magnif. ejusdem Ordinis Præsidi supplicem libellum unà cum declaratione Excelsi Consilii Secretioris tenoris sequentis videlicet:

Illustrissimo Signore.

PEr la disposizione del quì congionto Ordine, si vede chiaramente, che gli Scrittori della Cancellaria del Senato sono stati dichiarati Curiali, e che non possino perciò essere ammossi dalle Case all'arbitrio de'Padroni, resta solo, che occorre tal'ora dubitare (se ben senza fondamento) se a loro competisca la ragione di far segnare le Case, perciò per levare ogni ostacolo, ricorrono a V. S. Illustriss. Umilmente supplicandola, resti servita ordinare, che gli sii lecito il far segnare le Case nella maniera, che competisce a' Curiali, essendo i Supplicanti già stati dichiarati tali nel Consiglio Segreto, il che ec.

1603. a' 5. di Settembre.

Proposta nell'Eccelso Consiglio Segreto la doglianza, che fanno li Scrittori della Cancellaria del Senato contra i Padroni delle Case a loro affittate, che pretendono di cacciarli da esse, contro il Privilegio concesso a' Curiali, supplicando dichiararsi esser compresi in esso, e preservati come gli altri in materia di Case, fu ordinato come segue: Ritrovandosi li Supplicanti in Case d'affitto, e non volendo il Padrone istesso abitarvi, il Capitano di Giustizia proveda, che non siano ammossi da esse, pagando il fitto concettato. Sign. Montius. Concordat cum originali. Signat. Lara. Concordat cum authentico mihi exhibito. Signat. Biragus &c.

QUIBUS visis, harum serie declaramus ambigendum non esse, quin Supplicantes, cum eidem Senatui inserviant, frui debeant Privilegio Curialium in causa, de qua agitur. Mandantes omnibus ad quos spectat, & spectabit, ut præsentes servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani die 18. Augusti 1643.

Sadarinus.

A N N O T.

SCriptores Tribunalium non frui hoc privilegio declaratum fuit in Proclamate Excellentiss. D. Gubernatoris Comitis Coilloredi diei 30. Augusti 1721.

Mognus Fossatus.

Ordo, quod pro constitutis tot exigantur honoraria quot sunt delicta.

MDCXLIII. Die vii. Octobris.

LEcto coram Excellentissimo Mediolani Senatu supplici libello Hieronymi Peroni in re Sportularum Delegati, exempli hujusmodi videlicet.

1643 Excellentissime Senatus.

JO. Baptista Balbianus querelatus à Jo. Antonio Cribello de suppressionibus ordinationis Marci Antonii Cribelli ejus Filii, & actorum, & de suppositione comparitionis, & aliis, ex quibus ipse Jo. Antonius in aureis mille erga Reg. Fiscum fuit damnatus, coram Excelso D. Senatore Caymo Delegato, se constituit, & de his Reus fuit factus, mox instante dicto Cribello facta perquisitione in libris, & actis dicti Balbiani ex Ordine dicti Amplissimi D. Senatoris reperta fuerunt quamplura originalia acta, quæ in abscondito suppressa retinebat, quorum magnam partem in libris integrè non retulit multaque addidit, & immutavit, in præjudicium justitiæ, & interesse habentium, de quibus Reus pariter fuit constitutus; qui quidem reatus continent capita centum quadraginta, & ultra delictorum ex intervallo commissorum.

Contendit Balbianus non teneri ad solutionem constituti, nisi pro his, de quibus impictus erat tempore, quo carceribus se dedit.

Verùm quia suppressiones, & immutationes, de quibus agitur influunt in processum instructum ad querelam dicti Cribelli, decretaque Senatus Excellentissimi generaliter loquuntur absque ulla prorsus distinctione, & comprehendunt omnes casus præcipuè illud decretum diei 11. Martii 1625., quod exhibetur, tenoris videlicet.

(Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.)

DElegatus itaque humillimè rogat Amplissimum Ordinem, ut decernere dignetur, quid de jure videbitur.

Censuit is Ordo memoratum ejusdem Senatus decretum diei 11. Martii 1625. prædicti esse servandum in recensita causa.

Ordo, ne Judices causas criminales Senatui referibiles expediant ipso inconsulto sub prætextu litterarum excitatoriarum.

MDCXLIII. Die 1. Decembris.

QUamvis certissimum sit, per litteras excitatorias Excellentissimi Senatus, etiam audito Fisco, quibus injungitur Judicibus, ut justitiam faciant, vel advertant, ne indebitè gravent, ac cum Curia deliberent, nec delegationem eis tribui, nec derogari dispositioni Nov. Const. de Reis in casibus ibi expressis, inconsulto Senatu, non absolvendis, vel condemnandis, nec Ordinibus Regiis idem disponentibus, quia tamen nonnulli Judices hujusmodi rescriptis abutuntur, causas præsertim criminales, quarum relatio dicto Excellentiss. Ordini fieri deberet, ipsi expediunt, magno Justitiæ detrimento, & Nov. Const., & Regiorum Ordinum violatione, Senatus habita hujus contraventionis notitia.

Censuit nullas esse hujusmodi liberationes, vel condemnationes, in Judicesque corum auctores, animadvertendum, addita in posterum privationis Officii, vel suspensionis arbitrio Senatus, pœna his, qui specie hujusmodi rescriptorum, causas Senatui referendas, ausi fuerint definire, mandatque præsens Senatus Consultum redigi in actis Officiorum criminalium hujus Dominii. C. Antonius Belcredius.

Ordo, quod Notarii pecunias etiam pro Sportulis non recipiant à Partibus, sed à Thesaurariis.

MDCXLIII. Die 2. Decembris.

LIcet certum sit ex dispositione Ordinum Senatus, ut pecuniæ debitæ Judicibus, & Notariis in causis criminalibus persolvantur non ipsis, sed Thesaurariis, qui ad id deputantur per Senatum, cognitum tamen est, violata dictorum Ordinum observantia, Notarios persæpè exigere à partibus pecunias sibi debitas, & etiam Sportulas, cui morbo occurrere volens Senatus, simulque providere indemnitati partium, ne cum honoraria solvuntur alii, quam Thesaurario, qui normam servare tenetur, gravamen quandoque fiat partibus eas adigendo ad solvendum ultra quàm par est.

Hoc decreto inconcusse servando mandat, omnino Notarios hujus Dominii abstinere debere à recipiendis pecuniis etiam pro Sportulis à partibus, vel earum Procuratoribus, & Agentibus, sed eas dumtaxat recipere è manu Thesaurariorum, sub pœna privationis; & insuper teneri eosdem Notarios præstare fidejussionem de servandis Ordinibus in actis Prætorum in Civitatibus, & Locis insignibus, & respectu aliorum locorum apud Judicem Majoris Magistratus, sub pœna in Civitatibus, & Locis insignibus scutorum centum, & in aliis arbitrio Judicis Majoris Magistratus, Judicesque non permittere eos perseverare in munere, nisi paruerint huic edicto.

Augustinus Crescentinus.

Ordo,

1644

Ordo, ut Judices se informent de alienationibus factis in exteros intra quatuor milliaria.

Prætoribus Civitatum hujus Dominii.

MDCXLIV. Die xiv. Aprilis.

CUm in Senatu ageretur de concedenda dispensatione petita à Francisco Maria, & Eleonora Maria fratre, & sorore de Rovere Monferatensibus, capiendi possessionem bonorum sitorum in finibus hujus Dominii, ex causis allegatis, incidit sermo de alienationibus, quæ circumferuntur factæ à subditis nostris in alienigenas bonorum sitorum intrà quatuor milliaria propè fines, contra formam Nov. Const., & Ordinum, quarum specificam notitiam, & certitudinem habere plurimum interfit jurium Fisci nostri, quapropter freti, fide, & zelo vestro committimus, ut opportunas informationes sumatis an in finibus istius Provinciæ cum exteris, & intra quatuor milliaria secutæ sint aliquæ ejusmodi alienationes, vel alii contractus, quorum vigore alienigenæ occupent bona in hoc Dominio, vel cum dispensatione Senatus, vel sine, à quibus Notariis confecta sint instrumenta, & an exteri occupantes solvant onera Cameræ nostræ, bonaque occupata remaneant adhuc scripta in libro Æstimi, seu Catastri, in caput Subditorum nostrorum, vel exterorum; nosque certiores de omnibusquamprimum faciatis. Ut autem cumulatius jussioni satisfaciatis, excitabitis Syndicos istius Comitatus, & Villarum, ad vobis tradendam notulam omnium bonorum sitorum in eorum territoriis, à non subditis detentorum, & per quos solvantur onera, atquè sub cujus nomine illa scripta reperiantur in Catastro, indicendo etiam ad id pœnas pecuniarias, & corporales arbitrio nostro.

A N N O T.

ORdines in hac materia editi à Senatu Excell. superius enunciati sunt diei 13. Novembris 1604.

Ordo, quod Judices intra tres dies mittant notulam delinquentium, & eorum bonorum, ubi confiscationi locus esse possit.

MDCXLIV. Die xi. Augusti.

AUdito coram Senatu Egreg. D. Petro Paulo Ferrario Syndico Fiscali Generali, referente ea, quæ virtute Ordinis Magistratus Extraordinarii ad eum dati egit in Officio Prætorio Laudæ circa descriptiones bonorum faciendas in præjudicium delinquentium easque intrà certum tempus mittendas ad Referendarios Civitatum, seu ad eundem Magistratum, & re maturè perpensa.

Censuit Senatus monendos per edictum, tàm dictum Egr. Prætorem Laudæ, quàm cæteros omnes Jusdicentes hujus Status, ut sub pœna ipsi Ordini arbitraria intra tres dies post habitam scientiam hujus decreti respectu temporis cursi, & respectu futuri pariter intrà tres dies post sumpta indicia, ut unusquisque eorum mittat, Jusdicentes scilicet in Civitatibus, ad Referendarios, & Exactores earumdem, alii verò ad eundem Magistratum Extraord. notulam omnium delinquentium, quibus ob delictum pœnæ capitalis, & bonorum, modò contra eos adsint indicia sufficientia ad capturam, facienda sit eorundem bonorum descriptio, & nullo modo differant hujusmodi decreta descriptionum facere, & notulam transmittere ad formam Nov. Const., & Ordinum, & Magistratum, ac Fiscales Generales invigilare debere, an Ordines prædicti observentur, ut Contraventores omninò puniantur. C. Antonius Belcredius.

A N N O T.

FUit renovatus Ord. diei 13. Januarii 1684., 27 Novembris 1705., 13. Januarii 1708., 16. Maji 1709., 30. Julii 1710., 28. Januarii 1722., 20. Novembris 1728., 27. Augusti 1729.

Ordo, quod Senatores abstineant à voto in causis, in quibus votum tulerint, vel Advocati fuerint eorum Affines.

MDCXLV. Die nono Maji.

1645

CUm in Senatu Excellentiss. Mediolani deberent colligi vota super deffinitiva Prætoris Novariæ de Carolo Staffa Reo nonnullorum furtorum in præjudicium Ecclesiæ PP. Reformatorum S. Nazarii illius ditionis, in qua uti Advocatus Fiscalis No-

1645 variæ votum tulerat J. C. Clericeus Gener Magnif. D. Senatoris Bonetti, qui se retraxerat in partem, ut decideretur, an ipse posset intervenire, & votum ferre, collectisque superindè votis.

Censuit Senatus, abstinere debere, & inposterùm ita servari inviolabiliter à singulis Magnif. Patribus, quotiescunque agatur de causis, in quibus votum tulerint, vel Advocati fuerint eorum affines in gradu prohibito juxta Ordines Regios.

Augustinus Crescentinus.

A N N O T.

MAgnifici DD. Senatores abstinere debent à voto in causis, in quibus sit Advocatus Filius, vel Pater, Socer, Gener, Frater, aut Patruus ex Ord. Reg. diei 28. Maji 1604. *impres. inter Ord. Senatus.*

Si Gener Senatoris consuluit pro una parte litigantium, abstinere debet à voto, etiamsi non allegetur suspectus à parte contraria, ut decidit Senatus Excell. die 18. Junii 1616. in causa vertente inter Marchiones Estenses, & Comites Trivultios, ut refert Ruginell. *de Senatorib. glos. 6. cap. 19. sub nu. 222. versic. major pars.*

Magnus Fossatus.

Ordo de transmittenda singulo trimestri notula Carceratorum.

MDCXLV. Die xii. Decembris.

DIlectè noster. Complura condita sunt decreta de celeri expeditione causarum criminalium, & alia consulentia Justitiæ, & Carceratis ipsis; præsertim de transmittenda notula causarum pendentium, & Carceratorum ad Senatum, quorum observantia vel paulatim in aliquibus Officiis abolevit, vel non plenè executioni demandatur, cum non parvo ipsius Justitiæ, & Carceratorum detrimento. Vobis iccircò, prout & cæteris omnibus Dominii hujus nostri Jusdicentibus districtè mandamus, ut termino dierum quindecim ad manus subsignati Egr. Secretarii Provincialis transmittatis notulam Carceratorum in isto vestro Officio, cum expressione eorum nominum, cognominum, Patriæ, ætatis, causæ, & temporis carcerationis, querelantis, an sint miserabiles, pœnes quos Judices, & Notarios pendeant processus; idque etiam præstari, & observari volumus singulis trimestribus sub pœna suspensionis à munere, & alia graviori arbitrio Senatus, & ne hujus sanctionis memoria intercidat, sed perpetuò vigeat, volumus illam statim registrari inter cætera memorabilia istius Officii, & registrationis fidem ad eundem Secretarium transmitti; sic igitur exequamini.

Egr. Advocatos Fiscales esse in possessione facultatis sedendi in functionibus cum utroque Magistratu, Egr. vero Syndicos Fiscales esse in possessione sedendi cum Magistratu Extraordinario.

MDCXLVI. Die i. Junii.

1646 CEnsuit Senatus Egr. Syndicos Fiscales manutenendos esse in possessione sedendi in Subsellio Egr. Quæstorum Extraordinariorum; Advocatos vero Fiscales manutenendos esse in possessione facultatis sedendi utrobique, vel cum Quæstoribus Ordinariis, vel Extraordinariis, & hoc interim, salvis juribus partium in plenario possessorio.

C. Antonius Belcredius.

A N N O T.

OCcasione solemnitatis Divi Caroli Borromæi, cui Tribunalia intervenire solent, prætensionem promovit anno 1645. Illustrissimus Magistratus Extraord. Reddit., quod Egr. Advocati Fiscales, qui sedebant cum Illustriss. Magistratu Ordinar. Reddit., deberent inposterum alternatim sedere cum Egr. Syndicis Fiscalibus in Subsellio ipsius Magistratus Extraord., ne semper sedendo cum Magistratu Ordinario, dubitari contingeret, Advocatos Fiscales præcedere ipsi Magistratui Extraord.; habito autem ab utraque parte recursu ad Excellentiss. D. Gubernatorem, remissa fuit hæc controversia Senatui Excellentiss., ut super possessorio decideret, qui auditis partibus protulit hoc Senatusconsultum, quod approbatum fuit à Rege Hispaniarum ejus Diplomate diei 10. Septembris 1646. transmisso Senatui diei 2. Maji 1647., ut notat Benalia *relat. Istor. cap. 18. pag. 191.*

Magnus Fossatus.

Ordo, ut in editione gratiarum apponatur secuta prius confiscatione, vel condemnatione.

MDCXLVI. Die xxi. Novembris.

DUm in Excellentiss. Mediolani Senatu ageretur de casibus gratiarum, in quibus nulla dicitur secuta condemnatio, opportunum esse cognovit, ut posthac clausula

1647

clausula hujusmodi apponatur, secuta tamen prius confiscatione, vel condemnatione, quæ conveniat casui, ea propter.

Mandat is Ordo, Egr. Fiscales in subjiciendo votum ad hæc animadvertere debere, Egregiosque Secretarios curare, nè fiant minute approbationis, nisi extet fides secutæ condemnationis, secùs non subscribant.

Comes Majoragius.

Ordo contra percutientes Satellites in munere; & quod expensæ Cavalcatæ non exigantur quam ab inditiatis ad reatum.

Vicario Seprii.

Dilectè noster. Viso responso vestro ad supplicata per Carolum Lavaneam conquerentem de indebita executione jussu Fiscalis vestri facta in suis bobus aratoriis pro delicto Octavii Fratris, qui pugnis, & pedibus graviter percussit Paulum Batechium publicum Famulum nonagenarium ob inthimatam denuntiam finitæ locationis Familiæ prædicti Caroli ad instantiam prædicti Belusclii; dicimus vobis factum prædictum exemplari provisione dignum esse; & propterea probato accessu ad informationes sumendas, volumus, ut exigatis expensas Cavalchatæ ab iis, contra quos inditia ad reatum, seu libellum Inquisitionis resultant, in quo benè advertatis, ne aliquem indebitè gravetis, & perfectis perficiendis referentis referenda. Mediolani viii. Julii MDCXLVII.

Ordo, quod Judices non admittant rescripta per partes præsentanda, nisi sint expedita à Cancellaria.

MDCXLVII. Die xxx. Octobris.

Audiens Excellentiss. Mediolani Senatus plerosque Judices, viso solummodo decreto, quod à Magnif. Patribus, vel Ill. Præside solet domi fieri, illud consuevisse exequi perindè, ac si ex Cancellaria ipsius Ordinis omninò esset expeditum contra veterem praxim, & Ordines ipsius Cancellariæ.

Mandat is Ordo omnibus Jusdicentibus, ut in posterum nullam habeant rationem rescriptorum per partes præsentandorum, nisi fuerint à Cancellaria in forma solita expedita, quo requisito deficiente, ex nunc nulla declarantur.

Jac. Ivagnes.

A N N O T.

Renovatus fuit Ord. diei 23. Januar. 1664., 4. Martii 1665., 1. Martii 1675, & 6. Novemb. 1716.

Ordo, quod Feudatarii proponant Senatui tres idoneos pro eligendis Syndicatoribus Prætorum Feudalium.

MDCXLVII. Die xxviii. Novembris.

Etsi Senatusconsulto diei 3. Aprilis 1642. præscriptum sit Feudatariis hujus Dominii, ut per totum mensem Decembris exeuntium biennorum, ad exemplum Syndicatorum Majoris Magistratus, ipsi quoque syndicari faciant suos Jusdicentes, & ad id proponant tres idoneos de more, ut à Senatu fieri possit electio Syndicatorum intra dictum mensem, &, ea non reportata, electionem à Senatu faciendam fore; Senatusconsulti observantiam cognitum est à plerisque Feudatariis negligi, non sine justitiæ detrimento, cui malo occurrere volens Amplissimus Ordo.

Mandat, ut omninò Feudatarii quicumque pareant, secus intelligant, electionem ipsam omninò à Senatu faciendam.

Philippus Meda.

A N N O T.

Negligentibus Feudatariis proponere personas idoneas pro eligendo Syndicatore Prætoris Feudalis, electio fit à Senatu, ut firmat etiam Lagunez *de Fruct. lib. part. 1. cap. 16. nu. 124.*, & ita servatum fuit à Senatu nostro Excellentissimo in casu Prætoris Colli die 10. Octobris 1670. referente Magnif. D. Senatore Stampa, & aliquando deputatos fuisse Syndicatores Feudales à Prætoribus Civitatum Dominantium, nempe ex Decreto Senatus diei 2. Martii 1662. proponente Magnif. D. Senatore Aresio, notat Garr. *de Majori, & Minori Magistratu lib. 2. quæst. 7. sub nu. 20*

Auditores feudales eligi nequeunt in Syndicatores Gatt. *ubi supra nu. 19.* ubi notat sic etiam declarasse Senatum die 13. Januarii anno 1654. *Magnus Fossatus.*

Ordo pro observantia Taxæ Mercedis debitæ actorum Magistris, & eorum Coadjutoribus.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilecti nostri. Ex processu offensivo adversus Franciscum Passeram Notarium Actuarium rerum civilium in Prætorio hujus Civitatis per Spectabiles Senatores Bonettum, & del Rio Delegatos instructo, abundè constitit taxam Sportularum, & mer-

1647 & mercedem debitam hujusmodi actorum Magistris, eorumque Coadjutoribus, expositam ad Tribunalia fori hujus Mediolanensis non retineri, Ordines violando in grave detrimentum Justitiæ, & litigantium, ex quo ortum sumpserunt, & invaluerunt excessus ipsius Taxæ, & inobservantia complurium provisionum tàm à Senatu, quàm ab Abbatibus antecessoribus conditarum, ad tollenda gravamina contrahentium ad Judices, & Tribunalia. Sancitum proindè est in Senatu, ut Taxa ipsa, & Ordines ab ipsomet Senatu approbat. die secunda Octobris 1573. omninò serventur inconcussè, & ad id impressi (pro ut sub Abbatibus Terzagho, & Pisano, tum Orrigono, & Picurro factum fuisse in specie compertum est) in patenti tametsi longa tabula exponantur, & expositi semper retineantur ad singula Tribunalia ordinariorum Jusdicentium, ad quæ vestra ex ipsis Ordinibus se extendit jurisdictio. Volentes ut cumulatius satisfiat litigantibus litterarum latinarum ignaris, & idiotis ut eodem modo exposita habeatur taxa ipsarum sportularum vulgari sermone concepta, prout legitur in Instrumento venditionis bancarum factæ per Cameram nostram die 13. Martii 1582., quæ concordare visa est cum versione latina superius recensita sub pœnis alias indictis ipsis Actuariis, & Coadjutoribus, & alia majori etiam corporali arbitrio nostro imponenda, non obtemperantibus, vel quovis modo negligentibus. Quoniam autem experientia docuit desiderato Taxæ hujus, & Ordinum fructu rempublicam plerumque frustrari ex incuria eorum, quorum fidei, & vigilantiæ commissa est illorum custodia, & observantia vobis districtè committimus, prout, & successoribus vestris rationem Deo, & nobis reddituris, ut cumulatè muneri vestro satisfaciatis, & post habito quocunque humano respectu, quotiescunque proferentur querelæ adversus Actuarios, vel eorum subordinatos Officiarios, eas audiatis, & benignè, & patienter, indemnitatique gravatorum opportunè consuletis, coercendo, puniendo, ac condemnando ministros gravamina inferentes, & Ordinum contraventores, ità ut in actis redigantur faciendæ provisiones, neque partes, & ministri ità dimittantur (quod ægrè sanè percepimus factum sæpè numero) ut ex se ad compositionem deveniant, tùm admissa aliqua excusatione prætextu consuetudinis Styli, modicitatis taxæ, & diversitatis temporum, vel alia simili, quæ vel per ipsos Conductores, vel Dominos bancarum allegetur. Quæ omnia Senatus, tanquàm abusus, & corruptelas damnavit; Quod si in aliquo ope Senatus egebitis, illam promptam habituri implorabitis. Mediolani die xiv. Decembris MDCXLVII. Philippus Meda.

Ordo, ne asportentur Codices regestrorum è Cancellaria, neque edantur acta Senatus sine ejusdem licentia in scriptis.

MDCXLVIII. Die xxx. Martii.

1648 Ut evitentur inconvenientia, quæ sequuntur ex facilitate asportandi è Cancellaria Codices regestorum, edendique acta præsertim casuum exemplarium, prohibet expressè Senatus Excellentissimus sub pœna ipsi Ordini arbitraria pro casuum, & personarum qualitate, ne posthac asportentur dicti Codices, sed ii sub clavi asserventur per Secretarios hebdomadarios retinenda, neque edantur, aut ulla videndi copia fiat actorum Senatus, extra ea, quæ in litibus agitantur, & ad instantiam partium, tunc in judicio contendentium facta sunt, nisi habita in scriptis Senatus licentia. Quod Senatusconsultum impressum, & affixum in Cancellaria omnibus inspiciendum pateat.

Philippus Meda.

ANNOT.

Renovatus fuit Ordine diei 19. Septembris 1652.

Ordo, quod Judices intra decem dies referant Senatui gesta per Syndicatores.

MDCXLVIII. Die xxiii. Aprilis.

Conditis jamdiu Ordinibus aptè satis præscriptum remanet, quid à Syndicatoribus servandum sit, non ad inquirendum in aliorum gesta solùm, sed ad justitiam rectè ab ipsis pro delati sibi muneris tempore administrandam; Prætoribusq; demandatum, ut de gestis Syndicatorum, statuto tempore, Senatui referant. Observantiam horum desiderat Excellentiss. Senatus; Ut etenim, & Ordinum observantiæ, & justitiæ, ac subditis consultum remanere possit.

Mandat is Ordo omnibus hujus Dominii Jusdicentibus, ut, termino decem dierum, quisque eidem gesta per Syndicatores circà expeditiones causarum, rescribat, ut transgressores animadversione condigna minimè expertes relinquantur. Varisius.

Ordo,

Ordo, quod Mandantes, & Mandatarii frui nequeant beneficio liberationis bannitorum concessæ à Proclamatibus. 1648

MDCXLVIII. Die quinto Junii.

COmpertum est nonnullos Mandantes, itemque Mandatarios, quamvis in Proclamatibus, quæ pro liberatione bannitorum ab Excell. Moderatoribus superiorum temporum editis eorum casus omninò exclusi intelligantur, ipsorum tamen virtute, quasi in eis clarè includerentur, gratiam delicti adeo detestabilis per hujusmodi liberationes petere, & quandoque eam obtinuisse, prætextu quòd derogatio dictorum Proclamatum pendeat ab arbitrio Suæ Excell., à qua ipsam derogationem subripuerunt, in justitiæ detrimentum, propterea Excellentiss. Mediolani Senatus hoc edicto inconcussè servando.

Mandat Egregiis Fiscalibus, ut inposterum hujusmodi petitiones præcisè rejiciant in similibus præsentationibus bannitorum, & declarat eorundem liberationem aliter admissam nequicquam valere, perinde ac si non fuisset obtenta.

Augustinus Crescentinus.

Ordo præscribens tempus præsentandi relationes status condemnationum petentibus admitti ad novas defensiones.

MDCXLVIII. Die xxii. Junii.

CUm animadverterit Senatus, plerumque petentes admitti ad novas defensiones adversùs condemnationes contumaciales, post impetratas litteras jubentes Jusdicenti, qui condemnavit, rescribi statum condemnationis, differre ipsius præsentationem, etiam post lapsum duorum annorum à die condemnationis, in magnum Justitiæ, & Fisci præjudicium.

Idem Senatus hoc præcipuo Ordine inconcussè servando, mandat, posthàc relationes status condemnationum præsentari debere eidem Senatui, antè lapsum biennii à die condemnationis, vel anni, ubi agatur de condemnatione pecuniaria, & opportunas instantias fieri debere, ut præstari possint defensiones intrà dictum terminum, secùs eo elapso, nullam hujusmodi petitionum habendam rationem.

Jac. Ivagnes.

Ordo, ne edantur exempla Sententiarum, nisi prius, solutis salario, & sportulis, sint subscripta à Secretario, & sigillata.

MDCXLVIII. Die xvii. Septembris.

ACto in Excellentiss. Senatu de gliscente abusu eorum, qui post obtentas decisiones civilium causarum, ad subterfugiendam solutionem sportularum juxtà taxam per Thesaurarium Senatus exigendarum ultra salarium, non curant reportare exemplum decisionis, seu sententiæ cum sigillo, & Secretarii de ea rogati subscriptione juxta Ordines, & antiquissimam semper servatam praxim, sed utuntur simplicibus copiis, quas ab Exemplificatoribus originalium impetrant.

Sancitum est, ut Thesaurarius eodem contextu exigendi salarii exigat etiam sportulas juxtà taxam, & quando pulsantur morosi in solvendis salariis, pulsandos etiam pro importantia sportularum. Exemplificatores verò prohibiti sint tradere partibus exempla decisionum, quæ prius non sint à Secretario subscripta, & sigillata, sub pœna Senatui arbitraria.

Augustinus Crescentinus.

Declaratio Senatus, quod Ostiariis Magistratus Extraord. competat privilegium obsignare faciendi Domos pro eorum habitatione.

MDCXLVIII. Die vii. Octobris.

FActo verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per Magnif. Senatorem Bonettum de præsentatione litterarum datarum per ipsum Ordinem super supplici libello Marci Draghetti Ostiarii Magistratus Reddit. Extraord. Status Mediol. Excellentiss. Gubernatori porrecto, & per eum ad Senatum remisso, in quo petiit ejus indemnitati provideri pro observantia privilegii sui, cujus vigore possit partem domus Ven. Hospitalis Majoris Mediolani, quam uti Regius Officialis obsignare fecit, inhabitare, quamvis Stephanus Blancus, & frater in eadem habitantes totam domum à dicto Hospitali conduxerint, & relatis per dictum Magnificum Senatorem, qui coram se partes habuit, gestis per eum pro executione dictarum litterarum Senatus, factaque mentione jurium, tàm per dictum Ostiarium, quàm per memoratos Blancos exhibitorum.

Censuit

1649 Censuit is Ordo, dicto Draghetto Ostiario competere privilegium retinendi, & habitandi partem domus, quam nunc habet, & obsignare fecit.

Subscr. C. Antonius Belcredius, & sigill. &c.

ANNOT.

HOc privilegium competere Ostiariis Tribunalium declaratum fuit etiam in Proclamate Excell. Gubernatoris Comitis Colloredi diei 30. Augusti 1721.

Magnus Fossatus.

Ordo, ne Judices Ordinarii Mediolani se ingerant in causis onerum, perticatuum, & taxarum, quarum cognitio spectat ad Vicarium, & Duodecim Provisionis.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

AGentes Civitatis nostræ Mediolani obtulerunt Magnifico Senatus nostri Præsidi supplicem libellum, exempli sequentis videlicet.

Illustrissimo Signore.

NIuna cosa vien resa nella strettezza de' presenti tempi più difficile, quanto la scossa delle imposte dei Perticati, e delle Tasse, che questa Città suole imporre; nè cosa alcuna viene con più instanza comandata da' Signori Ministri Regj, o prescritta più precisamente dalla esaustezza, e dall' impegno della Città quanto l'istessa scossa. Nella quale essendo gli Signori Vicario, e i Dodici di Provvisione, ed i Conservatori del Patrimonio, Giudici particolari privativamente ad ogni altro, con ragione devono essi sollecitare la scossa, e conoscere le differenze, che nascono.

E perchè gli Signori Giudici Ordinarj, e particolarmente il Sig. Podestà di Milano essendosi introdotto in due, o tre casi simili, non solo ha usurpato la giurisdizione altrui, ma intorbidato dette scosse con l'esempio pessimo di admettere il ricorso a'Giudici incompetenti, hanno pensato gli Agenti della stessa Città d'implorare dalla sovrana autorità di V. S. Illustrissima l'opportuno rimedio, supplicandola a degnarsi d'ordinare generalmente a' Signori Giudici Ordinarj, e particolarmente al Sig. Podestà, che non s'ingeriscano per niuna maniera nelle cause dipendenti da tali scosse pubbliche, e che levino la mano da ogni molestia verso i Commissarj, se alcuna avanti di loro resta intentata, rimettendola a' detti Signori Vicario, Dodici, e Conservatori in tal materia Giudici competenti; il che ec.

Quo viso, per has nostras mandamus omnibus Judicibus nostris Ordinariis, & Prætori nostro hujos Civitatis, ut nullo modo se ingerant in causis dependentibus ab hujusmodi exactionibus publicis, abstinendo ab omni molestia contra Commissarios, ubi aliqua coram eis mota fuerit, remittendo illam ad dictos Vicarium, Duodecim, & Conservatores in hac materia Judices competentes. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die octavo Februarii MDCXLIX.

Comes Majoragius.

Ordines pro Cancellaria conditos esse servandos.

MDCXLIX. Die i. Martii.

COgnovit Excell. Mediolani Senatus Ordines Cancellariæ veteres, & recentes sensim abire in desuetudinem contra rectam, & providam sancientium mentem, & in detrimentum Reipublicæ, ac privatorum. Excitantur proinde omnes Cancellariæ Officiarii ad reasumendum pristinam Ordinum custodiam, qui potissimum pertinent ad minutas; ut in consuetis registris scribantur; Thesaurario consignentur, & nn per alias manus transeant, quam dispositum est, ita ut & secretum, & Sportularum solutio suum effectum sortiantur. Contraventores, si qui fuerint, sciant se in dictas pœnas irremissibiliter luituros.

Ordo, quod Judices post formatas Inquisitiones contra Contumaces statim deveniant ad condemnationem.

MDCL. Die secundo Aprilis.

ACto in Senatu de Jusdicentibus, qui, formatis Inquisitionibus contrà Delinquentes, nimis diù differunt proferre super eis sententias contrà contumaces.

Censuit is Ordo, injungendum, prout injungit singulis Jusdicentibus, ut statim super Inquisitionibus per eos formatis, contrà Contumaces ad condemnationem deveniant, sub pœna privationis jurisdictionis in causis protelatis, ultrà bimestre à die Inquisitionis formatæ, ipsis Judicibus, Notariis verò incumbentibus hujusmodi processibus suspensionis à munere, arbitrio Senatus,

Jac. Ivagnes.

1650

Ordo circa condemnationes contumaciales faciendas ex causa delationis Rotatorum breviorum.

MDCL. Die v. Aprilis.

QUamvis Excellentissimus hujus Status Mediolanensis Gubernator invigilans scandalorum periculo, & subditorum quieti, renovato Proclamate contrà deferentes arma rotata, & eis abutentes, quoad caput delationis sclopulorum breviorum indixerit bonorum confiscationem; cum tamen animadverterit non posse in genere aptari, & hujusmodi caput reservandum arbitrio, remittendumque prudentiæ Excellentiss. Senatus, ut juxtà casuum, & personarum qualitatem servari possit.

Mandat is Ordo omnibus, & singulis Jusdicentibus hujus Provinciæ, ut in condemnationibus contumacialibus causa delationis rotatorum breviorum idem servent, quod antè publicationem memorati Edicti servabatur. Carolus Antonius Belcredius.

Ordo, ne Prætores Feudales se ingerant in viis Regiis.

MDCL. Die xv. Junii.

REIatis: juxta distinctionem in decreto Magistratus, & Voti Egr. Fiscalis dictum fuit, Judices Feudatarii se ingerere non debere in viis Regiis; idque in similibus servandum esse, donec aliter fuerit judicatum, citato semper Judice Stratarum, qui de hac declaratione statim moneatur.

A N N O T.

ISte Ordo respicit solum refectiones Stratarum juxta dispositionem Nov. Constit. *in tit. de viis public. muniend.*, non verò cognitionem criminum commissorum in viis regiis existentibus intra confines feudales, quam spectare Prætoribus feudalibus probat Gatt. *de Majori, & Minori Magistr. lib. 2. quæst. 24.*, & declaravit Excellentissimus Senatus in Ord. diei 6. Julii 1720. *Magnus Fossatus.*

Ordo pro exactione Sportularum.

Præses, & Senatus Regius Provinciæ Mediolanensis.

QUamvis clara sit dispositio repetitorum Ordinum per nos conditorum ad executionem litterarum Regiarum imponentium exactionem duplicatarum in criminalibus Sportularum, in causam aucti stipendii nostri, ut Thesaurarii, Actuarii, vel alii quilibet Exactores constituti mittant ad Thesaurarium Cancellariæ nostræ exactas Sportulas in fine singulorum trimestrium, istique Exactores ex Senatus benignitate non semel moniti fuerint, & excitati ad partes suas implendum; nihilominus plerique officii desides non sine contumaciæ nota comperiuntur debitores de summis non modicis, itaut necessario cogamur efficacia adhibere remedia, ut Ordinibus obtemperent. Perspecto igitur freti obsequio, experientia, & fide Hieronymi Peroni jam super hac materia Delegati, eum tenore præsentium eligimus, & deputamus, ac mandamus, ut omnibus posthabitis accedat ad Civitates Derthonæ, Alexandriæ, Oppida, ac Pagos illarum Territoriorum, ubi Thesaurarii, Actuarii, & alii Exactores prædicti morosi debitores ex causa Sportularum degunt, scripti in notula ei tradenda, omnesque, & singulos, ac eorum fidejussores omnibus promptioribus juris remediis, etiam per personalem detentionem, & pignorum capiendorum licitationem cogant ad promptè, & præsenti pecunia solvendum in manibus ipsius Delegati quidquid comperierit per eos deberi. Ut autem de vera, & certa debiti summa liquidò ipsi Delegato constare possit, & promptum habeat satellitium ad executionem mandatorum, ei concedimus omnimodam facultatem, & auctoritatem sibi tradi faciendi libros ipsos criminales, & exactionum Sportularum à quocunque Jusdicente, Notario, Thesaurario, & Exactore, ac utendi opera cujusvis Baricelli sibi benevisi, ope præceptorum pœnalium Senatus arbitrio, etiam sistere faciendi in Officio Regii Capitanei Justitiæ hujus Civitatis, ut statim remota quacunque exceptione, vel excusatione, pareant, tam in traditione librorum, quam in reali, & effectuali solutione totius debiti, & respectu Satellitum, ut sine ullo personarum respectu mandata exequantur. Cæterum pecuniarum ab eo exigendarum parcellas singulas in peculiari libro annotet distinctè, & fideliter, exindè Thesaurario nostro dum primum redierit, erogandas, prout de eo confidimus; decernimus denique exactionem hanc per antescriptum Delegatum faciendam expensis ipsorum debitorum in pœna eorum contumaciæ. Mediolani die xiv. Decembris MDCL.

Signat. Philippus Meda, & sigillat. &c.

1631 *Ordini per le Regie Scuole di Pavia.*

DEsiderando l'Eccellentissimo Senato di Milano, che lo Studio pubblico di Pavia, instituito per Seminario di virtù, nel quale in ogni età sono fioriti Uomini esemplari per dottrina, ed integrità di vita, si vadi aumentando con universal quiete, e buona disciplina, nè siano li Scuolari ben' inclinati, e desiderosi di far profitto disturbati, comanda, che si pubblichino gl'infrascritti Ordini, cioè

Che niun Suddito di questo Dominio di qualsivoglia stato, grado, e condizione ardisca andare ad altro Studio, che quello di Pavia, e se alcuno vi fosse andato, se ne parta subito, e si riduca a Pavia sotto le pene contenute nelle Nuove Costituzioni, Gride, ed Ordini altre volte pubblicati, cioè, della disgrazia di S. M., e di scudi quattrocento, d'esser ipso facto applicati al Fisco Regio, se il Contraventore sarà di sua libertà, ma se sarà in potere altrui, non solo esso tale incorrerà nelle sudette pene, ma anco quella persona, che l'averà in suo potere, e governo incorrerà nella pena di ducento scudi d'esser ipso facto applicata al Fisco, ed alla medesima pena saranno tenuti quelli, che piglieranno la laurea Dottorale in altra Università, che in quella di Pavia. Per rispetto poi di quelli, che dal giorno presente addietro hanno contravenuto agli Editti altre volte pubblicati, comanda espressamente il Senato non solo al Podestà di Pavia, ma a tutti gli altri delle Città, e Luoghi più insigni di tutto lo Stato, che subito piglino informazione di quei Scuolari sottoposti alla loro respettiva giurisdizione, che si trovaranno esser andati ad altre Università, che quella di Pavia o a studiare, o abbino preso la laurea Dottorale, e facciano relazione al Senato, per poterli castigare, e col loro esempio levar questo abuso perniciosо allo Studio di Pavia, ed al ben pubblico, nè si admetterà scusa alcuna, ma si procederà irremissibilmente alle pene predette senza rispetto alcuno.

Avvertendo insieme, che al Dottorato, e poi al Collegio non sarà ammesso alcuno, il quale abbi studiato altrove, che in Pavia, come già è stato ordinato.

In oltre niuno sarà scusato, il quale sia andato ad alcune Città fuori di questo Stato, ove siano Scuole pubbliche, con dire non essere andato a studiare, ma per altri esercizj, perchè tal scusa non se gli ammetterà non solo per evitar la pena in questo bando imposta, ma ancora al tempo, che vorrà addottorarsi. Nè se gli admetterà la prova per testimonj del tempo, che averà studiato in Pavia, perchè oltre detti testimonj, e prove, bisugnerà che consti per la matricula del libro de' Scuolari di Pavia del tempo, che ha militato in dette Scuole, e l'una prova senza l'altra non s'averà in confidetazione, nè in modo alcuno s'averà d'admettere al Dottorato, sotto pena ancora a quelli Dottori, che gli ammetteranno al Dottorato, arbitraria al Senato, oltre che quelli tali non saranno ammessi ad alcuno Officio di giustizia, anzi esercendo loro il Dottorato saranno puniti all' arbitrio del Senato.

Di più s'avverte, che non basterà alli Scuolari farsi matricolare una volta sola, perchè puonno far questo, e poi andarsene dove li pare, e può anche in ciò farsi fraude dalli Bidelli; perchè dopo aversi fatto matriculare con esprimere il nome, cognome, Padre, patria, ed abitazione tolta in Pavia, converrà, che d'anno in anno ne facciano far nota al libro della matricula, quando vengono allo Studio nella forma come sopra, acciò possa apparire della continuazione dello studio, e del tempo, che averanno studiato in Pavia, conforme alla mente del Senato, altrimente non gli servirà la prova della matricula, nè saranno ammessi al Dottorato, e perchè il tutto passi senza fraude si è comandato alli Bidelli, che di tutti li Matriculati, e che di tempo in tempo si matricularanno, diano nota subito al Sig. Podestà di Pavia, il quale in un libro a ciò destinaro farà descrivere tutti gli annotati nel libro della matricula delli Bidelli, per far ancora le sue diligenze, come le farà esattissimamente, a fine di giustificare, se quel tal Scuolare matriculato farà veramente, o nò allo Studio.

Non s'ammetterà Scuolare alcuno al Dottorato, se prima non averà riportata fede dal Notaro del Maleficio della detta Città di Pavia, che non abbi avuto, nè tenga alcuna imputazione di delazione di schioppo da ruota, nè di spupillazione, nè di essersi opposto, nè d'aver fatto alcun insulto al Barigello della Citta, o suoi Fanti, e questo oltre le altre pene già imposte per simili delitti, e si assicuri ogn'uno, che tutto sarà inviolabilmente osservato.

E perchè l'esperienza ha dimostrato, che per l'abuso delle spupillazioni, sotto colore de' quali si concutono gli Studenti in somme grosse, ed eccessive di danari, e donativi (e non solo essi, ma li parenti, amici, ed altri, se a caso alcun di loro una volta entra nelle Scuole per vederle solamente, e non per applicarsi a' studj, ed anco li Scuolari oltramontani immuni, e privilegiati) ne seguono disordini, e molti Padri di famiglia restano di mandare li figlj a' detti Studj, cosa che apporta danno, e discredito grande all'Università, perciò in conformità delle Gride passate si divietano affatto dette spupillazioni sotto pena corporale, anco di galera all'arbitrio del Senato,

nato, a chi contraverrà, e non solo li contraventori, ma ancora li sospetti solamente di tal spupillazione si scacciaranno dalla Città, e si procederà anco alle pene sudette per informazioni segrete.

Si proibisce parimente alli Consiglieri dare alli pupilli, o altri Scuolari certa scrittura, che dimandano privilegio, quale s'intende esser totalmente contra li buoni costomi, sotto le medesime pene, nelle quali incorreranno parimente quelli, che la riceveranno, e si procederà contro li trasgressori anco per informazioni segrete come sopra.

Ultimamente comanda, che il giorno dedicato a Santa Catterina Avvocata, e Protettrice de' Studenti, ogn'uno d'essi celebri quella Santa Festa con divozione, come si deve ad una sì sublime Avvocata, nè si lasci in modo alcuno ridurre a fare insolenze, disonestà, portar via robbe, e merci da botteghe, e fondachi senza il dovuto pagamento, come s'intende esser seguito qualche volta con scandalo di tutta la Città, sotto pena corporale arbitraria al Senato come sopra, conforme la qualità delle persone, ed eccessi.

Ed acciocchè si possano più facilmente scoprire, e punire li trasgressori, concede il Senato facoltà a tutti di notificar qualunque trasgressore tanto per il passato, come per l'avvenire, promettendo a quelli, che notificaranno la terza parte di tutto quello, che per questo entrarà io Camera, e sarà tenuto segreto, volendo.

Ed acciocchè siano questi Ordini inviolabilmente osservati, si comanda a tutti li Podestà, ed Officiali di Giustizia dello Stato di Milano, che subito gli facciano pubblicare nelli soliti luoghi, e ciascun' anno gli facciano di nuovo pubblicare, e che oel termine di quaranta giorni utili dal giorno, che si cominciarà il processo, abbino di perficerlo, e riferirlo in Senato, altrimente ex nunc prout ex tunc il Senato li sospende dall'Officio per il tempo, che gli parerà, nè se gli ammetterà scusa alcuna. Non vuole però, che venghino ad alcuna condannazione, nè assoluzione inconsulto Senatu. Dat. in Milano adì primo Marzo 1651.

Philippus Meda.

A N N O T.

RΕnovati fuerunt Ord. anni 1661.

Confirmatio Ordinis, quod Protectores Carceratorum alloqui possint quoscunque Reos detentos.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolaoi Dux Ill. &c.

PRotectores Carceratorum Mediolani nobis dederunt preces cum Ordine typis cusso, quæ omnia sunt exempli hujusmodi, videlicet.

P. R. Circumscripta fuerat Protectoribus Carceratorum ab Egr. Capitaneo Justitiæ anno 1642. libertas alloquendi Reis strictiori in carcere detentis, dum eorundem libertati patrocinabantur; Undè qui alias deffensores extiterant, tunc Protectorum curæ, & sollicitudinis indigebant, quam motus à justitia causæ præstitit Senatus Excellentissimus cum plenitudine potestatis, mandans cuilibet Judici, ne inposterum Protectoribus dirimant auctoritatem adeundi omnes Carceratos, nullis casibus exceptis, ut patet in occluso Ordine; verum com nuperrimè Sopplicantibus fidiss. M. V. ser. fit hæc interdicta ab Egr. Capitaneo, & Vicario Justitiæ, quam hocusque praxis illibatam servavit, denuò recurrunt ad M. V., suppliciter exorantes, ut dignetur mandare, tùm Egreg. Capitaneo, & Vicario Justitiæ, tùm etiam omnibus Jusdicentibus, ut desistant à molestia, nec quid inposterum innovent in præjuditium dictorum Sopplicantium, sed servent Ordinem M. V. hic inclusum, serventque curent absque ulteriori reclamatione, ut speratur &c.

MDCXLII. die viii. Augusti. Propositis coram Excellentiss. Mediolani Senatu precibus Collegii Jurisconsultorum Collegiatorum hujus Civitatis, tenoris sequentis, videlicet.

P. R. Dum publicæ utilitati M. V. existimat consuluisse decreto illo sub die sexto Novembris 1641. habito, quo jussit, Protectores statim reassumere, & obire debere monus suum, & inposterum minus ægrè ferre debere, si quandoque Egr. Capitaneus pro casuum qualitate existimaverit neminem, nec eosdem Protectores cum dictis Carceratis colloqui, istudque servandum arbitrio dicti Egregii Capitanei, & aliorum Judicum, quo usitos scit Senatus, nisi in casibus, in quibus è re justitiæ esse cognoverint. Dum inquam M.V. existimat publicæ consuluisse utilitati; Ecce qood jam Collegium agnoscit ex eo privatorum commodum pati detrimentum: si quidem jam illius decreti sanctio, non dicam ab omnibus præsentibus Judicibus, sed quidem à nonnullis, & quod caput est à Notariis, quin etiam à carcerum Custodibus extenditur ad omnes casus, itaut antequam illorum sequatur visitatio, trina requiratur venia, Judicis nempè, Notarii, & Custodis; Undè licet pietatis meritum huic incommodo suscipiat incrementum,

1651 attamen publica, & privata utilitas recipit decrementum; præterquamquod absentia Judicum à Civitate, quæ per sæpè accidit, & efficit, ut miserrimi homines dum detinentur in custodiam, langueant diù in pudore, squallore, ac sordibus strictiorum carcerum, & ni pietas, & vigilantia Protectorum ipsis suffragaretur, impietas, & avaritia nonnullorum ad æternitatem, ut ità dicam, protenderet causarum exitum: Hæc, & alia jam aliàs M. V. enunciata, coguntur hujus Civitatis J. C. C. ad M. V. iterum confugere; Humiliter exorando, quatenus velit sanctissima sanctione consulere huic absurdo, ut Protectores præsertim nostri Collegii, qui tanta pietate, tantoque incommodo huic muneri adeò Reipublicæ utili, ac necessario inservient, possint tanti laboris hoc præmium consequi justitiæ. Declaret idem Ordo non fuisse allegatam ordinationem, quià de Protectoribus diffideret, sed ut tolleret querelas eorum, qui judicia contra Carceratos prosequuntur, & proindè permittit, ut iidem Protectores etiam in dictis casibus exceptis, una cum Notario causarum, & in ejus absentia, cum uno ex Actuariis omnes Carceratos adire possint.

Signat. Jacobus Ivagnes.

QUIBUS coram Senatu nostro lectis, harum serie ex ejusdem Ordinis sententia decernimus servandum esse memoratum Ordinem ut supra recensitum; mandantes propterea Egr. nostro Capitaneo Justitiæ, ejus Vicario, ac cæteris Jusdicentibus, ut ità exequantur. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xi. Aprilis MDCLI.

C. Antonius Belcredius.

Ordo, ut Judices statim referant causas detentorum ob delationem rotatorum brevis mensuræ.

MDCLII. Die xi. Aprilis.

1652 CUm actum fuerit in Senatu de erogando præmio, juxta Proclamatum dispositionem, Baricello Prætorio hujus Civitatis, ob detentum in ea quendam sclopulo rotato armatum, animadvertit is Ordo, nonnullos esse detentos ob similes delationes, ad quorum expeditionem deveniri omnino volens.

Mandat omnibus Judicibus Regiis, ut causas detentorum occasione rotatorum brevioris mensuræ statim referant intra terminum à Proclamatibus præscriptum, nec aliam jussionem expectent.

C. Antonius Belcredius.

Ordo, ut Ordinationes criminales scribantur in libris processuum.

MDCLII. Die xi. Maji.

UT occurratur frequentibus abusibus, qui in Officiis Maleficiorum in dies oriuntur.

Censuit Senatus, edendum Senatus Consultum, quo caveatur, inposterum quaslibet Ordinationes criminales scribendas esse in libris processuum, nec Judices eis subscribere debere, nisi in ipsismet libris, in quibus etiam de Sportularum solutione constet, fuerint registratæ sub pœna ipsis Judicibus Senatui arbitraria, & Notariis suspensionis à munere, duraturæ arbitrio ejusdem Ordinis, hocque decretum imprimendum fore, & affigendum in omnibus Officiis Maleficiorum, ac Cancellariis tàm præsentis Civitatis, quàm hujus Dominii, ne ullus aliquam prætendere valeat ignorantiam. J. B. de Laude.

A N N O T.

FUit per extensum rennovatus in Ord. diei 27. Novembris 1702.

Ordo, quod in Proclamate prohibente delationem armorum non comprehendantur Officiales actu inservientes S. E., & habentes ab eo litteras patentes.

Judicibus Mediolanensis Dominii.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

DIlectè noster. Prætor Comi consuluit Magnificum Senatus nostri Præsidem, an in Proclamate armorum comprehendantur Officiales, & præsertim ii, qui actualiter inserviunt. Difficultas hæc in Ordine nostro fuit proposita, qui opportunum duxit, Ill. L. T. nostrum superinde consulere, prout fecit. Cùm autem edixerit, à Proclamate eximendos Officiales, qui ab eo litteras patentes habent, actu tamen inservientes, hac adjecta lege, quòd sclopis oblongis, & mediocribus præfixæ mensuræ, in itinere tantùm, & in eorum jurisdictionibus muniti incedere possint; Proinde

de vos monitos esse volumus, injungentes, ut contra alios, etiam officio inservientes, & potissimum contra scriptores ità procedatis pro hujusmodi delationibus, ut abusus nimis latè serpens omnino tollatur. 1652
Mediolani die primo Julii MDCLII.

Joannes Baptista de Laude.

Ordo circa dispensationes pro relevandis pecuniis à Banco Sancti Ambrosii, vel ex alio loco.

MDCLII. Die xviii. Septembris.

EX Senatus Excellentiss. Mediolani consulto; quando inposterum agetur de relevandis pecuniis ex Banco Sancti Ambrosii, vel ex alio loco, quæ subjaceant fideicommisso, non subscribantur dispensationes, licet dicatur, quod cedant in causam legitimæ, nisi sumptis prius informationibus, & inthimatis precibus vocatis in fideicommisso ipso.

Augustinus Crescentinus.

Ordo, ne Custos Archivii Senatus acta edat sine licentia in scriptis Illust. D. Præsidis.

MDCLII. Die xix. Septembris.

CUm sit compertum inconvenientia multa oriri posse ab editione Actorum tàm civilium, quàm criminalium Excellentissimi Senatus, quæ per viam duplicati autentici, sivè & simplicis copiæ per multos requiri solent ab Archivista, qui ea custodire debet, nulloque modo expediat illa ambulare, nec tradi sine licentia Illustr. Præsidis ejusdem Ordinis, licet petantur sub titulo deperditi exempli, aut cujusvis alterius causæ.

Mandat propterea Senatus strictissimè ipsi Custodi dicti Archivii, ne inposterum audeat Acta ulla illius custodiæ, ut supra, commissa, cuiquam edere sub ullo colore, aut specie, nec edi facere, sub pœna Senatui arbitraria, nisi obtenta, & pænes eum dimissa licentia in scriptis Illustr. Præsidis, huncque Ordinem publicè affigi debere in Cancellaria, ut omnibus innotescat.

Ordo supprimens Librum inscriptum *LA CONFUSIONE DE' MEDICI.*

Nos Joannes Bracherius Reg. Duc. Senator Delegatus à Senatu Excell. ad inspiciendum, atque approbandum opera omnia à Typographis hujus Provinciæ excudenda, ac à Bibliopolis vendenda &c.

REcognovimus impressum, & absque licentia nostra evulgatum fuisse librum inscriptum: *La Confusione de' Medici, opera di Raffaele Carrara Filosofo*, lædentem Medicæ facultatis dignitatem, & publicam utilitatem, ac adversantem Constitutionibus hujus Dominii editis ad tutelam publicæ valetudinis; propterea decrevimus supprimendum omninò librum hujusmodi; & ad eum effectum præcipimus omnibus Impressoribus, & Bibliopolis, ac quibusvis aliis librorum venditoribus hujus Dominii, 1653
ut copias omnes ejusdem libri, si quas habent, termino dierum quatuor post &c. debeant cum effectu consignasse penès infrascriptum Cancellarium nostrum, & amovisse ex eorum officinis tabellam indicantem ejusdem libri venalitatem; idque sub pœna aureorum centum Reg. Duc. Cam. applicandorum, in quam &c. Et de hujus inthimatione &c. Dat. Mediolani die xxi. Junii MDCLIII. Jo. Bracherius Deleg.

Ordo circa visitationem Carceratorum.

MDCLIII. Die xxv. Septembris.

FActo verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per Magnif. D. Senatorem Joannem Bracherium Visitatorem electum Carceratorum in Officiis Curiarum Mediolani de causis, quæ, ut plurimùm retardare solent processuum expeditionem, cum detrimento pauperum, qui in dictis Carceribus detinentur sub diversis Judicibus extrà hanc Urbem degentibus, & aliis abusibus, præcipuè verò, dùm in visitationibus decernitur dandas litteras per Secretarium Provincialem Senatus nomine, alicui ex dictis Jusdicentibus, ut deveniat ad expeditionem, vel aliquid agat, quo deveniri possit, experientia docuit, quod nisi sors afferat, ut ipsemet Secretarius Provincialis, cui demandata fuit cura, assistat ipsi visitationi, non potest innotescere Senatori visitanti, quid actum fuerit, nec per ipsum decerni quicquam pro Carcerato, nec contra Judicem, cum non appareat, jussiones ad illum pervenisse, & ideò plerumque fit repetitio ejusdem decreti, quod nec cedit commodo Carceratorum, nec digni-

tati

1653 tati Visitatoris congruit, cui malo occurrere volens Senatus.

Censuit is Ordo, antequam Senatores accedant ad Visitationem, notulas Carceratorum, quæ ab Egregiis Capitaneo Justitiæ, & Prætore Mediolani mittuntur Senatui tradendas esse Egregiis Secretariis, qui eas videant, & in margine ipsarum annotent quid egerint, & quod responsum habuerint cum expressione diei, quo litteras transmiserunt, & quibus fuerint consignatæ; hoc enim pacto poterunt Visitatores juxta Ordines Judices negligentes, vel contumaces coercere.

Amplius mandat Actuariis ambarum Curiarum, ut in conficiendis notulis Carceratorum pro Visitationibus faciendis adamussim servent decretum Senatus diei xxix. Decembris anni 1594. cap. x., sub pœna Senatui arbitraria, etiam suspensionis à munere; hujusque sanctionis observantiam curare etiam debebunt Egregii Capitaneus Justitiæ, Prætor, cæterique Judices dictarum Curiarum.

Et quia innotuit, Cancellarios, qui juxtà decreta Senatus anni 1541. 25. Novembris in dictis Curiis tenent librum, in quo describuntur nomina Carceratorum, eorum muneri minimè incumbunt, & plerumque penès ipsosmet Custodes Carcerum illum dimittunt; quapropter nec dies consignationis certa, nec sub quo Judice, & qua de causa detineantur apparet; ideoquè notulæ Carceratorum eorum, maximè qui sub diversis Judicibus reperiuntur fuit imperfectæ, erroribus scatentes, & obscuræ, mandat ipsis Cancellariis, ut inposterùm sedulò incumbant, & statis horis assistant ipsimet, & annotent in libris diligentèr, & fidelitèr diem, & mensem, nomina, & cognomina Carceratorum, Judicis, Notarii, & causæ, ob quam fuerint consignati; cæteraque observent in ipso decreto contenta, sub pœna suspensionis ab officio, & etiam corporali arbitrio Senatus. Et ut sanctiones inconcussè serventur, jubet eas imprimi, & in actis ipsarum Curiarum registrari, & copiam affigi publicè spectandam in Cancellaria utriusque Officii, ut Coadjutores præsto sint, & pro eorum munere ità agant, ut sortiantur effectum, quæ Actuariis præscripta sunt, alitèr sciant, se, ob negligentiam eandem, pœnam daturos. C. Antonius Belcredius.

Ordo ne Fiscales ingrediantur Sacellum Senatus tempore Missæ.

MDCLIV. Die xx. Januarii.

1654 CUm Senatus Excellentissimus congregatus pro votiva solemnitate Divi Sebastiani Sacrum Missæ audiret in Sacello Aulæ suæ Residentiæ, & in illud Egregii Fiscales Ramos, & de Puteo, præter ritum inadvertenter fuissent ingressi, ac incohato Sacrificio adstitissent usque ad finem.

Jussit is Ordo pro suorum rituum observantia moneri ipsos Fiscales, ut ubi contingat inposterum eos hujusmodi sacris interesse, abstineant ab ingressu Sacelli, seque contineant præforibus, vel in Aula, prout cæteri Officiales servant.

Ordo, ut Dispensationes subsignatæ extrahantur.

MDCLIV. Die xviii. Junii.

CUm non conveniat inanibus laboribus fatigari Senatum, nec in Cancellaria sua Officiales privari justo fructu industriæ suæ; acto propterea in eodem Ordine de dispensationibus, quæ post earum subsignationem à Magnificis Senatoribus, & Illustr. Præside, non servantur in præiudicium Sportularum ipsius Senatus, & Cancellariæ.

Censuit is Ordo partes esse cogendas ad levationem earum, sic ut supra expeditarum.

Acto eadem occasione de dispensationibus nubendi cum hæreditate extra Dominium, quando quantitas hæreditatis est certa, sensit idem Ordo exigendam quantitatem expressam in taxa Cancellariæ.

Idem quando quantitas hæreditatis est certa, sed casus incertus.

In casu verò incertitudinis tàm quantitatis hæreditatis, quàm ipsius casus successionis, Senatum audita Cancellaria taxare debere.

Augustinus Crescentius.

Ordo circa solutionem Salariorum faciendam in moneta Cambiorum.

MDCLVII. Die xi. Januarii.

1657 ACto in Senatu de procrastinatione Bartholomæi Nerini in persolvendis salariis, & de qualitate pecuniarum, quas numerat.

Censuit is Ordo, Magnif. Senatorem Bracherium alloqui debere Magn. D. Præsidem Magistratus Ordinarii juxtà mentem Senatus, de qua est edoctus. Insuper Thesaurarium

1657

[Thes]aurarium Senatus exigere debere nomine Senatus, & Secretariorum ejusdem, & cujuscunque ex Senatoribus, & ex Secretariis à dicto Nerino, tàm præsens trimestre, quàm alia omnia inposterum in principio cujusvis trimestris, in moneta cambiorum juxtà Ordines, aliter executionem realem omnino faciendam per Egreg. Capitaneum Justitiæ.

F. Sadarinus.

Ordo circa materiam Sportularum.

MDCLVII. Die xvii. mensis Novembris.

Cum Senatus Excellentissimus animadverterit, exactionem Sportularum in dies magis, ac magis restringi posse, non tàm ob angustias temporum, quàm ob diligentiam (quæ ab Ordinibus toties editis præscribitur) non adhibitam per aliquos Judices, Notarios, Actuarios, & Thesaurarios; decrevit propterea dictis omnibus Ordinibus jam promulgatis, & in suo robore permansuris inhærendo, præcipuè Edicto publicato die 19. Januarii 1637., alios Ordines, & alias addere pœnas, à contravenientibus irremissibiliter exsolvendas.

In primis jubet, & mandat Thesaurariis Magnificorum Prætorum Cremonæ, & Papiæ, ut statim lapso unoquoque trimestri mittant ad Thesaurarium ipsius Excellentiss. Senatus pecunias quantascumque ipsi exegerint, vel ab aliis Thesaurariis habuerint, quod si non fecerint, sciant missum iri illuc Delegatum ad eas accipiendum eorum expensis; Thesaurariis autem aliarum Civitatum, & locorum, & eorum fidejussoribus, qui adhuc moniti non fuerunt, mandat intimari præcepta, ut termino competenti pro locorum distantia afferant pecunias exactas ad manus ipsius Thesaurarii Senatus, aliàs pariter sciant, missum iri Delegatum eorum expensis; contrà illos verò, qui moniti fuerunt, procedendum ad executionem realem, & personalem. Moneantur etiam omnes ipsi Thesaurarii aliarum Civitatum, & locorum, si huic Ordini non paruerint in futurum, se teneri sistere in Carceribus Egr. Capitanei Justitiæ Mediolani, sub pœna eidem Senatui arbitraria. Quod verò attinet ad Sportulas, tùm exactas, tùm exigendas in hac Civitate, Delegatos electos, & in futurum eligendos ad visionem librorum diligenter inquirere debere, utrum exactæ fuerint, quæ exigi debebant, & num Thesaurario Senatus fuerint mox persolutæ, dando eidem Thesaurario notulam debitorum repertorum, & ab eis constitutorum, ut debitam à dictis debitoribus satisfactionem consequi possit. Prætores autem, & Judices omnes, tùm hujus, tùm aliarum omnium Civitatum, & locorum animadvertere ne ordinationibus subscribant antè habitam fidem Thesaurarii, quemque sui de solutione Sportularum, sub pœna aureorum quinquaginta pro qualibet vice, in quam intelligantur incurrisse ipso facto Notarii, & Actuarii, ubi permittant illis per Judices subscribi, ac etiam ubi non permittant per Thesaurarios eorum respectivè officiorum libros quoscunque inspici, ad hoc, ut pro onere, hujusmodi Thesaurariis incumbente, solvendi terminis jam præfixis Sportulas Thesaurario ejusdem Ordinis, consultum illis remaneat, ne aliqua omissio ad eorum præjuditium sequatur.

Mandat insuper Notariis, & Actuariis hujus Civitatis, ut termino dierum quindecim debeant cum effectu detulisse Thesaurario ipsiusmet Senatus notulas distinctas quorumcunque librorum penès eos singulariter, & debitè resferendo existentium, sub pœna scutorum vigintiquinque pro singulo in casu renitentiæ, ultra alias arbitrio ejusdem Ordinis.

Præsenti quoq; Edicto moneantur Thesaurarii, & alii exigentes, sivè per deputationem Judicum, sivè alio nomine, & præcipuè forenses ad confessionem faciendum singulis solventibus sportulas saltem ubi summa ascendat ad libras duodecim, & solid. 15. in totum, aliter nulli ex eis sub prætextu inexactionis juxtà Ordines, aut ignorantiæ eorum, regressus concedetur pro sui redintegratione.

Et denique mandat horum Ordinum exemplum ad parietem uniuscujuscunque Officii in hoc Dominio affigi, affixumque semper publicè teneri, in actisvè registrari, ità ut Successoribus innotescant, & ab eis quoque inviolabiliter observentur.

F. Sadarinus.

ANNOT.

Fuit renovatus in Ordine diei 27. Novembris 1702.

Ordo super observantia, & intelligentia Statutorum Mediolani cap. 143., & 149. vol. 1.

MDCLVII. Die xxvi. Novembris.

Etsi versantes in Foro studere deberent litibus, ut par est, celeriter dirimendis; Senatus tamen animadvertit plerosque ad eas diutiùs protrahendas abuti, potissimùm

1657 mùm dispositione Statuti 149. vol. 1. loquentis de gravamine præcepti, & interlocutoriæ; statim enim ac didicerunt factas fuisse ordinationes, ac laxata præcepta executiva, illicò, qui succumbunt, ad eludendam, sivè retardandam executionem rerum judicatarum, prævia citatione ad videndum tolli, & revocari, impetrant ab iisdem Jusdicentibus suspensionem, quæ pluries identidem prorogatur; & quod pejus est, re judicata, aliquando revocata, vel infirmata, interiectis novis citationibus annexam habentibus suspensionem, ordinata sæpè obtinent confirmari, vel revocari. Senatus igitur volens opportuna remedia huic morbo adhibere.

Jubet primo loco Statutum prædictum, quod præcisè loquitur de præceptis, & meris interlocutoriis, non debere extendi ad alias ordinationes, quæ fiunt, sed strictè, adamussim, & in singulis suis partibus observari.

Secundo loco jubet, ut interlocutoria lata per quemcunque Judicem, vel præceptum concessum cum cognitione causæ, etiamsi altera pars contumax fuerit, nullo tamen pacto revocari possit, aut suspendi per eundem Judicem, nec per ejus Locum Tenentem, nec per Successorem in Officio; salvo tamen manente remedio appellationis si competat.

Tertio loco jubet, ut post transmissam citationem in casibus supradicti Statuti, ad videndum tolli, & revocari, præfigantur dies decem ad expediendam causam, qui nullo modo suspendi, aut prorogari possint, nisi semel tantùm per alios dies octo immediatè sequentes, si quæ tamen justa causa videbitur Jusdicenti, aut ejus Successori: secuta verò confirmatione, aut revocatione, vel non secuta intra dictum tempus præfixum, ut tunc pars non amplius audiatur, & nullo pacto apponatur manus rebus judicatis, reservato tamen jure appellandi, si, & prout juris, ut supra.

Quarto loco jubet, ut in casu, quo petitum fuit consilium Sapientis, omnia supradicta serventur, excepto termino quindecim dierum, quem Statutum prædictum assignat Consultori.

Quinto loco jubet, ut idem servetur respectu termini, & suspensionis, quando partes usæ sunt beneficio Statuti 143., quod quidem intelligatur loqui, ubi nullitas proponatur coram eodem Judice, qui sententiam tulit.

In casu autem inobservantiæ supradictorum omnium capitum, vel alicujus eorum partis, indicitur primùm pœna nullitatis omnium actorum, ipso jure, & facto incurrenda: Deindè prima vice statuitur pœna tàm Judicibus, quàm Successoribus, & Locum Tenentibus; ipsisque etiam Causidicis, & Solicitatoribus, contra supradicta concedentibus, & impetrantibus, refectionis omnium expensarum, & damnorum ab adversario factarum, & passorum. Secunda verò vice, pœna Senatui arbitraria, etiam suspensionis à munere.

Et ne quisquam sit, quem color ignorantiæ possit excusare, mandat Senatus publicè proponi decretum hoc, mittique ad Abbates utriusque Collegii Jurisconsultorum scilicet, Notariorum, & Causidicorum hujus Urbis; Actuariis insuper, actorumque Magistris, ut hujusce decreti exemplum typis impressum ad tabularia, scriniaque sua affixum habeant.

Franciscus Sadarinus.

ANNOT.

RENovatus fuit per extensum in Ordine diei 2. Maji 1678.

Ordo, at Sportulæ solvantur Thesaurariis, aut Notariis deputatis, & non aliis.

MDCLVII. Die xxvii. Novembris.

LIcèt cautum sit ex dispositione Ordinum Senatus, ut ejusdem Spurtulæ, & pecuniæ debitæ Judicibus, & Notariis in causis criminalibus persolvantur non ipsis, sed Thesaurariis: cognitum tamen est, violata dictorum Ordinum observantia, Notario, persæpe se se ingerere, in ineundis calculis, pecunias, Sportulasvè prædictas à Reis, & aliis processatis exigere, & sub prætextu eas ad Thesaurarios deferendi in se retinere: cui morbo occurrere volens Senatus, simulque providere ne, cum honoraria, pecuniæ, Sportulæque ut supra solvuntur alii, quam Thesaurario, qui normam servare tenetur, gravamen quandoque fiat partibus, eas adigendo ad solvendum ultrà quam par est.

Hoc decreto inconcussè servando mandat, omninò Notarios criminales hujus Dominii (exceptis iis qui, ob defectum Thesaurarii ab eodem Ordine electi, vices ejusdem gerunt) abstinere debere ab ineundis calculis, & à Sportulis, honorariis, & pecuniis memoratis recipiendis à partibus, vel earum Procuratoribus, & Agentibus, prætextu, de quo suprà, cum hæc omnia peragenda sint à Thesaurariis è manu quorum pecuniæ dumtaxat recipi debent, sub pœna scutorum centum pro quolibet contraveniente, & alia etiam graviori arbitrio ejusdem Ordinis: Delegatos autem in materia Sportularum, & Thesaurarios, mandat invigilare debere super hujusmodi contravenientibus, ut monere possint Senatum, si quid sequutum fuerit contrà observantiam hujus decreti, cujus etiam exemplum vult affigi, fixumque teneri in omnibus Officiis hujus Mediolani Dominii, ut Successoribus quoque innotescat.

F. Sadarinus.

Ordo,

Ordo, ut Egr. Thesaurarius Senatus etiam tamquam ejusdem Delegatus procedere possit ad quoscunque actus judiciales contra Debitores ex causa Sportularum, ac Salariorum sententiarum.

MDCLVIII. Die xvi. Januarii.

PRoposito in Excellentissimo Mediolani Senatu supplici libello Nob. Francisci Bernardini Oliverii ejusdem Ordinis Thesaurarii sequentis exempli videlicet:

Eccellentissimo Senato.

Francesco Bernardino Olivero Tesoriero, e ser. umil. di cotesto Eccell. Senato, quantunque per il medesimo titolo di Tesoriero, ed anco come Deputato all' esazione delle Sportule delli salarj delle sentenze a detto Eccellentissimo Senato dovuti, e delle condanne applicate agli usi di quello, stimi aver facoltà bastante per procedere alle apprensioni de' beni, esposizioni di Cedole, e successive vendite a pregiudizio delli Debitori, mentre come tale ne sottoscrive gli avvisi, precetti esecutivi reali, e personali, ed apprehendendi, conforme va occorrendo per la consecuzione degli accennati debiti; ad ogni modo per maggior servizio di detto Eccellentissimo Senato, onorevolezza del suo posto di Tesoriero, e per più sicurezza de' Compratori, desiderarebbe tutti gli accennati atti poter proseguire, anche come delegato di detto Eccellentissimo Senato, e perciò quello

Umil. suppl. resti servito dichiarare, che anche come suo Delegato possi procedere a qualsivoglia atti, che occorreranno farsi per la consecuzione di dette Sportule, e salarj delle sentenze, condanne, e dependenti ec. a pregiudizio delli Debitori come sopra, e spera ec.

Censuit is Ordo, eundem Thesaurarium, etiam tanquam ejusdem Senatus Delegatum, posse procedere ad quoscunque actus faciendos pro consecutione Sportularum, ac sententiarum salariorum, & abindè dependentium ad præjudicium debitorum, prout in ipso supplici libello expositum fuit. Jacobus Ivagnes.

Ordo, ne Archivista Senatus ulla exemplaria edat sine subscriptione Secretarii.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

LEctis in Senatu precibus Egregii ejusdem Ordinis Secretarii Francisci Sadarini, una cum responso Nobilis Petri Francisci Ottolini ex Coadjutoribus dicti Senatus, ac Archivii Custodia, nec non novissimis ejusdem Secretarii precibus, quæ omnia sunt exempli sequentis videlicet:

Ponantur.

Eisque diligenter examinatis, per has nostras, ex ejusdem Ordinis Sententia decernimus per dictum Archivistam nulla exemplaria ex eodem Archivo edenda esse, absque subscriptione memorati Egregii Secretarii, sine qua nullam habeant fidem. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani die xxvi. Februarii MDCLVIII.

Signat. Carolus Antonius Belcredius, & sigillat. &c.

Tassa delle Sportule spettanti alli Giudici nelle Cause Criminali.

MDCLVIII. xvi. Marzo.

1 PEr gli esami di ciascun processato, o Reo, benchè d'un' istessa famiglia, che o spontaneamente si constituisca, o citato con precetti penali, o dopo esser stato inquisito compaja, quando però non sia stato prima preso per le cause, che si constituisce, per ciascun delitto capitale di differente genere, o dell' istesso ancora, purchè sia commesso in diversi tempi, si ha da pagare

Al Giudice lir. 6.

2 E se sarà per causa non capitale, ha da pagare

Al Giudice lir. 3.

3 Per ciascuna Ordinazione rilassatoria, fuori però del Pretorio, per ciascun delitto capitale, e per caduno

Al Giudice lir. 2. 10.

4 E non essendo capitale

Al Giudice lir. 1. 5.

5 Se poi alcuno sarà rilassato dalla Casa per carcere assegnatagli, e dopo gli sia assegnata la Città, o Terra, e da questa sia anco poi di nuovo rilassato per andar per tutto, rinovata la sigurtà in questi due casi solamente, benchè li delitti fossero molti, si ha da pagare per dette rilassatorie se non per un capo per ciascuna, riscuotendo sempre in capitale, se ve ne sono de' capi capitali.

6 Per gli esami de' testimonj ad offesa, niente.

7 Nè per gli loro rilassi con sigurtà.

8 Nè per levar le catture medianti le preventorie.

1658 9 Nè per assegnar luoghi, camere, o il Pretorio per carcere.

10 Nè per prorogare termini, o concederne a consignarsi, o a far le difese.

11 Nè per conceder termini ad certiorandū.

12 Nè meno per la pubblicazione de' processi offensivo, o difensivo.

13 Per l'admissione a provare, che la causa abbia origine da contratto, si ha da pagare per ciascun admesso, e per ciascun capo di delitto
Al Giudice lir. 3.

14 Per l'admissione de' capitoli, ed esami de' testimonj a difesa prodotti da' Rei, overo dagli admessi a nuove difese, se i capitoli, o li testimonj non passano il numero di trè, non compreso il capitolo della pubblica voce, e fama, si ha da pagare per ogni Reo, e per ciascun delitto capitale
Al Giudice lir. 3.

15 E se li testimonj, o capitoli passano il numero di trè, e non eccedono il numero di sei, si deve
Al Giudice lir. 6.

16 Se poi li testimonj, o li capitoli eccedono il numero di sei, non compreso il detto capitolo della pubblica voce, e fama, si ha da pagare per ciascun Reo, e per ciascun delitto capitale
Al Giudice lir. 12.

17 E non essendo il delitto capitale, si ha da pagare la metà rispettivamente, come sopra.

18 Dalli querelanti, ed Attori per l'admissione de' capitoli, ed esami de' testimonj a riprovare, si ha da pagare la metà di ciò è stato di sopra tassato per rispetto delli Rei.

19 Per le propofizioni, che si fanno nelle Curie ad instanza de' processati, se ben questi dimandassero, che si ordinasse non doversi più oltre procedere, o d'esser rilasciati con sicurtà, overo d'esser liberati, o chiedessero altra provisione, e che la Curia ordinasse diversamente, si ha da pagare per ogni capo di delitto capitale, e per ciascun Reo
Al Giudice lir. 6.

20 Ma se vi fossero più di trè complici, o processati, non hanno da pagare se non per trè per ciascun capo.

21 E se non si tratterà di delitto, o delitti capitali, si ha da pagare solamente la metà respettivamente come sopra.

22 Per le relazioni di stati di cause in voce, o in scritto, che si fanno a S. E., o al Senato Eccell., o ad uno de' Magistrati, o ad altri Signori Superiori a chi spetta, così ad instanza de' processati, o Rei, come per esecuzione di decreti, lettere, o ordini da essi impetrati, per ciascuno, e per ogni capo di delitto capitale si ha da pagare
Al Giudice lir. 6.

23 E l'istesso s'ha da osservare per le informazioni, che si fanno per compendio, o ristretto de' meriti di processi per esecuzione di decreti di S. E., o d'altri Signori Superiori, quando comandano, che il Giudice informi, con che se i Rei, o processati saranno più di trè, non abbiano da pagare, che per trè, e per ciascun delitto, e per ciascuno.

24 E se non si tratterà di delitto capitale, si ha da pagare solamente la metà rispettivamente come sopra.

25 Se poi le relazioni de' stati di cause così capitali, come non capitali fatte in scritto, o li processi delle dette cause eccedono cento foglj della forma prescritta a' Notari, si ha di più anco da pagare la metà di ciò, che è tassato, dove si tratterà della visione de' processi, come per esempio, se tutto il processo sarà cento venticinque foglj, si dovrà pagare per questa metà della visione
Al Giudice lir. 3. 15.

26 Ed occorrendo farsi tali relazioni di stati di cause, o informazioni ad instanza degli Attori, si ha da pagare se non la metà rispettivamente come sopra.

27 Ma se li Giudici fanno relazioni de' stati delle cause per consultare intorno al modo di procedere, o perchè dal Senato Eccellentissimo, o da altri Signori Superiori gli sia comandato, che le faccino ex offitio, non se gli ha da pagare cosa alcuna.

28 Per le relazioni diffinitive fatte col voto a Sua Eccell., o al Senato Eccell., o come sopra, overo anco nelle Curie, dove massime il Senato Eccell. dice alli Giudici cum Curia deliberetis, per ciascun Reo, o admesso a nuove difese, e per ciascun capo di delitto capitale, si ha da pagare
Al Giudice lir. 12.

29 Salvo se i Rei, o admessi a nuove difese fossero più di trè, che non hanno da pagare se non per trè, e per ciascun capo di delitto capitale.

30 Per le altre relazioni diffinitive poi, dove non si tratta di delitti capitali, si ha da pagare solamente la metà debitamente riferendo come sopra.

31 In oltre, se il processo di tali relazioni diffinitive col voto fatte eccederà cento foglj della detta forma a' Notari prescritta, si ha da pagare anco per la visione del processo, ed atti, benchè li Rei, o gli admessi alle nuove difese, o li delitti fossero molti.
Al Giudice lir. 6.

32 Ma se sarà preceduta la relazione di stato di causa, si ha da dedurre, e compensare in questo caso ciò, che allora è stato pagato per tale stato di causa, e per la metà della visione.

33 Per le ordinazioni liberatorie, che si fanno

fanno in esecuzione di lettere date sopra dette relazioni diffinitive, o di stati di cause, o di proposizioni fatte nella Curia, si ha di più da pagare per ogni Reo, e ciascun delitto capitale
Al Giudice lir. 2. 10.

34 E non essendo il delitto capitale, la metà.

35 Per le dichiarazioni, che la causa abbia origine da contratto, o sublata criminalitate civiliter esse procedendum, overo causam, & Partes esse remittendas ad Judicem civilem, o simili, che operano l'istesso effetto, si ha da pagare per ciascun capo, e ciascun processato
Al Giudice lir. 3.
Salvo se fossero più di trè, che non hanno da pagare se non per trè, e per ciascun capo per uno.
E di più per l'ordinazione per uno tanti quanti sono, e per ciascun capo
Al Giudice lir. 1. 5.
Oltre la visione, se il processo eccede con gli atti cento foglj.

36 Però se gli admessi a provare, che la causa abbia origine da contratto, si liberassero attesa la remissione, o protesta della parte, perchè col farsi admettere hanno confessato il delitto, hanno in tal caso da pagare per ciascun capo, e ciascuno liberato, oltre la visione, se il processo sarà più di cento foglj, come sopra si è già detto, ed all'istesso modo
Al Giudice per la Relazione lir. 6.
E per l'Ordinazione lir. 1. 5.

37 Per l'admissione a nuove difese per ciascun admesso, e per ciascun delitto capitale
Al Giudice lir. 2. 10.

38 E la metà, se non vi sarà delitto capitale.

39 Per le Ordinazioni liberatorie, come d'una sigurtà arbitrio duratura, ancorchè il processo contenesse molti capi capitali, se la causa sarà spedita unica sentenzia, si ha solamente da pagare
Al Giudice lir. 2. 10.

40 E la metà, se non vi sarà delitto capitale.

41 Per l'altre Ordinazioni, o liberatorie, o sospensive, o di riformazioni d'inquisizioni, o di circonscrizione di condanne, o di reati per esecuzione di lettere del Senato Eccellentissimo, o d'altri Tribunali, o liberazioni per mancamento d'indizj, o di sospensione d'esercire offizj, o carichi, o altre, dove non interviene cognizione di causa, si ha da pagare per ciascuno, e per ogni capo capitale
Al Giudice lir. 2. 10.

42 E la metà, se non v'è delitto capitale.

43 Per le altre liberazioni poi per rispetto de' delitti non capitali, nè corporali annotati nella terza tavola, o altri simili, se precederanno indizj, o sarà formata l'inquisizione si ha da pagare per ciascuno, e cadnno di tali delitti per la mezza relazione
Al Giudice lir. 3.
Salvo se fossero i processati più di trè, che assolvendosi tutti nell'istessa ordinazione non hanno da pagare detta mezza relazione se non per trè, e per ciascun capo.
Di più ogn' uno tanti quanti sono i delitti, ha da pagare anco per ciascun capo di tali delitti per l'ordinazione
Al Giudice lir. 1. 5.

44 Ed occorrendo farsi relazione di stato di causa, o diffinitiva si osservarà quanto si è detto di sopra de' delitti non capitali eziandio per rispetto della visione.

45 Per tutte l'altre liberazioni, o ordinazioni, come admissioni a difendersi per Procuratorem.
o ad fidejubendum de stando, & parendo juri.
o de solvendo.
o di levare la proibizione d'andar a qualche luogo.
o di portar armi.
o di star in casa ad evitanda scandala.
o di semplice abuso.
o di causa pecuniaria statutaria, o simili, benchè non espressi nella terza tavola di poco momento, si ha da pagare per ciascuno, e caduna delle dette cause.
Al Giudice lir. 1. 5.

46 Per la presentazione di lettere di grazia dove si ricerca, o vi è l'approvazione del Senato Eccellentissimo, o di deliberazione in virtù di Privilegio concesso a Confraternita, o ad altri, overo di liberazione in premio della detenzione, o morte d'alcun Bandito, o Assassino, o di metter in chiaro delinquenti.
E così anco di salvicondotti, o prorogazioni d'essi di lungo tempo, come durante il servizio, o per un' anno, o più, quali sono anch' essi grazie speciali, si ha da pagare per ciascuno, e caduno delitto capitale
Al Giudice lir. 6.

47 E la metà, se tali salvicondotti, o prorogazioni d'essi, se non sono d'un' anno, o il delitto non è capitale.

48 E lo stesso si ha da pagare per le grazie, de' quali non si ricerca l'approvazione del Senato, come anco per li decreti di grazie di confiscazioni, o altre pene pecuniarie, che si fanno da' Feudatarj, eccetto se fossero pene d'abuso semplice, o statutarie leggieri.

49 Per la presentazione di ordini, o lettere di tramutare, o levare una relegazione, o un' esilio, o bando arbitrario, o limitato, benchè il liberato sia Reo di molti delitti, se la condanna è fatta in una sola sentenza, se vi sono delitti capitali, si ha solamente da pagare da ciascun liberato
Al Giudice lir. 6.

50 E

1658 50 E la metà non essendovi delitti capitali.
51 Seguendo liberazioni d'inquisiti, o Rei, o indiziati per formare l'inquisizione, o di condannati per cause riferibili al Senato, o che vi fosse il decreto del Giudice d'inquisirgli, si ha da pagare l'istesso, come si è detto di sopra, non altrimente, come se in effetto fossero state fatte le relazioni diffinitive, come alli numeri 28. 29. 30., e 31.
52 Anzi se in progresso di tempo si procedesse di nuovo, si avranno anche di nuovo da pagare intieramente le Sportule come sopra alli stessi numeri 28. 29. 30., e 31., senza riguardo di ciò sarà stato pagato l'altra volta per tali liberazioni fatte fuori della propria, ed ordinaria autorità del Giudice.
53 Essendo processato uno d'aver dato ricetto, o ajuto, o conversato con capitalmente banditi, o assassini, o Soldati fuggiti, molte, e molte volte senz'altra specificazione de' tempi, si ha da pagare per trè capi.
54 Se alcuno poi fosse processato d'aver ritenuto, e portato armi da ruota, o stili, o d'altra sorte, ma però proibite, più volte in diversi tempi benchè distinti, e così anco per rispetto d'aver ritenuto Bravi, come sopra, si ha da pagare da ogni processato per un capo solo per le delazioni, e per un'altro sol capo per la retenzione de' Bravi, non essendo seguito alcun male.
55 Li Commissarj, Esattori, o altri, che esigono, o fanno esigere da' Debitori più d'un caposoldo per gl' istessi debiti hanno da pagare per tanti capi, quante volte hanno scossi da ciascun debitore, benchè ciò seguisse in un'istesso giorno, però con diverse persone.
56 Per rispetto poi di quelli, che rubano diverse volte a' loro Padroni, o ad altri, a' quali servono, hanno da pagare le Sportole, non però in capitale per ciascun delitto distinto prò re, vel tempore, eziandio con la relazione, se saranno indiziati, o fatti Rei, come di sopra alli numeri 28. 29. 30. e 31., e 51.
57 E lo stesso per rispetto di chi ajuta, o tien mano.
58 Essendo processato alcun Amministratore, o Deputato di Comunità, o Luogo Pio, o d'altri, che avesse impegnato, o venduto dieci, o più pegni di persone diverse alla sua cura commessi in una, o più volte, ha da pagare per ciascun capo.
59 E lo stesso per rispetto dell' Ebreo, o altri, che gli ricetterà.
60 Ciascuna Città, ha da pagare come se fossero quattro particolari, e
61 Ciascuna Comunità, o Università per trè.
62 Ma se fossero inquisiti, o processati la Comunità, ed altri particolari in specie nominati d'un' istesso delitto, si ha da scuodere per la loro liberazione, per la relazione, o mezza relazione, per trè solamente, e la ordinazione liberatoria non solo dalla Comunità per trè, ma anco da ciascuno nominato.
63 E se una Comunità fosse inquisita in un' istesso tempo di toleranza, e li particolari di conversazione, in questo, o in simili casi la Comunità ha da pagare la mezza relazione, e ordinazione per trè, e gli altri ad uno per uno, con questo però se li particolari fossero più di trè non abbiano a pagare la relazione, che per trè, e l'ordinazione liberatoria ad uno per uno.
64 Per gli Abbati de' Notari, o d'altre Università, o Giudici delle Vittovaglie, o simili, benchè fossero due, o più, si ha da scuodere per un solo Giudice solamente.
65 Quando il Senato Eccellentissimo dice: contra Supplicantem nolumus procedatis, o Supplicantem ulteriùs non molestetis, o vi aggiunge inconsulto Senatu, si ha da pagare in questi casi la semplice ordinazione per ciascuno, e per ciascun delitto o capitale, o corporale, conforme che saranno i delitti.
66 Ma se dirà non molestetis, & ubi hæsitetis Senatum Consultatis, poichè in questo caso, o simili si ricerca cognizione di causa, overo dicesse absolvatis, o excusetis, perchè nell' uno, e nell' altro modo si suppone delitto, si ha da pagare, oltre l'ordinazione, conforme si è detto delle liberazioni d'Inquisiti, o Rei come sopra, al num. 51., overo al num. 43., conforme i casi ivi espressi.
Eccetto se fosse stato rescritto dall' Eccellentiss. Senato absolvatis, o excusetis sopra relazione diffinitiva, o di stato di causa, purchè non sia ex officio, perchè non si ha da pagare in questi due casi, che la semplice ordinazione nel modo detto di sopra al num. 65.
67 Alli Signori Fiscali si ha da pagare la metà di tutto ciò, che si è detto doversi pagare al proprio Giudice in ciascuno de' suddetti casi.
68 E lo stesso, che si è detto de' Fiscali, si ha da pagare alli Contrascrittori de' sfrosi, ove ne sono.
69 Per le composizioni di pene Statutarie, che si fanno in alcune Giurisdizioni, si ha da pagare altrettanto per il Senato Eccellentiss. quanto si paga a' Giudici.
70 Eccitandosi da' Sindicatori, o Delegati, carichi contro alcun' Officiale ex officio, sendo che tali carichi servono per reati, si ha da pagare per ciascun Offiziale, e per ciascun carico capitale
Al Sindicatore, o Delegato lir. 6.
71 E se non sarà capitale, la metà.

72 Però

72 Però se tali carichi eccitati ex offitio fossero ben più di cinque, non si ha da pagare, che per cinque in tutto, scodendo prima i capitali, se ve ne sono in tanto numero. 1658

73 Per rispetto poi delli carichi, che si formano o sopra processi instrutti a denonzie de' notificanti, o a querele delle parti, si ha da pagare per ciascun capo, o carico, e da ciascuno, come si è detto de' constituti di sopra al num. 1. e 2.

74 Per l'admissione de' capitoli, ed esami de' testimonj a difesa prodotti in causa di Sindicati, si ha da pagare come si è detto di sopra alli num. 14. 15. 16. e 17., con che non si abbia da pagare per rispetto de' carichi eccitati ex offitio se non per cinque capi, ancorchè fossero in maggior numero, e se fossero meno di cinque, si ha da pagare per quelli, che giustamente sono, scuodendo sempre prima i capitali come sopra.

75 Per le relazioni di stato di causa, e

76 Per le relazioni diffinitive col voto, e Per la visione de' processi, ed atti si osservarà l'istesso, che si è detto per l'altre relazioni alli numeri 22. 24. 25. 28. 30. e 31., salvo però, che per rispetto de' carichi eccitati ex offitio, benchè fossero molti, non si ha da pagar che per cinque.

77 Per la liberazione poi in esecuzione delle lettere date sopra lo stato di causa, o sopra la diffinitiva, si ha da pagare per ogni carico in capitale
Al Sindicatore lir. 2. 10.

78 E la metà, non essendo capitale. Salvo come si è già detto per rispetto de' carichi eccitati ex offitio, che non si ha da pagare, che per cinque, e si hanno da scuodere prima i capitali.

79 Per le altre relazioni di Sindicati, ove non sono nè querela, nè lamenti, ciascun Podestà, eccettuati quelli di Cremona, e Pavia, ha da pagare
Al Sindicatore lir. 6.

80 E per l'ordinazione liberatoria in esecuzione delle lettere date dal Senato Eccellentiss. sopra dette relazioni
Al Sindicatore lir. 1. 5.

81 Dove il Giudice Ordinario, e l'Auditor Generale dell'Esercito, o due Giudici Ordinarj faranno un processo unitamente, o saranno delegati due, o trè in una causa, si ha da pagare a ciascuno d'essi eziandio ciò, che di sopra è stato tassato doversi al Giudice Ordinario rispettivamente.

82 Da' Poveri, che non possedono beni proprj, che vivono solamente di ciò si guadagnano giornalmente con le lor fatiche, non si ha da scuodere se non la metà.

83 Ma da persone miserabili, che vivono d'elemosina, non si ha da scuodere cosa alcuna.

84 E per il Senato Eccellentissimo si ha da scuodere altrettanto, quanto di sopra è stato tassato per li Giudici, ed altri, e per li Fiscali, Contrascrittori, Sindicatori, e ciascuno d'essi, come sopra rispettivamente.

85 E tutte le sudette sportule, ed anco le cavalcate, processi, catture, visite, e mercedi de' Guardiani, non si hanno da pagare ad altri, che alli Tesorieri degli Officj, o a quelli che esercitcono detto carico. F. Sadarnus.

A N N O T.

Solvenda est visio, & Notariorum merces juxta taxam, & ordines etiam pro Instru-
1 mentis, & aliis quibuscunque actis productis, sive ab Actore, sive à Reis, ita tamen,
ut ubi producantur ab utraque parte, fiat pro eis una tantum solutio, ut in Ord. diei 6.
Aprilis 1691.
Sportulæ solvendæ sunt juxta caput 35. etiam in casu suspensæ tantum criminalitatis, ita
2 tamen, ut ubi contingat postea tolli absolutè criminalitatem, vel procedi ad ulteriora
criminaliter, fiat earum compensatio, ne ipsæ Sportulæ dupliceutur, ut in dicto Ord.
diei 6. Aprilis 1691.
Caput 51. servandom est etiam ubi ordinationes fiant pro executione decretorum Senatus
3 favore illorum, qui jam fuerint constituti Rei, vel inquisiti, vel habeant sufficientia
inditia pro infligendo Reatu, vel transmittenda inquisitione, ut declaravit Senatus
in Ord. diei 10. Januarii 1686.
Caput 65. habet locum tantummodo favore illorum, qui non foerunt constituti, nec inqui-
4 siti, nec ad Reatum, seu ad inquisitionem inditiati, nec non & in casibus, in quibus
à Senatu circumscribuntur Reatus, seu Inquisitiones, vel alia emanant decreta vim
circumscriptionis habentia, ut in dicto Ord. diei 10. Januarii 1686.
Sportulæ à Reis de extractione Bladorum exigi debent juxta hanc taxam, non vero juxta
5 taxam Magistratus anni 1625., ut declaravit Senatus in Ord. diei 28. Septembris 1693.
Pro processu constructo cum aliquo Judice, vel alio Administro adjuncto sive ex officio, sive
6 ad instantiam Partis, duplicari non debet Sportularum solutio, ut cavetur in Ord.
diei 5. Decembris 1711. *Magnus Fossatus.*

Ordine per la presentazione delle Lettere d'Instanza.

Essendo stato significato al Senato Eccellentissimo i mali disordini, e pregiudizj, che continuamente nascono, per non presentarsi le Lettere d'Instanza negli atti del Giudice della Causa, conforme dispongono gli Ordini, e Nuove Constituzioni,

1658 tuzioni, e si praticava altre volte; mentre oggidì alcuni sogliono far notar solamente il giorno sopra la Supplica, e poi quella tengono in processo senza levarla dalla Cancellaria, anzi se a caso il Giudice pronunzia contro d'essi la sentenza, osano dir di nullità, sotto pretesto, che la causa sia deserta per il lapso dell'Istanza, non ostante che siano loro gli Attori, e che ad essi apparrenghi il sostener detta Instanza: altri osservano quelle levar, e tenerle di continuo appresso di loro, senza presentarle negli atti conforme sono obbligati fare, a fine la parte contraria possi veder se sono obretizie, o subretizie. Che perciò avendo il detto Eccellentissimo Senato il tutto maturamente considerato per sue lettere del dì 18. del presente mese, che si sono presentate negli atti dell' infrascritto Notaro Attuario. Ha ordinato all' Egr. J. C. Sig. Vicario di Giustizia di Milano, come specialmente Delegato, che faccia pubblicar il presente Editto, perchè pervenghi a notizia d'ogn' uno.

Col quale espressamente comanda, che per l'avvenire le dette Lettere d'Instanza si debbano presentar negli atti del Giudice della Causa nel termine di sei giorni dal dì della data in avanti sotto pena di nullità, e della deserzione ipso jure della causa, ed altre, all' arbitrio del detto Eccellentissimo Senato. Dat. in Milano li 23. Maggio 1658.

De Clericis Delegatus &c. Curtius.

Ordo, ut taxatio mercedis Instrumentorum Notariorum Vogoniæ fiat per Prætorem dicti Oppidi.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

1660 Dilectè noster. Examinatis in Senatu fundamentis, & rationibus à Præcessore vestro adductis pro executione litterarum nostrarum datarum ad preces Caroli Mariæ Ferrerii, quibus petiit remitti ad Abbates Notariorum hujus Civitatis controversiam ortam super solutione mercedis debitæ Jo. Mariæ Gulielmatio ob plura Instrumenta expleta favore dicti Ferrerii, & aliorum quorum ille hæres fuit, ex ipsius Ordinis sententia censuimus causam esse ad vos remittendam, ut justitiam faciatis, quare sic exequemini. Mediolani die xxxi. Januarii MDCLX.

C. Antonius Belcredius.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Vogoniæ nostro dilecto &c.

Ordini per la Regia Università di Pavia.

1661 Desiderando l'Eccellentissimo Senato di Milano, che lo Studio pubblico di Pavia, instituito per Seminario di virtù, nel quale in ogni età sono fioriti Uomini esemplari per dottrina, ed integrità di vita, si vadi aumentando con universal quiete, e buona disciplina, nè siano li Scuolari ben inclinati, e desiderosi di far profitto disturbati, comanda, che si pubblichino gl' infrascritti Ordini, inerendo ad altri già pubblicati, ed in particolare l'anno 1651., che lascia in sua forza, e vigore.

Ordina dunque, che niun Suddito di questo Dominio di qualsivoglia stato, grado, e condizione ardisca andare ad altro Studio, che quello di Pavia, e se alcuno vi fosse andato, se ne parta subito, e si riduca a Pavia sotto le pene contenute nelle Nuove Costituzioni, Gride, ed Ordini altre volte pubblicati, cioè, della disgrazia di S. M., e di scudi quattrocento, d'esser ipso facto applicati al Fisco Regio, se il contraventore sarà di sua libertà, ma se sarà in potere altrui, non solo esso tale incorrerà nelle suddette pene, ma anco quella persona che l'averà in suo potere, e governo incorrerà nella pena di ducento scudi d'esser ipso facto applicata al Fisco, ed alla medesima pena saranno tenuti quelli, che pigliaranno la laurea Dottorale in altra Università, che in quella di Pavia.

Per rispetto poi di quelli, che dal giorno presente a dietro hanno contravenuto alli Editti altre volte pubblicati, comanda espressamente il Senato non solo al Podestà di Pavia, ma a tutti gli altri delle Città, e luoghi più insigni di tutto lo Stato, che subito piglino informazione di quei Scuolari sottoposti alla loro respettiva giuridizione, che si trovaranno esser andati ad altre Università, che quella di Pavia, o a studiare, o abbino preso la laurea Dottorale, e faccino relazione al Senato, per poterli castigare, e col loro esempio levar questo abuso perniciosissimo allo Studio di Pavia, ed al ben pubblico, nè si admetterà iscusa alcuna, ma si procederà irremissibilmente alle pene predette senza rispetto alcuno.

Avvertendo insieme, che al Dottorato, e poi al Collegio, nè meno all' Avvocazione, ed Offici, ed ad altra qualsivoglia dignità concernente l'uso della Toga non sarà admesso alcuno, il quale abbi studiato altrove, che in Pavia, come già è stato ordinato.

In oltre niuno sarà iscusato, il quale sia andato ad alcune Città fuori di questo Stato, ove siano Scuole pubbliche, con

dire

1661

dire non essere andato a studiare, ma per altri esercizj, perchè tal scusa non se gli admetterà non solo per evitar la pena in questo Bando imposta, ma ancora al tempo, che vorrà addottorarsi. Nè se gli admetterà la prova per testimonj del tempo, che averà studiato in Pavia, perchè oltre detti testimonj, e prove, bisognerà, che consti per la matricola del libro de' Scuolari di Pavia del tempo, che ha militato in dette Scuole, e l'una prova senza l'altra non s'avrà in considerazione, nè in modo alcuno s'averà d'ammettere al Dottorato, sotto pena ancora a quelli Dottori, che gli ammetteranno al Dottorato, o Promotori, arbitraria al Senato, oltre che quelli tali non saranno ammessi ad alcuno Officio di Giustizia, anzi esercendo loro il Dottorato, saranno puniti all'arbitrio del Senato.

Inerendo poi alle Gride di Sua Eccellenza, ed alle pene contenute in esse.

Proibisce generalmente a qualsivoglia Scuolare naturale di Pavia, o forastiero di qualsivoglia grado, e condizione si sia la delazione di qualsisia sorte d'armi da ruota, e d'azzalino, ancorchè siano archibugi di qualsivoglia misura, ed in qualunque tempo per la detta Città di Pavia; dichiarando in caso di contravenzione, che abbino perpetuamente ad essere esclusi dal potere ottenere il grado del Dottorato nello Studio della detta Città, e quando alcuno l'ottenga fuori di questo Stato, vuole, che a questi tali sia sempre interdetto l'esercizio Dottorale, l'uso della Toga, ed il poter patrocinare, ed in oltre impone loro altre pene pecuniarie, e corporali di relegazione, o galera, conforme alla qualità più, e meno grave de' casi, ordinando al Sig. Podestà di Pavia, come a suo special Delegato l'esecuzione, ed osservanza del detto Bando, e Grida, inerendo sempre alle Gride di S. E.

Di più s'avverte, che non basterà alli Scuolari farsi matricolare una volta sola, perchè possono far questo, e poi andarsene dove le pare, e può anche in ciò farsi fraude dalli Bidelli; perchè dopo aversi fatto matricolare con esprimere il nome, cognome, Padre, Patria, ed abitazione tolta in Pavia, converrà, che d'anno in anno ne facciano far nota al libro della matricola, quando vengono allo Studio nella forma come sopra, acciò possa apparere della continuazione dello studio, e del tempo, che averanno studiato in Pavia, conforme alla mente del Senato, altrimente non gli servirà la prova della matricola, nè saranno ammessi al Dottorato, e perchè il tutto passi senza fraude, si è comandato alli Bidelli, che di tutti li Matricolati, e che di tempo in tempo si matricolaranno, diano nota subito al Sig. Podestà di Pavia, il quale in un libro a ciò destinato farà descrivere tutti gli annotati nel libro della matricola delli Bidelli, per far ancora le sue diligenze, come le farà esattissimamente, a fine di giustificare, se quel tal Scuolare matricolato sarà veramente, o nò allo Studio, ciascuna Terzaria.

Non s'admetterà Scuolare alcuno al Dottorato, se prima non averà riportata fede dal Notaro del Malefizio della detta Città di Pavia, che non abbi avuto, nè tenga alcuna imputazione di delazione di schioppo da ruota, nè di spupillazione, nè di essersi opposto, nè d'aver fatto alcun insulto al Barigello della Città, o suoi Fanti, e questo oltre le altre pene già imposte per simili delitti, e si assicuri ogn'uno, che tutto sarà inviolabilmente osservato.

E perchè l'esperienza ha dimostrato, che per l'abuso delle spupillazioni, sotto colore de' quali si concurono li Studenti in somme grosse, ed eccessive di danari, e donativi (e non solo essi, ma li parenti, amici, ed altri, se a caso alcun di loro una volta entra nelle Scuole per vederle solamente, e non per applicarsi a' Studj, ed anco gli Scuolari oltramontani immuni, e privilegiati) ne seguono disordini, e molti Padri di famiglia restano di mandare li figlj a' detti Studj, cosa, che apporta danno, e discredito grande all' Università, perciò in conformità delle Gride passate si divietano affatto dette spupillazioni sotto pena corporale, anco di galera all'arbitrio del Senato, a chi contraverrà, e non solo gli contraventori, ma ancora gli sospetti solamente di tal spupillazione si scacciaranno dalla Città, e si procederà anco alle pene suddette per informazioni segrete, e così s'incarica precisamente al Sig. Podestà di Pavia.

Si proibisce parimente alli Consiglieri, Cancellieri dare alli pupilli, o altri Scuolari certa scrittura, che dimandano privilegio, quale s'intende esser totalmente contra li buoni costumi, sotto le medesime pene, nelle quali incorreranno parimente quelli, che la riceveranno, e si procederà contra li trasgressori anco per informazioni segrete come sopra.

Ultimamente comanda, che il giorno dedicato a Santa Catterina Avvocata, e Protettrice de' Studenti, ogn'uno d'essi celebri quella Santa Festa con divozione, come si deve ad una sì sublime Avvocata, nè si lasci in modo alcuno ridurre a fare insolenze, disonestà, portar via robbe, e merci da botteghe, e fondachi senza il dovuto pagamento, come s'intende esser seguito qualche volta con scandalo di tutta la Città, sotto pena corporale arbitraria al Senato come sopra, conforme la qualità delle persone, ed eccessi.

Ed acciocchè si possano più facilmente scoprire, e punire li trasgressori, concede il Senato facoltà a tutti di notificar qualunque

1661 lunque trasgressore tanto per il passato, come per l'avvenire, promettendo a quelli, che notificaranno, la terza parte di tutto quello, che per questo entrarà in Camera, e sarà tenuto segreto, volendo.

Che a Santa Catterina si mettino i ponti nell' Urna, tanto Canonici, Civili, e di Medicina, ed ogni altra facoltà, e si osservino in ciò con ogni esattezza gli Ordini stabiliti, e sopra tutto il segreto, e che quando il Sig. Podestà di Pavia intenda, che la nota d'essi sia stata data ad alcun Scuolaro di Leggi, Medicina, o d'altra facoltà, proceda con ogni severità contro chi l'averà fatto anche per via di prove estragiudiziali, e segrete, avvisandone il Senato.

In oltre si comanda a' Bidelli, che in fine d'ogni Terzarìa diino nota distinta con fede giurata da loro al Sig. Podestà di tutti gli Scuolari, che saranno continuamente, o per poco tempo entrati nelle Scuole, significando l'abitazione, nella quale saranno stati in Collegio, camerata, o dozzina; avvertendo, che se in ciò mancaranno, o commetteranno fraude alcuna saranno sospesi, o privati dell' officio, oltre altre pene pecuniarie all' arbitrio del Senato.

Ed acciocchè siano questi Ordini inviolabilmente osservati, si comanda a tutti li Podestà, ed Officiali di Giustizia dello Stato di Milano, che subito li facciano pubblicare nelli soliti luoghi, e ciascun anno li facciano di nuovo pubblicare, e che nel termine di quaranta giorni utili dal giorno, che si cominciarà il processo, abbino di perficerlo, e riferirlo in Senato, altrimente ex nunc, prout ex tunc, il Senato li sospende dall' Officio per il tempo, che gli parerà, nè se gli admetterà scusa alcuna. Non vuole però, che venghino ad alcuna condannazione, nè assoluzione inconsulto Senatu. Dat. in Milano li 12. Genaro 1661.

C. Antonius Belcredius.

ANNOT.

Fuerunt renovati in Ordine diei 22. Aprilis 1667.

Ordine per la presentazione de' Privilegj da farsi da chi pretende poter creare Dottori, Medici, e Notari.

Essendosi fatto dal Senato Eccellentissimo un Decreto del tenore seguente: 1661. Die 24. Januarii.

Censuit Senatus, promulgandum esse Edictum, quo præcipiatur quibuscunque Comitibus Palatinis aliisque quibuslibet asserentibus sibi jus, & facultatem competere in hoc Mediolani Dominio, creandi Doctores, Medicos, & Notarios, ut, intra mensem, teneantur, & debeant, ad manus subnotati Egregii Secretarii deferre, & penès ipsum, in forma probante, dimittere privilegia, & titulos comprobantes dictum jus, & facultatem; alioquin, lapso dicto mense, & præsentatione non facta, nulla dictorum privilegiorum, & titulorum habebitur ratio, eamque deliberationem Senatus capiet, quæ sibi magis videbitur convenire.

Perciò con l'Editto presente, si ordina ad ogni, e qualsisia Conte Palatino, e qualsivoglia altra persona (niuna eccettuata) che pretenda, in virtù di qualunque titolo, o privilegio, potere in questo Stato di Milano, creare Dottori, Medici, e Notari, che nel termine d'un mese, che scorrerà dal giorno della pubblicazione dell' Editto presente (che doverà farsi respettivamente in questa Città, e nelle altre di questo Dominio) siano tenuti, e debbano consegnare nelle mani del sottonotato Regio Secretario, in forma autentica li suddetti loro titoli, e privilegj, altrimenti spirato il detto mese, e non fatta la presentazione suddetta, non si averà riguardo alcuno alli detti titoli, e privilegj, e si prenderà dal Senato quella deliberazione, sopra questa materia, che più stimarà convenire. Dat. in Milano 1. Febbrajo 1661.

Francesco Sadarino.

Declaratio, ut pragmatica super reductione Censuum intelligatur quoad Census eo tempore existentes, non verò ex post impositos.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Creditores Censuum Provinciæ Domus Ossulæ, & Vallis Antigorii dederunt Nobis preces sequentes, videlicet:

P. R. In Provincia Vallis Ossulæ superioris extant quamplurimi Census impositi, & venditi respectivè post generalem Censuum reductionem, alii in rationem librarum sex, alii verò librarum septem quolibet anno pro singulo centenario, & licet notum sit in jure, ac pluries etiam per M. V. sancitum, prægmaticam, seu proclama non reducere nisi Census de eo tempore existentes, non verò ex post impositos, nihilominùs ad evitandas lites, quæ de facili excitantur, & promoventur à personis imperitis, quibus abundat montuosa Provincia illa, cuperent Creditores Censuum ejusdem Provinciæ fidiss. M. V. ser.

illud

illud generali decisione M. V. terminare, ad quem effectum ad eandem confugiunt.

Humil. illam exorando dignetur suis Litteris patentibus declarare generalem Censuum reductionem non officere, nisi Census de eo tempore extantes, non verò impositos expost, simulque mandare respectivis Prætoribus Domus Ossulæ, & Antigorii, ut ita servari faciant, quod speratur &c.

Quibus visis, unà cum Voto Fisci nostri, attentis verbis Proclamatis in materia, de qua agitur, loquentis, harum serie decernimus, generalem Censuum reductionem non officere, nisi Census de eo tempore extantes, non autem impositos expost, mandantes dictis Prætoribus Domus Ossulæ, & Vallis Antigorii, ut ita inconcussè servent, & servari faciant, salvis in reliquis juribus Fisci nostri, si, & prour juris fuerit &c. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani die xvii. Februarii MDCLXI. Oliverius. 1661

A N N O T.

PEr Proclama anni 1666. declaratum fuit Regiam Pragmaticam super reductione Censuum comprehendere etiam Census post ejus datam, sed ante illius promulgationem impositos, ut notat Magnif. Regens, & Senator Comes Caroel. *disquis. jurid. pag. 242. nu. 29., & pag. 243. nu. 48.* *Mognus Fossatus.*

Ordo, ne Feudatarii in Prætorem eligant quempiam à Senatu non approbatum.

MDCLXI. Die xviii. Junii.

EX electionibus Prætorum, quæ à Feudatariis fiunt in personas minùs idoneas, cognovit Senatus quamplura sequi damna in subditorum, & justitiæ detrimentum, hincque sæpè in Senatu audiri concussiones, baraterias, excessus, & imposturas, quæ à quibusdam Prætoribus id genus committuntur, his ad occurrendum mandat Senatus per Jusdicentes monendos esse Feudatarios, ne ad Præturæ exercitium quempiam admittant, nisi priùs Senatui propositus sit, & indè approbatus, sub pœnis eidem Ordini arbitrariis, ultrà nullitatem electionis. Ivagnes.

A N N O T.

FUit renovatus in Ord. diei 10. Julii 1687., & diei 27. Novembris 1702.

Ordine, che li Conti Palatini deducano le cause, per cui pretendono non potersi limitare li loro Privilegj.

AVendo il Senato Eccellentiss. di Milano fatto un decreto del tenore seguente:

MDCLXI. Die xii. Augusti.

Propositis in Senatu per Magnificum Senatorem Carolum Patellanum privilegiis Comitum Palatinorum, quæ in executionem Edicti Januario mense promulgati dimissa fuerunt penès Egr. Secretarium Franciscum Sadarinum; itum est in sententiam, statuendum esse dictis Comitibus Palatinis terminum dierum decem ad deducendum coram eodem Magnifico Senatore Patellano, cur dicta privilegia (in ea potissimùm parte, quæ respicit facultatem creandi J. Consultos, Medicos, atque Notarios, ac in ea quæ juribus Regiis, & publico bono obesse posset) non debeant ita restringi, limitari, atque etiam si opus fuerit, nulla declarari, ut ne adversentur N. C. hujus Dominii, Statutis, Ordinibus, seu bono publico.

Perciò con l'Editto presente, ordina il Senato alli suddetti Conti Palatini, e qualsivoglia altro, che nel termine di giorni dieci, che correranno dalla pubblicazione di questo, debbano dedurre avanti lo stesso Magnif. Senatore Patellano, le cause per le quali, i detti loro Privilegj (principalmente in quella parte, che risguarda la facoltà di creare Dottori di Legge, Medici, e Notaj, ed in quella che pregiudicare potesse al diritto di S. M., Ordini, Nuove Constituzioni, e ben pubblico) non debbino così ristringersi, limitarsi, ed annullarsi ancora, se sarà di bisogno, che non ripugnino alle Nuove Constituzioni di questo Stato, alli Statuti, Ordini, od al ben pubblico; altrimenti spirato il detto termine, pigliarà il Senato quella deliberazione che più stimarà convenire. Dat. in Milano 18. Agosto 1661.

F. Sadarinus.

Ordo, ut Consules denuncient delicta prius Majori, quam Minori Magistratui.

MDCLXI. Die xxx. Augusti.

CUm ad Senatus notitiam pervenerit abusus, per Judices Feudatariorum denuò introductus, & maximè in Provincia Seprii, ut delicta, etiam gravissima, quæ

1661 quæ in eorum Jurisdictione committuntur, non denuncientur per Consules Majori Magistratui, priusquam ipsi Judices Minoris Magistratus moniti non fuerint, processus instruxerint, aliaque peragenda peregerint, ex quo diversa sequuntur præjudicia, in evidens justitiæ, ac jurium Majoris Magistratus detrimentum, ac contra expressam proclamatum in hac materia die xvi. Novembris anni 1618. editorum dispositionem, hisceque fraudibus omninò consulere volens, hoc edicto inconcussè servando.

Mandat Consulibus, ut inposterum dictas denuntias prius afferant Majori Magistratui, indicta contrafacientibus pœna aureorum centum, & etiam corporali, arbitrio Senatus, injungitque is Ordo Jusdicentibus Majoris Magistratus, ut super omnimoda hujus edicti observantia seduló invigilent, & contra inobedientes severè ad dictam pœnam procedant, & Judicibus minoris, ne Consules impediant, imò ità fieri curent.

G. Annonus.

Ordo, ut à Satellitibus restituatur exactum titulo media captura.

Prætori Vallis Saxinæ.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Ex sententia Senatus, coram quo lectæ fuerunt occlusæ preces Matris Danielis, & Laurentii de Cargasachis una cum Voto Fisci nostri, mandamus vobis Supplicanti restitui faciatis dictas quatuor parcellas titulo dimidiæ capturæ à Satellitibus extortas, inposterumque abstineatis à tolerantia hujusmodi excessuum. Mediolani die prima Septembris MDCLXI. Gabriel Annonus.

Ordo, ne Satellites exigant medias capturas.

MDCLXI. Die primo Septembris.

INtellexit Senatus, à nonnullis ex Jusdicentibus hujus Dominii tolerari abusum, per Satellites denuò introductum, exigendi medias capturas ab illis, contra quos eæ sunt decretæ, & suum non sortiuntur effectum; hujusmodi exactionem locum semper habere toties, quoties dictæ capturæ executioni mitti non possunt, quod est contra expressam Senatusconsulti diei 15. Octobris anni 1615. dispositionem.

Cui corruptelæ, tanquam justitiæ, ac privatis valdè præjuditiali omninò occurrere volens.

Mandat is Ordo prædictis omnibus Jusdicentibus, ut à tolerantia hujusmodi excessus inposterum abstineant, & in Satellites contrafacientes severè animadvertant ad pœnas in ipso Senatusconsulto contentas, quod inconcussè vult servari, hocque edictum in quibuscunque Officiis affigi, ut omnibus innotescat.

G. Annonus.

A N N O T.

REnovatus fuit in Ord. diei 16. Januarii 1684.

Declaratio, quod Proclama prohibens delationem armorum super tripudiis procedit quoad omnia loca.

MDCLXI. Die ix. Novembris.

QUamvis clara sit dispositio Proclamatis evulgati prohibentis delationem armorum utriusque mensuræ rotatorum, & à calybe super tripudiis, ad occurrendum frequentissimis malis, & scandalis, quæ in hoc Statu, usu compertum erat committi; quod scilicet extendatur ad quæcunque loca; tamen cum animadvertat Senatus, aliquos ex Jusdicentibus forensibus in hoc hæsitare, & alios, non sine justitiæ, & Fisci detrimento devenisse ad liberationes talium delinquentium, vel sub prætextu, quod prohibitio suprà recensita ad loca insignia solùm restringatur, vel sub prætextu rescripti emanati anno 1612. ad preces Fratrum Carcanorum consimili de causa processatorum. Propterea hoc Senatusconsulto declarat prohibitionem delationis scloporum super tripudiis, non restringi ad loca insignia, & mœnibus cincta, sed ad quascunque villas extendi, & ita inposterùm adamussim servandum, non obstante enunciato rescripto anni 1612. indicta Judicibus contrafacientibus pœna ipsi Ordini arbitraria.

F. Sadarinus.

A N N O T.

PRoclama superius enunciatum est diei 8. Augusti 1633. evulgatum ex ordine Cardinalis Infantis Mediolanensis Status Moderatoris. *Magnus Fossana.*

Ordo,

Ordo, ut Fiscales discedant à loco Residentiæ sine licentia. 1661

Fiscalibus Cremonæ, & Papiæ.

MDCLXI. Die xviii. Novembris.

NOta sunt Senatui præjudicia plerumque contingentia ex absentia Fiscalium ab eorum munere, ad quæ avertenda, is Ordo decrevit vobis mandandum (prout etiam cæteris Fiscalibus hujus Dominii injunximus) ne ab Officio recedatis sine licentia.

Declaratio, quod Collegium DD. Jurisperitorum Mediolani uti possit privilegio creandi Doctores, & Tabelliones, ac legitimandi.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

CUm Senatus noster, publico edicto diei primi Februarii anni 1661. proximè effluxi, mandaverit, ut quilibet ex prætendentibus habere facultatem creandi in hoc dominio Doctores, Medicos, & Notarios exhiberent termino mensis eorum respectivè privilegia, atque ideo per Abbates Collegii Jurisperitorum hujus Civitatis præsentatum nobis fuerit annexum Diploma per Invictissimum Carolum Quintum Imperatorem ipsi Collegio concessum, in quo eidem impartitus est facultatem creandi Doctores, Tabelliones, & Judices ordinarios, ac etiam legitimandi, cum conditionibus enunciatis in ipso privilegio jam in Senatu nostro approbato, usque sub die 10. Decembris anni 1534., & super quo pro maturiori deliberatione, jussimus modo, ut unus ex Egregiis Advocatis nostris Fiscalibus generalibus votum subjiceret; Eò autem viso, & omnibus in Senatu propositis, & diligentèr examinatis, harum serie ex ipsius Ordinis sententia concedimus, & permittimus ut ipsum Collegium possit tutò, & impunè dicto Privilegio uti respectu juris, & facultatis Doctorandi, quo ad non subditos huic Dominio, respectu verò subditorum, nonnisi cum conditionibus infrascriptis, primùm scilicet quod subditi doctorandi studuerint in Gymnasio Ticinensi per tempus à Nov. Const. præscriptum, & ex attestationibus delictorum constet non esse de gravibus delictis impictos, deindè quod tales Laureandi nonnisi in Aula Collegii possint Doctorari, cum punctis, promotoribus, & examinibus, ac aliis solemnitatibus in Academia Ticinensi servari solitis. Respectu verò juris creandi Tabelliones, & Notarios Privilegio prædicto uti posse Collegium, modo priùs ab Abbatibus Notariorum illius Civitatis, in cujus Provincia exercere voluerint, examinati, & idonei reperti sint juxtà ordines suos, & ab eis approbati fuerint, & respectu demùm facultatis legitimandi, Collegium uti posse dicto Privilegio ad normam enuntiatæ prioris confirmationis Senatus; non obstantibus quibusqq; in contrarium facientibus, vel aliam formam dantibus, quibus hac tantum in parte derogamus, servata in reliquis dispositione Nov. Const. hujus Dominii: Decernentes idoneum quemque Notarium laicum originarium, & Incolam huic Dominio suppositum debitam auctoritatem habentem opportuna Instrumenta conficere, & testes interesse impunè posse, mandantes omnibus ad quos spectat, & spectabit, ut ità servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 10. Februarii 1662. 1662

Subscr. F. Sadarinus, & sigillat. &c.

A tergo, Registratæ in filo Pateotium.

A N N O T.

ANno 1668. die 17. Augusti in casu cujusdam Verbani Lacus referente Magnif D. Senatore Aresio declaravit Senatus Excellentissimus præfatum Collegium DD. Jurisperitorum non posse laureare Alumnos Universitatis Ticinensis, sed tantum Exteros, & Clericos; & Laureatos à præfato Collegio non posse defferre Insignia Doctoratus, neque in exercitio versari.

Et jure merito hujusmodi Laureatis prohibitum est defferre Insignia Doctoratus, quia ipsi dicuntur Doctores improprie, & civiliter, non autem naturaliter, neque gaudent Doctorum privilegiis Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 7. nu. 128., & sequ*, Gratian *discept. forens. cap. 186. nu. 68., & sequ.*, Borell. *sum. decis. part 1. tit. 65 nu. 30.*, & alii plures apud Tranchedin. *consult. 9. nu. 54. tom. 1.*; & hujusmodi Doctores non haberi pro graduatis in Hispania, & in Regno Franciæ tradit Rebuff. *de nominat. quæst. 10. nu. 4*

Magnus Fossatus.

1662 *Ordo, ne Actuarii, & Notarii Criminales admittantur ad eorum Officium, nisi prius reportata Syndicatus liberatione.*

MDCLXII. Die xiii. Februarii.

Condidit Excellentiss. Mediolani Senatus die 31. Martii 1640. decretum, in quo animadvertens, Actuarios, & Notarios rerum Criminalium, finito tempore eorum Offitii, alia munera exercere, non reportata Syndicatus liberatione, mandavit quibuscumque Jusdicentibus hujus Dominii, ut nullo modo eos ad idem Actuarii, & Notarii, vel aliud munus admitterent, nisi prius exhibita per eos in fine dicti Syndicatus liberatione Officii antea gesti, sub pœnis ipsi Ordini arbitrariis; Cumque animadverterit, ipsius decreti observantiam fuisse adhucusque neglectam, contra tot aliorum in hac materia editorum dispositionem.

Censuit propterea mandandum denuo, prout mandat ipsis omnibus Jusdicentibus, ut prædictum decretum, prout jacet, adamussim servari curent, sub pœnis in eo contentis.

C. Ant. Belcredius.

Ordo, ut nemo admittatur ad Actuariam seu Notariam Criminalem, nisi prius fuerit approbatus à Senatu.

MDCLXII. Die xiii. Februarii.

Cum Senatus Excellentiss. animadvertisset præjuditia, quæ rectæ justitiæ administrationi inferuntur, & absurda quamplura, quæ ex imperitia, ac aliis defectibus nonnullorum oriuntur, qui ad Actuarias, seu Notarias Criminales ab ipsarum Dominis admittuntur, decretum condidit die 13. Martii 1642., in quo mandavit omnibus, & singulis Civitatibus, Communitatibus, ac particularibus personis habentibus, & habere prætendentibus jus locandi Actuarias, & Notarias, nequempiam Notarium, vel alium, ad eas exercendas admitterent, ipsisque Notariis, ac aliis eas exercerent, nisi prius unusquisque eorum fuisset à Senatu approbatus, & nisi de biennio in biennium, saltem renovata ab ipso Ordine dicta approbatione, sub pœna nullitatis electionis, eamdemque approbationem non dandam, nisi prius habito voto Curiarum, & habita plena informatione idoneitatis, & probitatis admittendorum. Cùm autem cognitum fuerit, hujus sanctionis executionem omitti, nec illius dispositionem servari, in evidens justitiæ, & subditorum præjndicium, ideò

Is Excellentissimus Ordo mandat denuo prædictis omnibus, ut supradictum decretum in omnibus, prout jacet, servent, & servari faciant. C. Ant. Belcredius.

Ordo, ut in Dispensationibus concedendis pro transitu bonorum de supposito in non suppositum, apponatur conditio faciendi depositum pro capitali Taxarum, seu Perticatus bonorum alienandorum.

MDCLXII. Die iii. Junii.

Facto verbo in Excell. Mediolani Senatu per Magnif. Senatorem D. Hyacintum Orrigonum de dispensationibus, quæ concedi solent, quando bona transeunt de supposito in non suppositum, habita etiam ratione eorum, quæ Agentes prædictæ Civitatis Mediolanensis super eadem materia ei exposuerunt.

Censuit is Ordo, adjiciendum formulæ dictarum dispensationum, ut quotiescunque agatur de ædificio, pro quo taxa solvitur, vel de bonis alienandis, teneatur alienans, vel quovis alio titulo transferens in non suppositum ut supra, pro cautione Civitatis, vel alterius Universitatis, facere depositum concurrentis summæ pecuniæ pro capitali Taxarum, seu Perticatus bonorum alienandorum respectivè penès personam idoneam, à Senatu approbandam, implicandæ intra trimestre in redemptionem debitorum urgentium Civitatis, sub interesse ad minus quinque pro centenario, cum approbatione ejusdem Amplissimi Ordinis. Insuper is mandat omnibus Syndicis, & Consulibus Communitatum hujus Dominii, ut diligenter advertant, ne qua fraus huic decreto fiat, & eundem Ordinem de non parentibus, opportunè provisurum moneant.

Maddius pro Egr. Arbona.

Ordo, ut executiones fiant per Satellites, non verò per Milites.

MDCLXII. Die xi. Augusti.

Agnovit Senatus, elapsis annis, obstrepentibus armis in hoc Dominio irrepsisse abusum, contra ipsam Novar. Constit. dispositionem in exequendis præceptis Judicum, aut commissionibus exactorum, & administrantium, exactiones, tàm Creditorum Cameralium, quàm Locorum Piorum, & aliter, ut, sæpiùs (ommissa opera Satellitum, à dictis Constitutionibus præscripta) utantur illa Militum, non sinè Justitiæ præjuditio,

juditio, & publici boni incommodo. Huic absurdo occurrere volens Senatus, accedente etiam Regii Fisci voto, tenore præsentis mandat omnibus Jusdicentibus hujus Dominii, ut inconcusse servari faciant Novas Constit. in titulo de execut., & famul. Jusdicent., nec executiones aliter fieri permittant, quàm servata forma ibi præscripta, ultra pœnas Constitutionum, & Proclamatum indictis pœnis Senatui arbitrariis, etiam contra eos, qui Militum opera utentur, nisi ab Excellentiss. Gubernatore, vel à Senatu ipso derogetur, & contra inobedientes Judicibus jubet, ut similiter ex officio procedant. 1662

Maddius pro Egr. Arbona.

Ordo, quod Actuarii pro visitationibus casuum fortuitorum nullam mercedem exigere possint.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Mittimus ad vos occlusas preces Syndicorum Vallis Anzaschæ, mandantes, ut expressè nominato Actuario, ac cuicunque istius vestri officii inhibeatis, ne quidquam pro præmissis visitationibus post hac exigere audeant, & si quid contra Ordines exactum sit, Supplicantibus restitui faciatis, sub pœna nobis bene visa. Mediolani die 17. Augusti 1662.

Signat. Jac. Ivagnes, & sigill. &c.

A tergo. Sapienti J.C. Prætori Vogoniæ nostro dilecto.

P. R.

ET si pluribus M. V. Ordinibus cautum sit nullam deberi Curialibus mercedem pro visitationibus casuum fortuitorum, nihilominus modernus Actuarius rerum Criminalium Officii D. Prætoris Vogoniæ prætendit (contra tamen solitum, & contra expressam dictorum Ordinum dispositionem) eam sibi deberi, & exigere velle ab hominibus Terrarum Vallis Anzaschæ Jurisdictionis ejusdem Oppidi Vogoniæ, ubi plures in dies hujusmodi accidunt casus. Propterea Syndici Vallis prædictæ fidiss. M.V. ser., ad eandem confugiunt

Humiliter exorando dignetur mandare præf. D. Præt. Vogoniæ, ut expressè inhibeat dicto Actuario, & cuicunque alii dicti sui Officii, ne quidquam pro præmissis visitationibus posthac exigere audeant. Et si quid contra Ordines exactum sit, Supplicantibus restitui faciat sub pœna eidem M. V. bene visa, quod speratur &c.

A N N O T.

IDem præscribitur in sequenti Ordine diei 15. Novembris ejusdem anni, & in Ordine diei 15. Julii 1710, 29. Maji 1722, & 24. Maji 1729.; verum in Ordine diei 23. Augusti 1689. declaravit Senatus Excellentissimus pro hisce casibus posse exigi à Communitatibus mercedem mediæ visitationis, nempe libras 8. & solidos 8, & rursus idem declaravit in Ordine diei 6. Martii 1733., & 22. Aprilis 1735.

Magnus Fossatus.

Ordo, quod nulla merces exigatur pro visitationibus casuum fortuitorum.

MDCLXII. Die xv. Novembris.

COnsulens Senatus publicæ indemnitati, non semel mandavit, dùm agi contingat de casibus fortuitis, servari Ordinum dispositionem, ne quidquam penitus pro accessibus, & visitationibus per Jusdicentes, Notarios, aut alios quoscunque cujusvis officii à Communitatibus, sive ab iis, qui infortunia passi sunt, exigatur, neque exigi permittatur; verùm, cùm in hujusmodi casibus novæ irruperint corruptelæ in justitiæ, & privatorum læsionem, quibus occurrere volens is Ordo pro munere suo.

Mandandum censuit hoc generali Edicto omnibus, & singulis hujus Dominii Jusdicentibus, aliisque Officialibus, ut decreta ipsa, quæ de casibus fortuitis edita sunt, servent, & servari faciant inconcussè, sub pœna Senatui ipsi arbitraria.

Jac. Ivagnes.

Renovatio Ordinis, ne Feudatarii in Prætores eligant exteros.

MDCLXIII. Die xv. Februarii.

EDixit Senatus die 9. Januarii anno 1610., ne quis Feudatarius Prætorem, aliumve Jusdicentem haberet, qui subjectus non esset Dominio Mediolani, & ne quisquam exerceret Præturam, antequam idoneum Fidejussorem dedisset apud acta Cancellarii, quod staret, & pareret Syndicatui; neve Communitates aliquem reciperent in Prætorem, qui fidem ante non fecerit de prædictis. Sed quia cognitum est plerosque in hoc Edictum peccasse, unde gravia damna tum Justitiæ, tum subjectis illata sunt; & instar omnium esse potest novissimum exemplum Prætoris Casalis Pusterlengorum, 1663

1663 gorum, qui alienigena erat, & fugam arripuit; ideò Senatus censuit, præcipiendum iterum esse (prout districtè præcipit) Feudatariis omnibus, atque Communitatibus, ac Prætoribus tàm electis, quàm eligendis, ut decretum prædictum ad unguem observent; alioquin sciant se futuros obnoxios iis pœnis, quos ipse Senatus arbitrabitur,

Sadarinus.

A N N O T.

Fuit renovatus in Ordin. diei 10. Julii 1687., & diei 27. Novembris 1702.

Ordo, ut Judices invigilent contra publicos Peccatores.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Necessaria omninò est ad Majestatem Divinam placandam, in ærumnis, & ad Regnorum, & Provinciarum stabiliendam quietem, vitiorum præcipuè publicorum, extirpatio, & recta, ac syncera Justitiæ administratio, proindè litteris nostris Matriti datis districtè imperavimus, pubblicorum peccatorum semina esse evellenda, mulieres malæ qualitatis expellendas, cæteraque publica vitia arcenda, & punienda esse vigili Jusdicentium diligentia, & per eosdem rectam esse, justitiam in omnibus indistinctè ministrandam, hinc lectis in Senatu nostro ipsis litteris, vobis, ex Senatus ipsius sententia, mandamus, id omne adamussim præstetis, & de iis, quæ superindè emergent, eundem Ordinem moneatis, curata etiam adamussim observantia Proclamatis, jussu Illustris L. T. nostri promulgati pro cultu Ecclesiarum, & renovati sub die x. Decembris 1660. Mediolani die x. Martii MDCLXIII.

Ordo de transmittenda notula Causarum Criminalium.

Egr. Capitaneo Justitiæ Mediolani.

MDCLXIII. Die xv. Junii.

Perniciosa valde est causarum criminalium remorata expeditio, tum in Justitiæ detrimentum, tùm Subditorum damnum, celeriter namque, & Rei puniendi veniunt, ut ex eorum pœna alii à sceleribus perteriti arceantur, & ita scelera minuantur, & qui innocentes sunt, quantum fieri potest à molestiis carcerum, & expensarum citò subleventur juxta ea, quæ à Nov. Const. Status, quam à Senatus Consultis sancita sunt; proindè pensata re, ut omnibus opportunè provisum extet, mandamus vobis intra dies quindecim remittatis ad manus infrascripti Secretarii notulam causarum Criminalium, quæ in Officio vestro pendent, expressis singillatim processibus, qui continent relaxationem Reorum sub fidejussione, & hujus quantitate juxta jam aliàs ordinata, Notariosque interim cogatis ad expeditionem causarum omni sublata mora, monito etiam Senatu de qualitate, fide, & moribus Notariorum, & si in eorum administratione Ordines servaverint.

Ordo, ut nulla habeatur ratio Rescriptorum non editorum è Cancellaria in forma solita.

1664 MDCLXIV. Die xxiii. Januarii.

Et si cautum fuerit Senatusconsulto condito die 30. Octobris 1647., ne aliqua ratio haberetur rescriptorum non editorum è Cancellaria in forma solita, alioquin nullius roboris essent: quia tamen cognitum fuit corruptelam hanc rursus in forum irrepsisse; propterea.

Mandat iterum Senatus Excellentiss. districtè omnibus Jusdicentibus in hoc Dominio Mediolani, sub pœna ipsi Ordini arbitraria, ne inposterum exequantur ulla decreta ad preces Supplicantium data sivè domi, sivè in Senatu; nisi prius edita fuerint è Cancellaria in forma solita, & per unum ex Egr. Secretariis subscripta; & si secùs fiat, vult nulla esse decreta.

Sadarinus.

A N N O T.

Renovatus fuit Ordine diei 4. Martii 1665., 1. Maji 1675., 6. Novembris 1716.

Ordo, ut Syndicatores in Officio Prætoris Mediolani nihil deliberent sine Curia.

MDCLXIV. Die x. Martii.

Cum accidat quandoque, ut Syndicatores in Officio Prætoris hujus Civitatis deveniant ad expeditiones Causarum Criminalium, & liberationes ex se, Curia incon-

inconsultà in præjuditium Justitiæ; ideò, ut hæc facilitas tollatur, & ne Justitia lædatur.

Mandat Senatus, ut inposterum Syndicatores per tempora in dicto Officio omninò abstineant à dictis liberationibus, nec quicquam deliberent, fine Curia, sub pœna nullitatis. Sadarinus. 1664

Ordo, ut Judices singulo anno mittant notulam Bannitorum ad Egr. Capitaneum Justitiæ Mediolani.

MDCLXIV. Die xvi. Junii.

ANimadvertit Senatus Excellentissimus, anno usque 1624. die 18. Maji, ad coercendam intolerabilem Bannitorum audaciam, & temeritatem, qui justitiæ reverentia posthabita, palam vagantur, publicam turbant quietem, Regiisque Subditis gravia afferunt detrimenta, decretum condidisse, ad occurrendum quoque eorum receptatoribus, & auxiliatoribus, qui falso ignorantiæ prætextu, quòd nesciant, illos esse bannitos, se tuentur, cum justitiæ detrimento, quòd non solùm omnes, & quicumque Jusdicentes Inposterum Bannitos in albo Civitatis, in cujus Territorio, aut districtu jus dicunt, omnino describi, & publicari curarent, quacunque exceptione remota, servataque Novar. Constit. forma in tit. de Bannitis, & eorum receptatoribus, sub pœna in eis contenta, sed ipsimet Civitatum Prætores, sub eisdem pœnis, tenerentur singulo anno, exeunte mense Novembri, Catalogum omnium Bannitorum, tàm à se damnatorum, quàm ab aliis ad ipsos delatorum, mittere ad Egr. Capitaneum Justitiæ, qui omnibus coacervatis, eorum notulam ad Officium Panigarolarum describi, & cum his, qui in hac Civitate damnati erunt, typis imprimi, promulgarique, & ad singulos dictarum Civitatum Prætores publican. deferri curaret, ut ab omnibus cognoscantur, eo addito, quòd publicationum attestationes ad Egr. ejusdem Ordinis Secretarios, saltem per totum mensem Januarium subsequentem mitterentur, Cùmque executio hujus decreti fuerit adhucusque neglecta.

Censuit is Ordo, illud renovandum, & inconcussè, uti jacet, servandum, sub prædictis pœnis in eo contentis.

C. Ant. Belcredius.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 20. Novembris 1698.; ex novissimo autem Ordine diei 27. Martii 1741. Album Bannitorum debet trasmitti ad Senatum Excellentissimum.

Ordo, ut Consules intra quatriduum denuncient mortem Clericorum de beneficiis provisorum.

MDCLXIV. Die xi. Decembris.

EXcellentiss. Mediolani Senatus, pro sua vigilantia consulturus publicæ quieti, Regiisque, ac privatis commodis, renovando Ordines olim editos anno 1641. die 6. Junii, mandat omnibus Jusdicentibus ordinariis, præsentibus, & futuris, Oppidorum, & Pagorum cujuslibet Diœcesis Provinciæ Mediolani, ut cogant respectivos Consules ipsorum locorum ad fibi denuntiandum intra quatriduum funera omnium Clericorum de beneficiis provisorum, quæ in respectivo eorum Territorio evenerunt hoc decennio, & quæ futuris temporibus evenient; & item ad deferendum notulam omnium beneficiorum sitorum in suo Territorio, indictà singulis Consulibus negligentibus pœna scutorum ducentorum auri, & alia etiam corporali Senatus arbitrio; quas denuntiationes, & notulas opportuno tempore Judices ipsi ad Senatum referant, dirigendo litteras ad subsignatum Egr. Secretarium, sub pœna suspentionis à munere, vel alia graviori ejusdem Ordinis arbitrio. Vult insuper hoc Senatusconsultum, per Notarios Actuarios ità custodiri, ut ad notitiam Judicum successorum per tempora perveniat sub eadem pœna. Sadarinus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 3. Julii 1667., 11. Januarii 1668., 25. Februarii 1695., 22. Augusti 1698., 12. Augusti 1712.

Ordines servandi ab Officialibus, & Scriptoribus Cancellariæ Senatus Excellentissimi.

CAveant in posterum Scriptores ne à Caufidicis, aliisque causarum Procuratoribus supplicationes, & negotia expedienda emendicent, neve indecoris inter se se concertationibus rixisvè Cancellariam turbent. Si fecerint, prima vice per semestre à munere suspendentur, secunda ejicientur è Cancellaria. 1665

Qui nomen Scriptoris, seù Officialis supplicationibus jàm inscriptum deleverit, & suum

1665 suum supposuerit, eadem pœna multabitur, & majori, pro arbitrio Senatus Excellentissimi.

Secunda hora Senatus adsint omnes frequentes in Cancellaria, negligentibus pœna erit suspensio à munere pro modo negligentiæ, & arbitrio Senatus Excellentissimi.

Officiales, & Scriptores omnes statim atque confecerint minutas, eas deferant in capsulam signaturæ, nec tradant partibus, aut Ostiariis sub eadem pœna.

Coadjutores registrent signaturam, quisque sua hebdomada, mox eam per Ostiarium assistentem dispertiantur iis, qui minutaverint, nec permittant eam residere penès Ostiarios, aut partibus tradi, sub eadem pœna.

Approbationes privilegiorum, & approbationes, ac vota gratiarum expediantur à Cancellario hebdomadario privativè.

Officiales omnes, & præsertim Cancellarii Magnificorum Patrum caveant ne acta causarum, & scripturas Senatus cujuscunque generis transcribendas dent extra Cancellariam, ut ex decreto anni 1656. sub pœna aureorum sex pro singula vice.

Archivista non permittat cuiquam perquisitionem scripturarum extra locum Archivii, nec sine ipsius præsentia, & ejus claves nemini tradat, sub pœna suspensionis à munere, & majori, arbitrio Senatus Excellentissimi.

Scriptores abstineant à rogitu, ut ex decreto anni 1656.

Egregii Secretarii in sumendis informationibus, & examinandis testibus, quorum examini ipsi cum effectu assistere debent, possint pro arbitrio uti opera vel Officialis, vel Scriptoris.

Scriptores non tractabunt supplicata, & responsa, neque processus causarum, exceptis Blanco, Pirovano, Via, Caprino, Orrigono, Appiano, Caimo, & Blasio, quibus pro nunc dignis de causis id permittitur, & in eum locum, qui ex his primus vacaverit, sufficietur Vela.

Singuli ex Egregiis Secretariis sibi eligent binos Scriptores ex Cancellaria, qui transcribere debeant consultationes, & scripturas ex officio spectantes eorum respectivè Secretario, in quo si renitentes, aut negligentes fuerint Scriptores, officii suspensione mulctabuntur, duratura arbitrio Senatus Excellentissimi.

Litteræ Patentes Syndicatuum expediantur à Cancellario respectivè provinciali, & etiam à binis Scriptoribus adjunctis, pro singula tamen cujuscunque Provincia, itaut nemo in alienam se ingerat, sub pœna suspensionis à munere arbitrio Senatus Excellentissimi.

Litteræ subsidiales pro inthimationibus faciendis extrà hanc Urbem dentur omnes secundùm veterem formulam, ut pars adversa termino bidui coràm Judice, ad quem dantur, ad supplicata respondeat, mox quatriduum utrique parti per Judicem statuatur ad replicandum, si voluerint. Aliæ omnes formulæ rejiciantur, sub pœna illi, qui aliter immutaverit, suspensionis ab officio duraturæ arbitrio Senatu Excellentiss.

Dat. ex Cancellaria Senatus Excellentissimi Mediolani die 8. Januarii 1665.

Maddius pro Egr. Arbona.

ANNOT.

Isti Ordines reformati sunt in Ordine diei 21. Julii 1678.

Ordo pro exactione Sportularum.

MDCLXV. Die xxiii. Januarii.

IS Ordo, cui nota est fides, ac idoneitas Hyacinti Malaterræ Syndici Provinciæ Lumellinæ, hanc ei curam demandandam censuit, & propterea illum delegat, ipsique expressè injungit, ut ad quæcunque Officia Criminalia hujus Dominii Mediolanensis accedat, ubi opus sit, omnemque adhibeat diligentiam, utrum Sportulæ fuerint juxta taxam exactæ, mox intra debitum tempus persolutæ, & Prætoribus, Thesaurariis, ac cæteris ad quos spectat, præceptum faciat de sistendo in Officio Egr. Capitanei Justitiæ sub pœna pecuniaria, & etiam corporali arbitrio Senatus, ubi in libris criminalibus consignandis, & in ratione reddenda, statim dicto Delegato non pareant, ac contra Sportularum debitores, nulla personarum ratione habita per executionem realem, & personalem procedat, pignoraque illicò ad hastam vendi curet; insupec Senatus mandat quibuscunque Judicibus hujus Dominii, ut requisiti omne auxilium ad prædicta peragenda præstent dicto Delegato Malaterræ sub pœna eidem Ordini arbitraria,

G. Annonus.

Ordo, ut nulla habeatur ratio Senatus Consultorum, nisi sint expedita è Cancellaria & subscripta à Secretario.

MDCLXV. Die iv. Martii.

ANimadvertit Senatus jamdiù hanc ferpere corruptelam in foro, ut Senatus Consultis quamvis non ritè editis, sed præpropera litigantium festinatione transcriptis, fides habeatur à Judicibus, & non expectata solemni Cancellariæ editione, ad eorum

1665

eorum executionem procedatur. Videntes quàm facilis ex hoc fallendi ansa præbeatur, & quàm patens fraudibus aperiatur locus, iteratis Ordinibus indecoram, & exitiosam hanc consuetudinem tollere conati sumus. Verùm cum malum adhuc hærere sentiamus, omnes hujus nostræ ditionis Judices seriò monemus, ut hosce Ordines servent, neve quàm inposterùm rationem habeant quorumcumq; Senatus Consultorum, nisi è Cancellaria ritè fuerint data, & Egr. Secretarii nostri subscriptione munita. Quod si non paruerint, præterquam quod acta omnia ex eo provenientia jàm nunc irrita declaramus, severiori animadversione eorum obedientiam sanciemus.

Maddius pro Egr. Arbona.

A N N O T.

Rennovatus fuit Ordine diei 1. Maji 1675., & 6. Novembris 1716.

Ordo, ut pro visitationibus occasione delictorum nihil exigatur à Communitatibus existentibus intra milliaria quatuor Residentiæ Judicum.

MDCLXV. Die x. Martii.

Audivit Senatus, Jusdicentes, Actuarios, & Notarios exigere à Communitatibus, pro visitationibus, occasione delictorum patratorum, expensas, & honoraria, ex Ordinibus exigi consueta; etiamsi loca, ad quæ accedunt, non multùm distent, sed commodè possint Jusdicentes, ac Notarii, eadem die, quà eò se conferunt, domum suam reverti: Ut igitur hoc onere sublevet Communitates, mandat Senatus districtè Jusdicentibus, actorum Magistris, atque Notariis, ut quotiescunque loca prædicta, sint intrà milliaria quatuor ipsorum residentiæ; tunc nihil penitus accipiant, directè, nec per indirectum, neque à spontè dantibus, etiam in casibus, in quibus alioquin liceret similes expensas, pro visitatione recipere à Communitatibus; indicitque contrafacientibus, ultra pœnam refusionis tripli, applicandi Fisco Regio, & ultrà etiam restitutionem simpli faciendam Communitati, vel alii, qui solverit, pœnam insuper suspensionis à munere, & aliam graviorem arbitrio ejusdem Ordinis irrogandam; & sub iisdem pœnis ne ullo unquam casu, quo agatur de privatis delictis, pro visitatione corporis delicti quicquam exigatur ab ipsis Communitatibus, vel ab aliis; sed si quid justè prætendunt Jusdicentes, Actuarii, & Notarii, id solùm à Reis, si extent, vel ab Actoribus, qui ipsos duxerint, sibi persolvi curent.

Sadarinus.

A N N O T.

Quoad distantiam Locorum iste Ordo fuit reformatus, ut nempe prohibitio exigendi mercedem visitationis procedat solum respectu Locorum existentium intra duo milliaria, ut cavetur in Ordine diei 30. Junii 1687. *in cap.* 15., & diei 6. Maji 1721.

Ordo, ne Judex manum apponat rei judicatæ.

Prætori Vallis-Saxinæ.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Veris existentibus narratis in annexis precibus Jo. Dominici de Lazaris, mandamus vobis, ut cum per sententiam latam functi sitis officio vestro, nullatenus manum apponatis rei judicatæ in Supplicantis favore, ut exponitur, per vos jam judicatæ; sed in hoc, & aliis casibus omnino observetis dispositionem Ordinum, salvo memorato Supplicanti remedio ordinario appellationis, si ei competit. Mediolani die xxi. Martii MDCLXV.

A N N O T.

Concordat iste Ordo cum dispositione vulgatæ *l. Judex postea quam* 55, *ff. de re judicata*.
Sententia, qua Judex sententiam suam, vel sui Antecessoris revocat, est ipso jure nulla,
1 neque appellatio necessaria est *l.* 1. *C. sent. rescindi non posse*, Scaccia *de sent. & re judicata Glos.* 14. *quæst.* 17. *n.* 5.
Judex potest corrigere propriam sententiam quoad latinitatem, & verba sine aliqua
2 tamen mutatione substantiæ sententiæ Scaccia *ubi supra nu.* 12. Item eam declarare, dummodo nihil addat, aut minuat, quod ipsam aliquo modo mutet in effectu,
3 vel substantia. Idem *loc. cit. n.* 30., etiam si pendeat appellatio Lancellot. *de attentat.* 4 *part.* 2. *cap.* 4. *limit* 21. *n.* 12.
Quod Judex non possit apponere manum rei judicatæ procedit quoad sententiam defini-
5 tivam, secus quoad interlocutoriam; nam hanc Judex potest in parte, & in totum revocare, quia per interlocutoriam Judex non dicitur functus officio suo, & ideo non definit esse Judex in illa causa Scaccia *d. quæst n.* 10., *&* 11., nisi tamen interlocu-
6 toria habeat vim definitivæ Lancellot. *d. tract. par.* 2 *cap.* 12. *limit.* 1. *n.* 53.
Plora alia circa hanc materiam vide apud laudatum Scacciam *d. glos.* 14. *quæst.* 17 *per tot.*

Mognus Fossatus.

1665 *Ordo, ut Pater solvat expensas necessarias à Judice factas ob delictum filii.*

MDCLXV. Die xxviii. Aprilis.

ACto in Excellentissimo Mediolani Senatu circa expensas per J. C. Josephum Corneum alias Prætorem Derthonæ prætensas à Comite Jo. Baptista Rovidio ob processus per eum contra dicti Comitis filios formatos in loco Viqueriæ.

Censuit is Ordo teneri Comitem Rovidium Patrem ad solutionem Cibariorum, & etiam expensarum omnium factarum pro accessu, tam per dictum Prætorem, quam per Notarios, & familiam, salvo jure Senatui declarandi super honorariis.

Sadarinus.

Ordo, ut rejecta appellatione quoad utrumque effectum, appellans solvat totum salarium.

MDCLXV. Die ix. Julii.

MOneatur Thesaurarius, ut quotiescunque rejicitur appellatio quoad utrumque effectum, appellans solvat totum salarium; quotiescunque admittitur quoad devolutivum, & rejicitur quoad suspensivum, solvant utrique pro medietate, nisi aliud fuerit expressum in decreto Senatus.

Ordo circa modum conficiendi relationem Status condemnationis transmittendam Senatui.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecte noster. Expediri non potuit relatio status condemnationis per te latæ contra Jo. Baptistam Cucium in pœnam aureorum quinquecentum, & ulterius in aliam corporalem usque ad mortem arbitrio Illust. L. T. nostri ob actum tyrannicum in Carolum Parolum, de quo fuit dictus Cucius inquisitus, quia ipsam relationem imperfectam ad nos transmisistis; Intelligere enim, & discere debes, quod quando Senatus mandat referri statum condemnationis ad effectum, ut videri possit, an condemnatus sit in casu admissionis ad novas defensiones, non sufficit referre inquisitionem cum condemnatione, sed necesse est transmittere omnia inditia resultantia, incipiendo ab initio processus usque ad condemnationem inclusivè. Quare mandamus tibi ex Fisci etiam nostri voto, ut relationem de omnibus ex processu resultantibus ad nos mittas incipiendo ab initio processus usque ad finem, ommissis, quæ jam retulisti, & interim ab executione dictæ condemnationis supersedeas per bimestre. Mediolani die xix. Augusti MDCLXV.

Gabriel Annonus.

A tergo. Prudenti Viro L. T. Prætoris Vallis-Saxinæ.

Ordo, ut Judices moneant Senatum de Beneficiis Ecclesiasticis vacantibus in eorum Jurisdictione.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

1666 DIlecte noster. Jura Regia nostra multùm lædi possunt, nisi nominatim sciamus, quænam, & qualia vacent in dies Beneficia Ecclesiastica in Territorio nostro. Quamobrem vobis, & successoribus vestris mandamus, (inhærendo etiam Ordinibus jàm editis à Senatu) ut rem hanc ità diligenter curetis, ut nullum omninò vacet inposterum in Jurisdictione vestra Beneficium; potissimum annexam habens curam animarum, de quo nos statim certiores non faciatis per litteras vestras ad Senatum dirigendas. Volumus autem, ut jussa isthæc nostra ità custodiri faciatis in actis, ut ad notitiam successorum cautè perveniant. Mediolani die xxxi. Julii MDCLXVI.

Sadarinus.

Ordo, ut Testes super informationibus, examinentur ab ipsis Egr. Secretariis Senatus.

MDCLXVI. Die xxv. Augusti.

SEnatus, coram quo, rursus actum fuit de examinibus Testium, quæ recipiuntur in Cancellaria, & subscribuntur ab Egr. Secretariis, inconcussè servari mandat Ordines, jàm in hac materia editos, ut omnes testes super informationibus, omninò examinentur ab ipsismet Secretariis, antequam informationibus subscribant: alioquin sciant contrafacientes, suspensionem à munere, & graviores pœnas se incursuros.

Sadarinus.

Ordo,

Ordo, ut ubi vacet aliquod Beneficium Ecclesiasticum moneatur Subœconomus respectivæ Provinciæ. 1666

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Ex sententia Senatus, coram quo actum fuit de rebus ad Oeconomatum nostrum spectantibus, mandamus vobis, ut statim, ac, à Consulibus, sivè Antianis intellexeritis vacasse aliquod Beneficium Ecclesiasticum, Subœconomum etiam istius Provinciæ vestræ moneatis, ut partes suas impleat, ad præscriptum Regiæ nostræ instructionis in hac materia. Mediol. die xxiii. Septembris MDCLXVI.

Sadarinus.

Ordo de annotandis in libro Dispensationibus concedendis Ecclesiasticis pro acquisitionibus bonorum stabilium.

MDCLXVII. Die xix. Februarii.

Cum in dies augeatur numerus dispensationum translationis in Ecclesiasticos, & quamvis à Senatu plura remedia applicata, & addita sint, ut cautum remaneat tam solutioni onerum, quam Regiæ Jurisdictioni respectu Fori indictis peculiaribus legibus in litteris dispensationum, quæ concedentur, præter eas, præstandi fidejussiones respectu utriusque capitis annotationum in Instrumentis celebrandis, nec non ad libros Civitatum, & Provinciarum, cum tamen experientia compertum sit quandoque prædictas leges non adimpleri, vel tractu temporis memoriam actitatorum disperdi, expediatque à Senatu sæpissimè dignosci, quot dispensationes singulo anno emanaverint; idcircò Egr. Secretarius Sadarinus curabit, ut inposterum in Cancellaria, & penès Egr. Secretarium hebdomadarium retineatur liber, in quo annotentur singulæ dispensationes, quæ Ecclesiasticis concedentur, recensitis singillatim in annotatione personis, in quarum favore edenda erit facultas acquirendi, loci, in quo sita sont bona transferenda, eorumque qualitas, & quantitas, nec non nomen Fidejussoris præstandi coram Quæstoribus, seu Officialibus Civitatum, & Provinciarum, neque edendæ erunt dispensationes, nisi prius constiterit de ipsa annotatione. 1667

Ordo, ut Prætor Vallis-Cuvii procedat contra homines Vicecomitales renuente eorum Prætore capturas, vel præcepta subscribere.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Excitato Fisco nostro super occlusis precibus Cornelii Cottæ, vobis mandamus, ut cum memorata delicta sint commissa in ista Jurisdictione, & Prætor particularis dictorum hominum Vicecomitalium renuat subscribere capturas, & alia opportuna præcepta, vos procedatis ad ulteriora in memorata causa contra Delinquentes, capturando capturandos, inquirendo inquirendos, & alia faciendo, prout juris, & pro modo inditiorum; Dedimus autem litteras dicto Prætori dictorum hominum Vicecomitaliom, ut si quid prætendit in contrarium, id coram Senatu nostro deducat.

Insuper volumus informeris eundem Senatum, quomodo se habeat recensita divisiò inter eos, & nominatum Prætorem. Mediolani die xxv. Februarii MDCLXVII.

In angulo. Jacobus Ivagnes.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Vallis-Cuvii nostro dilecto.

Et sigillata in cera rubea Regio sigillo.

P. .R

Reperiuntur in locis Vergubii, & Cassani Vallis-Cuvii Ducatus Mediolani infeudatæ Cornelio Cottæ nonnulli homines, qui dicuntur homines Vicecomitales, & qui nonnulla delicta in dicta Jurisdictione commiserunt. Et licet Prætor dictæ Vallis-Cuvii pluries interpellaverit Prætorem dictorum, hominum Vicecomitalium ad effectum, ut subscribat capturas, inquisitiones, perhemptoria, & alia pro complemento Justitiæ, is renuit. Quapropter Cornelius Cotta sidiss. M. V. ser. ad eam confugit

Hum. supplic. dignetur mandare dicto Prætori dictorum hominum Vicecomitalium, ut requisitus à Prætore Vallis-Cuvii statim illas subsignet, ad effectum ut Justitiæ locus sit, & delinquentes, & Rei luant pœnas.

1667 *Ordo, ne servetur Bulla Gregorii XIV. circa Immunitatem Ecclesiarum.*

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Si constitutio, quam de Ecclesiarum immunitate, & de confugientibus ad illas, edidit Summus olim Pontifex Gregorius XIV., robur accipiat in hoc Dominio nostro; Agnoscimus (prævia quoque consultatione, quam adhibuimus in Regia nostra Matritensi) ne dum observantiæ resistere contraria mandata Dominorum Regum, Patris, ac Avi Nostri, (quos Deus apud se habeat) sed hujusce quoque Provinciæ bonum universum refragari, administrationemq; Justitiæ præpediri, pravosque homines animosiores reddi ad scelera perpetranda: Ubi nempè ad vicinitatem alieni Territorii, in quod expedito paucarum horarum itinere properant, immunitas etiam tot numero Ecclesiarum accedat; ad quas brevi passu se recipiunt: Propterea litteras dedimus è dicta Regia, die quarta Decembris 1666., tùm ad Ill. Gubernatorem, tùm ad Senatum nostrum, quibus districtè imperavimus, nè usus dictæ Bullæ permittatur in Ditione nostra; sed (inhærendo etiam prædictis jussis Dominorum Regum præcessorum nostrorum) seclusa Bulla, omnibus in casibus, qui se offerent, sola dispositio juris observetur: aliis etiam rationibus moti, quas ad aures Sanctissimi deferendas curavimus. Vobis itaque cæterisque Jusdicentibus nostris mandamus, ut pro munere vestro, dictam Sanctionem nostram custodiatis ad unguem; ea vigilantia, quam explorata fides, & obsequium erga nos vestrum pollicetur. Mediol. die iii. Martii MDCLXVII.

Sadarinus.

ANNOT.

TEnorem recensiti Ordinis Regii dici 4. Decembris 1666. per extensum refert Magnif.
1 Senator Bonettus *de armis cap. 17. nu. 14.*
Bullæ Pontificum, ut obligent, debent esse usu receptæ Salgad. *de supplicat. ad Sanctiss. par. 1.*
2 *cap. 2. sect. 3. nu. 114., & labyrint. credit. par. 2. cap. 29. nu. 22.*, Larrea *allegat. 64. nu. 28.*, Gratian. *discept. cap. 588. nu. 13., & cap. 202. nu. 18.*, Barbos. *c. 1. de treg. & pac.*, Garz. *de benefic. par. 11. cap. 5. §. 1. nu. 150.*, & in puncto hujus Bullæ Dian. *de immunit. Eccles. lib. 1. resol. 5.*, & Cortiad. *decis. 119. nu 12.*; leges enim non valent, ubi moribus utentium receptæ non sunt,
3 *l. de quibus ff. de leg. c. in istis dist. 4.*, & cum non agatur de periculo animæ, videtur Jura Canonica nil posse ultra leges statuere, Mancin. *genial. quæst. cent. 2. cap. 140. nu. 5.*, & solent Bullæ in periculis scandali examinari à Principibus Borell. *de Reg. Cathol. præstant. cap. 50. nu. 19.*, ab Eccles. *observ. 177.*, Salgad. *de retent. Bullar. par. 1. cap 2. nu. 37.*; & ideo earum
4 usum tamquam quid facti probare spectat ad Ecclesiam Modic. *§. lex est. dubit. 25. de privileg. glos. 15. nu. 49.*, Larrea *allegat. 64. nu. 32.*, Salgad. *de retent. Bullar. cap. 2. nu. 119. lib. 1.*
Quamvis à lege lata per Summum Pontificem, aut Principem Supremum non detur appel-
5 latio, si sit generalis, & non condita in præjuditium certarum personarum DD. relati à Cortiada *decis. 119. nu. 33. tom. 2.*; licitum tamen est ab ea supplicare ex justa, & rationabili causa, quando moribus alicujus Provinciæ inconveniens est, & tunc supplicatio
6 suspendit ejus effectum, executionem, obligationem, & observantiam, Suarez *de legib. lib. 4. cap. 16. nu. 6. & 8.*, Salas *de legib. tract. 14. disput. 13. sect. 4.*, & pluribus aliis adductis, Cortiada *ubi supra nu. 34.*; à Bulla autem Gregoriana de immunitate Ecclesiarum gene-
7 raliter, & absolutè fuit supplicatum per Regem Hispaniarum, ut testantur Cortiada *ubi supra nu. 36.*, & Cresp. de Valdaur. *observat. 63. nu. 41. par. 2.*; unde sequitur quoad omnes subditos Regis Hispaniarum dictæ Bullæ executionem, & observantiam fuisse suspensam.
Iste modus non admittendi legem Superioris per supplicationem ab ea interpositam, non
8 tantum modestior est, sed & in foro animæ tutior, quam simplex subditorum inobservantia Suarez *de legib. lib. 3. cap. 19. nu. 10.*, Castrus Palaus *in opere morali tom. 1. tract. 32 disput. 1. punct. 14. nu. 11.*, Vela *disert. 36. nu. 30. par. 2.*, & alii pœnes laudatum Cortiad. *d. decis. n. 35.*

Magnus Fossatus.

Ordo, ut pro injuriis etiam publicè prolatis procedatur per Inquisitionem, & non per Capturam.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Respondentes litteris vestris monentibus Magnif. Senatus nostri Præsidem de querela per Gabrium Lozzam istius loci Syndicum de injuriis in eum publicè prolatis porrecta contra Patrem, & filios de Cannysiis, & quod blasphemare consueverint, vobis mandamus intellecto prius Fisci nostri voto, ut respectu dictarum injuriarum attenta ipsa querela, procedatis ad ulteriora prout juris, non tamen per Capturam, sed per Inquisitionem; mox respectu Blasphemiæ subjungentur Ordines. Mediolani die xviii. Aprilis MDCLXVII. C. Antonius Belcredius.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Luvini nostro dilecto.

Ordini per la Regia Università di Pavia.

1667

DEsiderando l'Eccellentissimo Senato di Milano, che lo Studio pubblico di Pavia, instituito per Seminario di virtù, nel quale in ogni età sono fioriti Uomini esemplari per dottrina, ed integrità di vita, si vadi aumentando con universal quiete, e buona disciplina, ne siano li Scuolari ben inclinati, e desiderosi di far profitto disturbati, comanda, che si pubblichino gl' infrascritti Ordini, inerendo ad altri già pubblicati, ed in particolare l'anno 1651., che lascia in sua forza, e vigore.

Ordina dunque di nuovo, che niun Suddito di questo Dominio di qualsivoglia stato, grado, e condizione ardisca, sotto che si sia colore, o pretesto, andare ad altro Studio, che quello di Pavia, e se alcuno vi fosse andato, se ne parta subito, e si riduca a Pavia, sotto le pene contenute nelle Nuove Constituzioni, Gride, ed Ordini altre volte pubblicati, cioè della disgrazia di S. M., e di scudi quattrocento, d'esser ipso facto applicati al Fisco Regio, se il contraventore sarà di sua libertà, ma se sarà in potere altrui non solo esso tale incorrerà nelle suddette pene, ma anco quella persona, che l'averà in suo potere, e governo incorrerà nella pena di ducento scudi d'esser ipso facto applicata al Fisco, ed alla medesima pena saranno tenuti quelli, che piglieranno la laurea Dottorale in altra Università, che in quella di Pavia. Per rispetto poi di quelli, che dal giorno presente addietro hanno contravenuto agli Editti altre volte pubblicari, comanda espressamente il Senato non solo al Podestà di Pavia, ma a tutti gli altri delle Città, e luoghi più insigni di tutto lo Stato, che subito piglino informazione di que' Scuolari sottoposti alla loro rispettiva giurisdizione, che si trovaranno esser andati ad altre Università, che quella di Pavia, od a studiare, o vi abbino preso la laurea Dottorale, e faccino relazione al Senato, per poterli castigare, e col loro esempio levar questo abuso perniziolo allo Studio di Pavia, ed al ben pubblico, nè si ammetterà scusa alcuna, ma si procederà irremissibilmente alle pene predette senza rispetto alcuno.

E s'intendino compresi nella proibizione anche que'Giovani, che sotto qualsivoglia titolo presumono d'esser sottoposti ad altra giurisdizione, perchè nè più, nè meno quando contraverranno, saranno tenuti a pagare la suddetta pena li loro Padri, Fratelli, od altri più congionti di sangue fin' all'ultimo grado.

Avvertendo insieme, che al Dottorato, e poi al Collegio, nè meno all' Avvocazione, ed Offizj, ed ad altra qualsivoglia dignità concernente l'uso della Toga, non sarà admesso alcuno, il quale abbi studiato altrove, che in Pavia, come già è stato ordinato.

Confirmando il Senato le dichiarazioni fatte circa il non potersi far Dottorati di sorte alcuna dalli Collegi, Conti Palatini, o qualsivoglia altro di questo Stato, perchè omninamente intende, che la facoltà di concedere la laurea sia privativamente riservata all' Università di Pavia, ed in tutto conforme alle medesime dichiarazioni, che si trovano presso il Secretario Sadarino.

In oltre niuno sarà iscusato, il quale sia andato ad alcune Città fuori di questo Stato, ove siano Scuole pubbliche, con dire non essere andato a studiare, ma per altri esercizj, perchè tal scusa non se gli admetterà non solo per evitar la pena in questo bando imposta, ma ancora al tempo, che vorrà addottorarsi. Nè se gli admetterà la prova per testimonj del tempo, ch' averà studiato in Pavia, perchè, oltre detti testimonj, e prove, bisognarà, che consti per la matricola del libro de' Scuolari di Pavia del tempo, che ha militato in dette Scuole, e per attestazione giurata de' Lettori, e Bidelli, e l'una prova senza l'altra non s'averà in considerazione, nè in modo alcuno s'averà d'ammettere al Dottorato, sotto pena ancora a quelli Dottori, che gli ammetteranno al Dottorato, o Promotori, arbitraria al Senato, oltre che quelli tali non saranno ammessi ad alcuno Officio di Giustizia, anzi esercendo loro il Dottorato saranno puniti all' arbitrio del Senato.

Dichiarandosi di più, che li Promotori, od altri Dottori, che daranno il loro voto, o cooperaranno all' ammissione alla laurea de' Scuolari, che non averanno attteso alli Studj in quella di Pavia per lo tempo prescritto dagli Ordini, ed accudito alle Scuole ogni Terzaria s'intendino sospesi ipso facto dalla lettura, e per rispetto agli altri Dottori incorsi nella pena di scudi cento, e maggiore all' arbitrio del Senato da pagarsi irremissibilmente per la fabbrica delle Scuole. E perchè ciascuno sappia, che inviolabilmente intende il Senato, che s'osservi quanto quì sopra si prescrive, dichiara di nuovo, che niun Dottore sarà ammesso ad Offizio alcuno in questo Stato di Pretura o Regio, o di Feudatario, nè meno all' Avvocazione nel Foro, quando prima non sarà legitimamente constare d'aver ottenuta la laurea nella suddetta Università di Pavia, ed atteso in essa alli Studj per lo tempo prefisso dagli Ordini.

Inerendo poi alle Gride di Sua Eccellenza, ed alle pene contenute in esse.

Proibisce generalmente a qualsivoglia Scuolare naturale di Pavia, o forastiero

1667 di qualsivoglia grado, e condizione si sia la delazione di qualsisia sorte d'armi da ruota, e d'azzalino, ancorchè siano archibuggi di qualsivoglia misura, ed in qualunque tempo per la detta Città di Pavia, dichiarando in caso di contravvenzione, che abbino perpetuamente ad essere esclusi dal potere ottenere il grado del Dottorato nello Studio della detta Città, e quando alcuno l'ottenga fuori di questo Stato, vuole, che a questi tali sia sempre interdetto l'esercizio Dottorale, l'uso della Toga, ed il puter patrocinare, ed in oltre impone loro altre pene pecuniarie, e corporali di relegazione, o galera, conforme alla qualità più, e meno grave de' casi, ordinando al Sig. Podestà di Pavia, come a suo special delegato l'esecuzione, ed osservanza del detto Bando, e Grida, inerendo sempre alle Gride di S. E.

Avvertendosi, che si procederà anche per prove stragiudiziali, e si useranno rimedj, che dipenderanno dal solo arbitrio, come di bando, multe, ed altre simili in caso, quando non consta della contravenzione per prove legitime.

Di più s'averte, che non basterà alli Scuolari farsi matricolare una volta sola, perchè possono far questo, e poi andarsene dove le pare, e può anche in ciò farsi fraude dalli Bidelli, perchè dopo aversi fatto matricolare con esprimere il nome, cognome, Padre, Patria, ed abitazione tolta in Pavia, converrà che d'anno in anno ne facciano far nota al libro della Matricola, quando vengono allo studio nella forma come sopra, acciò possa apparere della continuazione dello studio, e del tempo, che averanno studiato in Pavia, conforme alla mente del Senato, altrimente non gli servirà la prova della matricola, nè saranno ammessi al Dottorato, e perchè il tutto passi senza fraude si è comandato alli Bidelli, che di tutti li Matricolati, e che di tempo in tempo si matricolaranno diano nota subito al Sig. Podestà di Pavia, il quale in un libro a ciò destinato farà descrivere tutti gli annotati nel libro della matricola delli Bidelli, per far ancora le sue diligenze, come le farà esattissimamente a fine di giustificare, se quel tal Scuolaro matricolato farà veramente, o nò allo studio, ciascuna Terzaria.

Vuole di più il Senato, che li Bidelli al fine di ciascuna Terzaria rimettino copia da loro sottoscritta con giuramento della nota, che averanno consegnata di tempo in tempo al Sig. Podestà delli Scuolari, che saranno stati effettivamente nello studio con distinzione de' loro nomi, cognomi, e Patria, inviandola alle mani dell' infrascritto Segretario, e con avvertenza, che quando si trovasse infedele essa relazione, non solamente s'intenderanno ipso facto privati dal posto, ma di più incorsi nella pena de scudi cinquanta applicandi come sopra, e maggiore all' arbitrio del Senato.

Non s'admetterà Scuolaro alcuno al Dottorato, se prima non averà riportata fede dal Notaro del Malefizio della detta Città di Pavia, che non abbi avuto particolarmente, nè tenga alcuna imputazione di delazione di schioppo da ruota, nè di spupillazione, nè di essersi opposto, nè d'aver fatto alcun insulto al Barigello della Città, o suoi Fanti, e questo oltre le altre pene già imposte per simili delitti, e si assicuri ogn' uno, che tutto sarà inviolabilmente osservato.

E desiderando sommamente, che li Scuolari tanto Legista, come di Medicina, e d'ogni altra facoltà possino proseguir li studj vivamente, acciò l'utile pubblico, e comodo particolare abbondantemente si conosca, si è commesso al Sig. Podestà di Pavia, che chiami a sè tutti i Lettori, che assistono alle promozioni, e dopo loro i Bidelli dell' Università, ed a quelli espressamente comandi, che non ardiscano promovere alcuno de' Scuolari alla Laurea, nè allo stesso Sig. Podestà proporlo, se prima non averà provato, e legitimamente non sarà constare avere studiato il tempo dovuto, e prescritto dalle Constituzioni, e Gride del Senato sopra ciò pubblicate nell' Università di Pavia, e non presenterà le fedi de' delitti da ciascuno degli Attuarj, e questo avanti il caso di farsi la promozione, sopra di che il Senato con suo particolar decreto del dì 10. Marzo del presente anno ha dichiarato, e dichiara, che per rispetto di dette fedine da riportarsi come sopra avanti il Dottorato non siano li Scuolari di detta Università dagli Attuarj dell' Offizio Pretorio di Pavia aggravati di maggior spesa di quello siano sempre stati per l'avanti soliti pagare, e di questo ne ha dato ordine al Sig. Podestà di detta Città, acciò procuri inviolabilmente l'osservanza di esso, procurando che lo stesso s'eseguisca dal Sig. Vice-Cancelliere dell' Università suddetta; Ed in oltre comandi a tutti i Lettori tanto di Legge, come di Medicina, e d'ogni altra Facoltà come sopra, che tengono l'Accademie private nelle loro Case per l'esercizio, e per ripettere le Lezioni date a' Scuolari, e questo ad ore stabilite, acciò l'uno non impedisca l'altro, e proveder à, che nell' estrazione de' ponti non segua fraude alcuna, proibendo a' Lettori, che non diano i ponti a' Scuolari per apprendergli a memoria se non saranno passati gli anni prescritti dagli Ordini d'aver studiato, e contro quelli, che non obbediranno a quello decreto, userà il Senato d'ogni più severo castigo.

E perchè l'esperienza ha dimostrato, che per l'abuso delle spupillazioni, sotto colore de' quali si concutono li Studenti in somme grosse, ed eccessive di danari, e dona-

1667

donativi (e non solo essi, ma li parenti, amici, ed altri, se a caso alcun di loro una volta entra nelle Scuole per vederle solamente, e non per applicarsi a' Studj, ed anco li Scuolari Oltramontani immuni, e privilegiati) ne seguono disordini, e molti Padri di famiglia restano di mandare li Figlj a detti Studj, cosa che apporta danno, e discredito grande all' Università, perciò in conformità delle Gride passate si vietano affatto dette spupillazioni sotto pena corporale, anco di galera all' arbitrio del Senato a chi contraverrà, e non solo li contraventori, ma ancora li sospetti solamente di tal spupillazione si scacciaranno dalla Città, e si procederà anco alle pene suddette per informazioni secrete, e così s'incarica precisamente al Sig. Podestà di Pavia.

Si proibisce parimente alli Consiglieri, e Cancellieri dare alli pupilli, o altri Scuolari certa scrittura, che dimandano Privilegio, quale s'intende esser totalmente contra li buoni costumi, sotto le medesime pene, nelle quali incorreranno parimente quelli, che la riceveranno, e si procederà contra li trasgressori anco per informazioni secrete come sopra.

Ultimamente comanda, che il giorno dedicato a Santa Catterina Avvocata, e Protettrice de' Studenti, ogn'uno d'essi celebri quella Santa Festa con divozione, come si deve ad una sì sublime Avvocata, nè si lasci in modo alcuno ridurre a fare insolenze, disonestà, portar via robbe, e merci da Botteghe, e Fondachi senza il dovuto pagamento, come s'intende esser seguito qualche volta con scandolo di tutta la Città, sotto pena corporale arbitraria al Senato come sopra, conforme la qualità delle persone, ed eccessi.

Ed acciocchè si possano più facilmente scoprire, e punire li trasgressori, concede il Senato facoltà a tutti di notificar qualunque trasgressore tanto per il passato, come per l'avvenire, promettendo a quelli, che notificaranno la terza parte di tutto quello, che per questo entrarà in Camera, e sarà tenuto secreto, volendo.

E perchè la mente del Senato è non solamente obbligare li Sudditi di questo Stato a concorrere a detta Università, ma anche animare li forastieri, ed in particolare gli Oltramontani, si dichiara, e fa palese a ciascheduno, che non solamente si preserveranno essi forastieri, e massime gli Oltramontani da qualsisia disturbo, o molestia delle suddette spupillazioni, ma di più se gli faranno godere li soliti vantaggi, ed esenzioni nelle spese del Dottorato, ed anche se gli concederanno altri privilegi conforme alla qualità delle persone, e de' casi.

Che a Santa Catterina si mettino i ponti nell' Urna, tanto Canonici, Civili, e di Medicina, ed ogni altra facoltà, e si osservino in ciò con ogni esattezza gli Ordini stabiliti come sopra, e massime nell' antecedente Capitolo.

In oltre si comanda a' Bidelli, che in fine d'ogni Terzaria diino nota distinta con fede giurata da loro al Sig. Podestà di tutti gli Scuolari, che saranno continuamente, o per poco tempo entrati nelle Scuole, significando l'abitazione, nella quale saranno stati in Collegio, camerata, o dozena, avvertendo, che se in ciò mancaranno, o commetteranno fraude alcuna saranno sospetti, o privati dall' Offizio, oltre altre pene pecuniarie all' arbitrio del Senato.

Ed acciocchè siano questi Ordini inviolabilmente osservati, si comanda a tutti li Podestà, ed Officiali di Giustizia dello Stato di Milano, che subito li facciano pubblicare nelli soliti luoghi, e ciascun anno li facciano di nuovo pubblicare, e che nel termine di quaranta giorni utili dal giorno, che si cominciarà il processo, abbino di perficerlo, e riferirlo in Senato, altrimente ex nunc, prout ex tune, il Senato li sospende dall' Officio per il tempo, che gli parerà, nè se gli admetterà scusa alcuna. Non vuole però, che venghino ad alcuna condannazione, nè assoluzione inconsulto Senatu. Dat. in Milano li 22. Aprile 1667.

C. Antonius Belcredius.

A N N O T.

Renovati fuerunt in Ord. diei 16. Novembris 1670.

Ordo, ut Rei prætendentes posse frui Immunitate Ecclesiastica detineantur in Carceribus Regiis, & non Ecclesiasticis.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Certiores vos fecimus de litteris è Matritensi Regia nostra datis 4. Decembris 1666., quibus districtè jussimus, nè Bullæ usus, quàm de Ecclesiarum immunitate, & de se recipientibus in illas, edidit Summus olim Pontifex Gregorius XIV. in hoc nostro Mediolani Dominio, ullo in casu permittatur, sed ut sola dispositio juris attendatur: Cum autem per alias litteras nostras, tùm ad Gubernatorem, tùm ad Senatum nostrum è dicta Regia scriptas die 15. Aprilis nuper evoluti, manda-

1667 mandaverimus quoque, ne permittatur Reos illos, qui contenderint, immunitate Ecclesiastica frui, in Archiepiscopi, aliusve Episcoporum carceribus, praeterquam in Regiis nostris, detineri, & sic inposterum inviolabiliter observari praecepimus: propterea hanc etiam Sanctionem, vobis notam facere volumus, ut (quod vestrum est) quotiescunque se se dederit casus, eam ad unguem impleatis. Mediolani die vi. Junii MDCLXVII.

Sadarinus.

Ordo, ut in creandis Notariis, & recipiendis in Collegio Causidicis serventur Ordines jam editi à Senatu.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Recognovit Senatus, contra tot Ordines, ab eo datos, admitti ab isto Collegio, nedum Notarios, sed etiam Causidicos omnino inexpertos, & non habentes requisita necessaria, & permitti contra dictorum Ordinum dispositionem, ut etiam non approbati, exerceant munus Causidici, & hinc tot lites oriantur ex eorundem exercentium imperitia, & Senatus ipse, ac Judices in audiendis nullitatibus processuum litium defatigentur; Opportunum itaque judicatum fuit, ad hujusmodi notoriis abusibus, & bono publico tam praejuditialibus occurrendum, mandare vobis, prout ex ipsius Ordinis sententia, audito prius Fisci nostri voto, mandamus, ut in creandis Notariis, & in recipiendo in Collegio Causidicos, curetis, ut Ordines jam stabiliti serventur, nullo modo permittere volentes, ut non approbati à Collegiis Causidicorum, retineant Studia aperta, & Causidici munus exerceant, & illi Ordines à Senatu nostro dati cum matura deliberatione serventur, & ut pauperes litigantes ab ipsis imperitis Notariis, & exercentibus artem Caosidici, non decipiantur. Mediolani die x. Junii MDCLXVII.

C. Antonius Belcredius.

Ordo, ut in Feudo Vallis-Cuvii publicari queant proclamata Excell. Gubernatorum Status Mediolani.

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusq; Siciliae Rex &c., Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, Tutrix, & Curatrix, ac Gubenatrix Regnorum, & Status.

Cornelius Cotta, Feudatarius Vallis-Cuvii preces nobis dedit sequentes, videlicet.

P. R.

Justitiae, & Subditorum quieti interest, ut publicatio proclamatum, quae jussu Excellentiss. M. V. in hoc Statu Gubernatorum publicantur in Terris insignitate conspicuis ipsa vulgetur. Hinc M V. Vassallus Cornelius Cotta Feudatarius Vallis-Cuvii, quod antiquissimom est in ejus familia Feudum quidem, & insigne, cum Cuvii Oppidum viginti duas Terras sub se habeat, cupiens, ut proclamata in ipso Oppido de licentia M. V. publicentur pro majori Justitiae complemento, & Subditorum quiete, maximè cum Feudum istud finitimum sit, & ità ex certa scientia proclamatum, ac & poenarum à sceleribus Oppidani declinabunt: ideò dictus Cotta M.V. adire decrevit

Humil. eam supplicando dignetur, sumptis prius, si ità videbitur, de insignitate loci, & Feudi informationibus, suis litteris patentibus edicere, & dispensare, ut in dicto Oppido Cuvii ipsa proclamata Excellentissimorum M.V. L. Tenentium publicentur, & poenae saltem pro dimidio applicentur Fisco Dominicali, & reliquum Fisco M. V., ità ut publicatio comprehendat omnes Terras suae Jurisdictionis, quod speratur.

Quibus visis, una cum informationibus de insignitate loci jussu nostro sumptis, ac Fisci nostri voto, per has nostras concedimus, ut in dicto Oppido Cuvii ipsa proclamata publicari possint, modò medietas poenae pecuniariae applicetur Fisco nostro: altera Fisco Dominicali. In quorum fidem praesentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani die xv. Junii MDCLXVII.

In angulo. Cossa, cum sigillo Regio in cera rubea.

A tergo. Registrata in filo Patentium.

Ordo, ut petens à Senatu vel avocationem, vel superfedentiam, & nihil obtinens censeatur in expensis condemnatus.

MDCLXVII. Die xxi. Junii.

Curavit semper omni studio Senatus, quantum liceret, lites omnes coarctare; Verùm animadvertit, nonnullos coloratis precibus quandoque obtinere, vel partes ad eundem Ordinem avocari, vel preces cum superfedentia inthimari, hocque pacto,

pacto, & lites pertrahere, & expeditiones impedire, cùm ob ingruentem negotiorum molem, non possint, omnia in Senatu ità promptè, ut is cuperet, expediri; Et quamvis nonnulla hactenus remedia adhibita fuerint, & aliud consimile Senatus Consultum fuerit vulgatum de anno 1653., quod in oblivionem abiit, tamen ad comprimendas magis, atque magis continuas calumniantium tergiversationes, sancitum est, illud denuo publicandum.

Is itaque Ordo mandat, & edicit, quòd quicumque recitatas avocationes, aut inhibitiones impetraverint, ubi nihil à Senatu obtineant, censeantur in omnibus expensis condemnari, per Secretarium taxandis, nisi expressè ab eodem Ordine fuerint absoluti, quòd si Supplicantes tales fuerint, qui verisimiliter quid petendum sit ignorent, Senatus in Causidicos animadvertet. 1667

C. Antonius Belcredius.

Ordo, ne obtento semel præcepto PENDENTE APPELLATIONE *&c. eoque sublato liceat aliud à diverso Judice obtinere; & quod Consules Justitiæ manum non apponant rei introductæ coram altero ex eis.*

MDCLXVII. Die xxv. Junii.

ANno usque 1604. die 19. Julii Excellentissimus Mediolani Senatus, cùm novisset, duos maximos inolevisse abusus, quibus causarum expeditio, & rerum judicatarum executio, magno partium, & ipsius etiam justitiæ detrimento protrahebatur nimis, atque impediebatur; Alterum, quòd obtento semel remedio præcepti, pendente appellatione, nil novari, eoque sublato, ad alium Judicem confugiebatur, & novum ejusmodi præceptum impetrabatur, sæpiusque iterabatur; Alterum, quòd introducta causa coram uno ex Consulibus Justitiæ, vel eorum Consultoribus, ad alium ex eis sæpè numero divertebatur, qui ad causam, coram suo Collega introductam, manum apponere, non verebatur, decretum vulgandum curavit, ad ejusmodi abusus tollendos, quos cùm in dies magis serpere cognoverit, illud denuo ipse Ordo renovari, opportunum duxit, ut inviolabiliter inposterum servetur;

Quo Senatus ipse, non recedendo à jam decretis in hac materia, statuit, & ordinat, mandatque nulli posthac licere, obtento semel præcepto, pendente appellatione, nil novari, eoque sublato, alium Judicem, ob eandem causam adire, sub poena nullitatis omnium agendorum, ac etiam sub poena Causidicis aureorum centum, & suspensionis à munere Causidici, arbitrio Senatus; Partibus autem totidem aureorum centum, & amplius corporali, eidem Ordini arbitraria; Judices verò suis subscriptionibus in similibus causis addere debere, *ubi aliud simile remedium ab alio Judice non fuerit obtentum*. Præterea non licere Consulibus Justitiæ, vel eorum Consultoribus, ullo pacto manum apponere rei introductæ coram aliis ex eis, sub poena nullitatis, suspensionis ab Officio, arbitrio prædicti Ordinis, neque Causidicis, & partibus licere, alium adire, causa coram uno introducta, sub poena partibus aureorum centum; & etiam corporali, arbitraria Senatui; Causidicis autem totidem aureorum centum, & suspensionis à munere patrocinandi, arbitrio dicti Ordinis, ut supra. C. Antonius Belcredius.

Ordo, ut Consules intra quatriduum denuncient eorum respectivis Prætoribus funera Ecclesiasticorum benefitiatorum, & quod Prætores de iis certiorem faciant Senatum.

MDCLXVII. Die iii. Julii.

ANtequam Excellentiss. Mediol. Senatus inobedientiam multorum ex Consulibus, Oppidorum, & Pagorum totius Dioecesis Provinciæ Mediolani castiget, segnitiemque aliquorum ex Prætoribus acerbiùs increpet; quorum primi negligunt observare Ordinem editum die 11. Decembris 1664. secundi verò obliviscuntur literarum ad ipsos ab eodem Excellentiss. Ordine datarum die 31. Julii 1666.; bonum fore duxit, ad tollendam quamcùmque ignorantiæ, seù oblivionis excusationem, iterum mandare, prout mandat, singulis Consulibus ut supra, ut sub poena scutorum ducentorum auri, & alia etiam corporali arbitrio Senatus infligenda, denuntient Jusdicentibus suis ordinariis, intrà quatriduum funera, omnium Clericorum benefitiatorum, (Parochorum præcipuè) quæ in respectivis ipsorum Consulum Territoriis contingent: Prætoribus verò, ut supra, iterum districtè jubere, prout jubet, ut dictas denuntiationes, & notulas, opportuno tempore, ipsi ad Senatum mittant, directis ad subsignatum Reg. Secretarium litteris, sub poena suspensionis à munere, & alia graviore Senatui arbitraria, atque rem hanc, ità diligenter curent, ut nullum omninò vacet in eorum jurisdictione benefitium, potissimùm annexam habens curam

Vu

1667 ram animarum, de quo Senatum, ut supra, certiorem non faciant; Vult insupèr Senatus, hanc sanctionem ità diligenter custodiri per Notarios actorum Magistros, ut ad notitiam Prætorum successorum, per tempora cautè perveniat, sub eadem pœna.

Sadarinus.

ANNOT.

RENovatus fuit Ordine diei 11. Januarii 1668., 25. Februarii 1693., 22. Augusti 1698., 12. Augusti 1712.

Ordines servandi ab Egregiis Secretariis, ac aliis Officialibus Cancellariæ Senatus.

MDCLXVII. Die xiv. Julii.

SEnatus Excellentissimus Mediolani; in quo actum fuit hodiè de pertinentibus ad Archivum; Censuit multùm conducere in faciliorem, & securiorem custodiam actorum, & sententiarum; utque etiam posteri intelligant, quibus actis nitantur ipsæ sententiæ; simulque pericula tùm fraudum, tùm casuum fortuitorum arceantur (quoad per humanam providentiam licet) sequentes Ordines omnino servandos esse sub pœnis eidem Excellentiss. Ordini arbitrariis.

Mandat igitur primo loco Egregiis Secretariis suis, ut diligenter caveant, postquam subscripserint *minutis* (ut vocant) activè, quæcunque illa sint, civilia seu criminalia; ne permittant ullo titulo vel colore *minutas*, seu autographa, remanere penès eum qui *minutam* formavit; minus penès alium; nec è mensa tolli; sed sivè exemplum exscribendum sit; sivè duplicatum postuletur; sivè solutio Thesaurario facta, referenda sit adhuc in Diarium ab antigrapheo, seu Contrascriptore; hæc omnia, & singula fiant antequam Egregius Secretarius subsignet.

Ad hunc finem, vetat districtè Senatus, ne quis Cancellarius; Coadjutor; Amanuensis; Ostiarius, *minutas* semel editas retineat; vult enim omnes, in Archivum statim redigi.

Mandat. Secundo loco, originalia de Archivo, parciùs extrahi, quàm fieri possit; & si hoc aliquando, præ angustia temporis, seu rei gravitate nequeat excusari; fiat per manum unius ex Egregiis Secretariis, ubi tamen deferenda sint ad Senatum, fiatque statim annotatio per Archivii Custodem, ut celeriùs reponi possint in locum suum; Si verò ex offitio mittenda sint ad Fiscum ea jungi petentem; vel ad instantiam pauperis, qui impensam exscriptionis autenticæ ab Archivo, facere non possit; tunc de hoc mentio fiat per Archivii Custodem in libro ad hunc usum parando; expresso die, & nomine Egregii Fiscalis, & Ostiarii, cui autographa deferenda traduntur.

Tertio loco jubet, omnino & ad unguem custodiri Regiam Sanctionem, cujus meminerunt literæ Vallisoletti datæ die 28. Maji 1604., ut nimirum postquam lata fuerit à Senatu sententia, vel de lite transactum; omnia statim acta juditii illius (seu criminale fuerit, seu civile) integerq; ut vocatur, processus, per Cancellarium Magnifici Senatoris, cui causa commissa fuerat, tradantur Archivii Custodi; facto tamen priùs per dictum Cancellarium repertorio actorum, quæ traduntur, retinendo penès ipsum Cancellarium, & subscribendo per Archivii Custodem.

Postremo loco vult Senatus, teneri omnes, qui Cancellarii munere functi sunt apud Magnificos Senatores defunctos, acta omnia ut supra, quæ utpote Cancellarii receperunt, ad Archivum deferre, retenta penès se actorum descriptione ut supra.

Eadem quoque servata forma, vult Senatus teneri Egregios Secretarios suos, tàm præsentes, quàm futuros, tradere Archivo acta & sententias, quæ penès Egregios Secretarios antecessores suos invenerint; lapso tamen anno à die mortis dictorum antecessorum suorum. Sadarinus.

Ordo circa expensas Visitationum pro delictis, ac casibus fortuitis; ac Cavalcatarum pro assumendis informationibus delictorum.

MDCLXVII. Die xxi. Novembris.

LEctis coram Senatu precibus J. C. Marci Grampæ Syndici generalis Vallis Siccidæ tenoris, ut sequitur

P. R.

Licet clari sint Ordines M. V., & Proclamata S. E. sæpius promulgata favore Communitatum, ut expensis non graventur ob visitationes Cadaverum, & vulnerata, quæ fieri contingunt per Judices, & Notarios cum Satellitibus, nec ob Cavalcatas eorundem pro assumendis informationibus super delictis, quæ in eorum Territoriis committuntur.

Prout ex Ordine M. V. diei 9. Junii 1611., qui datur signat. A.

Ex Ordine Marchionis Hynojosæ diei 13. Januarii 1614. signat. B.

Ex alio Ordine S. E. Comitis de Fuentes

tes edito cum participatione Supremi Consilii diei 16. Octobris 1607. signat. C.

Ex litteris M. V. datis Prætori Laudæ instante Communitate Casalis Pusterlengorum diei 21. Julii 1605. signat. D.

Ex aliis litteris ejusdem M. V. iterato datis ad preces Communitatis Bassignanæ signat. E. F.

Item ex aliis datis Magnif. Senatori Prætori Cremonæ ad instantiam Syndicorum illius Comitatus diei ultimi Julii 1607. signat. G.

Et tandem ex Ordine Senatus M. V. diei 10. Martii 1665., qui simul cum cæteris supra recensitis producitur signat. H.

Attamen in Valle Siccida à nonnullis annis citra contra Ordines ipsos, & Proclamata sæpe delinquitur, & contra hæc jura non rarò peccatur.

Quandoque enim à Notariis, seu Judicibus, qui per tempora fuerunt in dicta Valle à nonnullis annis citra exactæ fuerunt expensæ totius integræ Cavalcatæ à Communitatibus, non obstante quod Rei possiderent bona stabilia in Jurisdictione, & Actores essent solvendo.

Ac etiam quandoque non obstante, quod non adessent inditia sufficientia ad reatum.

Quandoque in casu impotentiæ Rei exactæ fuerunt expensæ cibariorum, & equorum à Communitatibus etiam in casibus, in quibus ipsæ Communitates neque ex dispositione Statutorum, neque ex dispositione Proclamatum tenebantur delinquentes insequi, seu curare ne in earum Territoriis delicta perpatrarent, & hoc contra dispositionem dicti Ordinis S. E. diei 13. Januarii 1614. signat. B.

Quandoque etiam exactæ fuerunt ab iisdem Communitatibus expensæ visitationum corporis delicti in casibus delicti privati contra dispositionem alterius Ordinis diei 10. Martii 1665. signat. H.

Hinc fit, ut sæpe audiantur illæ pauperes Communitates conquerentes de hujusmodi indebitis gravaminibus, quibus ut semel tutius, ac severius occurratur, credidit J. C. Marcus Grampa Syndicus Generalis dictæ Vallis Siccidæ ad M. V. confugere, eam

Humiliter exorando (dum Senatus interfit non minus, quam ipsarum Communitatum, tam propriarum, quam S. E. sanctionum observantiam non obumbrari) ut pro sua dignitate memoratorum Ordinum auctoritatem confirmare dignetur, decernendo sub fortioribus præceptis Judicibus, qui per tempora erunt in dicta Valle.

Primo. Quod existentibus Reis solveodo non audeant ipsas Communitates pro dictis Visitationibus, seu Cavalcatis aliqualiter molestare, & eis non existentibus, nec bona habentibus Communitates non gravent ultra libras 16.

Secundo. Quod Reis non existentibus solvendo, easdem Communitates expensis Cibariorum, & equorum non gravent, nisi in casibus, in quibus virtute Statutorum, vel Proclamatum S. E. tenentur delinquentes insequi, & curare, ne delicta committantur in earum Territoriis, & non adsit Actor, qui instet pro dictis Visitationibus, seu Cavalcatis pro aliquo suo interesse.

Tertio. Quod in casibus delicti privati pro visitationibus corporis delicti nihil penitus exigant à Communitatibus.

Quarto. Quod pro visitationibus casuum fortuitorum nihil pariter neque à Communitate, neque à privatis exigant.

Quinto. Quod neminem molestare audeant occasione dictarum expensarum, nisi prius habitis inditiis ad Reatum, vel ipso Reatu inflicto, si Reus detineatur.

Injungendo dictis Prætoribus etiam futuris, ut inposterum hos, quos exoramus, Ordines M. V. perpetuò appensos teneant in Cancellaria rerum criminalium, eosque inviolabiliter observent, & observari faciant sub pœna quadrupli, & aliis gravioribus expressis in dictis Ordinibus diei 13. Januarii 1614., quod sperat &c.

Jungantur, & Delegatus Malaterra informet. Signat. Loaysa.

Super contentis in hoc supplici libello J. C. Marci Grampæ Syndici Generalis Vallis-Siccidæ recognovit Delegatus pro Dietis, seu Cavalcatis ubi Rei sint solvendo nullo modo agendum contra Communitates pro expensis, sed contra bona ipsorummet Reorum, quorum pœnam, si aliter, sustinere tenerentur Innocentes favore delinquentium, qui ideo faciliores se præstarent ad delicta, cum præcipuè assistant favore Terrarum juris dispositio, & declaratio exhibita diei 13. Januarii 1614. cum plena cognitione facta per Excell. olim Gubernatorem hujus Dominii Marchionem Hynojosam, ac cum prædictis convenire videtur Capitulum Taxæ generalis sub *nu.* 85., ibi *ut similia stipendia persolvantur in manibus Thesaurariorum cujuslibet Offitii*, id quod semper interpretandum, à Reis

In illis verò casibus, in quibus Reus non est inditiatus, vel inhabilis reddatur ad solutiones, jam satis provisum legitur ex Ordinibus M. V. diei nempe 9. Junii 1611. cum aliis subsequentibus pro consimili observantia, ac 10. Martii labentis anni, ut merces visitationum reducatur ad solas libras sexdecim, ubi accessus contingat ultra milliaria quatuor, quatenus vero non agatur de illo genere delictorum, pro quibus præcipuum est onus Communitatum insequendi delinquentes, & seu providendi ne illa committantur in earum respectivè Territoriis, quia super consimilibus jam satis de eisdem legitur in supradicta declaratione D. Marchionis Hynojosæ, ut in defectum Reo-

1667 rum, vel Actorum, qui institerint, erogentur Cibaria, & Equorum vecturæ, sed non ultra.

Respectu verò illarum visitationum, quæ concernunt simpliciter privata, & casus fortuitos, nulla judicio Delegati cadere poterit obligatio ad onus Communitatum, nam pro his, quæ respiciunt primam partem, ex eo quod nulla concurrat pœna publica, ubi Actores petunt visitationes pro fundamento eorum intentionis, subministrare debent impensas, salvis eorum juribus in expeditione causæ. Quo vero ad secundam; plures editi fuere Ordines M. V., quibus tollitur obligatio Terrarum, & inter alios de anno 1663. favore Communitatum Marthesanæ, & Meltii, effectus ne pro fortuitis aliqua gravarentur impensa. Verum sicuti in visitatione librorum observaverit Delegatus aliquos processus de hoc genere denuntiatos, qui ex progressu dolum, & culpam manifestarunt, non desinit id subjicere infallibili judicio, & supremæ auctoritati M. V. opportunè provisuræ, ne ex deficientia mercedis consimiles posponantur visitationes.

Super postremo Capitulo supplicis libelli, effectus ne cogantur processati ad expensas Cavalcatæ, nisi concurrant inditia ad Reatum; sicuti in Taxa Sportularum edita decretum fuit sub num. 41., pro liberationibus defectu inditiorum exigendam esse simplicem ordinationem, sicuti è converso debeatur integra relatio cum visione in illis casibus, in quibus adsunt inditia ad Inquisitionem, ut præcipuè in num. 51.; hanc ipsam regulam juxta juris dispositionem servandam crederet Delegatus super hoc genere impensarum Cavalcatæ, ne minus gravati pari passu ambulent cum inditiaris ad Reatum.

Hæc sunt pro executione decreti, ut Delegatus informet; omnia tamen remittit infallibili M. V. judicio. Mediolani 24. Septembris 1667.

Humilimus Servus
Hiacintus Malaterra Delegatus.

1667. 14. Octobris.
L. Egr. Fiscalis Casatus subjiciat
Signat. Stampa.

INformatio Delegati Malaterræ adhæret Ordinibus in hac materia non semel repetitis, quorum observantiam omnino incidendam putat Fiscus. Cæterum quia visitationes etiam in iis, quæ contingunt casu fortuito, nullo modo sunt ommittendæ, cum sæpe compertum fuerit delictum in facto, quod ab initio speciem fortuiti casus præseferebat; ideò ne propter difficultatem consequendi mercedem pro ejusmodi visitationibus retrahantur Judices, vel Notarii ab iis faciendis, crederet Fiscus non incongruum permitti ejus exactionem à Communitatibus in subsidium, & servata Taxa aliàs ordinata; se tamen &c. 19. Octobris 1667.

Signat. D. Casatus.

Et iis maturè perpensis una cum recensitis Ordinibus per dictum Syndicum exhibitis, informatione Delegati Malaterræ, & voto unius ex Egr. Advocatis Fiscalibus.

Censuit is Ordo memoratos Ordines omnino executioni demandandos, & respectu casuum fortuitorum servandum esse solitum.

Renovatio Ordinis de denunciandis funeribus Ecclesiasticorum beneficiatorum, illisque referendis Senatui.

MDCLXVIII. Die xi. Januarii.

1668 EDixit pluries Senatus, debere Jusdicentes omnes in hoc Dominio, diligentem operam navare, ut funera omnium Clericorum, qui Ecclesiasticis beneficiis fruebantur, & quæ in singulis illorum Territoriis contingerent, à Consulibus, intra quatriduum, sibi denuntientur; ut de his Jusdicentes ipsi, quamprimùm referant ad Senatum, per litteras ab subsignatum Egr. Secretarium dirigendas: Indictà Consulibus pœna ducentorum aureorum; Jusdicentibus verò suspensionis à munere, & aliâ etiam graviore ad arbitrium Senatus, & prout latiùs in eisdem Edictis exprimitur. Nunc autem, ne quis ex antiquis, seù ex novis Jusdicentibus, & Consulibus sit, qui vel oblivionem prætendat, vel ignorantiam; eadem edicta in omnibus confirmanda, & renovanda censuit; mandatque propterea Consulibus, & Jusdicentibus, singulis, sub iisdem pœnis, ut illa ad unguem observent, ea vigilantia, quam publicum, Regiumque commodum exposcit.

Sadarinus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ord. diei 25. Februarii 1693., 22. Augusti 1698., 12. Augusti 1712.

Ordo, ne Notarii exerceant eorum munus in loco, ubi sunt Oppidani.

MDCLXVIII. Die iv. Februarii.

COndidit aliàs Excellentiss. Mediolani Senatus decretum, prohibens, ne Oppidani Notarii possent ibi, munus Notarii in criminalibus exercere, cùm cognovisset præjudicia, ac detrimenta, quæ tùm justitiæ, tùm Subditis ex hac electione inferebantur;

bintur; Verùm hunc abusum nunc magis serpere, recognovit, prælertim in Offitiis Civitatis Viglevani, Marthesanæ, Seprii, & Varisii, cui is Ordo occurrere omnino volens.

Censuit, dictum decretum renovandum, inconcussèque executioni mittendum, sub pœnis, in eo contentis, Prætoreque, ac alios, ad quos spectat, pro illius omnimoda observatione invigilare debere.

C. Antonius Belcredius.

A N N O T.

ACtuarium debere esse advenam in loco, ubi munus suum exercer probant DD. allegati à Novar. *de gravam. vassallor. lib. 1. gravam.* 203. *nu.* 1., & Actuarius oppidanus prohibetur munus suum exercere in tali loco, etiamsi haberet alium Actuarium coosocium exterum idem Novar *d. gravam. nu.* 7., & hanc prohibitionem esse extendendam etiam ad Scribam Actuarii ob identitatem rationis probat laudatus Novar. *loc. cit. nu* 2.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut Prætor Derthonæ singulo mense visitet Carceres cum interventu etiam Protectorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Dùm in Senatu nostro de carceribus, & carceratis Derthonensis Civitatis actum fuit, recognovimus ex mala carcerum consistentia, & ex dilata eorundem, ad longum tempus, carceratorum visitatione, persæpè detentos fugam arripere, carceratos, ultrà quàm par est, premi, eosque, qui libertatem consequuntur, malam itidem valetudinem sortiri, proindè audito Fisci nostri etiam voto, ex Senatus sententia, mandamus vobis singulo mense carceres cum interventu etiam Protectorum visitetis, juxtà ordines. Mediolani die xxix. Februarii MDCLXVIII.

Ordo circa Medicos non Laureatos in Universitate Ticinensi.

MDCLXVIII. Die ix. Aprilis.

DEclaravit toties Excellentissimus Mediolani Senatus nullum ex Scholaribus Ticinensis Gymnasii ad Lauream capescendam promovendum, nisi prius legitimè constiterit per debitum tempus à Novis Constitutionibus, & ab edictis toties publicatis se dictæ Academiæ operam dedisse, & alia ad præscriptum Ordinum præstitisse. Innotuit attamen Senatui per litteras (jussu ejusdem Excellentiss. Ordinis) ab Egregio hujusce Dominii Prothophysico transmissas, nonnullos, ut ex infrascripta notula artem Medicam exercere diversis in Municipiis, Pagis, Oppidisque, & Civitatibus hujus Dominii contra formam Nov. Constitutionum, Ordinum, ac Proclamatum in hac materia editorum, inter quos sunt tàm Nostrates, quàm Exteri; quorum aliqui in ipsa Universitate Ticinensi, alii verò in aliis Academiis extra hanc Provinciam Laureati reperiuntur, nonnulli etiam, quorum Laurea ignota est, & tamen artem medendi exercere audent. Inherendo ergò Nov. Constitutionibus hujusce Dominii in *titulo de Gymnasio Ticinensi*, & novissimo Proclamati, ut huic corruptelæ, & abusibus occurratur, audito superindè Fisco nostro, omnibusque benè, & diligenter discussis.

Censuit idem Ordo, eos, qui huic Dominio subjecti sunt, & in aliis Universitatibus gradum Doctoratus consecuti fuerunt contra dispositionem Nov. Constitutionum omninò ab exercitio suspendendos, & præceptis pœnalibus inhibendos, ne artem Medicam, vel Chirurgiæ in hoc Dominio inposterum exerceant, ac etiam præcipiendum Universitatibus, earumque Regentibus in quibuscumque locis, ubi hactenus inservierunt, vel de præsenti inserviunt, ne eorum opera utantur; minus salarium aliquod persolvant in futurum sub pœna Excellentiss. Senatui arbitraria; Eos autem, qui Subditi non sunt, & in aliis Universitatibus ad Lauream promoti fuerunt, cogendos exhibere intra mensem eorum Privilegia in manibus infrascripti Egr. Secretarii, mox ad Fiscum remittenda, qui habitis opportunis informationibus de eorum peritia, & quantum in arte valeant ab Egr. Prothophysico, subjiciet an sint in hoc Dominio ad artem exercendam admittendi: Demùm eos, qui præsumpserunt artem Medicam, seu Chirurgiæ in hoc Dominio exercere, & se Doctores in ea profiteri, fallendo ignarum Vulgus, cum tales nunquam fuerint, & fortè cum alieno discrimine, ac multorum exitio artis aliqua principia quæsierunt, ne dum ulteriori exercitio privandos; sed contra eos processus construendos, de Pseudomedicis inquirendos, & servatis servandis in pœnas juris damnandos.

C. Ant. Belcredius.

ANNOT.

1668

A N N O T.

MEdici post Lauream, ut admittantur ad exercitium Mediolani, & in Ducatu, exa-
1 minantur à Collegio DD. Physicorum, in reliqua vero parte Mediolanensis Domi-
nii examinantur à D. Protophysico, dummodo tamen sint Laureati in Regio Ticinensi
2 Gymnasio; & quoad exteros facultas reservata est Excellentissimo Senatui, ut decla-
ravit idem Senatus die 20. Februarii 1669. Referente Magnif. D. Senatore Puten.

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Judices procedant contra Otiosos & Vagabundos.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Compertum est, quietem publicam perturbari non parum, & multum detrimenti Justitiam pati ab erraticis hominibus, qui hanc Provinciam incertis sedibus pervagantur; & ab his, qui nullam exercentes artem; nullum licèt habeant patrimonium; desidem tamen vitam ducunt, & tanquam inter Apes ignavi Fuci, de alienis vivunt, vel malè partis. Quamvis verò huic morbo, sæpè medicina pœnarum adhibita fuerit (ut proclamata monstrant contra errones hosce, & otiosos pubblicata) experientia tamen ostendit Senatui nostro, à Judicibus qui processus instruunt, inditia plerunque negligi, quæ sibi fiunt; imò, neque vagos istos constitui Reos, qui sic meritas pœnas evadunt. Districtè igitur vobis mandamus, ut in hos, diligenti studio inquiratis; hos carceri mancipari curetis; reosque faciatis; & de his, ad eundem Senatum referenda referatis, ut Justitia, ordinesque custodiantur. Mediolani die xx. Aprilis MDCLXVIII.

Sadarinus.

A N N O T.

QUam perniciosum Reipublicæ sit hujusmodi hominum genus, satis compertum
1 fuit etiam antiquis Legislatoribus; unde Plato *de legib. dialog.* 11. edixit nullum
mendicum admittendum esse in Civitate, & Solon legem tulit, ut morte mul-
2 ctaretur, qui unde viveret, non ostenderet, ut refert Pratel. *Solon. leg.* 45.; & ideò con-
3 tra hosce homines, quos vænena Civitatum appellat Franciscus Patric. *de Instit. Reipub.
lib.* 1. *tit.* 8. summopere esse invigilandum pro illorum espulsione monet Borel *de Magi-
strat. edict. lib.* 3. *cap.* 16.; hinc Excellentiss. Comes Funtium Gubernator Status Me-
4 diolani ad estirpandum hoc genus hominum, summa vigilantia secretis informatio-
nibus receptis de otiosa vita hominum, qui nec exercitio incumbebant, nec bona suffi-
cientia pro eorum alimentis possidebant, sine processu, propria authoritate illus deti-
neri, & ad Triremes damnatos transmitti jubebat; Quo factum est, ut delicta rariora
valdè committerentur, ut testatur Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 135. *nu.* 43.
Ad impediendum delicta, & præsertim furta nimium frequentia, ex Ordine Excellentissimi
5 D. Gubernatoris Comitis Traun die 7. Julii 1741. renovatum est Proclamma contra
otiosos, ac vagabundos sub pænis in ipso contentis.

Mognus Fossatus.

Ordo, quod Prætores ob defectum Satellitum cogere possint Communitatem ad subministrandum, qui custodiam præstent Carceratis.

Prætori Luvini.

CAROLUS II. Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux.

Dilectè noster. Ob deficientiam Familiæ opportunæ in isto Officio significastis Magnif. Senatus nostri Præsidi per litteras vestras, vos trasmittere non potuisse ad Carceres Egr. Capitanei Justitiæ Petrum della Gobba ad remum triennalem super definitiva relatione vestra per eundem Ordinem damnatum, prout vobis injunximus sub die duodecimo hujus mensis; & sane in prædicto damnato remittendo majorem diligentiam expectabamus, quia ab aliis propinquis Prætoribus brachium implorare, vel Communitatem adigere poteratis ad subministrandum, qui custodiam præstarent. Scire ergo vos volumus, quod si dictus condemnatus fugam arripiet, donec alia se offerat opportunitas transmittendi damnatos ad remigandum, vos tenebimini. Mediolani xxii. Aprilis MDCLXVIII.

A N N O T.

LIcet ad Feudatarios spectet onus manutenendi Custodes Carcerum, nec cogi possint Subditi ad præstandam hujusmodi custodiam Novar. *de gravam. Vassall. lib.* 1. *gravam.* 256. *nu* 1., *& 2. cum ibi adduct.*; urgentissimis tamen subsistentibus causis cogi possunt Subditi ad custodiendos Carceres, ne Feudatarii exteros homines quærere cogantur, dum suos in Terris propriis habere possunt Novar. *ubi supra nu.* 4.; & ipsis ob custodiam erogari debet congruum salarium à Feudatariis idem Novar. *d. gravam. nu.* 3.

Mognus Fossatus.

Ordo,

Ordo, ne Officiales Cancellariæ Senatus se ingerant, & patrocinentur in alienis negotiis. 1668

MDCLXVIII. Die xi. Maji.

CAutum jam fuit Ordinibus nulli e Cancellaria Excellentissimi Ordinis licere pro alio instare, expeditionemque curare alieni negotii, quod in ipsa Cancellaria agitetur. Innotuit tamen dictos Ordines procedente tempore vel fuisse antiquatos, vel oblivione obscuratos, qui ideo ut in posterum inconcussè serventur, & ad omnium notitiam perveniant.

Edicit is Ordo, nullum Officialem Cancellariæ, ullo modo, directè, nec per indirectum audere se ingerere, nec patrocinari in negotiis tàm civilibus, quàm criminalibus, quæ dependentiam habeant à Senatu, sub pœna suspensionis à munere, & aliis gravioribus etiam corporalibus arbitrio Senatus, & contra contravenientes procedetur etiam per informationes secretas, & extrajudiciales partium.

A N N O T.

REnovatus fuit Ord. diei 2. Augusti ejusdem anni.

Ordo, ut Magistratus deputet Officialem pro registrandis Fidejussionibus præstandis ab Ecclesiasticis obtinentibus dispensationes pro acquisitione bonorum stabilium.

Magistratui Ordinarior. Reddit.

MDCLXVIII. Die xvii. Maji.

ANimadvertit Senatus in Regiæ jurisdictionis tutelam pro munere suo intentus, plurimum interesse, ut fidejussiones, quæ ad observationem dispensationum, quæ concedi solent pro bonis, quæ in non suppositos transeunt, de solvendis per tempora oneribus, & non declinando Forum præstari jubentur apud acta istius mensæ, peculiari vigilantia, ac Fidejussorum idoneitate prius examinata recipiantur, acta hujusmodi custodiantur, & in Indicem redigantur, ut de eis quandoque prompta ratio haberi possit, prout idem jussu nostro apud Senatum ipsum servari consuevit, coram quo eum de hac re agi contigerit, vobis injungendum censuimus, ut facta peculiari deputatione Officialis, qui hujusmodi Fidejussionum acta recipiat, ea successivè ab aliis omnibus distincta, & in peculiarem Codicem registranda custodiat, diligenterque advertatur super ipsa idoneitate fidejussionum, & de peculiari adimplemento eorum omnium, quæ à Senatu in dispensationibus præscribuntur.

Annonus.

Ordo, ut Notarii Criminales in Regiis Prætoriis inservientes non exerceant munus Prætoris Feudalis.

MDCLXVIII. Die xviii. Maji.

COndidit die 3. Januarii anni 1636. Excell. Mediolani Senatus Decretum, quo cautum est, ne Notarii Criminales, qui in Prætoriis hujus Dominii inserviunt, feudalium Præturarum munera exerceant, ex quo abusu cognitum fuit non levem oriri scandalorum timorem, & magnum Justitiæ detrimentum, quibus omnino volens is Ordo occurrere, ne in oblivionem prædicti Decreti observantia cadat.

Censuit illud denuo vulgandum, quo prohibeantur omnes Notarii Criminales fungi dicto munere Prætoris sub pœna privationis Notariatus, & majori etiam arbitrio Senatus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 30. Junii 1687., & 6. Maji 1721.

Confirmatio Ordinis diei 19. Julii 1604.

Egregiu Prætori Mediolani.

MDCLXVIII. Die xiv. Junii.

LEcta fuerunt in Senatu dubia, quæ ista Curia Prætoria excitavit super propositionibus, quæ in ea quandoque fieri contingunt, querelarum à Litigantibus Fori Civilis porrectarum nitentibus Decreto Senatus edito die 19. Julii 1604., & renovato sub die 25. Junii anni proximè præteriti, disponente, quod nulli posthac liceat, obtento semel præcepto: pendente appellatione nil novari, eoque sublato, alium

Judi-

1668 Judicem ob eandem causam adire, sub poena nullitatis omnium agendorum, ac etiam sub poena Causidicis aureorum centum, & suspensionis à munere Causidici, arbitrio ejusdem Senatus; partibus autem totidem aureorum centum, & amplius corporali, ipsi Ordini arbitraria; sancitumque est omnibus accurate examinatis servandum esse inconcussè supradictum Decretum Senatus 1604., & juxta casuum contingentiam eundem Ordinem opportunè providurum; Quod vobis, & isti Curiæ innotescere voluimus, ut ita executioni mittatur.

Ordo pro extractione ab Ecclesia Rei robariæ cum assassinio.

Fiscali Septii L. T. Vicarii.

MDCLXVIII. Die xxi. Junii.

AUditis in Senatu litteris vestris monentibus Magnif. ejusdem Præsidem de detentione duorum, quos ad istos carceres traducendos curavistis tamquam impictos de homicidio cum robaria ad stratam commisso in Carolum Puteum de aliorum militum societate, qui in locum sacrum se receperunt, & de diligentiis per vos statim adhibitis rum penès Parochum Ecclesiæ, loci Turbigi, ubi dicti delinquentes extant, tum penès Vicarium Foraneum, pro eis habendis, à quibus nil obtinere vos potuisse significastis, miratus est Ordo ipse, quod non fueritis executi litteras Regias in extrahendis ab Ecclesia hisce, qui dicuntur gravati indiciis robariæ cum assassinio, & aliorum scelerum. Quamobrem ubi verè hujusmodi inditiis relatis graventur, vobis ex ipsius Senatus sententia mandamus ne supersedeatis eosdem à dicta Ecclesia extrahere, & diligenter custodire, facta declaratione, quod ubi innoxii emerserint, Ecclesiæ restituentur; mox de eo, quod gesseritis, eundem Ordinem statim moneatis.

Ordo circa Inquisitos contumaces condemnandos.

MDCLXVIII. Die xxvi. Junii.

DIversitas pœnarum, quæ indictæ fuerunt peccantibus in Leges, & in Proclamata; quemadmodum eò dirigitur, quò Leges tendere debent omnes; ut subjecti nimirum Regi Domino nostro, efficiantur boni; utque faciliùs malefitio submoveantur inposterum ii, quos ipsa ratio, non continuit in officio: Ità etiam aberrabit à scopo, si quibus implementum, & observantia legum, atque proclamatum commissa est; ii segnes, aut obliviosi sint in munere suo. Senatus igitur, Edicto præsenti, admonendos esse censuit Jusdicentes, & Fiscales omnes, ut attentè invigilent, ut quoties condemnandi fuerint inquisiti contumaces, ob ea delicta, quibus Novæ Constitutiones Mediolani; Statuta, seu Proclamata, pecuniarias irrogant pœnas; hæ in ipsis Sententiis exprimantur disertè; antequàm corporalibus pœnis obnoxii declarentur; Quod utique frequenter usuvenit in criminе delationis, vel abusus manualium Sclopetorum brevioris formæ; actuum tyrannicorum, & in aliis ejusmodi: in his enim explicanda primùm erit à Judicibus pœna pecuniaria; deinde adjicienda etiam corporalis, in modum tamen electionis alternativæ, arbitrio Senatus reservandæ; pro qualitate nempè, ac circumstantiis delicti, ac pro conditione delinquentium. Nec minus prospicere debent Egregii Fiscales, ut in casibus gratiarum, quibus votum suum de more subjiciunt; ubicumque delicto numaria pœna infligi potest, in hanc Suntes damnentur; antequam gratiæ capaces fiant. Jubet quoque Senatus, religiosè servari Decretum, quo cautum est, ut ubi quis in ære multatur; sivè ob non custodita præcepta; sivè ob aliam quamcumque causam; etiam si deindè contingat pœnam ordinariam subsequi; & bona confiscari; nihilominus, priùs per Fiscum exigatur multa; quàm ad confiscationem veniatur.

Sadarinus.

Ordo, ne Notarii servientes in Regiis Prætoriis Actuarii munus exerceant apud Feudatarios.

MDCLXVIII. Die xx. Julii.

REnovavit Senatus Excellentissimus die 18. Maji nuper præterita, decretum olim conditum anno 1636., quo cautum fuit, ne ullus ex Notariis Criminalibus, qui serviunt in Prætoriis hujus Dominii, Præturis feudalibus fungantur: Nunc verò prohibitioni prædictæ aliam addendam esse censuit (repetitis iisdem pœnis) ne scilicet aliquis ex dictis Notariis, Actuarii munus exerceant apud Feudatarios; & si qui sunt, dictum munus gerentes, illud statim dimittant, alioquin se pœnis in dictis obnoxios fore sciant.

Sadarinus.

Ordo,

Ordo, quod Officiales, seu Scriptores Cancellariæ Senatus non possint procurare, aut sollicitare in negotiis coram eodem Ordine pendentibus.

MDCLXVIII. Die ii. Augusti.

ANtiquis Senatus Consultis, & recentioribus diei 8. Januarii 1665., & 11. Maji anni præsentis cautum est ne quis è Cancellaria ejusdem Amplissimi Ordinis, sivè Officialis, sivè Scriptor audeat procurare, sollicitare, aut quomodocunque operam dare expeditionibus, negotiisve, quæ coram eodem Ordine pendeant. Cum tamen videatur pertinacem hanc corruptelam non ità facile desinere.

Denuo edicit idem Excellentissimus Ordo ne quis, seu Officialis, seu Scriptor ejusdem Cancellariæ audeat ullo modo neque etiam indirectè procurare, sollicitare, aut quomodocunque operam impertiri expeditionibus, & negotiis coram eodem Ordine pendentibus, neque supplices libellos, aut preces petentium, actorumque dictare, aut conscribere, idque sub pœna suspensionis à munere, & aliis gravioribus arbitrio Senatus, & sciant qui contra fecerint, etiam per secretas, & extrajudiciales informationes contra eos processum iri &c.

Maddius.

Ordo, ut Judices singulo mense certiorem faciant de statu causæ unum ex Actuariis Criminalibus in Officio, in quo Rei respectivè detinentur, & quod Judices Forenses eligant domicilium Mediolani.

MDCLXVIII. Die xxi. Augusti.

INolevit abusus, ut Jusdicentes (Delegati præsertim, Forenses, & feudales) specie tutioris custodiæ, aliòve colore, plores traduci faciant huc ad Carceres; quorum deinde processus, serò nimis expediuntur; imo sæpè contingit, miseros illos, multis mensibus detineri, antequam titulus adscripti criminis sciri possit. Quamvis verò Senatus, pecoliari decreto suo, edito die 9. Novembris 1632. hunc abusum correxerit: Attamen, nunc denuo irrepsit, & propagatur in dies, ut in menstruis Carcerum Visitationibus cognitum est, & ex litteris etiam Egr. Capitanei Justitiæ intellectum fuit: Huic igitur malo, ut opportunum remedium adhibeatur; & ne Carceri sic mancipatorum, numerus ita augeatur ut sibimetipsis; Comentariensibus, & Custodibus graves evadant; utque morbi etiam exitiales (quantùm per humanam providentiam licet) à Carceribus arceantur; mandat districtè Senatus, quibusvis Jusdicentibus, Delegatis, Forensibus, & Feudalibus, ut singulo mense, in scriptis, & absque ulla prorsus impensa, certiorem faciant unum ex Actuariis Criminalibus, in Officio, in quo Rei respectivè detinebuntur, de statu in quo fuerint causæ, sic utsupra, detentorum: Si verò Judices forenses sint, ut suum etiam eligant domicilium, in hac Urbe, ubi admoneri possint, si quid facto opus sit. Pœnam autem, quæ contrafacientibus indicitur, Senatus esse vult aureorum quinquaginta, qui cedant beneficio detentorum; & insuper devolutionis ipsarum causarum, ad Egr. Capitaneum, Egregiumve Prætorem Mediolani; quarum processus, expensis ipsorum contrafacientium mittendi erunt Mediolanum. Hanc autem Sanctionem, uti Justitiæ; poblico bono, & pietati consonam, mandat omninò Senatus, inviolabiliter observari. F. Sadarinus.

Ordo circa modum recipiendi fidejussionem in Causis Criminalibus.

MDCLXVIII. Die iii. Octobris.

FOrmula stipulationis fidejussoriæ, quam *Rovidianam* appellant, & quæ olimtanta cum præmeditatione concepta fuit ad promissoris obligationem adstringendam; Quemadmodum Justitiæ multùm congruit; ita frequentem materiem controversiarum, ac querelarum nunc temporis subministrat: dolentibus non rarò fidejussoribus de Notariorum incoria, ac dicentibus se contentorum in dicta formula ignaros fuisse.

Has igitur querimonias, hancque corruptelam removere volens Senatus, hoc edicto jubet, ut quilibet Notarius Criminalis in hac tota Mediolanensi Provincia, eodemmet tempore, quo in Causis Criminalibus fidejussionem recipit, teneatur vulgari lingua prælegere Fidejussori, & Collaudatoribus dictam formulam, & de prælectione facere mentionem in rogitu; indicitque Notariis contrafacientibus pœnam aureorum vigintiquinque, & suspensionis à munere, arbitrio Senatus duraturæ. Singulis itidem Jusdicentibus districtè præcipit, ut in Aula Criminalis *Offitii*, palàm collocent dictam formulam typis impressam, seu elegantibus litterarum figuris ita scriptam, ut de plano legi possit.

Sadarinus.

1668 *Ordo, ut Judices relationem faciant Senatui de gestis Syndicatorum totum Præsessoris.*

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Meminisse debetis, quid vobis imponant Ordines circa recognoscenda acta Syndicatoris Præcessoris vestri, & de eis relationem ad nos facere, quod sanè, cùm ad tuendum Justitiæ regimen valde pertineat, mandamus vobis, ut, si hoc adhuc non præstitistis, partes in eo vestras diutius desiderari nolitis, sed de gestis per Syndicatorem Præcessoris vestri accuratam ad nos relationem statim faciatis. Mediol. die xvi. Novembris MDCLXVIII.

Maddius.

Ordo, ut Pharmacopolæ conficere debeant Medicamenta ad præscriptum Antidotarii Mediolanensis.

MDCLXVIII. Die xvii. Decembris.

EXcellentissimus Mediolani Senatus, antequàm typis cudendum traderetur Mediolanensis Antidotarii volumen, jussu ejusdem Excellentiss. Ordinis compositum, ad preces Typographi, in eodem Ordine, unà cum Regii Fisci superindè excitati voto, propositas, decrevit, ut infrà videlicet.

Quod omnes, & quicunque Pharmacopolæ hujus Mediolanensis Dominii teneantur medicamenta conficere, & in sua arte operari in omnibus, ad præscriptum enunciati Antidotarii, & non aliter; abdicatis, quod ad usum, quibuscunque exterarum Regionum Pharmacopæis, & hæc omnia, sub pœna aureorum vigintiquinque, pro quolibet contrafaciente, qualibet vice, applicandorum Regio Fisco.

Respectu verò impressionis ipsius Antidotarii, quod, per decennium, ab illius impressione, per Protophysicum curanda, non possit, ab hujusce Dominii Typographis, sub quolibet prætextu, colore, vel causa, typis cudi, absque licentia in scriptis, ejusdem Protophysici, eoque defuncto, illius hæredum, sub eadem pœna applicanda utsupra: Cæterùm, ubi contingeret prædictum Antidotarii librum, in alienis Regionibus reimprimi, prohibita omninò sit illius inntroductio, in hoc Dominium, absq; placito, & licentia ipsius Protophysici, vel ejus hæredum utsupra, idque, sub pœna aureorum centum, applicandorum utsupra.

Respectu autem pretii ipsius libri, postquàm impressus fuisset, quod prætaxari deberet, per Egr. Secretarium Arbonam: mandavitque idem Ordo, omnibus Jusdicentibus, & aliis, ad quos spectat, ut hujusmodi Senatus sanctionem observent, & observari faciant, & prout in authographo litterarum existentium penès Egr. Secretarium Sadarinum. Dat. die 22. Decembris anni 1667. nuper evoluti.

Opere deindè absoluto, impresso, & exhibito, per ipsum Protophysicum, eidem Excellentiss. Senatui, unitim cum taxatione, per dictum Egr. Secretarium Arbonam, in libris sex Imperialibus facta, (absque tamen compactione, vulgò legatura, e coperta) ut præmissa Senatus sanctio, eam, quam res exigit, promptam, & inconcussam sortiatur executionem, utque omnibus innotescat, nec ignorantiæ excusatione, quis tueri se valeat.

Sancit, & edicit idem Ordo, præmissa omnia, ubique locorum hujusce Dominii celebriorum, ut moris est, promulganda, & ab omnibus observanda esse, sub pœnis, de quibus supra.

Sadarinus.

Confirmatio Ordinum circa Custodes Carcerum.

MDCLXIX. Die xvi. Februarii.

1669 GRaviter accepit Senatus, quòd intelexit Ordines toties editos pro Carcerum Custodibus malè ab iis servari, & Carceratos indebitis exactionibus vexari, ideoque denuò edicendum censuit, ut inconcussè serventur Ordines in hac materia lati, scilicet anno 1543. 26. Novembris, & anno 1553. 27. Augusti recensiti in Novis Constitutionibus, & alii anni 1563. 1. Octobris, & 1588. 23. Augusti, & ipsi Custodes à Carceratis etiam spontè dantibus nihil omninò accipere audeant, præterquàm quòd ipsis ab Officii Thesaurario datur, juxtà taxam, sub pœna restituendi duplum ejus, quòd acceperint ultrà privationem officii, & tres ictus funis pro singula vice, & graviori arbitrio Senatus, & ultrà pœnas in recensitis Senatus Consultis jam indictas. Hujus autem Senatus Consulti observantiam in hac Urbe Egregio Syndico Fiscali Generali Francisco Tinello curæ esse voluit, in aliis autem hujus Dominii Civitatibus, & reliquis Officiis forensibus, singulis respectivè Fiscalibus hanc curam inter primas injungit.

Maddius.

Ordo,

Ordo, ut Judices servent N. C. IN TIT. DE SPORTULIS.

MDCLXIX. Die viii. Augusti.

GRaviter accepit Senatus, quod intellexit de abusu jam nimis invecto, ut scilicet aliqui ex Judicibus ordinariis Sportulas, & honoraria accipiant contra Ordines. Ut itaque judiciorum integritati, & legum observationi consulatur; Censuit is Ordo denuo edicendam inconcussam observantiam contentorum in capite de Sportulis lib. 2. Nov. Constitutionum, & aliis Senatus Consultis super eodem postmodùm editis, & denuò sanciendum ne quis ex Judicibus tàm ordinariis, quàm delegatis, aliisque in narrato capite recensitis quiequam sub honorarii nomine, vel quovis alio prætextu ob causas criminales etiam à sponte dantibus damnata quocumque corruptelæ secus invecta, mediatè, vel immediatè accipere audeant, sub pœna privationis muneris, & prætereà aureorum mille, & majori arbitrio Senatus. Quod idem in Civilibus locum habere declararur, quod pertinet ad Judices ordinarios, omninò ad normam narrati capitis de Sportulis. Syndicatoribus autem injungitur, ut super hujus edicti observatione diligenter exquirant, & si quid contra admissum fuerit, peccantes in primis arguant, & de eo accuratissimè referant. Maddius.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 6. Februarii 1672., & diei 17. Augusti 1679.

Ordo, quod extractus per vim ab Ecclesia à privatis hominibus absque Judicis ministerio, & postea captus in loco non sacro, non restituatur Ecclesiæ.

Prætori Lesiæ.

DIlectè noster. Lectæ fuerunt in Senatu litteræ vestræ ad Magnif. ejusdem Ordinis Præsidem exaratæ super demandatis per Vicarium Generalem Novariæ isti Vicario Foraneo, ut inthimari vobis, & Curiæ faciat monitorium pro consignatione Jo. Botarelli è loco sacro extracti ab Antonio Blanco, & ejus socio, Fiscique nostri voto audito, mandamus vobis ex ipsius Ordinis sententia, ut quatenus contra vestram Curiam aliquid ab Ecclesiasticis prædictis tentetur causa prædicta opponatis nil ab ipsa Curia actum fuisse contra immunitatem Ecclesiæ, & Botarellum prædictum fuisse detentum in loco libero ab omni scrupulo Ecclesiasticæ immunitatis; cæterum quatenus ipse Botarellus non urgeatur in isto Officio crimine aliquo, pro quo sit detinendus, statim illum relaxetis eo prius examinato super facto violentæ abductionis, & de hac etiam vos ramquam à Senatu nostro delegati processum instruatis, Reorumque detentionem curetis, & ubi detineri non possint, eos inquiratis, & contumaces in pœnam juris damnetis. Mediolani die xii. Septembris MDCLXIX.

A N N O T.

DE hoc casu latè agit Cortiada *decis. 79. per tot. vol. 2. cum ibi adductis.*

Magnus Fossatus.

Ordo, ut Æconomus Generalis concedat PLACITUM Ecclesiasticis pro Dignitatibus requirentibus Lauream Doctoralem Theologicam, nisi fuerint laureati in Regia Ticinensi Universitate.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Ex sententia Senatus, coram quo lectæ fuerunt annexæ preces Collegii Theologorum, & Lectorum Universitatis Papiæ, censuimus, in posterum nullum PLACITUM concedendum esse cuicunque Ecclesiastico pro dignitatibus Lauream Doctoralem Theologicam importantibus, nisi ipsi Lauream adepti fuerint à Theologis dictæ Universitatis Ticinensis. Quod vobis inootescere volumus, ut inconcusse ità servetis. Mediolani die xxi. Septembris MDCLXIX.

C. Antonius Belcredius.

Ordo, ne admittantur in Syndicatores, vel Prætores feudales non Laureati in Gymnasio Ticinensi.

MDCLXIX. Die xiv. Novembris.

INtellexit Senatus, quandoque admitti, ad exercendos Syndicatus, mox Præturas Pheudatariorum hujus Provinciæ, Jurisconsultos, non Laureatos in Ticinensi

1669 Gymnasio, contrà expressè disposita in ordinibus, jam vulgatis; Ideo occurrere volens is Ordo huic abusui.

Mandat, inposterum nullos Syndicatores, seu Prætores admitti, nisi constiterit per præsentationem Privilegii, Lauream adeptos fuisse in dicta Ticinensi Academia, sub pœna privationis muneris, & pecuniaria etiam Pheudatariis, arbitrio Senatus.

C. Antonius Belcredius.

Ordini da osservarsi da' Portieri del Senato Eccellentissimo.

1669. 28. Novembre.

SI ripiglj l'uso primiero della Cassetta, cioè qualunque Officiale, o Scrittore della Cancellaria, dopo stesa la minuta, ponga lo Spaccio, sia di qualsivoglia sorte, nella Cassetta, come prima si soleva, e quindi il Portiere, al qual toccherà, levi le dette minute, e le porti alle ore debite alle Segnature de' Signori Senatori Lettori, e dell' Illustrissimo Sig. Presidente, dal quale le riporti poi serrate con la solita chiave, e le consegni al Segretario di settimana, e questi dal Coadjutore pur di settimana le faccia distribuire a chi le avrà fatte.

Non riscuotano essi Portieri danaro alcuno per qualsivoglia sorte di Spaccio, nè sotto specie di sigillo, nè d'onorario, nè di fatiche, nè d'altro titolo, nè diretta, nè indirettamente, nè da chi spontaneamente volesse dare; ma per essi riscuota il Tesoriere del Senato Eccellentissimo nello stesso tempo, che lo Spaccio si leva, cioè soldi due per ciascuna lettera missiva, e soldi trè per qualsivoglia Patente, Ordinazione, Sentenza, Civilità, Sindicato, Interinazione di Privilegio, e Cedole Reali, e qualsivoglia altra sorte di Spaccio, e questo secondo la permissione degli Ordini del 1634., 1638., 1653., e 1663., eccetto però, come negli Ordini medesimi, e come segue.

Quando avvenga, che per instanza particolare delle parti il Portiere usi particolar diligenza in portar lo Spaccio fuori della Segnatura ordinaria, possa in tal caso pigliar quella moderata mercede, che gli verrà spontaneamente data, avvertendo a non far concussione, nè diretta, nè Indirettamente, sotto le pene, che abbasso s'impongono.

Nel portare Suppliche, e Risposte alla Lettura non possono ricevere più di soldi dieci, secondo gli Ordini suddetti.

Per le intimazioni da farsi in Città, dentro il Naviglio, non possano pigliare più, che soldi dieci, e fuori del Naviglio soldi quindici.

Per le giornate, che avverrà loro uscir della Città per raccolta, e custodia di tutti, o simili, non possano pigliare più, che lire nove per ciascuna giornata in tutto, compresa Cavalcatura, cibaria, ed ogni altra spesa, ed onorario.

Per le grazie, che si fanno da Sua Eccellenza in Senato, non possano pigliare più di soldi venti, secondo gli Ordini già fatti, e per le interinazioni, o sia approvazioni delle grazie fatte da Sua Eccellenza alla Camera, nelle quali vi è consegnà di Reo, si permette loro per le diligenze straordinarie pigliare sino a lire trè per ciascuna approvazione, compreso il Sigillo, ed ogni altra loro fatica, ancorchè fossero più Rei in essa grazia Insieme nominati, la qual dichiarazione per rispetto della duplicazione de' Rei s'intenda così nelle grazie del primo, come del secondo modo: E tutto questo danaro tanto delle grazie del primo, come del secondo caso si riscuota dal Tesoriere come sopra, venendo proibito a' Portieri il riscuoter cosa alcuna per altra mano, così in questo caso delle grazie, come in altri, secondo che è detto di sopra.

Avvertano i Portieri a non intromettersi in sollecitar negozj, nè procurar decreti a casa, ma si contengano nelle parti dell' officio loro.

Ne' giorni feriati non manchi di trovarsi uno di essi Portieri la mattina verso il tardi alla Porta della Corte con le chiavi della Cancellaria, affinchè, occorrendo qualche urgenza, i negozj così d'Officio, come altri non rimangano impediti.

Per ciò che appartiene all' assistenza al Senato, rispetto verso i Segretarj, Offiziali, Scrittori, e Negozianti, s'intendano rinovati gli Ordini del 1634., 38., 53., e 63. sotto le pene in essi imposte, oltre alle contenute ne' presenti, come segue.

A qualunque Portiere avrà ardire di contravenire a qualsivoglia capo de' presenti Ordini, per la prima volta si sospenderà l'officio, ed emolumenti da esso provenienti per mesi sei; per la seconda, ed altre si procederà ad altre pene più rigorose all' arbitrio del Senato medesimo, ed anche alla privazione dell' Offizio, secondo la disposizione delle Nuove Constituzioni, siccome ancora si procederà contro a' Negozianti stessi, li quali si troverà aver dato ad essi Portieri cosa alcuna contro alla disposizione de' presenti Ordini, e contro agli Offiziali, e Scrittori della Cancellaria, li quali si troverà essere stati inosservanti del contenuto nel primo capo, per rispetto del porre le minute nella Cassetta. Avvertendo, che si darà fede al denunziante, ancorchè in fatto proprio, senz' altra pruova, che del suo giuramento, secondo le circostanze che concorreranno, all' arbitrio dello stesso Senato Eccellentissimo.

Maddius.

Præscri-

1670

Præscribitur Ordo votandi in causis coram Senatu.

MDCLXX. Die xxvi. Februarii.

ACto in Excellentissimo Senatu Mediolani de ordine servando per Illustrissim im Præsidem in rogandis sententiis.

Censuit is Ordo post Magnificum Relatorem, rogandum qui proximè sedet ad latus, in quo restant pauciores Senatores, mox deinceps usque ad ultimum, & numerandas Sedes vacantes, deinde rogandum qui proximus est ad alterum latus, & ab eo ascendendum usque ad primum; Postea rogandum ultimum lateris adversi, & ab eo item ascendendum usque ad primum.

Ordo, ut Feudatarii deputent Syndicatores pro eorum Prætoribus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex; & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Cum cautum sit ordinibus, Judices functos officio suo teneri eo in loco cui præfuerunt, Syndicatui se subjicere, ut de culpa, fraudibusque si quas admiserunt, convenientiùs, ac rationem reddant: Cumque etiam compertum fuerit, quamplures Prætores feudales non fuisse Syndicatui suppositos; propterea ut Justitiæ consultum remaneat, vobis mandamus, ut publicò edicto Feudatarios istos moneri faciatis, quod si intrà dies octo Syndicatores non deputaverint, juxtà Ordines, consuetasque patentes non reportaverint, ii à Senatu, opera vestra, decernentur. Mediol. die xii. Martii MDCLXX.

Gradignanus.

Ordo, ut Ostiarii Senatus induant habitum coloris violacei jacintini.

MDCLXX. Die xxv. Junii.

CUm animadverterit Senatus abusum paulatim irrepsisse, & in dies invalescere, ut peculiaria ipsius Excell. Ordinis insignia ab institutione ejusdem Ostiariis præscripta, & quæ anteactis temporibus indistinctè induere consueverunt coloris scilicet violacei jacintini, quem vulgo *morello chiaro* appellant, vel in obscuriorem studiosè emendicatum, vel in alium, & quidem diversum pro libito subrogatum colorem declinasse, ita ut ipsi Ostiarii, vix jam dignosci, & distingui queant, quod valdè indecorum est, nec ulterius dissimulari potest. Is Ordo narrato abusui omnino occurrere volens, districtè jubet, ut post hac dicti ejus Ostiarii antiquum, & peculiarem Senatus colorem ipsum violaceum jacintinum, vulgo *morello chiaro* reassumant, nec ab eo ipsissimo colore ullo pacto, aut titulo declinare audeant, aliumque vel obscurioris notæ, vel diversum induere, sub pœna aureorum decem à quolibet contrafaciente, & qualibet vice exsolvendorum, & usibus Sacelli ipsius Excell. Ordinis applicandorum, utque præmissa, quam par est executionem obtineant; Mandat dari litteras ad Magistratum Ordinarium, ut pecuniam in causam ipsorum indumentorum quot annis ex Ærario Regio dictis Ostiariis erogari consuetam, Thesaurario ipsius Excell. Ordinis persolvi jubere velit, ab ipso Thesaurario convertendam in uniformem eorundem Ostiariorum habitum, sub directione, & Ordinibus Magnif. D. Senatoris Menochii, ad quem pariter exarentur litteræ, ut juxtà mentem Senatus quam tenet enixè curet executionem hujus Senatus Consulti &c.

Ordo circa Informationes sumendas à Secretariis Senatus.

MDCLXX. Die xxxi. Julii.

HOdierno Senatus Consulto cautum fuit, ut omnes prorsus informationes, quæ per Secretarios assumi debent, sumantur inposterum per Secretarios respectivè Provinciales: illæ verò quæ sumendæ sunt in ipsa Civitate Mediolani, & Suburbiis, sumantur per Secretarium respectivè hebdomadarium: quibus Secretariis districtè mandat Senatus (ipsorum etiam onerans conscientiam) ut ipsimet, & non per alium, testes interrogent, & excutiant diligenter; Hancque sanctionem omninò observari vult, & palam in Cancellaria proponi, ne quis sit qui colorem ignorantiæ prætendere possit.

Sadarinus.

Ordo, ut Terminus ad parandas pecunias incipiat currere à die concessionis litterarum.

MDCLXX. Die xxiii. Augusti.

ACto in Excell. Mediol. Senatu de terminis, qui ab eodem Ordine conceduntur ad parandas pecunias, an scilicet ii currere debeant à die datarum litterarum, vel concessionis termini, quæ fit à Judicibus inferioribus.

Censuit

1670 Censuit idem Ordo, in minutis dictarum litterarum termini ad parandas pecunias exprimendum, dictum terminum incipere currere à die concessionis litterarum Senatus, & earum editionis à Cancellaria ejusdem Ordinis. Gradignanus.

Ordo, ut Ecclesiastici adeuntes hæreditates pro vacantibus delatas fidejubeant de non declinando forum, & servent Bullam Clementinam.

MDCLXX. Die iv. Septembris.

Magistratui Extraordinario.

PRoposita coram Senatu consultatione vestra in causa hæreditatum pro vacantibus delatarum, quas Ecclesiastici adeunt, circa caput respiciens, ut dicti Ecclesiastici cogantur ad præstandam fidejussionem de non declinando forum, nec non respectu alterius capitis præstandæ scilicet fidejussionis de solvendis debitis hæreditariis; omnibusque consideratis; quoad primum ejusdem Ordinis sententia stetit, executioni mittendum decretum Senatus in hac materia editum anno 1632., & ad illius normam cogendos Ecclesiasticos ad præstandam fidejussionem: Quovero ad secundum: servandam dispositionem Bullæ Clementinæ, nec ultra eam posse Clericis præjudicari in jure eis competente ex dispositione juris communis; vobis propterea mandamus, ut ita executioni mitti curetis.

A N N O T.

ENunciatum Breve Clementis VII. est diei 1. Septembris 1533., & per extensum refertur à Redenascho *cons. 78. in fine.*
Recensitus Ordo Senatus Excellentissimi est diei 20. Octobris. *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut Scripturæ excribantur à solis Officialibus Cancellariæ.

MDCLXX. Die iv. Septembris.

SEnatus robur addendo decretis olim editis &c. edicit, & mandat Scripturas omnes, & cujusvis speciei sint, nullis prorsus exceptis, excribi omnino debere à solis Officialibus Cancellariæ pœna arbitraria Senatus, & ejiciendos illos Officiales è Cancellaria, qui per alios extra Cancellariam exscribi fecerint; ulterius mandat Egr. Secretariis, ut invigilent, & serventur Ordines &c. monendo Senatum &c.

Sadarinus.

Ordo, ut describantur bona voluntarii mortem sibi inferentis.

Prætori Palantiæ.

DIlectè noster. Super litteris vestris monentibus Magnif. Senatus Præsidem de reperto in Putheo Hospitalis quodam cadavere, quod media opera vestra extractum fuisse significastis, & recognitum esse illud Jo. Antonii Cacianini, qui in isto Officio impictus reperiebatur de furto Ongari, an sit per vos ad descriptionem bonorum deveniendum, mandamus vobis, audito Fisci nostri voto, ut informationes assumatis an dictus Cacianinus voluntariè in putheum se projecerit animo violentam mortem obeundi, nam ubi de hoc constet, procul dubio ejus bona qualiaqunque sint, Fisco remanent applicata, & monito Magistratu Reddit. Extraord. sunt describenda, qnod vos monitos esse volumus. Mediolani die xvi. Novembris MDCLXX.

Belcredius.

A N N O T.

PŒna inferentis sibi mortem, non tædio vitæ, doloris impatientia, furore, aut alio
1 morbo, sed conscientia patrati criminis, est confiscatio bonorum *l. 3. in princip., & in §. 1. versic. ergo aut postulati ff. de bonis eor. qui mortem sibi conscive., l. 1. & 2. C eod., & l. in fraudem §. ejus bona, il secondo ff. de jure Fisci*; hoc tamen procedit, quando crimen, pro quo
2 se occidit merebatur pœnam confiscationis bonorum, si de eo confessus, vel convictus fuisset, & non aliter, Peregrin. *de jure Fisci lib. 4. tit. 4. nu. 3.*, Menoch. *de arbitrar. cas. 284. nu. 14.*, & alii plures apud Caball. *resol. crim. 137. nu. 2. & 3.*, & sic fuit in jure dispositum,
3 ne liceat Reo facto suo sibi mortem inferendo, jus Fisci auferre, cum siquidem crimen morte Rei extinguatur Peregrin. *ubi supra in fine*; non autem hæc pœna imponitur propter commissam sui ipsius occisionem, laudatus Peregrin. *nu. 8.*; unde etiam si statuto
4 cautum sit homicidam esse capite plectandum eum confiscatione bonorum, non tamen hoc casu locum habet hæc pœna, & ita esse intelligendas N. C. hujus Dominii *tit. de pœnis §. homicida*, tradit Menoch. *ubi supra nu. 29.*

In

In dubio quis non præsumitur metu criminis interfectus, ideoque hæc qualitas tanquam 1670
5 fundamentum intentionis Fisci, ab eo est probanda ad effectum deveniendi ad con-
6 fiscationem bonorum; relevatur tamen Fiscus ab onere hujus probationis, quoties de
crimine notoriè constat, aut de eo jam est in judicio secura postulatio; nam tali casu
intentio Fisci est satis fundata ex præsumpta interfecti confessione, nisi hæredes scripti,
7 aut venientes ab intestato probarent non metu criminis, sed alia de causa se interemisse;
8 nam contra præsumptam illam confessionem datur probatio in contrarium Peregrin.
d. tit. nu. 2. & 3., Caball. *loc. cit. nu. 7. & 9.* *Mognus Fossatus.*

Ordini per la Regia Università di Pavia.

DEsiderando l'Eccellentissimo Senato di Milano, che lo Studio pubblico di Pavia, instituito per Seminario di Virtù, nel quale in ogni età sono fioriti Uomini esemplari per dottrina, ed integrità di vita, si vadi aumentando con universal quiete, e buona disciplina, nè siano li Scuolari ben inclinati, e desiderosi di far profitto disturbati, comanda che si pubblichino gl'infrascritti Ordini, inerendo ad altri già pubblicati, ed in particolare l'anno 1651., che lascia in sua forza, e vigore.

Ordina dunque di nuovo, che niun Suddito di questo Dominio di qualsivoglia stato, grado, e condizione ardisca, sotto che si sia colore, ò pretesto andare ad altro Studio, che quello di Pavia, e se alcuno vi fosse andato, se ne parta subito, e si riduca a Pavia, sotto le pene contenute nelle Nuove Constit., Gride, ed Ordini altre volte pubblicati, cioè della disgrazia di S. M., e di scudi quattrocento, d'esser ipso facto applicati al Fisco Regio, se il contraventore sarà di sua libertà, ma se sarà in potere altrui, non solo esso tale incorrerà nelle suddette pene, ma anco quella persona, che l'averà in suo potere, e governo incorrerà nella pena di ducento scudi d'esser ipso facto applicata al Fisco, ed alla medesima pena saranno tenuti quelli, che pigliaranno la laurea Dottorale in altra Università, che in quella di Pavia. Per rispetto poi di quelli, che dal giorno presente addietro hanno contravenuto agli Editti altre volte pubblicati, comanda espressamente il Senato non solo al Podestà di Pavia, ma a tutti gli altri delle Città, e Luoghi più insigni di tutto lo Stato, che subito pigliano informazione di quei Scuolari sottoposti alla loro rispettiva Giurisdizione, che si trovaranno esser andati ad altre Università, che quella di Pavia, o a studiare, o vi abbino preso la laurea Dottorale, e faccino relazione al Senato, per potergli castigare, e col loro esempio levar questo abuso pernizioso allo Studio di Pavia, ed al ben pubblico, nè si ammetterà scusa alcuna, ma si procederà irremissibilmente alle pene predette senza rispetto alcuno.

E s'intendino compresi nella proibizione anche que' Giovani, che sotto qualsivoglia titolo presumono d'esser sottoposti ad altra Giurisdizione, perchè nepiunemeno, quando contraverranno, saranno tenuti a pagare la soddetta pena li loro Padri, fratelli, od altri più cungiunti di sangue fino all'ultimo grado.

Avvertendo insieme, che al Dottorato, e poi al Collegio, nè meno all'Avvocazione, ed Offizj, nè al Medicare, ed ad altra qualsivoglia dignità concernente l'uso della Toga, non sarà admesso alcuno, il quale abbi studiato altrove, che in Pavia, come già è stato ordinato.

Confirmando il Senato le dichiarazioni fatte circa il non potersi far Dottorati di sorte alcuna dalli Collegj, Conti Palatini, o qualsivoglia altro di questo Stato, perchè onninamente intende, che la facoltà di concedere la laurea sia privatamente riservata all'Università di Pavia, ed in tutto conforme alle medesime dichiarazioni, che si trovano presso il Secretario Sadarino.

In oltre niuno sarà iscusato, il quale sia andato ad alcune Città fuori di questo Stato, ove siano Scuole pubbliche, con dire non essere andato a studiare, ma per altri esercizj, perchè tal scusa non se gli admetterà non solo per evitar la pena in questo Bando imposta, ma ancora al tempo, che vorrà addottorarsi. Nè se gli admetterà la pruova per testimonj del tempo, ch'averà studiato in Pavia, perchè, oltre detti testimonj, e pruove, bisognerà che consti per la matricola del libro de' Scuolari di Pavia del tempo, ch'ha militato in dette Scuole, e per attestazione giurata de'Lettori, e Bidelli, e l'una prova senza l'altra non s'averà in considerazione, oè in modo alcuno s'averà d'ammettere al Dottorato, sotto pena ancora a quelli Dottori, che gli ammetteranno al Dottorato, o Promotori arbitraria al Senato, oltre che quelli tali non saranno ammessi ad alcuno Offizio di Giustizia, anzi essendo loro il Dottorato saranno puniti all'arbitrio del Senato.

Dichiarandosi di più, che li Promotori, od altri Dottori, che daranno il loro voto; o cooperaranno all'ammissione alla laurea de' Scuolari, che non averanno atteso alli Studj in quella di Pavia per il tempo prescritto dagli Ordini, ed accudito alle Scuole ogni Terzaria per tempo competente, s'intendino sospesi ipso facto dalla lettura, e per rispetto agli altri Dottori incorsi nella pena di scudi cento, e maggiore all'arbitrio del Senato da pagarsi irremissibilmente per la Fabbrica delle Scuo-

la.

1670 le. E perchè ciascuno sappia, che inviolabilmente intende il Senato, che s'osservi quanto qui sopra si prescrive, dichiara di nuovo, che niun Dottore sarà ammesso ad Officio alcuno in questo Stato di Pretura, o Regio, o di Feudatario, nè meno all' Avvocazione nel Foro, quando prima non sarà legitimamente constare d'aver ottenuta la Laurea nella suddetta Università di Pavia, ed atteso in essa alli Studj per il tempo prefisso dagli Ordini, e lo stesso s'intende delli Medici.

Inerendo poi alle Gride di Sua Eccell., ed alle pene contenute in esse

Proibisce generalmente a qualsivoglia Scuolare naturale di Pavia, o forastiero di qualsivoglia grado, e condizione si sia la delazione di qualsisia sorte d'armi da ruota, e d'azzalino, ancorchè siano archibuggi di qualsivoglia misura, ed in qualunque tempo per la detta Città di Pavia, dichiarando in causa di contravenzione, che abbino perpetuamente ad essere esclusi dal poter ottenere il grado del Dottorato nello Studio della detta Città, e quando alcuno l'ottenga fuori di questo Stato, vuole che a questi tali sia sempre interdetto l'esercizio Dottorale, l'uso della Toga, ed il poter patrocinare, ed in oltre impone loro altre pecuniarie, e corporali di relegazione, o galera, conforme alla qualità più, e meno grave de' casi, ordinando al Sig. Podestà di Pavia, come a suo special Delegato l'esecuzione, ed osservanza del detto Bando, e Grida, inerendo sempre alle Gride di S. E., la qual proibizione s'intende gli Medici, ed ogn' altro.

Avvertendosi, che si procederà anche per pruove stragiudiziali, e si useranno rimedj, che dipenderanno dal loro arbitrio, come di bando, multe, ed altre simili in caso, quando non consta della contravenzione per pruove legitime.

Di più sotto le pene contenute nelle Nuove Constit., e Gride, ed anche maggiori arbitrarie pecuniarie, e corporali al Senato, il farsi qualsisia sorte di unioni con armi in qualsisia luogo di detta Città, dichiarandosi, che nelle stesse pene incorreranno li Cittadini, che permetteranno il farsi nelle loro Case dette unioni, e si procederà contro di essi irremissibilmente.

Di più s'averte, che non basterà alli Scuolari farsi matricolare una volta sola, perchè possono far questo, e poi andarsene dove le pare, e può anche in ciò farsi fraude dalli Bidelli, perchè dopo aversi fatto matricolare con esprimere il nome, cognome, padre, patria, ed abitazione tolta in Pavia, converrà che d'anno in anno ne facciano far nota al libro della Matricola, quando vengono allo Studio nella forma come sopra, acciò possa apparire della continuazione dello Studio, e del tempo, che averanno studiato in Pavia, conforme alla mente del Senato, altrimente non gli servirà la prova della Matricola, nè saranno ammessi al Dottorato; e perchè il tutto passi senza fraude, si è comandato alli Bidelli, che di tutti li Matricolati, e che di tempo in tempo si matricolaranno, diano nota subito al Sig. Podestà di Pavia, il quale in un libro a ciò destinato farà descrivere tutti gli annotati nel libro della Matricola delli Bidelli, per far ancora le sue diligenze, come le farà esattissimamente, a fine di giustificare se quel tale Scuolare matricolato farà veramente, o nò allo Studio ciascuna Terzarìa.

Vuole di più il Senato, che li Bidelli al fine di ciascuna Terzarìa rimettino copia da loro sottoscritta con giuramento della nota, che averanno consegnata di tempo in tempo al Sig. Podestà delli Scuolari, che saranno stati effettivamente nello Studio, con distinzione de' loro nomi, cognomi, e patria, inviandola alle mani dell' infrascritto Secretario, e con avvertenza, che quando si trovasse infedele essa relazione, non solamente s'intenderanno ipso facto privati dal posto, ma di più incorsi nella pena de scudi cinquanta applicandi come sopra, e maggiore all' arbitrio del Senato.

Non s'admetterà Scuolare alcuno al Dottorato, se prima non averà riportata fede dal Notaro del Maleficio della detta Città di Pavia, che non abbi avuto particolarmente, nè tenga alcuna imputazione di delazione di schioppo da ruota, nè di spupillazione, nè di essersi opposto, nè d'aver fatto alcun insulto al Barigello della Città, o suoi Fanti, e questo oltre le altre pene già imposte per simili delitti, e si assicuri ogn' uno, che tutto farà inviolabilmente osservato.

E desiderando sommamente, che li Scuolari tanto Legista, come di Medicina, e d'ogni altra facoltà possino proseguir li Studj vivamente, acciò l'utile pubblico, e comodo particolare abbondantemente si conosca, si è commesso al Sig. Podestà di Pavia, che chiami a sè tutti i Lettori, che assistono alle promozioni, e dopo loro i Bidelli dell' Università, ed a quelli espressamente comandi, ehe non ardiscano promovere alcuno de' Scuolari alla laurea, nè allo stesso Sig. Podestà proporlo, se prima non averà provato, e legitimamente non farà constare avere studiato il tempo dovuto, e prescritto dalle Constituzioni, e Gride del Senato sopra ciò pubblicate nell' Università di Pavia, non presenterà le fedi de' delitti da ciascuno degli Attuarj, e questo avanti il caso di farsi la promozione, sopra di che il Senato con suo particolar decreto del dì 10. Marzo del presente anno ha dichiarato, e dichiara, che per rispetto di dette fedine da riportarsi come sopra avanti il Dottorato non siano li Scuolari di detta Università dagli Attuarj dell' Offizio

1670

Offizio Pretorio di Pavia aggravati di maggior spesa di quello siano sempre stati per l'avanti soliti pagare, e di questo ne ha dato ordine al Sig. Podestà di detta Città, acciò procuri inviolabilmente l'osservanza d'esso, procurando che lo stesso s'eseguisca dal Sig. Vice-Cancelliere dell' Università suddetta; Ed in oltre comandi a tutti i Lettori tanto di Legge, che di Medicina, e d'ogni altra facoltà come sopra, che tengano l'Accademie private nelle loro Case per l'esercizio, e per ripettere le lezioni date a' Scuolari, e questo ad ore stabilite, acciò l'uno non impedisca l'altro, e provederà, che nell'estrazione de' ponti non segua fraude alcuna, proibendo a' Lettori, che non diano i ponti a' Scuolari per apprendergli a memoria, se non saranno passati gli anni prescritti dagli Ordini d'aver studiato, e contro quelli, che non obbediranno a questo decreto, userà il Senato d'ogni più severo castigo.

E perchè l'esperienza ha dimostrato, che per l'abuso delle spupillazioni, sotto colore de' quali si concutono li Studenti in somme grosse, ed eccessive di danari, e donativi, e non solo essi, ma li parenti, amici, ed altri, se a caso alcun di loro una volta entra nelle Scuole per vederle solamente, e non per applicarsi a' Studj, ed anco gli Scuolari oltramontani immuni, e privilegiati, ne seguono disordini, e molti Padri di famiglia restano di mandare li figli a' detti Studj, cosa che apporta danno, e discredito grande all' Università; perciò in conformità delle Gride passate si vietano affatto dette spupillazioni, sotto pena pecuniaria, corporale anche di galera all' arbitrio del Senato a chi contraverrà, e non solo li contraventori, ma ancora li losi solamente di tal spupillazione si scaccieranno dalla Città, e si procederà anco alle pene suddette per informazioni secrete, e così s'incarica precisamente al Sig. Podestà di Pavia.

Si proibisce parimente alli Consiglieri, e Cancellieri dare alli pupilli, o altri Scuolari certa scrittura, che dimandano Privilegio, quale s'intende esser totalmente contra li buoni costumi, sotto le medesime pene, nelle quali incorreranno parimente quelli, che la riceveranno, e si procederà contra li trasgressori anco per informazioni secrete come sopra.

Ultimamente comanda, che il giorno dedicato a S. Catterina Avvocata, e Protettrice de' Studenti, ogn'uno d'essi celebri quella santa Festa con divozione, come si deve ad una sì sublime Avvocata, nè si lasci in modo alcuno ridurre a far insolenze, disonestà, portar via robbe, e merci da botteghe, e fondachi senza il dovuto pagamento, come s'intende esser seguito qualche volta con scandalo di tutta la Città, sotto pena corporale arbitraria al Senato come sopra, conforme la qualità delle persone, ed eccessi.

Ed acciocchè si possano più facilmente scoprire, e punire li trasgressori, concede il Senato facoltà a tutti di notificar qualunque trasgressore tanto per il passato, come per l'avvenire, promettendo a quelli, che notificaranno la terza parte di tutto quello, che per questo entrarà in Camera, e sarà tenuto secreto, volendo.

E perchè la mente del Senato è non solamente obbligare li Sudditi di questo Stato a concorrere a detta Università, ma anche animare li forastieri, ed in particolare gli Oltramontani, si dichiara, e fa palese a ciascheduno, che non solamente si perserveranno essi forastieri, e massime gli Oltramontani da qualsisia disturbo, o molestia delle suddette spupillazioni, ma di più se gli faranno godere li soliti vantaggi, ed esenzioni nelle spese del Dottorato, ed anche se gli concederanno altri privilegi, conforme alla qualità delle persone, e de' casi.

Che a Santa Catterina si mettino i ponti nell' Urna, tanto Canonici, Civili, e di Medicina, ed ogn' altra facoltà, e si osservino in ciò con ogni esattezza gli Ordini stabiliti come sopra, e massime nell' antecedente Capitolo.

In oltre si comanda a' Bidelli, che in fine d'ogni Terzarìa diano nota distinta con fede giurata da loro al Sig. Podestà di tutti gli Scuolari, che saranno continuamente, o per poco tempo entrati nelle Scuole, significando l'abitazione, nella quale saranno stati in Collegio, camerata, o dozzina, avvertendo che se in ciò mancheranno, o commetteranno fraude alcuna saranno sospetti, o privati dell' offizio, oltre altre pene pecuniarie all' arbitrio del Senato.

Ed acciocchè siano questi Ordini inviolabilmente osservati, si comanda a tutti li Podestà, ed Offiziali di Giustizia dello Stato di Milano, che subito li facciano pubblicare nelli soliti luoghi, e ciascun' anno li facciano di nuovo pubblicare, e che nel termine di quaranta giorni utili dal giorno, che si cominciarà il processo, abbino di perficerlo, e riferirlo in Senato, altrimente ex nunc, prout ex tunc, il Senato li sospende dall' offizio per il tempo, che gli parerà, nè se gli admetterà scusa alcuna. Non vuole però, che venghino ad alcuna condannazione, nè assoluzione inconsulto Senatu.

Dat. in Milano li 16. Novembre 1670.

C. Antonius Belcredius.

A N N O T.

Renovati fuerunt in Ordine diei 15. Aprilis 1679.

1671 *Ordo, ut nemo emat Medicinalia ab Officinis Monialium, vel Ecclesiasticorum.*

MDCLXXI. Die xxix. Maji.

SEnatus Excellentissimus Mediolani, ut fidelissimorum Provincialium bono, Regioque commodo consulat; hoc Edicto præcipit omnibus, & singulis huic Dominio subjectis, ne quis per se, vel per alium, directè, vel indirectè sumat, ematvè Medicinalia ulla ab officinis, quæ Monialium sint, vel Ecclesiasticorum quorumvis, etiam Regularium: Pœnam autem cuicunque in hoc Edictum peccanti aureorum centum indicit, quorum dimidium Fisco Regio detur, alterum verò accusatori. Jubet etiam cùm Magnificos Cremonæ, ac Papiæ, tùm hujusce Metropolis, aliarumque Civitatum Egregios Prætores, opem suam ad bujus sanctionis custodiam diligenter conferre; ubi maximè Egregius Protophysicus illam imploret. Sadarinus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 30. Augusti 1718., & diei 24. Julii 1739.

Ordo, ut Judices nullum honorarium exigant pro prima Justitia.

MDCLXXI. Die viii. Julii.

COntra dispositionem Senatus Consulti diei 18. Novembris anni 1599., animadversum est, per nonnullos Jusdicentes hujus Dominii prætendi pro prima Justitia libras centum, & ad occurrendum molestiis, ac incommodis, quibus Universitates gravantur à suis Judicibus in hac specie prætensionis. Censuit is Ordo, denuo ipsum Senatus Consultum publicandum, in quo ejus observantia quibuscunque Jusdicentibus præcipitur omninò, ut inposterum ab hujusmodi prætensione abstineant, & à dicti honorarii exactione caveant, sub pœna Senatui arbitraria, etiam suspensionis ab Officio. G. Annonus.

Ordo, ut Pater teneatur solvere condemnationem pecuniariam inflictam Filio ad computum ejus legitimæ.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Annexum supplicem libellum, quem Magnif. Senatus nostri Præsidi porrexit Franciscus de Belmonte ad vos mittimus, super quo Fiscum nostrum audivimus, & mandamus statuatis Patri hujus Ferrarii terminum dierum quindecim ad solvendum residuum condemnationis ad computum legitimæ filii, eo quia Pater tenetur de congruo, & jure naturæ liberare filium à captivitate, & pœna, quæ sit redimibilis, aliter eo termino elapso procedetur instante eodem Fisco ad apprehensionem bonorum Patris, & contra filium ad pœnas, quas comeruit ex præambulo delicto, quasi causa liberationis reducta ad non causam ex contumacia Patris, & filii in satisfaciendo. Mediolani die x. Octobris MDCLXXI. Belcredius.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Alexandriæ nostro dilecto.

A N N O T.

JUre communi inspecto communiter receptum est apud DD. Patrem non teneri solvere condemnationem pecuniariam inflictam filio ad computum ejus legitimæ Clar.
1 *pract. crim. § fin. quæst. 86. nu. 3.*, Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 33. nu. 1., & 2.*, Peregrin.
de jure Fisci lib. 3. tit. 7. nu. 31., Giurba *ad consuet. Messan. cap. 4. glos. 5 nu. 18.*, Farinac. *de
delict., & pœn. quæst. 24. nu. 15., & 16.*, & alii plures apud Conciol. *resol crim.* verbo *legitima resol. 3. nu. 1.*; & ratio est, quia filius vivente patre nullum jus habet formatum,
2 sed solam spem probabilem in ejus bonis *l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor.*, *l. fin.*, ibique
Bart., Bald., & alii *ff. de liber. agnosc.*, Bald. *in l. lex Cornelia 28. nu. 3. ff. de vulg., & pupill.*,
Giurba *ubi supra nu. 6.*, Conciol. *loc. cit. sub nu. 1. versic. filius enim*, Boss. *de patr. potest. cap. 3.*
3 *sub nu. 164.*, & pater vivens cogi non potest ad assignandam filio legitimam, DD. penès
Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 3. qu. 1. nu. 1.*, aliter ipse puniretur pro delicto filii, quod admitti non potest, Conciol. *ubi supra in fin.*

Si tamen ageretur de modica mulcta pecuniaria, qua non soluta gravis pœna corpora-
4 lis filio esset irroganda, tunc cum etiam Patris videatur interesse filium non affici
tali pœna, æquum videtur posse cogi patrem ad illud modicum solvendum, ut tenet Boss. *de patr. potest. d. cap. 3. sub nu. 164. versic. neque etiam pater*, quod tamen ad solum Principem spectare dicit Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 9. definit. 2.*

Statuto disponi posse, ut pater teneatur solvere condemnationem pecuniariam latam con-
5 tra filium ad mensuram ejus legitimæ, esse communiter receptum testatur Clar.
d. §. fin. quæst. 86. nu. 5., & firmant Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. qu 33. nu. 7.*, de Barbob. *de fil. famil. quæst. 30. nu. 102., & 103.*, Carpan. *ad Stat. Mediol. cap. 416. nu. 111. vol. 1.*, & alii

plures

plures apud Conciol. *resol. crimin verb. legitima. resol. 3. nu. 6*, & Caball. *resol. crim. cent. 3.* 1672
6 *cas. 250. nu. 1., & sequ*; hoc tamen statutum esse contra bonum, & æquum dicit Bald.
in l. si qua pœna nu. 4. ff. de bis, qui sunt sui, vel alien. jur., & in l. lex Cornelia. nu. 3. ff. de vulg., &
pupill., eumque reprobat Surd *decis. 167. nu. 15., & sequ.*, & per consequens utpote con-
tra jus commune esse restringendum, quantum fieri potest, monet idem Surd. *decis.*
314. nu 7.
Pater an teneatur redimere filium in carceribus detentum ob aliquod delictum, vel de-
7 bitum, latè examinat Boss. *de patr. potest cap. 3. nu. 154., & sequ.*; & filium posse Judicis
8 officio cogere patrem ad ei assignandam, & tradendam legitimam, ut ex carceri-
bus se redimere valeat, post Farinac., & Merlin. firmat Conciol. *resol. crimin.* verbo
Pator resol. un. nu. 11. *Mognus Fossatus.*

Ordo, ut Judices invigilent, & procedant contra deferentes arma vetita.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Ill. Dux, in hac Provincia Locum Tenens noster, subditorum quieti, peculiari studio intentus, animadvertens, prohibitionem armorum jussu Regio, novissimè, & sub gravissimis quidem pœnis promulgatam, parum bono publico profuturam, nisi à vobis, cæterisque aliis hujus Civitatis, & Dominii Jusdicentibus, particulari vigilantia in contraventores animadvertatur, personas suspectas, & vias die, noctuque lustrando, ut genus quodcumque vetitorum armorum deferre, quicumque audeant, carceri mancipentur, sine ulla personarum, aut gradus exceptione, & contra ipsas, ad pœnas Proclamatis, viriliter procedatur, litteris ejusdem Secretarii militaris Bazani, monitum voluit Magnif. Senatus Præsidem de enixa in hac parte ejusdem Ill. L. T. nostri voluntate, ut eam vobis singulis aperiat. Peculiare igitur dicti Ill. L. T. nostri zelum sequentes, ex ejusdem Senatus sententia vobis mandamus, ut pro tam enixæ Regiæ nostræ sanctionis, & editi Proclamatis, inconcussa executione, ea sedulitate invigiletis, peculiari perquisitione adhibita in quemcumque peccantem contra dictam Regiam Pragmaticam, ne quod muneris vestri peculiare est, in hac parte desiderari unquam, permittatis, emergentiaque in dies ex diligentiis, in hac re adhibendis, Senatui referatis. Mediolani die octavo Januarii MDCLXXII.

Ordo, ut Prætores revidebant gesta à Syndicatoribus, & referant Senatui emergentia.

MDCLXXII. Die xiv. Januarii.

Etsi retroactis annis per peculiare Senatus Consultum, fuit injunctum omnibus Prætoribus Dominii Mediolani; ut illico, postquam possessionem Præturæ adepti fuissent, reviderent gesta à Syndicatoribus, & emergentia eidem Ordini referrent, attamen compertum est, illud, cum maximo justitiæ detrimento, in oblivionem quandoque abiisse. Quapropter is Ordo huic omissioni occurrere, volens;

Mandat omnibus ipsis Prætoribus, ut gesta à dictis Syndicatoribus omnino revideant, & nulla interposita mora referant emergentia, sub pœna, eidem Ordini arbitraria.

Annonus.

A N N O T.

Renovatus fuit Ordine diei 9. Junii 1714., qui incipit *Quamvis Justitia &c.*

Sententia Senatus inter Præpositum, & Deputatos Piorum Locorum Legnani.

MDCLXXII. Die xxvii. Januarii.

Cum actum fuerit in Excellentiss. Mediolani Senatu de controversia vertente inter Rever. Præpositum Burgi Legnani, & Fabriceros, seu Deputatos Locorum Piorum, & Hospitalis ipsiusmet Burgi, & lecta fuerint omnia jura per utramque partem exhibita.

Censuit is Ordo, omnibus maturè perpensis.

Primò. Declarationem à Senatu factam possessionis dicti Rever. Præpositi circa Deputatorum electionem intelligendam, ut tempore faciendæ electionis trium ex sex Deputatis dictorum Locorum Piorum, qui unà cum totidem tribus antiquioribus subeant administrationem, ab ipsis Deputatis proponantur duodecim, ex quibus à Rev. Præposito tres deligantur in Deputatos duraturos ad biennium, quo elapso proponi denuò, aut eligi nequeant, nisi postquam vacaverint munere per aliud biennium.

1672 Secundò. Milites, Filios familias, aut Debitores ad munus Deputati non posse proponi, nec eligi.

Tertiò. In defectum nobilium eligendos alios dignioris notæ, ità tamen, ut semper tres ex Ruralibus inter Deputatos numerentur.

Quartò. Administratores denuò non eligendos, nisi prius redditis rationibus, & obtentâ liberatione.

Quintò. In electione Prioris Capituli servandum solitum, ità tamèn, ut electio fiat per suffragia secreta, & duret Prior ad annum.

Sextò. Quo ad convocationem Capituli illud convocandum non esse, nisi monito Rev. Præposito, qui tamen teneatur præstare consensum, & permittere pulsationem campanæ ad eundem effectum.

Septimò. Assistentis Regii munus esse debere assistere, & invigilare, ut serventur Ordines, & Proclama Excellentiss. Comestabilis Castellæ, ne quid agatur, quod Regium servitium lædere possit; in reliquis liberam esse facultatem Capituli, nec ulterius ipsum Assistentem se ingerere posse.

Octavò. Quoad quæstuationem eleæmosynæ persistendum esse in Decretis, cum hac tamen declaratione, ut locum habeant tantum in iis eleæmosynis, quæ dependent à Capitulo, non autem respectu earum, quæ pertinent ad Ecclesiam.

Nonò. Eleæmosynas usque ad summam assium triginta repartiendas cum approbatione Rev. Præpositi, & Prioris Capituli; Ubi verò ad majorem quantitatem ascendant non distribuendas, nisi cum voto Capituli assistente Rev. Præposito.

Decimò. Distributionem dotium, & electionem puellarum faciendam per Capitulum præsente Rev. Præposito, qui tàm in ipsa electione, quam in aliis quibuscumq; quæ in ipso Capitulo fieri, aut proponi contingat votum habeat pro ut cæteri Deputati ipsius Capituli.

Undecimo. Quæcumque concernentia, sivè locationes, sivè alia spectantia ad ipsa Loca Pia, proponenda esse in Capitulo, & decernenda, assistente ut supra Rever. Præposito juxta communiorem sententiam Deputatorum, secusque gesta, irrita sint.

Duodecimò. Mandata expensarum, seu solutionum faciendarum, proponenda esse in Capitulo, & ab eo approbanda præsente ut supra Rev. Præposito.

Decimotertiò. Demum libros, & jura pertinentia ad Capitulum, & Loca Pia, asserventur in loco consueto, & custodienda sub duplici clave, diversæ tamen formæ inter ipsas, quarum una sit penès Rev. Præpositum, & altera penès Priorem &c.

Annonus.

A N N O T.

Super intelligentia hujus sententiæ secutæ sunt nonnullæ declarationes sub die 22. Martii ejusdem anni inferius impressæ.

Ordo de ineunda compositione cum Baricello Campestri pro tollendis ejusdem abusibus.

MDCLXXII. Die xxix. Januarii.

Dilecti nostri. Audita in Senatu relatione Spectabilis Senatoris nostri Erbæ super emergentibus pendentis jamdiù discussionis excessuum per Baricellum Campestrem paulatim introductorum in præjuditium Oppidorum ferè omnium, ac Villarum hujus Dominii specioso titulo promissæ eidem simplicis hospitationis (ut ajunt *al coperto*) cum ejus turma, dum cum ea jubetur Provinciam lustrare, ut ea bannitis, & infestantibus purget, cui paulatim prandium auctum est, mox certa subrogata summa quotannis extorta; lectisque eodem tempore litteris Regiis è Curia nostra Matritensi novissimè supervenientis, quibus inter alia districtè sancitum est, ut omnino tollantur abusus ipsius Baricelli, intellectaque compositione proposita inter vos ad levamen respectivarum Villarum, & Oppidorum ineunda cum ipso Baricello, constituta summa eidem singulo trimestri anticipatim persolvenda loco dictæ sibi promissæ hospitationis, quæ omnino cessare debeat, una cum omnibus, & quibuscunque accessoriis, quæ quoquo modo, & quandoqunque irrepserint, sub certis legibus, in contractu desuper celebrando, exprimendis, sancitum est procedendum per dictum Spectabilem Senatorem nostrum Erbam ad perfectionem ipsius compositionis, & per vos ad illius stipulationem, facta distributione, & successiva solutione summæ erogandæ ad ratam quotæ mensualis, in qua singula Provincia censita est, salvo exinde jure inter ipsas Provincias si, & prout juris fuerit. Ne igitur res tanti momenti, & subditorum levaminis, in qua tamdiù insudatum est, ulterius differatur, vobis ex Senatus sententia mandamus, ut pro respectivo interesse publico Provinciæ vestræ, incumbatis apud ipsum Spectabilem Senatorem Delegatum perfectioni dictæ compositionis, ejusque stipulationis ut supra, nè muneris vestri implementum unquam desiderari contingat.

G. Annonus.

Ordo

Ordo pro observantia N. C. TIT. DE SPORTULIS.

MDCLXXII. Die vi. Februarii.

Miratus est Senatus Excellentissimus intelligens non servari Edictum conditum die 8. Augusti 1669. contra Jusdicentes, & alios accipientes honoraria vetita Nov. Const. *in capite de Sportulis*, immo crescente abusu, magis in dies violari. Volens itaque idem Ordo hanc corruptelam omnino Sisti, jussit ipsa Nov. Const. verba proponi, quæ sunt hujusmodi:

De Sportulis.

Omnibus, & singulis Gubernatoribus, Capitaneis, Commissariis, Prætoribus, Assessoribus, Vicariis, Judicibus, & quibuscumque aliis Magistratibus, quacunque dignitate fulgentibus, & quocunque nomine nuncupentur, etiam si eos contingat delegatam exercere jurisdictionem, nec non omnibus Advocatis, & Syndicis Fiscalibus hujus Dominii Mediolani hac sanctione interdictum est, ne quidpiam accipiant, neque acceptent, nec in magna, nec etiam minima quantitate, directè, nec per indirectum, nec sub colore Sportularum, aut honorarii, vel alio velamine, in tractandis, aut terminandis causis Criminalibus, ab alterutra ex partibus, aut agentibus pro eis. §. Pari modo Notariis, Scribis, Commentariensibus, & aliis, qui officia exercent, aut munera sustinent, in hujuscemodi causis Criminalibus inhibitum est, ne pro actis scribendis, scripturis recipiendis, ac dimittendis, testium examinationibus, processuum editionibus sententiarum interlocutoriarum, & diffinitivarum pronunciationibus, & traditionibus, aut quibusvis aliis præheminentiis, & emolumentis, & etiam pro carcere, & ejus apertura, pro ligatura Reorum ad eculeum, & quæstionibus exercendis, & denique pro quibuscunque aliis, in quibus eos pro susceptis muneribus versari contingat, nihil plus accipiant, aut acceptent, nisi in quantum specialibus Ordinibus continetur. §. Contrafacientibus, & omnibus illis, qui Ministri, & participes fuerint, pœna est privationis omnium officiorum, quæ habent, & aureorum mille Fisco applicandorum, & ubi non habeant in ære, luant in corpus, arbitrio Principis, vel Senatus. Cujus pœnæ pecuniariæ dimidium detur delatori &c.

Denuo itaque indicit Senatus pœnas contentas in hoc capite Nov. Const., & in Edicto anni 1669., & præterea decernit omnes, qui in posterum quomodocunque solvent, etiam spontè hujusmodi honoraria contra legem supra propositam, ipsos quoque hoc ædicto teneri, & item ad deferendos exigentes ad Magnif. Patres secretum præstaturos, ex quibus singuli in singulas Civitates, & Provincias electi huic ipsi decreto nominatim subjicientur. Thesaurarii, Notarii, & Scribæ, quicunque Reis edant notulas expensarum, caveant ne quicquam apponant nomine honorariorum contra suprascriptam legem, sub pœna privationis muneris, & aliis pecuniariis, & corporalibus arbitrio Senatus, qui procedet contra Judices, Fiscales, aliosque delinquentes, & complices, etiam ante tempus Syndicatuum, etiam extrajudicialiter. Quod autem pertinet ad genus, & perfectionem probationum, ea admittet privilegia, eosque supplebit defectus, qui in casibus quibuscunq; gravissimis suppleri solent. Oratores verò Civitatum, & Syndici Provinciarum, in suis quicunque Urbibus, Oppidis, & Villis hoc Edictum vulgandum curabunt, & contrafacientium nomina diligenter deferenda ad Senatum vigilantissimè provisurum. Maddius.

Declaratio Senatus circa ordinata in alia ejus sententia inter Præpositum, & Deputatos Piorum Locorum Legnani.

MDCLXXII. Die xxii. Martii.

Lecto in Excellentissimo Mediolani Senatu supplici libello Nobilium Burgi Legnani Illustris. ejusdem Præsidi porrectò, una cum nonnullis capitulis, quæ omnia sunt tenoris sequentis, videlicet:

Illustrissimo Signore.

Si supplica V. S. Illustrissima di una giusta provisione sopra gli emergenti insorgono nel Capitolo della causa di Legnano, per la interpretazione intende dare il Signor Prevosto alla sentenza del Senato Eccellentissimo delli 27. del prossimo passato Gennajo, quando pensavano li Nobili di quel Borgo, che si dovessero proporre solo alcuni supposti abusi concernenti l'elezione de' Deputati, e sono li seguenti emergenti:

Che per rispetto del primo capo di detta sentenza, ove dispone, che si propongano dodeci de' Deputati vecchj per esser scelti trè dal Sig. Prevosto, pretende egli voler concorrere in detta proposizione con il suo voto, come uno de' Deputati, onde sarebbe il Signor Prevosto Propositore, ed Elettore, il che implica, poichè la sentenza dispone, ch' egli abbi solo da scegliere li trè Deputati nuovi dalla nomina, che faranno li Deputati vecchj. Che disponendo

1672 ponendo il capo secondo, che li Soldati non possano esser proposti, nè eletti, pretende il Sig. Prevosto sotto questo pretesto escludere chi vien chiamato Soldato, per aver servito la Maestà del Re nostro Signore, ma non serve attualmente. Che per rispetto del terzo, ove in mancanza de' Nobili devono eleggere altra di più onesta condizione, il Sig. Prevosto pretende dar distinzione a' quartieri del Borgo, ove forsi non vi sono Nobili, benchè la sentenza del Senato parli comunemente di tutto il Borgo, nè per questa elezione de' trè Deputati si sono mai nominati che sei, onde il Senato può limitare il detto numero a sei, per scieglierfene trè dal Sig. Prevosto, e se dall' anno 1638. retro si nominavano dodeci, fu perchè era il numero de' Deputati attuali tra nuovi, e vecchj de' dodeci, e la renovazione era di sei, ed ora solamente di trè, e per mancanza de' Nobili si ridusse al numero di sei tra nuovi, e vecchj, onde continuando questa mancanza de' Nobili, non vi è dubbio, che si devono proporre se non sei, per scieglierne trè dal Sig. Prevosto alla forma della sentenza. Che intorno al quinto, ove si deve servare il solito, nell' eleggere un Nobile in Priore a voti secreti, pretende il Sig. Prevosto un voto, repugnando a questo la detta sentenza, che dispone doversi da' Drputati eletti eleggersi il Signor Priore Nobile. Intorno all' ottavo si supplica, che si spieghi per extensum la sentenza, che persiste nel Decreto del 14. Marzo 1671. concernente alla raccolta dell' elemosina, l'osservanza del qual Decreto procurasi dal Sig. Prevosto schivare.. Supplicano ancora li Signori Nobili di tutto il Borgo, che in primo luogo si debba far la reintegrazione de' Depntati Nobili, che ora mancano del numero ordinario di essi, prima che si venghi alla proposizione de' Soggetti da proporsi come sopra, acciò non segua lesione per la disparità de' voti a' detti Nobili. Che il Priore, o VicePriore in mancanza di esso debba avere conforme al solito, e si stila in ogni altro Capitolo due voti, in qualunque negozio, in che si ricerca voto. Che il Sig. Prevosto non possa avere se non un voto alla forma della detta sentenza al capo decimo, dove dice votum habeat, prout cæteri Deputati, benchè per il passato non abbi avuto alcun voto. Che il Sig. Luogo Tenente Regio debba sedere nel secondo luogo, come si pratica in tutti gli altri Capitoli di questa Città, ed in particolare nel Capitolo del Ven. Ospitale Maggiore, come dalla sede che si presenta, che atteso la sua destrezza, e pratica di molti anni in detto Capitolo di Priore, e Deputato debba avere per convenienza ancora il suo voto, e dire il suo parere, ed in tutto, e per tutto, come ha il Sig. Prevosto, il quale non fa in Capitolo altro personaggio, che d'Assistente Apostolico, essendo un solo Capo del Capitolo, che è il Signor Priore.

CENSUIT is Ordo, omnibus maturè perpensis. Quo ad primum caput servandam dispositionem capituli decimi etiam in hoc casu. Quo ad secundum omnes adscriptos actualiter Militiæ non esse admittendos. Quo ad tertium, esse intelligendum, quot si in aliquo quarterio deficiant Nobiles, eligantur alii Nobiles ex tota Communitate. In quinto capite, competere Præposito facultatem eligendi Priorem, non obstantibus deductis. Quo ad caput quæstuationis, explicandum in quo deficiat Ven. Præpositus, & interim persistendum in decisis. Item reintegrandum numerum Nobilium, antequam ad nominationem deveniatur, & postea ad electionem Deputatorum: Priorem habere debere duo suffragia, & Præpositum, & Vice-Priorem unum tantum; Ulteribs, Priorem sedere debere ad dexteram, LocumTenentem ad finistram, & Præpositum in medio, & denique quo ad votum Locum Tenentis Regii persistendum esse in decisis.

Gradignanus.

Sententia Senatus inter Confratres Sanctissimi Sacramenti Sanctæ Mariæ Secretæ, & Scholares Sanctæ Crucis Cordusii Mediolani super jure deferendi hastas Palii vulgo Baldachino Metropolitanæ in duobus Solemnitatibus Sanctissimi Corporis D. N., & Sanctæ Crucis.

MDCLXXII. Die x. Junii.

RElata in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnificum Senatorem D. Don Joseph Loaysam Delegatum causa vertente inter Priorem, & Confratres Vener. Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti erectæ in Ecclesia S. Mariæ Secretæ Mediolani, & Priorem, ac Scholares S. Crucis appellat. del Cordusio cum præsentatione litterarum delegationis per eundem Excellentissimum Ordinem factæ in præfatum D. Senatorem, ac successiva comparitione, & petitione in qua dicti Confratres Sanctissimi petierunt, ut declararetur jus deferendi hastas Palii, seu ut vulgo dicitur Baldachino Metropolitanæ in duobus Solemnitatibus Sanctissimi Corporis D. N., & S. Crucis in vicinia ipsius Ven. Confraternitatis, scilicet in die S. Crucis, à fine contratæ nuncupatæ de Fustagnari usque ad appothecam aromatariæ nuncupatæ Portigliotti

gliotti prope Ecclesiam Monasterii S. Ulderici nuncupat. del Bochetto, & in Festo Sacratissimi Corporis D. N. à dicta appotheca nuncupata del Portiglhotto usque ad initium contratæ Aurificum spectasse, & spectare eidem Ven. Confraternitati D. N. S. Mariæ Secretæ. Ideoque nullum jus competere Priori, & Scholaribus Societatis S. Crucis Cordusii, ut ex ea diei decimi quarti Januarii 1671. vesperè, una cum exceptionibus dictæ petitioni propositis per dictos Scholares S. Crucis Cordusii petentibus absolvi à petitis ut supra attenta maximè immemorabili possessione, in qua reperiuntur dicti Confratres S. Crucis, & ut ex ea dicti diei 14. Januarii 1671. vesperè una cum hinc inde replicatis, & dupplicatis sub eadem die, & hora. Item jurium dimissione coram utsupra facta per Confratres D. N. S. Mariæ Secretæ diei quinti Martii 1671. in tertiis, una cum juribus in ea enunciatis, & maximè breve, seu privilegio associationis concesso Scholæ Beatissimæ Virginis Mariæ per Eminentissimum Cardinalem Rusticutium datum sub die 21. Maji 1589. binis ædictis, & proclamationibus Civitatis Mediolani diei 2. Junii, & 20. Aprilis 1671. Attestationibus Priorum, & Deputatorum nonnullarum Parochiarum Sanctissimi Sacramenti hujus Civitatis sub diebus 2. Martii 1671., 5. Januarii 1667. una cum exceptionibus propositis per Scholares S. Crucis sub eadem die, & hora, relata jurium dimissione facta ab eisdem Scholaribus S. Crucis cum juribus infrascriptis in ea enunciatis diei 18. Februarii 1672. manè una cum exceptionibus propositis per dictos Coofratres Sanctissimi, & hinc inde repplicatis sub eadem die, & hora, nova jurium dimissione per Confratres D. N. facta cum juribus in ea dimissis diei 22. Martii 1672. exceptionibus sub eadem hora propositis per Scholares S. Crucis cum hinc inde repplicatis, ac dupplicatis, lectis præcipuè libro antiquo declarationis, & erectionis dictæ S. Crucis Cordusii una cum attestationibus factis à diversis personis, processu testium in dicta causa examinatorum, & demum sententia ab hoc Excellentiss. Ordine favore dictorum Scholarium S. Crucis lata contra dictos Scholares D. N. S. Mariæ Secretæ diei 2. Junii 1670. decerneo. manutenendos Scholares Scholæ S. Crucis in sua possessione defferrendi Pallium vulgo Baldachino diebus Sacratiss. Corporis D. N., & S. Crucis, salvis in reliquis juribus partium in petitorio; Relatis demum jurium allegationibus ab utraque parte ipsi Magnif. D. Senatori delatis, una cum omnibus hinc inde deductis partibusque non semel auditis cum earum respectivè Advocatis relataque citatione perhemptoria ad instantiam dictorum Scholarium S. Crucis Cordusii dictis Scholaribus Sanctissimi S. Mariæ Secretæ emanata omnibusque maturæ perpensis. 1672

Censuit is Ordo absolvendos Coofratres S. Crucis Cordusii à petitis, non obstantibus deductis damnatis Partibus in medietate Salarii.

Signat. Maddius, & sigillat. &c.

A N N O T.

Super puncto in abstracto considerato cui nam Sodalitati competat præcedentia in delatione Baldachini in processionibus Solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, & in aliis, in quibus defertur Eucharistiæ Sacramentum, sic resolvendum est.

Si non extat Sodalitas Sanctissimi Sacramenti, debetur Sodalitati antiquiori tamquam digniori; si vero extat Sodalitas Sanctissimi Sacramenti, ei debetur; nam ipsa habet fundatam intentionem in jure communi, cum ad hoc præcipuè sit instituta, ut ipsum Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum associet immediatè, & propterea in hujusmodi actu tamquam sui muoeris proprio, debet cæteris omnibus præferri, ut ex *l. in civilibus. C. de Offic. Vic.* in terminis probat Pignatell. *consult. canon. 196. tom 4.* ubi sic decisum refert à S. Rituum Congregatione in Mediolanensi diei 19. Junii 1655. in causa controversiæ præcedentiarum in processionibus Sanctissimi Sacramenti inter Societatem Sanctissimi Sacramenti Loci Legnanelli, & Societatem S. Ambrosii.

In aliis autem Processionibus præcedentiam deberi Sodalitati antiquiori etiam in concursu Sodalitatis Sanctissimi Sacramenti decidit eadem S. Rituum Congregatio anno 1638. in Laudensi præcedentiæ inter Confraternitates Sanctissimi Sacramenti, & S. Marthæ Loci S. Angeli, ut refert laudatus Pignatell. *loc. cit.*

Magnus Fossatus.

Ordo pro facienda Senatui relatione processuum pendentium.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. In omnibus, & præsertim in causis criminalibus justitiæ cursum resistere exitiosissimum est. Hujusmodi itaq; obices tollere omnino volentes mandamus vobis, ut per Notarios criminales istius Curiæ extrahendam statim curetis peculiarem seriem quorumcunque processuum pendentium, etiam eorum, qui silent ob salvosconductus, vel alia impedimenta, quæ justitiæ opponuntur, & de iis omnibus nos sigillatim certiores faciatis, prout etiam de omnibus causis, sivè capitalibus, sivè corporalibus, quæ hucusque in isto Prætorio expeditæ non sunt. Da his autem litteris vobis

1672 vobis redditis Egr. Secretarios Provinciales monebitis, nullam enim volumus usquam esse moram, quin nostra hæc expediendæ justitiæ mens optatum, & necessarium sortiatur effectum. Mediolani die xviii. Augusti MDCLXXII.

Ordo, ut Judices procedant contra Satellites deferentes arma breviora contra dispositionem Proclamatum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Usque die 23. Junii præsentis anni per nostras vobis mandavimus, ut Proclama ultimo loco conditum de armis vetitis omnino servandum curaretis, præsertim quod attinet ad Satellites, ut in eodem Proclamate continetur, item ad nos statim remitteretis, inquisitiones, & condemnationes omnes, quas in hanc usque diem per vos ferri, formarique contigerit contra satellites ipsos proclamatis legem transgressos. His litteris non solum adhuc respondistis, nec quiequam ex narratis actis ad nos misistis, sed non sine admiratione intelligimus, etiam ex assertione hujus R. Inquisitoris à satellitibus vestris non servari proclama, immo contra ejus legem ferri arma breviora. Cum autem hoc pugnet cum jussis, & firma nostra, ac Illustris L. T. nostri voluntate, ex Senatus sententia mandamus vobis, ut priores nostras litteras diei 23. Junii omnino exequamini, satellites ad omnimodam proclamatis observationem adigatis, contra non parentes viriliter procedatis, & narratas condemnationes, ac inquisitiones ad nos mittatis, & de eo, quod circa hoc gesseritis, statim Senatum moneatis. Mediolani die iii. Septembris MDCLXXII. Maddius.

Ordo, ne Communitates, & Confraternitates laicæ aliquid agant cum non suppositis Regiæ jurisdictioni sine licentia Senatus, & quod Judices invigilent super rectâ administratione redditum earundem Confraternitatum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

1673 Dilectè noster. Ex sententia Senatus nostri mandamus vobis, ut præcipiatis isti Consuli, Communi, & Hominibus, Confraternitatibus laicalibus sitis in vestra jurisdictione, earumque Administratoribus ne audeant venire ad aliquod instrumentum, scripturam, seù actum cum non suppositis Regiæ jurisdictioni absque expressa dispensatione ejusdem Ordinis, quem de hujusmodi instrumentis, scripturis, seù actis antea faciant certiorem, idque signanter ultrà jam disposita in aliis ordinibus, sub pœna eidem Ordini arbitraria etiam corporali. A narratis autem Confraternitatibus laicalibus rationes exigatis administratorum, & earundem redditum, & diligenter inspiciatis an iidem redditus versi sint in causas præscriptas à Testatoribus, an qui sint debitores earumdem Confraternitatum morosi, & contumaces, an quis ex deputatis ejusdem Confraternitatis debitor, vel aliter contra jus in ea se immisceat, an qui eos redditus administrarunt rationes reddiderint temporibus debitis, & demum an ea omnia serventur, quæ ad Confraternitatum incolumitatem, & observationem Ordinum pertinent, & de omnibus Senatum partitè monebitis; ita tamen ut hæc peragatis absque impensa Communitatum, vel ipsarum Confraternitatum. Mediolani die xxii. Aprilis MDCLXXIII.
Oliverius pro Egr. Arbona.

A N N O T.

Judex laicus potest cognoscere de executione legatorum etiam ad pias causas relicto-
1 rum Confraternitatibus laicis, quia talis cognitio est mixti Fori; ideoque præven-
2 tioni locus est inter Judicem laicum, & Ecclesiasticum Boadil. *politic. lib. 2. cap. 17. nu. 104., & cap. 18. nu. 120.* Tiraquel. *de privileg. causæ piæ privil. 149, & 150.*, Castill. *controvers. lib. 8. cap 6. nu. 9.*, & hanc esse veriorem, & receptam opinionem testatur Marta *de jurisdic. par. 2 cap. 10. nu. 12., & sequ.*, & aliis allegatis firmat Barbosa *ad l. nulli 28. nu. 36. C. de Episc., & Cler.*; & licet Loca Pia fundata absque authoritate Ordinarii admini-
3 strata per Laicos, sint merè laicalia, & fecularia, & quoad temporalia potestati seculari subjecta, Card. DeLuca *de jurisdic disc. 45. nu. 5.*, & alii allegati in *addit. nu 38. ad Conciol. ad Statuta Eugub. rub. 11. lib. 1.*; tamen quoad pias causas, ac illarum executio-
4 nem potest se intromittere Ecclesiasticus vigore Sacri Concilii Trident. *sess. 22. cap. 9. de reformat.*, & ut probant DD. cumulati in *d. addit. nu. 39.*

Quoad rationes administrationis Confraternitatum reddendas Judici laico idem decrevit Excellentiss. Senatus in Ordine diei 29. Julii ejusdem anni 1673., & diei 2. Martii 1710.
Mognus Fossatus.

Ordine

Ordine circa la Taſſa del prezzo de' Medicinali.

MDCLXXIII. Adì xxvi. Aprile.

Il Preſidente, e Senato Regio dello Stato di Milano.

LE lamentanze udite contra molti Speziali di queſto Stato ſopra l'eccesſo de' prezzi, diedero il moto, a che ſentitoſi più d'una volta il Regio Fiſco, ſi ordinaſſe, che in queſta Città primieramente, e poi nell'altre di queſto Stato ſi faceſſe dal Regio Protofiſico, e da altri Condelegati la Taſſa del prezzo, non tanto de' Medicinali, ed altre Preparazioni Chimiche, quanto delle Droghe biſognevoli, come dal decreto del giorno 26. Febbrajo 1671.

Per eſecuzione del quale dal ſuddetto Protofiſico, ed altri Condelegati eſſendoſi fatte molte ſeſſioni, reſtano ſtabiliti li prezzi di tutte le ſuddette coſe, e formatane la Taſſa ſottoſcritta da' ſuddeti Delegati col giuramento loro, la quale dovrà ſervire per queſta Città, e Ducato quanto ſia dalle Calende proſſime di Maggio 1673. alle Calende di Maggio 1674., e ſino che piacerà al Senato, compreſavi qual ſi ſia fattura, ſpeſa, utile, danno, ed altre dovute avvertenze.

Che però eſſendoſi il tutto di nuovo propoſto, ed attentamente ſcandagliato nel Senato, ſentiti in voce, ed in ſcritto gli Speziali, ed i loro Avvocati, ne ſeguì la deciſione il dì 9. Marzo proſſimo paſſato, in virtù, e per eſecuzione della quale col preſente Editto eſpreſſamente ſi comanda, che ſiano tenuti tanto gli Speziali di queſta Città, quanto quelli del Ducato oſſervare ad unguem la detta Taſſa, nè pretendere, nè riſcuotere di più di quello, che reſta in eſſa notato, ſotto la pena de ſcudi cinquanta a' contraventori, che ſi applicherà per una terza parte al Reg. Fiſco, per un'altra all'Accuſatore, e per un'altra al Collegio degli Speziali, li quali ſaranno anche tenuti ſotto la medeſima pena dar fuori le liſte de' Medicinali ſcritte chiaramente, ed in lingua volgare. E con che i debitori non poſſano diffalcare, nè ſcemare il prezzo deſcritto in detta Taſſa.

Parimente ſaranno tenuti i Fondegari di queſta Città, e Ducato vendere agli Speziali le Droghe d'ogni bontà al prezzo eſpreſſo nel Quinternetto dato da'ſuddetti Fondegari l'anno paſſato, e da eſſi medeſimi riconoſciuto, e conſiderato il dì 7. Aprile 1673., e di nuovo firmato col loro giuramento.

Che la ſuddetta Taſſa de' Medicinali non ſi poſſa riſtampare da alcuno ſenza licenza in iſcritto del Regio Protofiſico, nè venderſi più del ſoldi dieci per ciaſcuna copia.

Si ordina parimente, che tanto gli Speziali, quanto gli Fondegari di queſta Città, e Ducato tengano uno di queſti Editti affiſſo nelle loro Botteghe, ed in luogo, che ſi poſſa comodamente vedere, e leggere ſotto la pena de ſcudi venticinque d'applicarſi come ſopra. Franceſco Sadarino.

Ordo pro relatione mittenda Senatui per Judices cauſarum criminalium pendentium.

CAROLUS II. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Auſtriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noſter. Tertiis jam noſtris jubemini mittere ad nos notulam cauſarum criminalium in iſto Prætorio veſtro pendentium. Vel primis ſatis intelligere debuiſſetis vos in mandatis noſtris diligentes eſſe oportere, præſertim ad juſtitiæ curſum expediendum pertinentibus. Cum autem ſecundis excitati, ne tunc quidem religionem muneris veſtri ſatis penſi habere viſi ſitis, nollemus irrita harum tertiarum moderatione acrioris animadverſionis neceſſitatem nobis imponi. Mediolani die iv. Maji MDCLXXIII.

Maddius.

Ordo, ut procedatur criminaliter contra ducentes choreas die Feſto propè Eccleſiam.

Prætori Luvini.

CAROLUS II. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noſter. Vidimus relationem ſtatus cauſæ, quam ad Egr. tunc Advocatum Fiſcalem Puſterlam miſiſtis continentem Proclamatum contraventionem, & oppoſitionem Juſtitiæ factam per nominatos in proceſſu, in actu, quo Satellites iſtius Officii detinere curaverant ducentes choreas in proxima parte Eccleſiæ S. Antonii, in qua ſolemnis habebatur dies Aſcenſionis D. N. Jeſu Chriſti, ejuſque Feſtum celebrabatur, & animadvertimus delinquentes fuiſſe Ruſticos, & inter eos extitiſſe Jo. Antonium de Ligurnis, qui dicitur Inſtitor Egr. Fiſcalis noſtri Tinelli. Quare intellecto Fiſci noſtri voto, pro eo quod attinet ad dictum Jo. Antonium, tamquam dicto Egr. Fiſcali inſervientem, vobis in adjunctum Domus Prætorem Palantiæ; mandantes in reliquis ut vos ad ulteriora procedatis, & referenda ſuo tempore referatis. Mediolani die x. Maji MDCLXXIII.

Sadarinus pro Egr. Belcredio.

1673 *Ordo, ne Judices molestent Colonos laborantes die Festo causa conservandorum fructuum.*

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum &c., utriusq; Siciliæ &c. Rex, & Mediol. Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix, nec non et dictorum Regnorum, & Status Gubernatrix &c.

NOmine Syndicorum Comitatus Laudæ oblatæ fuerunt nobis preces sequentes, scilicet.

Illustrissimo Signore.

Non mancano ogni giorno pretesti di travagliar indebitatamente li Sudditi di S. M., ed estorgere danari molti Podestà de' Feudatarj nel Lodigiano, sotto spezie d'inosservanza della Grida di S. E. delli 21. Agosto 1671. circa l'irriverenza delle Chiese, nella quale tra l'altre cose, vien comandato, che alcuno non ardisca lavorare, nè far lavorare, carreggiare ec. in giorno di Festa, sotto pena di dieci scudi, e come in detta Grida, che s'esebisce, sotto pretesto dico della detta Grida, perchè alcuni Contadini conducono Fieni a Casa loro con carri, e perfezionano altre facende leggiere, già incominciate, e che nella mora puonno patire naufragio, o deteriorazione per conservar i Frutti a benefizio pubblico, e privato, li detti Podestà processano queste persone, e si fanno pagare spese eccessive contro il solito sempre praticato, poichè molto più importa la conservazione, che la produzione de' frutti, la quale sarebbe superflua, ogni qual volta, secondo la contingenza non si potessero servare, anche in giorno di festa, non essendo questa faccenda continua dalla nascita del Sole fino al tramontare, o per qualche buona parte del giorno, come s'è voluto intendere S. E., e provedere per detta Grida; ma per poche ore, e secondo le contingenze di pioggia, o altri infortunj de tempi, o per altre cause, che non portano dilazione, che però li Sindici del Contado di Lodi serv. di V. S. Illustrissima per ovviare simili disordini, e riparar al pubblico danno, riccorrono, umil. supplic. mandar alli detti Podestà, ed a chi spetta, che non molestino gli Abitanti del detto Contado di Lodi, in occasione di simili faccende, anzi permettino quello si è sempre osservato, e praticato per il passato. Il che ec.

QUIBUS coràm Senatu nostro lectis, una cum Voto Fisci nostri superindè excitati, harum serie ex ipsius Ordinis sententia, mandamus omnibus Prætoribus, ad quos spectat, & spectabit, ut quotiescunque non agatur de emendo, & vendendo, vel de actibus, aut operibus ex causa, aut ad finem lucri, abstineant à molestia, à qua etiam temperabunt, ubi moralis, vel physica necessitas urgeat servandi fruges, vel ponendi in tuto segetes, fœnum, & alia ad rem agrariam pertinentia. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die vi. Julii MDCLXXIII.

Subscript. Oliverius pro Egr. Arbona, & sigillat. &c.

A tergo. Registratæ in filo patentium.

ANNOT.

DIspensare ut opera servilia diebus festis possint exerceri, spectare ad Superiorem
1 Ecclesiasticum, ita ut Laico Superiori per jus non liceat molestia afficere Operantes cum licentia Ecclesiastica tenet Tranchedin. *consult 24. per tot. vol. 2.*; Verum quod sola licentia Parochi non sufficiar pro derogatione Proclamatis super nbservatione diei festi acriter sustinuit Senatus Excellentiss. in casu Lumelli cum Episcopo
2 Papiæ anno 1669. 31. Octobris, & cavetur in Ordine diei 29. Augusti 1690.

Licentia laborandi diebus festis ab Ecclesiasticis debet dari in scriptis ut declarasse S. Con-
3 gregationem super Episcopis, in Civitatis Castellæ 25. Augusti 1615. refert Pignatell. *consult. canon. 10. nu. 21, tom. 8.*

In puniendo pro inobservantia dierum festorum sine licentia datur locus præventioni
4 inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem ex Constit. S. Pii V. incipiente *Cum primum apostolatus* §. 7., & declaravit S. Congregatio super Episcopis in Theatina 29. Maji, & in Neapolitana 22. Junii 1621., ut refert idem Pignatell. *d. consult. nu. 20.*

Contra laborantes die festo cum licentia Superioris Ecclesiastici non posse procedi or-
5 dinavit Excellentiss. Gubernator decreto diei 4. Augusti 1677. impresso in Cridario anni 1688. pag. mihi 92. *Mognus Fossatus.*

Ordo, ut Judici laico reddantur rationes administrationis œconomicæ Locorum Piorum, & versionis redditaum in causas à Testatoribus expressas, sed absque ulla impensa.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Quod vobis mandavimus prioribus nostris de rationibus administrationis Oeconomicæ per vos exquirendis ab Administratoribus istius Pii Loci Sancti Joseph, id scitote pariter vobis injungi circa alia omnia Loca Pia, Sodalitia laicalia, & Hospitales istius Ditionis; in quibus tamen omnibus mandamus, ut vos conti-

contineatis in pura notitia rationum Oeconomicarum, & versionis redditmum in causas à Testatoribus expressis, atque in nobis admonendis si quid turbant Ecclesiastici contra jura ditionis nostræ. Illud vero cavebitis ante omnia, ne in hisce omnibus peragendis Loca Pia ullo sumptu graventur. Mediolani die xxix. Julii MDCLXXIII. 1673

Maddius.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Luvini nostro dilecto.

A N N O T.

Observantia hujus, & similium Ordinum demandatur in Ordine diei 8. Martii 1710.

Ordo pro intelligentia, & executione alterius Ordinis 22. Aprilis 1673.

MDCLXXIII. Die xxx. Augusti.

Dilectè noster. Ut rectè vobis constet mens litterarum nostrarum diei 22. Aprilis proximè lapsi pertinentium ad istum Consulem, & Homines, & Confraternitates laicales istius ditionis, mittimus ad vos annexum exemplum Instrumenti mandati per Rev. Vicarium Foraneum præscripti Confratribus S. Mariæ della Rosa in loco Sulbiati in Plebe Gallarati, quod ipsum tunc caveri voluimus, & volumus, nempè ne per istos Homines, & Confraternitates ut supra, quin prius moneatur Senatus, & facultas ab eodem Ordine reportetur ad præscriptum Ordinum, & ne Potentissimi Regii D. Nostri Jurisdictio lædatur. Cæterum scitote per litteras ipsas diei 22. Aprilis nihil aliud fuisse constitutum, quam quod continetur in §. Collegiis N. C., & aliis Senatus Consultis.

Maddius.

Ordo, ut Abbates Universitatum notificent Artifices, qui in exteram Provinciam se contulerunt pro ibi exercenda eorum arte.

MDCLXXIII. Die ii. Septembris.

Jubet Senatus Excellentissimus per singulos Abbates Collegiorum, seu Universitatum, ut vulgò dicitur *Paraticorum*, quibus hæc sanctio denuntiata fuerit, intrà octiduum omninò mitti ad subsignatum Egr. Secretarium nomina, & cognomina singulorum artificum, & manualium, & Magistrorum Tabernæ, seu Apothecæ, atque Juvenum (vulgò *Garzoni*) qui relicta hac Civitate, se extrà Provinciam hoc decennio contulerunt, ut alibi artem exercerent, quam calebant. Nec etiam omittent Abbates ii, quibus res hæc curæ erit, mulieres eas significare, quæ aurum nebant, & aliò abierunt. Quod si quis omiserit huic sanctioni parere intra dictum tempus, vel minus integrè, aut sincerè de his retulerit ad Senatum, sciat se ipso jure mulctam aureorum centum incursurum.

Sadarinus.

Ordo, ne tradantur Vicariis Foraneis, aliisque Ecclesiasticis, scripturæ pertinentes ad primævam institutionem, & erectionem Confraternitatum, aliorumque Piorum Locorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Intellexit Senatus noster per V.V. Vicarios Foraneos ab istis Confraternitatibus in ditione vestra sitis exigi jura, & scripturas omnes pertinentes tam ad indulgentias, quàm ad primævas institutiones, & erectiones ipsarum Confraternitatum. Ex ejus itaque Ordinis sententia mandamus vobis, ut nomine nostro præcipiatis viva voce singulis Confraternitatum Prioribus, Syndicis, & Cancellariis, ut, quod pertinet ad Indulgentias, & Cultum Divinum, jura, & scripturas omnes V.V. Vicariis Foraneis, aliisque Ecclesiasticis illas petentibus facilè concedant, jura autem, & scripturas pertinentes ad primævam institutionem, & erectionem Sodalitiorum, Confraternitatum, aliorumque Piorum Locorum nemini ne tradant, nisi expressa facultate à nobis data, interea verò earundem scripturarum diligentem Indicem conficiant, eumque ad nos statim mittant. Mediolani die iv. Septembris MDCLXXIII.

Maddius.

Ordo pro tradenda possessione Episcopatus Viglevani.

MDCLXXIII. Die vii. Novembris.

Ex sententia Senatus, coram quo propositæ fuerunt occlusæ preces Reverendissimi Joannis Caramueli è Matritensi Regia nostra ad Episcopatum Viglevani promoti, mandamus vobis, ut attento consensu hæredum olim Episcopi Rasini, ei-

1673 dem Reverendissimo Caramueli requisitam possessionem tradatis; verum in Instrumento, & actu ejus possessionis clarè exprimi curabitis, Ecclesiam Viglevanensem de jure Patronatus nostro, non ex privilegio Pontificio, prout enunciatum est in Bullis, sed ex fundatione nostra fuisse erectam, cui numquam poterit derogari; id autem fieri volumus, ut sarta, tectaque sint jura nostra.

Ordo pro publicatione decreti Sac. Congregationis Concilii Tridentini circa impetrantes, & obtinentes Dignitates, ac Beneficia.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Prætoribus Mediolanensis Dominii.

Dilectè noster. Cupit Senatus noster, ut in vestra Jurisdictione vulgetur decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridenrini contra impetrantes, & obtinentes Dignitates, ac Beneficia, ex præscripto Sacrarum Constitutionum, aut Decretorum ipsius Concilii, gradum aliquem requirentia, non obstante, quòd gradus hujusmodi assequuti non fuerint in publica, & approbata Universitate, contra formam Constitutionis Beati Pii Quinti, prout fusius in ipso decreto legitur. Illud propterea his nostris inclusum, ad vos mittimus, mandantes, ut statim publicari curetis in ista vestra Jurisdictione, & de sequutis nos moneatis. Mediolani die xiii. Novembris MDCLXXIII.

ANNOT.

Enunciatum decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridenrini est diei 22. Julii 1673., & per extensum est impressum in Ordine diei 28. Januarii 1678.

Ordo, ut Judices abstineant à decretandis capturis in causis levibus, non obstante oblatione fidejussionis de supplendis indiciis, & probandis delictis.

MDCLXXIV. Die viii. Januarii.

1674 Jam nimia videtur Senatui Excellentissimo facilitas quorundam Judicum in concedendis capturis ob leves causas, & titulos, præstita per deferentes fidejussione de supplendis indiciis, & probandis delictis adscriptis intra certum tempus, quo pacto plurimis plerunque immerentibus gravia inferuntur damna carcerum, & impensarum, quæ nunquam postea sarciuntur. Mandat itaque idem Ordo Excellentiss. Jusdicentibus omnibus cujuscunque gradus, ut ab hujusmodi capturarum concessione omnino abstineant, præterquàm ubi agatur de gravibus delictis, quibus pœna capitis indicta sit, vel de delinquentibus exteris, aut aliis, de quorum fuga sit justa suspicio, & etiam in iis titulus criminis vel capitis, vel saltem triremis pœnam habeat. Si quis verò ex Judicibus contrafecerit, præter sumptus, & damna, quæ per eum læsis reluenda erunt, suspensione à munere, & majori etiam mulcta pecuniaria pro Senatus arbitratu punietur.

Maddius.

Ordo, ut Feudatarii proponant tres idoneos pro eligendo Syndicatore eorum Prætorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Et si toties edixerit Senatus Feudatariis hujus Dominii ut tempore, quo Jusdicentes Majoris Magistratus syndicantur, ipsi etiam proponant tres idoneos eidem Ordini, ut ex eis unus seligatur ad syndicandos Prætores feudales, attamen semper magis dignoscitur eorum plurimos ab hac saluberrima consuetudine refugere, & invectas jamdudum sanctiones negligere, quorum silentio Prætorum fraudes, & culpæ non comperiuntur, & ideò pœnas evadunt. Sed ut justitiæ tandem consultum remaneat vobis mandamus, ut edictum evulgari faciatis ex Ordine Senatus monendo istos Feudatarios vestræ Jurisdictionis, ut termino dierum octo proponant Syndicatores, & patentes litteras reportent juxta Ordines, secus, ubi non pareant intra dictum tempus, sciant jam non fore in eorum potestate hanc electionem, sed Senatus, qui ad illam statim deveniet. Mediolani die ix. Januarii MDCLXXIV.

Joseph Oliverius.

Ordo, ut Judices abstineant à specie capturæ sub decreto UT QUIS PRO INFORMATIONE CURIÆ VOCETUR, ITA QUOD VENIAT. 1674

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

Dilectè noster. Introductum olim usum per Judices hujus Dominii de specie quadam mitioris capturæ, in causis Criminalibus decernenda ex levitate inditiorum, vel alia, sub decreto, *ut quis pro informatione Curiæ vocetur, ità quod veniat*, invaluisse jam nimis, &c, pro Judicum libito, nullis ferè præcedentibus inditiis, vel necessitate urgente, & persæpè in causis merè civilibus, in abusum declinasse, accepit Senatus. Qui in rectam justitiæ administrationem, subjectorumque levamen, ab incommodo, & gravibus impensis, quibus hoc titulo frequentissimè præmuntur, pro munere suo intentus, de abusu tollendo, statuit, districtèque singulos hujus Dominii Prætores, ac alios quosvis Judicentes monendos sanxit, ut inposterum ab hujusmodi genere capturarum, quovis titulo decernendarum, omninò abstineant, sine peculiari licentia Magnifici ejusdem Ordinis Præsidis, sub pœna suspensionis à munere, aliaque graviori, ad ipsius Ordinis arbitrium. Quod vobis innotescere volumus, ut ita adamussim exequamini. Mediolani die xii. Januarii MDCLXXIV.

G. Annonus.

Ordo pro deputatione Senatoris, qui invigilet aptationi Viarum.

MDCLXXIV. Die xxviii. Februarii.

Cum actum fuerit in Senatu de necessaria aptatione Viarum hujus Urbis, quarum aliquas adeò incommodas, & difficiles factas esse demunstrat evidentia, ut qui Rheda trahuntur, vix per eas sine periculo transire, vel pedentim incedere valeant, contra decus Metropolis hujus Urbis, & in præjuditium habitantium, recognitisque delegationibus per tempora à Senatu jungi consuetis uni ex ejusdem Ordinis Patribus, quarum postrema edita legitur in Magnif. olim Senatorem Arias, nec non Ordinibus non semel ea de re datis ad Judicem Stratarum; dictum fuit renovandos ad dictum Judicem Stratarum Ordines jam alias eidem datos, & potissimum de anno 1637. in simili casu, & injungendam Magnif. Patri ab Illustr. Præside deputando Præfecturam hanc, quæ ultimo loco demandata fuerat Magnif. Arias. Annonus.

Electio Magnif. D. Senatoris Puthei, ut præsit aptationi Viarum Mediolani.

MDCLXXIV. Die xxviii. Februarii.

Viarum opportunam instaurationem, quam Urbium decor exposcit, Civiumque exigit commodum, Metropoli huic apprimè convenire, & perneccessariam esse jamdiù cognitum fuit, in qua Reg. L. T. nostri, Supremumque hujus Provinciæ Tribunalium Sedes constituta est, & ideo Senatus pro sua in rebus cunctis, quæ ad rectam Justitiæ administrationem, & bonum publicum pertinent, vigilantia; unum ex Spectabilibus per tempora Senatoribus delegare consuevit, qui hujusmodi provinciæ præesset; si qua Viæ publicæ hujus Urbis egerent aptatione, excitato Judice ad quem spectat, id celeriter fieri curaret; de detrectantibus suam ratam portionem solvere, & de eis ad solutionem adigendis cognosceret, opportunèque provideret. Cum autem post decessum Spectab. olim Senatoris Arias, à continuatione subrogationis, & munere videatur cessatum, vel saltem de ea non appareat, illudque certum sit, valdè expedire, & convenire, ut antiqua consuetudo reviviscat; excitati ab evidenti Viarum in aliquibus partibus hujus Urbis incommoditate, & abruptione, Vos eligimus, cui prædictam, & opportunam omnem facultatem, & auctoritatem damus, qua Vos prudenter, & sedulò ad ipsius Urbis, & habitatorum decentiam, & commoditatem usuros confidimus.

Ordo, ut Judex Stratarum incumbat earum aptationi.

Judici Stratarum Mediolani.

MDCLXXIV. Die xxviii. Februarii.

Pleræque hujus Urbis viæ ita inæquales, & dirutæ sunt, ut omnino egeant celeri aptatione, ita ut tum qui Rheda vehuntur, tum qui pedibus propriis eas perambulant, commodè id facere possint, præterquamquod ad ipsius decus viæ planæ, & itineri

6714 itineri commoda esse debeant semper; vobis igitur mandamus, ut aptationi animum adjiciatis, curetisque, ut effectus sequatur sine mora; cæterum distributio expensæ in id necessariæ ita fiet, ut nullus à sua rata exemptus portione evadat, exigaturque omnino ab unoquoque rata ipsa pars expensæ, sine ullo qualitatis personarum discrimine; Hæc enim quo citius, & plenius facta erunt, eò cumulatius muneri vos satisfecisse censebimus, quod si quid erit, in quo auctoritate Senatus nostri opus esse videatis, Spectab. Senatorem nostrum de Putheo adeatis, qui pro facultate sibi à nobis tributa providebit; aut si res egebit notitia Senatus, & graviore provisione, de ea in ipso Ordine verbum faciat, ut alias servatum fuit.

Ordo, ne Judices admittant attestationes paupertatis, sivè miserabilitatis, nisi prius ipsis de tali statu constiterit, & quod servent N. C. tit. de Sportulis.

MDCLXXIV. Die xvi. Aprilis.

CUm actum fuerit in Senatu de aliquibus Jusdicentibus nullo negotio approbantibus attestationes paupertatis, sivè miserabilitatis etiam non egentium tali beneficio in præjuditium Sportularum Senatus, non tamen servantibus, quoad ipsos, Ordinum dispositionem respectu honorariorum toties vetitorum, & propterea non recedendo à jam decretis die 8. Augusti 1669., ne scilicet. Quis ex Jusdicentibus, tam Ordinariis, quam Delegatis, nomine honorarii, sivè Sportularum ob causas Criminales (quod etiam quoad causas Civiles respectu Judicum Ordinariorum locum habere idem Ordo præcepit) quid quam etiam à sponte dantibus mediatè, vel immediatè recipere audeant sub pœna privationis muneris, & ulterius aureorum mille, ac majori arbitrio ejusdem Ordinis, qui prædicta omnia inconcussè servari iterum edicit, & insuper.

Mandat omnibus Jusdicentibus, nè recensitas attestationes admittant, nisi prius eis constiterit de paupere, sivè miserabili respectivè petentium statu sub pœna Senatui arbitraria, ac solvendi ex ære proprio id omne, quod Delegatus in re Sportularum, sumptis de ipsorum petentium, ut supra, statu informationibus, declarabit.

Joseph Oliverius.

A N N O T.

REnnvatus fuit Ordine diei 4. Februarii 1681., & 15. Maji 1685.
Fides paupertatis militant etiam pro Reis, qui non sunt in Carceribus, ut declaravit 1 Excellentissimus Senatus die 10. Maji 1662. referente Magnif. D. Senatore Parrellano.

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Notarii servent Senatus Consultum præscribens modum in recipiendis fidejussionibus in causis criminalibus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Ut in posterùm sanctius servetur à Notariis Criminalibus Provinciæ Mediolanensis Senatus Consultum diei tertiæ Octobris anni 1668. in recipiendis fidejussionibus, & collaudationibus ad normam præscriptam in formula, quam Rovedinam vocant, ejusdem sanctionis exemplum occlusum ad vos mittere duximus, ut quidquid ab ipso Ordine statutum est inconcussè omninò servari faciatis à Notariis vestris sub pœnis indictis, vobis etiam districtè præcipientes, ut omni studio observantiam ipsius edicti curetis, & Senatum de ejus executione moneatis. Mediolani die xiv. Junii MDCLXXIV.

Joseph Oliverius.

Ordo, ut Judices invigilent super observantia Ordinum, & Proclamatum circa reverentiam Ecclesiarum, & Cultum Divinum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Jam nosti, plures Ordines, atque Edicta fuisse super notoria Ecclesiarum irreverentia edita, eamque in dies ita adhuc excrevisse, ut mirandum non sit, si Divina Providentia aliquoties, ad corrigendum tam gravem abusum, permittat, ut inexpectatis ærumnis, ac calamitatibus, humanum genus suppositum remaneat. Hinc factum est, ut Senatus, ad evitandam omnino Divinam iram ex hujusmodi irreverentia provenientem, censerit noviter demandandum omnibus Jusdicentibus hujus Dominii studium, ac vigilantiam in custodiendis Ordinibus prædictis, ac Proclamatibus, quæ ad servandum cultum Divinum pertinent, ad arcen-

arcendas, & eradicandas injurias, ac offensas in Deum, ad fovendam reverentiam Ecclesiarum, & interdicenda tripudia, locos, ac cætera hujusmodi profana, tempore Divinorum, ac etiam tempore, quo Christiana institutione subditi instruuntur, nec non delationem armorum in Ecclesiis, exigendo sigillatim à Contrafacientibus pœnas indictas, eundemque Ordinem nostrum, opportunè provisurum, monendo. Quapropter tibi ex ipsius Senatus Sententia mandamus, ut pro tua pietate, & munere ita adamussim exequaris. Mediolani die ix. Augusti MDCLXXIV. G. Annonus. 1674

Ordo, ne Judices in ordinationibus interponant decretum: *INCONSULTO SENATU QUIS NON MOLESTETUR*.

MDCLXXIV. Die ix. Augusti.

Animadvertit Senatus Excellentissimus Mediolani, introductum fuisse in Jusdicentibus dicti Dominii abusum, interponendi decretum in ordinationibus liberatoriis Reorum, ut, inconsulto eodem Ordine, quis non molestetur, cùm ita redargui, non possint, quòd devenerint ad liberationem contra Ordines, & processus interim sileant cum magno, & justitiæ, & Fisci præjuditio; Cui abusui, in dies serpenti, is Ordo occurrere, volens,

Mandat omnibus Judicibus Regiis, & Feudalibus per hoc edictum, ne audeant, hujusmodi decretum interponere inposterum, nisi id faciant, Senatu ipso jubente, sub pœna, eidem Amplissimo Ordini arbitraria, etiam pecuniaria, & nullitatis decreti ipso jure, & Fiscalibus, ut talia non permittant, sub eadem pœna.

G. Annonus.

A N N O T.

Pro observantia hujus Ordinis conditus est Ordo diei 28. Martii 1678.

Declaratio Senatus, quod immunitas ob numerum duodecim liberorum non duret in Ablaticis etiam si supersint filii, vel filiæ Patris immunis.

MDCLXXIV. Die xxii. Augusti.

Audito Magnif. D. Senatore Marchione Don Carolo de Clericis referente in Excellentissimo Mediolani Senatu preces eidem Excellentiss. Ordini porrectas per Donnam Isabellam Vicecomitem de Oca, uti Tutricem, & pro tempore Curatricem Comitis Francisci Corii minoris filii, & hæredis universalis nunc quon. Magnif. D. Senatoris Comitis Caroli, & Comitissæ Lauræ Ayroldæ Coriæ Matris, Tutricis, & Curatricis Comitis Antonii, & fratrum minorum de Coriis filiorum, & hæredum nunc quon. Comitis Philippi. In quibus prævia expositione, quod obtinuissent superfessorias à Magistratu Reddituum Ordinariorum, à Civitate Mediolani, à Congregatione Interessatorum Mediolanensium, & à Syndicis hujusce Ducatus, etiam respectu onerum debitorum Exactoribus Burgi Abbiati Crassi, attento, quod dicti earum respectivè Pupilli, & Minores essent Nepotes nunc quon. Comitis Antonii Corii eorum Avi paterni Immunis ob numerum duodecim filiorum, & filii dictorum respectivè Magnif. D. Senatoris Comitis Caroli, & Comitis Philippi ex ipsismet duodecim filiis, qui immunitatem causarunt, & quod adhuc superviverent octo sorores ex ipsis, qui causarunt immunitatem, partim nuptæ, & partim Moniales Professæ, & quod re deducta ad controversiam judicialem unica indigeret sententia. Petierunt proindè causæ avocationem, super quibus emanuit decretum dicti Excellentissimi Ordinis causam avocandam, & committendam in forma, servata interim dispositione Proclamatis Excellentissimi Comitis Funtis Saldaneæ anni 1658. circa hujusmodi Immunitates, & interim supersederetur per dies decem ab omni molestia. Referente item commissionem ipsius causæ citatis citandis factam in ipsum Magnif. D. Senatorem Marchionem de Clericis. Præceptum inhibitorium diei 23. Decembris 1673. præteriti ad instantiam ipsarum Donnæ Isabellæ Vicecomitæ de Oca, & Comitissæ Lauræ Ayroldæ Coriæ respectivis modis ut supra transmissum Syndicis ipsius Civitatis, & Ducatus Mediolani, ac Congregationis Interessatorum Mediolanensium, nec non Civitatis, & Comitatus Novariæ, ac Regentibus Communitatis Abbiati Crassi, & aliis &c. ad hoc ne pendente prædicto juditio quidquam innovaretur circa exactionem onerum. Item successivam petitionem per ipsas Tutrices factam sub die 15. Januarii proximè præteriti manè, in qua petierunt declarari dictos earum respectivè Minores perseverare debere in gaudimento, & benefitio integræ immunitatis, attenta superviventia dictarum octo Sororum filiarum præfati Comitis Antonii immunis, & dictorum Minorum Amitarum, & donec ipsæ in humanis extabunt in majori numero, quam sex, & ubi numerus diminueretur, cum reductione immunitatis ad normam Proclamatis dicti Excel-

1674 Excellentiss. D. Comitis Funtis Saldaneæ diei 4. Aprilis 1658. Item referente contradictiones factas dicto præcepto inhibitorio, ac exceptiones propositas dictæ petitioni, cum utrinque replicatis, & contrareplicatis, Contendentibus Syndicis ipsius Civitatis, & Ducatus Mediolani, Interessatorum Mediolanensium, & aliis nullam competere immunitatem Nepotibus immunis ob numerum duodecim liberorum, uti restrictam ad filios ipsius Immunis in communione viventes ex dispositione Novar. Constit. nullam posse considerari communionem cum Amitis nullam partem habentibus in bonis à Nepotibus possessis, & subordinatè etiam supposita communione non deberi Nepotes præservari immunes, tùm attenta dispositione Juris, tùm Proclamatum, & Ordinum in materia editorum, & sic in dies cum aliis servari. Referente etiam jurium dimissionem, ac jura dimissa per ipsas Tutrices, sub die sexta Martii proximè præteriti vesperè cum exceptionibus partium, & hinc indè replicatis. Item dispositionem Proclamatis dicti Excellentiss. Com. Funtis Saldaneæ anni 1658., & alia inter partes actitata, & lecta declaratione, audito Fisco, facta per Junctam Supremorum Ministrorum ad preces Agentium Civitatis Cremonæ sub die 2. Aprilis anni 1667. per exemplum exhibita per Syndicum dictæ Congregationis Interessatorum tanquam sequuta in, & super eodemmet casu, & demum lectis precibus à partibus porrectis; Omnibusque maturè perpensis, in termino citationis perhemptoriæ ad instantiam dictorum Syndicorum Civitatis, & Ducatus Mediolani, & Interessatorum, ac aliorum litis Consortum transmissæ dictis Minoribus Coriis, & pro eis dictis eorum respectivis Tutricibus.

Censuit Senatus. Teneri Minores Corios ad solutionem onerum, uti non Immunes à die mortis eorum respectivè Patrum, non obstantibus deductis. Damnatis dictis Coriis ad solutionem salarii pro una medietate, & pro altera aliis Partibus ad ratam.

Subscript. Oliverius, & sigillat. &c.

Ordo, ut scripturæ factæ in causis coram Senatu, vel Senatoribus exscribantur, & exemplificentur à solis Scriptoribus Cancellariæ Senatus.

MDCLXXIV. Die iv. Septembris.

SEnatus robur addendo decretis olim editis, & hesterna etiam die factis, rursus edicit, & mandat scripturas omnes, cum in causis quæ coram se aguntur, tum actorum, & ordinationum, quæ coràm, & à singulis Magnificis Senatoribus fiunt, aliasque omnes cujusvis speciei sint (nullis prorsus exceptis) exscribi, & exemplificari omnino debere, à solis Scriptoribus Cancellariæ, qui à Senatu approbati fuerunt, & inposterum probabuntur, quique juramentum præstiterint, indicta contrafacientibus pœna ipsi Ordini arbitraria. Amanuenses autem illos, qui sine prædicta approbatione Senatus se in Cancellariam intruserunt, statim ejiciendos esse, nec ullo pacto ferendos: Egregios porrò Secretarios invigilare debere, ut Ordines, tàm antiqui, quàm novi agentes de Officialibus Cancellariæ, religiosè serventur, & abusus eliminentur, qui irrepserunt, & quotiescunque opus esse judicaverint, Senatum moneant, opportunè provisurum.

Sadarinus.

Ordo, ut solvatur merces compillationis, & scripturæ relationis status causæ ex Officio.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, & Tutrix &c.

DIlectè noster. Examinatis diligenter contentis in responso vestro dato litteris nostris diei 28. Maji proximè præteriti emanatis super precibus Alexandri Curioni conquerentis de prætensa indebita molestia ei per vos illata ex causa monitionis eidem ex ordine vestro inthimatæ pro solutione in manibus Thesaurarii Officii istius mercedis scripturæ status causæ ad Nos transmissæ in causa criminali per dictum Curionum mota de perjuriis contra Antonium Mazzuchellum sub prætextu, quod super supplicibus libellis ejusdem Curioni injunctum vobis fuerit die secundo Aprilis nuper elapsi, ut omnia resultantia in dicta causa rescriberetis Senatui ex Officio, ut iis visis, prout juris declarari posset, cum is Ordo approbaverit gesta per vos, de quibus ipse Curionus fuerat conquestus; ideoque injusta detecta querimonia sensimus, audito prius Fisci nostri voto, teneri dictum Curionum ad compillationis, & scripturæ prædictæ solutionem, ne secus Judex, & Scriptor pœnam patiantur, quod vobis innotescere voluimus, ut sic exequamini. Mediolani die xxv. Septembris MDCLXXIV.

Oliverius pro Egr. Annono.

A tergo. Sapienti J. C. Vicario Seprii nostro dilecto &c.

Ordo,

Ordo, ut nulla habeatur ratio Rescriptorum, quæ non sint expedita in Cancellaria, & subscripta ab Egr. Secretario. 1675

MDCLXXV. Die prima Maji.

INnotuit Excellentissimo Mediolani Senatui, per nonnullos ex Notariis Actuariis in actis redigi rescripta ejusdem Ordinis contrà alias decreta, licet ea non fuerint edita è Cancellaria in forma authenrica, cui propterea abusui occurrere volens idem Ordo, coram quo hac de re actum fuit.

Mandat signanter Egregio Capitaneo Justitiæ, nè ullo pacto executioni mittar sententias Senatus, nisi illæ formiter cùm subscriptione Egreg. Secretariorum, & sigillo fuerint præsentatæ.

Cæteris autem Jusdicentibus præcipit, nè ullam omninò habeant rationem quorumcunque rescriptorum, nisi fuerint expedita in Cancellaria, & cum eadem subscriptione Egreg. Secretariorum, & sigillo ejus præsentata; Moneantque suos respectivè Notarios, & Actuarios, nè illa in actia referre audeant, nisi subsignata, sub pœna solvendi de proprio, & alià eidem Ordini ut supra arbitraria.

Oliverius pro Egr. Tatto.

ANNOT.

REnovatus fuit Ordine diei 6. Novembris 1716.

Ordines circa modum exigendi Salaria sententiarum Senatus, ac Sportulas.

MDCLXXV. Die prima Maji.

CUm non deceat, Excellentiss. Mediolani Senatum, gravibus curis detentum, post latas in causis civilibus sententias, ab importunitate litigantium, occasione solutionis earundem sententiarum salarii, sivè salariorum, ac dependentium, identidem molestari, ideò ad occurrendum prædictis, actum fuit coram eodem Ordine.

Primò. An lata sententia, & damnatis in ea partibus pro medietate salarii, sivè salariorum, illud, sivè illa integrè exsolvenda sint à parte victrice, data tamen eidem contrà succumbentem repetitione prò rata parte, in quam fuit damnata.

Secundò. An eodem contextu, quo solvuntur salarium, sivè salaria, cogendus sit victor ad solutionem portionis pecuniarum, tùm ad Cancellariam spectantium, tùm sportularum eidem Ordini debitarum ad ratam ipsius salarii, sivè salariorum, adhibitis etiam prò earundem parcellarum faciliori confecutione opportunis remediis, Senatui magis bene visis.

Tertiò. An ad ratam victoriæ exigenda sit ab utraque parte per Thesaurarium portio pecuniæ debitæ Cancellariæ, ac Sportularum Senatus, vel cogendus sit actor ad has ambas parcellas persolvendas.

Omnibusque consideratis unà cùm alias in hac materia decretis, & audito ipsius Excellentissimi Ordinis Thesaurario censuit idem Ordo.

Ad primum caput, faciendam solutionem salariorum, ab eo, qui editionem sententiæ exigit, juxtà etiam alias ordinata die prima Maji 1663. (hoc salarium exsolvendum ab iis, qui editionem sententiæ exigunt, data in continenti repetitione contrà alteram partem prò quota à Senatu decreta). Ubi verò neutra pars urgeat sententiæ editionem, Thesaurarium uti debere jure suo contrà unumquemquè ad normam condemnationis prò rata.

Ad secundum eodem contextu, quo exiguntur salaria, exigendas etiam Sportulas, & portiones debitas Senatui, & Cancellariæ à singula partium, pro medietate, seù ea rata parte, quæ expressa fuerit in sententia cum hæc omnia sub nomine, & in condemnatione salarii comprehendantur.

Ad tertium servandam eandem normam, quæ in exactionem sportularum Senatus, & portionis Cancellariæ, quæ servatur in exactione salarii, cum eodem prorsus jure, ac salaria ipsa censenda sint.

Oliverius pro Egr. Tatto.

ANNOT.

REnovatus fuit Ordine diei 6. Novembris 1716.

Ordo, ne proponatur coram Senatu articulus AN APPELLATIO SIT ADMITTENDA NEC NE in casibus spectantibus Judicibus inferioribus.

MDCLXXV. Die ix. Julii.

CUm non deceat Senatum gravissimis negotiis detentum, per importunitatem precum ad eorum cognitionem persæpè diverti, quæ ex præscripto Novar. Const. hujus Dominii, & ex antiqua praxi coram Judicibus inferioribus pertractanda sunt, indecora nimis tanti Ordinis defatigatione, nec sine Judicum in Foro consti-

1675 tutorum ipsarumque partium præjudicio: Propterea hodierno Senatus Consulto inconcusè servando districtè cautum est, ne quis in posterum, lata sententia per aliquem ex Judicibus inferioribus, divertat à remedio ordinario contra eam sibi competente coram ipsimet inferioribus, & incongruis precibus Senatum adeat super articulo, utrum appellatio sit admittenda, nec nè; (ubi non agatur de sententia cujus appellatio jure ordinario ad supremum ipsum Ordinem devolvatur) indicta pœna aureorum vigintiquinque à Causidico, vel alio quovis, qui talia attentaverit irremissibiliter exigenda, salvo exindè jure partibus in remedio extraordinario recursus suo tempore. Ut autem hoc decretum cunctis innotescat, & qua decet religione custodiatur, mandat idem Excellentissimus Ordo, illud typis cusum edi, & in ejusdem Cancellaria publicè exponi, ac etiam de eo certiores fieri Abbates Collegii Causidicorum, & Notariorum hujus Civitatis, & aliarum hujus Provinciæ, ut ejusdem executioni invigilent.

Annonus.

Ordo, ut Superseſſoria in materia Salariorum, & Sportularum præsententur Thesaurario, aliter non attendantur.

MDCLXXV. Die xi. Septembris.

FActo verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnificum Marchionem Don Carolum de Clericis Delegatum de Supersessoria Josepho Putheo concessa in causa salarii per eum debiti, & de ejusmodi, & aliis quibuscumque supersedentiis; quæ contingunt concedi, & Thesaurario non præsentantur à partibus nisi actu, quo utitur contra eas remediis executivis. Censuit is Ordo, lapsa supersessoria Putheo concessa, Thesaurarium uti debere jure suo contra eum, in posterum autem nullam habendam esse rationem quarumcumque supersessoriarum, quæ concedi contingent in causa tum salariorum, tum sportularum, nisi eæ præsentatæ fuerint, & dimissæ in actis ejusdem Thesaurarii.

Sadarinus.

Ordo, ut Judices referant Senatui, an in eorum jurisdictione adsint Milites publicam quietem perturbantes.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c., ac Regina Maria Anna Austriaca ejus Mater, uti Tutrix, & Curatrix &c.

DIlectè noster. Animadvertit Senatus in dies augeri numerum illorum, qui ad eludendam justitiam, & meritas pœnas evadendas Militiæ se adscribunt etiam post patratum delictum, Militesque quamplures sub ejusdem Militiæ clypeo scælera quæcumque aliaque enormia crimina absque ullo metu perpatrare, undè ad occurrendum hisce fraudibus, & ad Militum ausus sistendos, vobis ex ejusdem Ordinis sententia mandamus, ut statim Senatui referatis, an in vestra Jurisdictione comperiantur Milites quietem publicam perturbantes, & justitiam vulnerantes; Insuper volumus ut transmittatis notulam distinctam eorum, qui delictis impicti Militiæ se se dederint, ut is Ordo certiorem reddere possit Ill. L.Tenentem nostrum: Eam autem notulam remittetis ad manus infrascripti Egregii Secretarii. Mediolani die xi. Septembris MDCLXXV.

Oliverius.

Ordo, ut Syndicatores Prætorum Feudalium referant Senatui, an ab iisdem factæ sint Reorum liberationes in casibus referibilibus.

MDCLXXV. Die xxvi. Septembris.

AD occurrendum introductis abusibus Prætorum Feudatariorum, qui in casibus, in quibus agitur de titulis referibilibus, & pro quibus imponitur pœna, sivè corporalis, sivè pecuniaria, vel processus jussu ipsorum Feudatariorum, sepeliunt, aut prætextu gratiæ ab eis factæ, Reos liberant, & absolvunt.

Mandat Excellentissimus Senatus, ut instructioni, quæ dari solet Syndicatoribus ipsorum Prætorum Feudalium, addatur, ut diligentèr invigilent in libris, & seorsim ad eundem ordinem referant de iis liberationibus, quas factas invenient vigore gratiæ factæ per Feudatarios in iis casibus referibilibus, in quibus agebatur de titulis, in quibus pœna aliqua corporalis, sivè pecuniaria infligi potest, ad Fiscum Regium spectans in totum, vel pro parte.

Oliverius pro Egr. Tatto.

Ordo pro Syndicatore Consultorum, & Consulum Justitiæ Mediolani.

MDCLXXV. Die xxvii. Novembris.

PRoposita in Excellentissimo Mediolani Senatu relatione facta per J. C. Federicum Proserpium Syndicatorem Consultorum, & Consulum Justitiæ dictæ Civitatis

elapsi

elapsi bienii 1672., & 1673. de emergentibus in dicto Syndicatu in ordine ad controversum exercitium ejus Jurisdictionis cum ipsis Consulibus tunc sedentibus, & ad quærimoniam eorumdem Consulum, ob publicatum Edictum, & formatam, atque ipsis inthimatam Inquisitionem generalem, nec non ob nonnullas contentiones secutas inter aliquos ex dictis Consulibus, tunc sedentibus, eorumque Actuarium, & Coadjutorem cum dicto Syndicatore Proserpio, & lectis eodem tempore precibus utriusque Collegii, tum Juris Peritorum, tum Causidicorum, ac aliis ejusdem J. C. Proserpii, omnibusque maturè perpensis.

Censuit is Ordo, Edictum generale ritè, & rectè fuisse promulgatum, nec non ritè, & rectè fuisse formatam, & inthimatam Inquisitionem generalem, atque ita inpostetrum servandum esse; Syndicatui verò subjiciendos esse cæteros Consultores, & Consules Justitiæ, exceptis iis ultimi semestris, & bimestris, Syndicandis tamen in fine alterius biennii subsequentis, & ita servandum esse per modernum Syndicatorem, & per alios inposterum, ac in hunc sensum dandas esse ex Cancellaria litteras patentes Syndicatoribus; Acta autem inspicienda, & etiam cognoscenda per Syndicatorem, non tamen asportanda è loco Officii, & quo ad prædictos Consules, Actuarium, & Coadjutorem pro dictis contentionibus secutis cum ipso Syndicatore Proserpio, non esse ulterius molestandos damnatis Collegio Juris Peritorum ad solutionem salarii pro una medietate, & pro alia Collegio Causidicorum. 1675

Oliverius.

Ordo, ut Judices referant statum causarum criminalium pendentium, & observent Ordines conditos pro recta Justitiæ administratione.

MDCLXXVI. Die xiv. Februarii.

CUm inter primas Justitiæ curas, nobis maximè cordi sit, ut causæ omnes criminales rectum, & expeditum cursum habeant; ex Senatus nostri sententia, coram quo de eo actum fuit, mandamus vobis, ut ubi pro executione litterarum nostrarum diei 4. Maji 1673. ex actis istius Curiæ appareat missum fuisse ad Senatum nostrum Indicem causarum criminalium in isto Officio vestro pendentium, & responsionem acceptam de eo, quod gerendum erat; nunc de eo, quod gesseritis, gesserintque Præcessores vestri, & præsentem earundem causarum statum referatis ad Magnif. Senatorem nostrum in eo Delegatum, addendo etiam casus omnes corporales, & capitales, qui postea contigerint, & horum processuum præsentem statum. Quod si ad enunciatas litteras diei 4. Maji nundum responderitis, referatis quam primum ad eundem Magnif. Senatorem Delegatum causarum omnium corporalium, & capitalium istic pendentium præsentem statum, saltem à decennio in hanc diem; Præterea inconcussè servetis Ordines circa concessiones capturarum, relationes casuum referibilium, prohibitionem honorariorum, aliosque omnes ad expeditam, & inculpatam Justitiæ administrationem in criminalibus pertinentes, quorum mementote exactam à vobis rationem, & Deo O. M., & nobis redditum iri. 1676

Ordo, ne Judices mittant Reos ad Carceres Egr. Capitanei Justitiæ, nisi prius monito Senatu de titulo delicti, & causa transmissionis.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Cum innotuerit Senatui nostro, quamplurimos extare Carceratos in Officio Egr. Capitanei Justitiæ hujus Civitatis, sub diversis Judicibus, ob quorum multiplicitatem morbus inter eos excitari potest, non sine evidenti discrimine vitæ: Propterea, ex ejusdem Ordinis sententià, coram quo de remedio actum fuit; mandamus vobis, ut inposterùm abstineatis à transmittendis Reis ad ipsos carceres: nisi prius nos monueritis de titulo delicti, & de causà transmissionis, & insimul certiores feceritis Judices, ad quorum carceres illos transmittetis, de titulis delictorum, quove in statu illorum processus reperiantur; sub pœna suppeditandi de proprio alimenta ipsis Reis, quos transmiseritis non adimpletis supradictis jussionibus nostris. Mediolani die xi. Julii MDCLXXVI. Cossa pro Egr. Arbona.

Ordo, ne Ostiarii accipiant à Partibus minutas transmittendas ad signaturam, nisi prius sint expeditæ à Thesaurario, & Contrascriptore.

MDCLXXVI. Die xiv. Julii.

HAc sanctione perpetuò duratura, mandat Excellentissimus Senatus, ne inposterùm Ostiarii, aliique, ad quos spectat, accipiant à partibus minutas transmitten-

 das

1676 das pro subsignatione Ill. Præsidis, seù Magnificorum Senatorum, nisi prius appareat eas à Thesaurario, & Contrascriptore de more, expeditas, & hoc sub pœna suspensionis à munere, ac aliis eidem Excellentissimo Ordini arbitrariis.

Don Gabriel Tattus.

Ordo, ut Judices noctis tempore perlustrent vias Civitatis curando detentionem deferentium arma vetita.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Innotuit, adeò vagantium, noctis tempore, arma utriusque mensuræ deferentium numerum adaugeri, ut non pauca, singulis noctibus scandala, ac criminosa facinora, in maximum Justitiæ contemptum, perpatrentur; Idcircò, cum ingens hoc malum omni promptiori egeat remedio; Vobis, ex ipsius Ordinis Sententia mandamus, ut singulis noctibus, per vos, seù per alterum ex nostris Judicibus, hujus Civitatis alternatim viæ perlustrentur, talium vagantium, ac armatorum detentionem curando, eundemque Ordinem nostrum de emergentibus moneatis: Sic igitur sedulo exequemini. Mediolani die xxi. Augusti MDCLXXVI.

Ordo, ut Scripturæ in causis Oeconomalibus conficiantur, & pertractentur ab Egr. Secretario Senatus, ejusque Cancellario ad id deputatis.

MDCLXXVI. Die vii. Septembris.

Cum Senatus perspexerit, quamplura in dies oriri inconvenientia in materia Oeconomatus, eo quia irrepserit abusus, ut ab unoquoque Cancellario conficiantur minutæ, & pertractentur acta ad Regium Oeconomatum spectantia, quæ privativè fieri debent ab Egr. Secretario, cui Oeconomalis Provincia credita est, à quo etiam servanda sunt originalia quæcumque ad id pertinentia, in particulari Archivio ab ipso custodito, uti per ejus Prædecessores actum fuit: Quo circa, occurrere volens idem Ordo malæ isti consuetudini; hac sanctione inconcussè, servanda, mandat, ne inposterum scripturæ quæcumque in causa Oeconomali, sivè minutæ directè ad Rev. Oeconomum conficiantur, seu pertractentur, præterquam ab Egr. Secretario Oliverio, & ejus Cancellario Oeconomali; nec preces in hac materia porrigendæ, sivè quæcumque alia ad Oeconomatum facientia expediantur, nisi ab Illustriss. Præside, & à Perillustribus Dominis Senatoribus de Putheo, & Erba, modò Oecomatui præfectis.

Oliverius.

Ordo, ut Officiales Senatus interveniant in Cancellaria eadem hora, qua sedet ipse Senatus.

MDCLXXVII. Die xxviii. Januarii.

1677 Mandat Senatus omnibus Cancellariis, Coadjutoribus, cæterisque Officialibus ejusdem Excellentissimi Ordinis, quatenus in futurùm sedulò, & opportunè in Cancellaria interveniant eadem hora, qua ipse Senatus sedebit, & hoc sub pœna suspensionis à munere; aliisque ipsi Excellentissimo Ordini arbitrariis.

Don Gabriel Tattus.

Ordo, ut procedatur criminaliter contra quoscunque complices de delicto licet alienæ suppositos jurisdictioni.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Intelleximus ex litteris vestris ad Magnif. Senatus Præsidem scriptis, diligentias per vos adhibitas, ut constare faceretis de corpore delicti in causa homicidii in Territorio Bononiensi patrati in Petrum Bettolium ictibus sclopporum, animo deliberato, & in insidiis à Baptista Bettolo dicto Trevellino, & Francisco Poma ejus Sororio, mediante opera Sebastiani Parini, & decretam per vos capturam contra nominatos culpabiles, & detentionem duarum mulierum, quæ executioni mitti non potuit contra dictum Parinum, cum sit alienæ jurisdictioni suppositus, & ideo consuluistis, quid per vos sit agendum; auditoque Fisci nostri voto, mandamus vobis, ut ad ulteriora in hac causa viriliter tamquam Delegatus procedatis contra quoscunque complices cujuscunque jurisdictioni subjectos, & quam primum referenda referatis. Mediolani die xii. Februarii MDCLXXVII. Tattus.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Luvini nostro dilecto.

Ordo,

Ordo, ne molestentur explodentes Sclopos longioris mensuræ in honorem alicujus Festivitatis. 1677

Prætori Luini.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Audito Fisco nostro super petitis in occlusis precibus Petri Bulzachini, & aliorum, vobis mandamus, ut ubi agatur de sola delatione momentanea Scloporum longioris mensuræ facta in honorem memoratæ Festivitatis Supplicantes ulteriori molestia prædicta de causa non afficiatis. Mediolani die xxvi. Martii MDCLXXVII.

Oliverius.

A N N O T.

MOmentaneam Armorum delationem non esse punibilem firmant Conciol *resol. crim.*
1 verbo *Arma. resol 16. nu. 1.*, & *ad Statuta Eugub lib 4. rub 37. nu. 4*, ibique Romaguer. *nu 9.*,
& alii relati à Magnif. Senatore Bonetto *de Armis cap. 24. nu 23.*
Momentaneum juxta opinionem Fœnutii *de momento temp. cap. 9. nu. 4.* est id, quod fit in
2 instanti sine tempore, vel quod fit in tempore brevissimo; secundum vero opinionem Tiraquel. *tract. causa cessan. limit. 23. nu 3.*, *& sequ.* est id, quod tempore brevi perfici-
3 tur; & arbitrarium est Judici quale debeat esse hoc breve, & momentaneum tempus Fœnut. *d tract. cap. 12. nu. 3.*
Quod vero sola momentanea Armorum delatio non excuset à pœna tenet Tranchedin.
4 *consult. 104. nu. 16. vol. 1. cum ibi allegatis*; tum quia mndica non curantur, si agitur de iis,
5 quæ sunt secundum jus, secus vero si sint contra jus Bart. *in l. scio ff de restit. in integr*, *& in l. proprietarius ff de damno infecto*, Tiraquel. *de judic. in rebus exiguis quæst 57.* versic. *ex quibus*, quos sequitur Tranchedin. *ubi supra nu. 15*; delatio autem Armorum non solum est
6 contra particularem dispositionem Proclamatum, sed etiam contra jus commune Clar. *pract. crim. §. fin. quæst. 85.* versic. *secundus est casus*. Conciol. *resol. crim.* verbo *Arma. resol. 4. nu. 3.*, & alii plures apud Cortiad. *decis. 71. nu. 2. tom 2.*; tum quia Armorum dela-
7 tio prohibita est ad obviandum delictis Magnif. Senator Bonettus *de Armis cap. 1. nu. 15*; unde locus pœnæ delationis esse debet, ubi etiam per breve tempus fiat ad finem offen-
8 dendi, quia causa est anima cujuslibet dispositionis, & si eadem est causa in modico,
9 quæ est in magno, modica attenduntur, & in eis intrat eadem dispositio Tranchedin. *d. consult. 104. nu 19.*, *& 20.*
Hinc animadvertendum est Senatum Excellentiss. in hoc Ordine declarasse non esse locum pœnæ delationis Armorum, non simpliciter ob momentaneam delationem, sed etiam utpote factam in honorem Festivitatis; & existimo hoc fuisse præcipuum fundamentum talis absolutionis, quia casus delationis Armorum ad honestum, ac pium finem
10 honorandi Festivitatem alicujus Sancti ex interpretata mente Legislatoris non debet censeri comprehensus sub generali prohibitione delationis Armorum juxta monitum Celsi *in l. scire legem. ff. de legib.*

Magnus Fossatus.

Ordo, ut Judices observent N. C. *IN TIT. DE PUBLICAN. ET VECTIGAL. §. OMNIBUS JUSDICENTIBUS.*

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusq; Siciliæ Rex, & Mediolani Dux &c.

HIeronymus Adamus licitator Impresiæ Datiorum Mercaturæ hujus Dominii, dedit Magnifico Senatus nostri Præsidi supplicem libellum tenoris sequentis, videlicet: Illustrissimo Signore.

Non ostante, che per disposizione delle Nuove Constituzioni di questo Stato *nel titolo de Public. & Vect. §. omnibus jusdicentibus*. E per lettere Magistrali inerenti a dette Constituzioni, ed Ordini di S. E. scrittesi alli Giudici di questa Città, e Stato ad instanza dell' Impresaro della Mercanzia umiliss. serv. di V. S. Illustriss.; e non ostanti anche più Ordini dati in simili casi dall' Eccellentiss. Senato perchè detti Giudici s'ingeriscono nelle cause Daziarie, e dipendenti da' Dazj solamente quando si tratti di pena di sangue, ed essi Giudici abbino prevenuto nella causa, ad ogni modo anche fuori di questo caso (nel quale s'aspetta al Magistrato Ordinario, ed al Giudice de' Dazj) vengono spesse volte processati, e molestati gli Offiziali, che attualmente servono alla detta Impresa sopra esposizioni di qualunque persona, che alle volte benchè rea, ingiustamente, e falsamente gli accusa per iscusar il proprio fallo, da che ne procede grave pregiudizio, ed all'Impresa per la deserzione, che fanno poi detti Offiziali dal di lei servizio, ed alla giustizia fondata nella disposizione delli sopracitati Ordini; Come appunto succede ora nel caso dell'Anziano Rossi, ed Offiziali residenti a P. V. di questa Città, quali ad istanza di Gio. Battista Bidelli restano processati nanti il Sig. Vicario di Giustizia sotto pretesto, che detto Anziano Rossi abbi trattenuto in pegno ad uno uomo rurale d'esso Bidelli una spada per vinti soldi restanti a causa dipendente da un Daziato, e perchè andato detto Bidello per ricuperarla, e sborsato il danaro, avendo detto, che era un trattare da Daziaro, e rispostogli da uno degli Offiziali, che tratta-

vano

1677 vano meglio di lui, avendo cacciato a mano una pistolla obbligò gli Offiziali a cacciar a mano le loro armi, restò però obbligato andare per i fatti suoi senza che altro sia seguito. Per oviar dunque a simili inconvenienti, ed affinchè la disposizione delle Nuove Costituzioni, e come sopra fortifica il suo effetto per l'indennità dell'Impresa, ed augmento dell'Azienda Reale, ha pensato Girolamo Adami Incantatore di quella ricorrere da V.S. Illustriss. umil. supplicandola restar servita ordinare a detti Giudici, che osservino la memorata disposizione delle Nuove Costituzioni *nel titolo de public., & vectigal. §. omnibus Jusdicentibus*. E così al prefato Sig. Vicario di Giustizia, che rimetta al Magistrato Ordinario la sudetta causa contro detto Anziano Rossi, ed Offiziali di P. V., con far ritirare le catture, nè più oltre molestarli, il che ec.

Quo perpenso una cum voto Fisci nostri, per has nostras mandamus omnibus Jusdicentibus nostris, ad quos spectat, & spectabit, ut circa petita observent narratam Novar. Constit. dispositionem; In reliquis satis providimus per litteras ad Vicarium Justitiæ datas. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, ac registrari jussimus. Dat. Mediolani die vi. Julii MDCLXXVII. Tattus.

ANNOT.

Renovatus fuit Ordine diei 12. Augusti 1682.

Ordo super materia Sportularum.

MDCLXXVII. Die xvii. Julii.

Audito in Excell. Mediol. Senatu Magnif. Senatore Menochio referente nonnullos debitores Sportularum nunc ab Egreg. ejusdem Senatus Thesaurario pulsatos, inter alia opponere præscriptionem debitorum eisdem constitutorum per Delegatos in eadem re Sportularum ob lapsum temporis, proponente etiam alia expedientia pro faciliori dictarum Sportularum exactione.

Censuit is Ordo pro visitatione Librorum, & solutione Sportularum nullum tempus currere, & Delegatus posse quocunque tempore, & ad quæcunque Officia ad hunc effectum accedere.

Teneri debitores per dictos Delegatos constitutos ad solutionem Sportularum tam pro ordinationibus, quam pro relationibus, & aliis ad normam Ordinum editorum in hac materia.

Non fiant decreta domi à Magnif. Senatoribus, quod rescribatur status causæ ex officio, etiamsi adsit votum Fisci, sed proponatur in Senatu, & ubi aliquod tale decretum subripiatur, Egr. Thesaurarius moneat Magnif. Delegatos.

Ne fiant decreta domi: quod prestita fidejussione de solvendis Sportulis rescribatur status causarum, vel transmittantur relationes definitivæ, vel quod detenti relaxentur è carceribus, nisi re proposita in Senatu, & ubi expediantur nullius sint momenti.

Non fiant decreta domi: quod concedantur processus originales, vel relationes Protectoribus Reorum pro faciendis defensionibus, nisi agatur de pauperibus, vel miserabilibus personis, servatis in reliquis Ordinibus.

Quicunque Delegati in construendis processibus criminalibus non utantur opera nisi Notariorum approbatorum, & teneantur tam Notarii, quam Delegati dare notitiam Egr. Thesaurario Senatus quorumqunque processuum, qui per eos construuntur, ad effectum ut curari possit exactio Sportularum sub pœna solvendi de proprio, & ulteriori arbitrio Senatus.

Quoad Judices adjunctos in causis, ubi non adsit clausula, unica tantum solutione sufficiente, serventur indistinctè Ordines.

Injungitur Cancellariis Provincialibus, ut relationum, quæ ad ipsorum manus pervenerint, notitiam illico dent dicto Thesaurario, ut curare possit exactionem Sportularum, & hoc sub pœna Senatui arbitraria.

Quod Cancellarius registri teneatur ad omnem requisitionem dicti Egr. Thesaurarii exhibere librum, ut possit super decretis in eo contentis munus suum exercere, & ubi dictus Thesaurarius eidem requirat aliquam notulam expeditionum, statim ei extrahat, & consignet.

Cesatus.

ANNOT.

Fuit renovatus Ordine diei 27. Novembris 1702., qui incipit *Audita*.

Ordo circa varias providentias pro taxandis, exigendisque Sportulis.

MDCLXXVII. Die xxi. Julii.

Facto verbo per Magnif. D. Senatorem Menochium in Excellentissimo Mediolani Senatu de modo, & regula taxandi, exigendique Sportulas, ac earum debitores ad solutionem adigendi, servandis ab Egr. ejusdem Senatus Thesaurario, & Delegatis ad Visitationem librorum Criminalium pro eadem re Sportularum.

Censuit

Censuit is Ordo facultatem taxandi competere Egr. Thesaurario Senatus, & Delegato generali cumulativè.

Delegatos accedere debere ad Visitationem librorum, re participata cum Egreg. Thesaurario Senatus, & ex ejus ordine in scriptis, cujus etiam sit jus, eosdem Delegatos mittendi ad hujusmodi Visitationes, prout sibi opportunum videbitur.

Præferatur tamen Delegatus generalis quibuscunque aliis Delegatis.

Jus compellendi debitores Sportularum ad satisfactionem per monitiones, citationes, & executiones reales, & personales, & alia usque ad effectualem satisfactionem competere dicto Egr. Thesaurario privativè.

Delegatos in redditu à Visitatione librorum Criminalium teneri de singulis, quæ peregerint dictum Egr. Thesaurarium monere, & ab eo normam sumere de his, quæ ad promovendam exactionem peragere debebunt.

Debitores Sportularum, postquam à Delegatis constituti fuerint, non possint manus apponi parcellis relevatis, eas augendo, vel minuendo, nisi re ad invicem participata cum dicto Egr. Thesaurario.

Delegatus generalis moneat dictum Thesaurarium de Taxis, quas per ipsum fieri contigerit ad instantiam Partium.

Ubi dubium emergat in conficiendis Taxis, ad invicem rem communicent, & decernant, & ubi inter ipsos non conveniant, negotium participetur cum altero ex Magnificis Senatoribus Delegatis, & stetur ejus declarationi.

Egr. Thesaurarium uti debere opera tàm Delegati generalis Ravitiæ, quàm Cotromani cum prælatione tamen ipsius Delegati Ravitiæ.

Delegatum Cotromanum non posse se ingerere in faciendis Taxis, nisi fuerit ad id specialiter excitatus.

Actuarii, vel Notarii Criminales Mediolani, ubicunque casus eveniat alicujus Taxæ faciendæ per Egr. Thesaurarium Senatus, vel Delegatum generalem, si requisiti fuerint accedere debeant cum libris ad eosdem, qui tamen quantò citiùs eos expediant præsentibus ipsis Actuariis, vel Notariis, & ubi contingat, Taxam non posse fieri tàm citò, recedant cum libris, & requisiti postea pro ea conficienda, denuò redeant, sub pœna Senatui arbitraria.

Cefatus.

Ordo, ut Contrascriptor Thesaurarii Senatus minutas omnes post registrationem consignet Ostiariis, per quos transmitti debent ad Signaturam.

MDCLXXVII. Die xiii. Augusti.

MAndat Senatus Contrascriptori Thesaurarii ejusdem Ordinis, & omnibus in eodem munere successoribus, aliisquè, ad quos spectat, ut secuta minutarum registratione in libro Thesaurariæ, eas omnes illicò Ostiariis Senatus tradant, nec alius in earum transmissione ad subsignationem se immiscere possit, sub pœna Senatui arbitraria, quique Ostiarii teneantur eorum expeditionem sedulò curare, ut partes quantò minus fieri potest, detineantur.

Don Gabriel Tattus.

Renovatio Ordinum editorum circa Prætores Feudales.

MDCLXXVII. Die viii. Novembris.

SEnatus Excellentissimus pro bono publico, & rectæ administrandæ justitiæ zelo (inter alios) condidit Ordines; Alterum 1610. 9. Januarii, alterum die 3. Aprilis 1642., de quibus apud Egregios olim Secretarios Landrianum, & Medam, exempli hujusmodi (*ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Nunc cognitum est, non sine maximo justitiæ detrimento, & subditorum Regis Domini præjuditio dictos Ordines ferè in disuetudinem abiisse, de quo cum hodie actum fuerit in Senatu ipso; ut inposterum omnino serventur, hoc Senatus Consulto jussit dictos Ordines renovari, indictis inobedientibus pœnis etiam pecuniariis eidem Senatui arbitrariis. Ne vero Feudatarii, eorumque Prætores, & Officiales aliquam allegare valeant excusationem, aut ignorantiam, mandat Jusdicentibus Majoris Magistratus, ut unusquisque in Provincia sua, ex officio inthimari faciat hujus exemplum Feudatariis, & Prætoribus, relationemque inthimationis ad Egr. Secretarium Provinciæ suæ transmittat.

Facta autem inthimatione, ubi Feudatarii, eorumque Prætores, & Officiales non paruerint, vult Jusdicentes Majoris Magistratus jusdicere in feudis relatos Ordines non servantibus.

Oliverius.

Ordo, ut Syndicatores præcipuè feudales sibi consignari faciant à Prætoribus, & Actuariis illius biennii libros omnes processuum criminalium.

MDCLXXVII. Die viii. Novembris.

MAndat Senatus Excellentissimus Syndicatoribus præcipuè feudalibus, ut cum primum pervenerint ad locum eorum residentiæ, statim curent cum effectu sibi consi-

1678 consignari à Prætoribus, ac Notariis Actuariis illius biennii libros omnes processuum criminalium, quos deindè iidem Syndicatores tradent Prætoribus successoribus, eosdemque successores non admittent ad possessionem eorum muneris, nisi præstita fide- jussione de consignandis finita Prætura in manibus Syndicatorum omnibus libris prædictis, & aliis quos durante illorum offitio conscribi continget, atquè de gestis pro executione istius Ordinis iidem Syndicatores Senatum moneant. Joseph Oliverius.

Ordo, ut Protectores Carceratorum diligenter incumbant eorum muneri, & præcipuè executioni decretorum, quæ fiunt in Visitationibus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti nostri. Intellexit Senatus noster in frequentandis visitationibus Carceratorum, in eorum rebus, & causis ad Carceres exquirendis, in præstandis, & maturandis defensionibus, in curanda causarum expeditione, & potissimùm in urgenda executione Decretorum, quæ in ipsis Visitationibus fiunt, non parùm languere pietatem muneris vestri. Ergò ex ejus Ordinis Sententia vos Officii vestri seriò monendos censuimus, ut in posterum pro eo, quod debitis Divinis Legibus, & Reipublicæ, partes vestras diligenter impleatis, tùm in suprascriptis omnibus, tùm præsertim in curanda executione Decretorum, quæ in Visitationibus fiunt, mandantes, ut de eo, quod gesseritis, partite referatis ad Spectab. Senatores, coràm quibus ultima Visitatio facta est, & etiam ad Magnificum Senatus Præsidem ubi opus fuerit. Ab his verò impetrabitis ordines ad Judices, Notarios, aliosque qui iisdem Spectab. PP. ad expeditam Justitiam, & ad debitum Carceratorum levamen visi fuerint opportuni. Quàm quidem Spectab. Visitatorum provinciam durare volumus, donec sequatur alia visitatio. Mediolani die x. Januarii MDCLXXVIII.

A N N O T.

1 Officium Protectoris Carceratorum omni sanè possibili diligentia exerceri debet; nam quam pium, quam sanctum, quam utile, quam necessarium, quam denique Deo gratum illud sit latè, & eruditè probat Ruginell. *pract. quæst. cap. 39. nu. 24., & sequ.*

2 Protectorum Carceratorum munus in quo consistat tradit idem Ruginell. *d. cap. nu. 34., & 103., & nu. 35.* refert quomodo eligendi sint dicti Protectores.

3 Quot modis Carcerati possint liberari è Carceribus docet idem Ruginell. *ubi supra nu. 36., & sequ.*

4 Quid pro defensione Carceratorum servandum sit, defensionumque species recensentur à laudato Ruginell. *d. cap. nu. 101.* *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut Judices invigilent super adimplemento muneris Protectorum Carceratorum, & quod DD. Senatorum Visitatorum auctoritas duret, donec sequatur alia Visitatio Carceratorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Ex Sententia Senatus nostri censuimus Protectores Carceratorum inclusis litteris admonendos diligentiæ, quæ non satis pro pietate ejus muneris coli videbatur. Id verò vobis innotescere voluimus, tùm ut Protectorum operam vos quoque juvare possitis, & Spectab. Visitatores per tempora monere. Si quid iidem defecerint, tùm etiam ut sciatis dictorum Spectab. Visitatorum auctoritatem à nobis prorogari, donec sequatur alia Visitatio, & ideò Ordinum eo tempore ab illis proficiscentium pro expedita justitia, & pro justo levamine Carceratorum rationem habeatis, tamquam à nobis profecti essent. Mediolani die x. Januarii MDCLXXVIII.

Ordo, ne Reg. Oeconomus concedat PLACITUM Ecclesiasticis pro Dignitatibus requirentibus lauream Doctoralem Theologicam, nisi eam adepti sint in Reg. Ticinensi Universitate; non obstante quacunque dispensatione, ubi concessa non fuerit lectis precibus in Senatu, & auditis Lectoribus dictæ Universitatis.

Ad Illustriss., & Rever. Dominum Don Jo. Paulum Zaccaria Regio-Ducalem Præpositum Scalensem, nec non Apostolicum, Regiumque Oeconomum in Dominio Mediol.

Nova ejusdem Collegii insinuatio.

Ex quo (Illustrissime, & Reverendissime Domine) usque sub die 21. Septembris 1669. ab Excellentiss. Ordine ad preces nostras emanavit decretum illud inconcussè sanè servandum, utpotè sacris innixum Ordinationibus, videlicet non esse concedendum

1678

cedendum ullum placitum per Dominationem Vestram cuicunque Ecclesiastico pro consecutione dignitatum importantium Lauream Doctoralem, saltem Theologalem, nisi consisto priùs, quod ipsam in Collegio Theologorum Universitatis Papiæ, adeptus fuerit, nondùm reverà accidit nobis, antiquam hucusque Collegii nostri dignitatem, Majestatemque Laureandorum carentia hoc ævvo penè dilapsam, eorumdem tandem numerositate, atq; concursu erectam, refectamq; (ut erat in spe) posse gratulari. Etenim eò usque nonnullorum irrepsit error, & pertinacia, ut dignitatibus Ecclesiasticis inhiantes, discrimen tamen nollum inter Collegium approbatæ Universitatis, & simplex privatumque Collegium reperiri adhuc sibi effingentes, tot, tantasque Apostolicas declarationes, ordinationes, decreta, prohibitiones, Regiasque dispositiones, & mandata nolentes intelligere, ut benè agant, lauream (præcipuè Theologalem) extrà Universitatem nostram usque ad hanc hodiernam diem suscipere non erubescant, quòd & ipsi impositarum immemores pœnarum, quas cuncti hucusque refractores evaserunt, nullum amplius concipiant obicem, quin Theologali charactere utcumque insigniti, dignitates ipsas, seù beneficia gradum Doctoralem reposcentia, tutò consequantur.

Tot nihilominùs absurda, quæ & dignitates ipsas sic obtentas deturpant, atque commaculant, cum semèl delata fuerint ad Sac. Congreg. Concilii, per quam jampridèm, (ut liquet in nostra prima pagina) declaratum fuit in una Papiensi, gradum Doctoralem pro consecutione nonnullarum dignitatum, & beneficiorum requisitum nonnisi in publica, & approbata aliqua Universitate esse suscipiendum; tandem Eminentiss., ac Reverendissimorum ejusdem Sac. Congregationis Cardinalium, animum impulerunt ad mulctandam audaciam nolentium interpretationem hanc, cæterasque Apostolicas Ordinationes intelligere, imposita transgressoribus pœna vacationis, & nullitatis collationis dignitatis, aut beneficii, ut latiùs in sequenti decreto Sanctissimi D. Nostri fel. recordationis Clem. Papæ Decimi auctoritate vallato, & approbato die, & anno, ut sequitur:

Decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini à Sanctissimo Domino Nostro CLEMENTE PAPA DECIMO approbatum,

Super gradibus ad nonnullas Dignitates, ac Beneficia requisitis.

Die xxii. Julii 1673. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animadvertens quamplures impetrare, ac obtinere Dignitates, ac Beneficia ex præscripto Sacrarum Constitutionum, aut Decretorum ipsius Concilii gradum aliquem requirentia, non obstante, quod gradus hujusmodi assecuti non fuerint in publica, & approbata Universitate, contra formam Constitutionis Beati Pii V. incipientis: *Quamvis à Sede Apostolica &c.* Ac volens propterea tàm utilium Sanctionum observationi in posterum constanter prospicere; Inhærendo Constitutioni præfatæ, ac declarationibus aliàs factis, iterum decrevit; quod gradus Magisterii, vel Doctoratus, aut Licentiaturæ à dictis sacris dispositionibus requisiti, debeant esse recepti, seù respectivè recipi in publica, & approbata Universitate; aliàs præter pœnas ab ipsis Sanctionibus contra inobservantes inflictas, præfatæ Dignitates, vel Beneficia aliter collata vacent eò ipso, ac proindè taliter provisi non faciant fructus suos, eaque ex hoc capite impetrari possint.

Et die xxvi. ejusdem facta de præmissis relatione Sanctissimo D. Nostro, Sanctitas Sua præsens Decretum approbavit, observari mandavit, ac publicari.

Fr. Vincentius Maria Ursinus Card. S. Xisti Præf.

S. Archiepiscopus Brancaccius Episcopus Viterbien. Secr.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi, Millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, die verò 4. Augusti, Indictione quarta, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. CLEMENTIS Divina Providentia PAPÆ X. anno ejus quarto, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Basilicæ Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ac aliis locis solitis, & consuetis per me Joannem Grecum Apostolicum Cursorem.

Alexander Albritius Mag. Curs.

Quod Decretum pro meliori Ecclesiæ bono, nec non Ticinensis Universitatis Majestate æquo, bonoque animo prospiciens Excellentissimus Ordo, omnibus in Statu Mediolanensi jusdicentibus mandavit, curandum per ipsos, ut in eorum respectivè Jurisdictionibus (prout Dominationem Vestram non latere arbitramur) statim inthimaretur, & vulgaretur, ut ex sequenti littera: (*diei 13. Novembris 1673., cujus tenor omittitur, quia jam est suo loco impressus.*)

Verùm quia adhuc nonnulli, tanta potiùs Excellentissimi Senatus sollicitudine pressi, quàm Summorum Pontificum, & Sac. Concilii repetitis Ordinationibus, pœnisque territi, cum jam Theologalem lauream extrà approbatam Universitatem suscepissent, nihilominùs ad effectum obtinendi Regium placitum pro consequendis Dignitatibus, seù Beneficiis gradum Doctoralem præferentibus, viam Dispensationum adinvenere, veriti fortasse ne si viam communem, & di-

1678 rectam nostræ Universitatis ingrederentur, ingenii tenuitate, veriùs quàm impensarum (quæ sanè tenuissimæ sunt) gravitate dilaberentur.

Ideò Collegium nostrum ad evellendum tàm dolosum effugium, quod si altioribus firmaretur radicibus, viam quoque sterneret laxiorem ad iniquas Supplicantium surreptiones, jugiter & ad tot culpabiles Sacrarum Ordinationum, Apostolicorumque decretorum transgressiones, pro sua dignitate tuenda, jureque servando, preces tandem dedit Excell. Senatui tenoris sequentis:

P. R.

CUm Patres Theologi Ticinensis Collegii superioribus annis exposuissent M. V. omnes ferè, & potissimùm hujus Dominii subditos, laurea Sacræ Theologiæ insigniri cupientes, accedere semper consuevisse ad dictam Universitatem, ut illam consequi valerent, prout notorium est (quod in ejusdem planè laudem cedebat, ac honorem) & expost introductum fuisse abusum, ut Theologalia insignia suscipientes, derelicta ipsa Universitate, ad solos Comites Palatinos confugere non erubescerent, pro iis consequendis, non sine maximo Collegii ipsorum Patrum Theologorum dedecore, placuit M. V. sub die 21. Septembris 1669. dare litteras M. Rev. Oeconomo Generali tenoris sequentis videlicet: *(Ommittitur tenor quia jam est suo loco impressus.)*

Sed quia adhuc viget in dies hujusmodi abusus contra expressam M. V. mentem, ac contra peculiare Summi Pontificis Clem. X. decretum recens emanatum, prohibens, quod nullus ad Ecclesiasticas promoveri possit dignitates, nisi in publica, & approbata Universitate lauream susceperit, sub pœnis in ipso Pontificio Decreto contentis, cujus executionem, quòd cederet in evidentem laureandorum utilitatem, nostræque Universitatis æstimationem omnibus hujus Dominii Jusdicentibus M. V. demandavit; & talis abusus continuationem ex dispensationibus, quas ab Excellentissimo M. V. Senatu impetrant, & suscipiunt provenire perceptum est; Ideò Universitas dictorum P.P. Theologorum cupiens, ut vetus splendor sibi restituatur, & huic pernicioso abusui occurratur ad eandem confugit.

Humiliter exorando, ut expositis auditis, & benè perpensis, dignetur inposterum (si ita M. V. placuerit) nullam sub quovis prætextu concedere in prædictis casibus dispensationem, illiusque, nullam habendam rationem, si fortè fuerit impetrata, & mandare, ut supradictum Decretum diei 21. Septembris 1669. directum M. Rev. Oeconomo Generali renovetur, & inviolabiliter servetur, nulla inposterum per ipsum M. Rev. Oeconomum admissa dispensatione, nisi consulta M. V., & auditis Supplicantibus. Quod &c.

Cujus supplicationis habita ratione ab Excellentissimo Ordine, sub die 28. Januarii 1678. litteras dedit Regio Oeconomo, quibus injungitur nullam in posterum forè per ipsum admittendam Dispensationem, nisi quam concessam fuisse lectis precibus in publico Senatu, & Supplicantibus auditis, compererit, ut fusiùs in sequenti exemplari, cujus, & aliorum suprà memoratorum, in Archivio Collegii nostri extant Originalia, conspiciendum est.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Usque sub die xxi. Septembris 1669., cùm lectæ fuissent in Senatu preces Collegii Theologorum, & Lectorum Universitatis Papiæ, is Ordo censuit, in posterum nullum placitum esse concedendum cuicumque Ecclesiastico pro dignitatibus importantibus lauream Doctoralem Theologicam, nisi ipsi lauream adepti fuissent à Theologis dictæ Universitatis Ticinensis, & ita inconcusse per vos servandum. Cùm autem ipsum Collegium Ven. Theologorum de præsenti exposuerit nobis ea, quæ in occlusis precibus diffusè continentur, optimum duximus, ad occurrendum narrato abusui, vobis denuò injungere, prout injungimus, ut ipsarum litterarum dicti diei xxi. Septembris 1669. dispositionem omninò servetis, nec ullam habeatis rationem cujuscumque dispensationis à nobis obtinendæ, nisi fuerit concessa, lectis precibus in Senatu, & Supplicantibus auditis. Mediolani die xxviii. Januarii MDCLXXVIII. Signat. Maddius &c.

A tergo. Multum Rev. J. C. D. Jo. Paulo Zaccariæ, Præposito Scalensi, & Oeconomo nostro Generali in Dominio Mediolani, nobis dilecto.

Extremam hanc, sed inter cæteras potissimam Excellentissimi Senatus Ordinationem, uti aptiorem ad ponendam falcem ad radicem, undè Collegio nostro parva huculque existimatio, sui antiqui juris violatio, primævi splendoris obnubilatio, contemptus, inquam, cum injuriosa Laureandorum deficientia, oborta fuere, Nos Decanus, & Magistri Collegii Theologorum Papiæ læta sanè fronte gratulamur, & Dominationi Vestræ satis innotescere cupimus, eò vel maximè, quòd nostræ gratulationis fructum, dono humanitatis, pietatis, & fidelitatis, quarum mensura virtutum ad ea gerenda, quæ Pontificiæ, Regiæque dispositionis sunt Dominatio Vestra Illustrissima, ac Reverendissima sedulò incumbit, feliciter consecuturos non esse, speramus.

ANNOT.

1678

ANNOT.

BUlla Sanctissimi Pontificis Pii V. præcipiens non Laureatos in approbata Universitate nulla gradus prærogativa frui posse quoad Dignitates, cæteraque Beneficia Ecclesiastica est diei 1. Junii 1568. in Bullario Magno fol. mihi 255. tom. 2.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut Judices sedulò incumbant expeditioni processuum criminalium.

MDCLXXVIII. Die ix. Martii.

NE causæ criminales, diutiùs, quàm par est protrahantur; Mandat Senatus omnibus hujus Dominii Jusdicentibus, ut sibi, ab eorum respectivè Notariis, & Actuariis notulam causarum pendentium, termino dierum quindecim, tradi jubeant, & in casu negligentiæ, eos à muneribus suspendeant. Notulis autem habitis, processuum, & relationum expeditioni sedulò incumbant. D. Gabriel Tattus.

Ordo, ne Officiales Cancellariæ Senatus subscribant fides suspensionum in causis criminalibus.

MDCLXXVIII. Die x. Martii.

AD occurrendum abusui novitèr in hac Cancellaria à nonnullis introducto, qui fides suspensionum, in causis criminalibus adeò Justitiæ perniciosas subscribere non timent; Mandat Senatus omnibus ejusdem Cancellariæ Officialibus, ut in posterùm à similibus attestationibus caveant, sub pœnis suspensionis à munere, ac aliis eidem Excellentissimo Ordini arbitrariis.

D. Gabriel Tattus.

Ordo, ut Delegatus Sportularum inquirat an in libris criminalibus adsint ordinationes factæ contra Ordines.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Ut occurratur præjuditiis, quæ per nonnullos Jusdicentes hujus Dominii in causis Senatui referibilibus, fieri comperiuntur, deveniendo ad liberationes Reorum, delinquentes in pœnas extraordinarias damnando contra expressam juris, & Ordinum dispositionem, ac decreta subscribendo; *nè Rei inconsulto Senatu molestentur*, quo indirectò medio causis criminalibus silentium imponitur; Egr. Thesaurario ejusdem Ordinis opportunos Ordines dedimus; vobis verò mandamus, ut tempore, quo ex causa Sportularum libros criminales in Prætoriis hujus Dominii revolvetis, diligenter, ac sedulò in iisdem inquiratis, an hujusmodi liberationes, condemnationes, ac decreta facta fuerint, Senatumque opportunè provisurum illicò moneatis. Mediolani die xxviii. Martii MDCLXXVIII.

Cossa pro Egr. Arbona.

A tergo. Prudenti Viro Mutio Cottomano Delegato in re Sportularum nostro dilecto, & sigillat. &c.

Ordo, ne Communitates cogantur ad solvendam mercedem pro visitationibus delictorum ubi contentio sit inter Judices super cognitione causæ, nisi prius secuta declaratione ad quem Magistratum causa spectet.

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusq; Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

NOmine Syndicorum Comitatus Derthonæ preces nobis porrectæ fuere, sequentis exempli, videlicet:

P. R.

In Terris Comitatus Derthonæ delicta cujusvis generis occurrendo Egregii Prætores dictæ Civitatis tamquàm Majores Magistratus, vel sub aliis prætextibus prætendunt fieri ab eorum Notariis visitationes omnium delictorum quamvis non graviorum; & incontinenti cum nesciant delinquentes, omni rigore ab eisdem Terris mercedem librarum sexdecim exigere faciunt; pro ut ità pariter Judices Pheudales pro eorum Officio currant; ità ut inter ipsos Judices disceptando cuinam spectare debeant similes causæ; interim verò dictæ Terræ gravantur occasione dictarum visitationum de duabus solutionibus, sub prætextu non præjudicandi eorum respectivè Offitiis, & Jurisdictionibus, quamvis, tàm uni, quàm alteri nihil debeatur maximè quando Notarii eadem die redire possent ad Civitatem, & Judices Pheudales non exeunt extra Territorium earum Jurisdictionis; Attamen sub dictis prætextibus, & non obstante Ordine ejusdem M. V. diei 2. Septembris anni 1604. registratum in

1678 Garone fol. 214. continuè Communitates molestentur modo quo supra, quare nè magis augeatur similis abusus; Syndici Generales dicti Comitatus humil. M. V. ser. ad eandem confugiuntur. Humil. exorando dignetur mandare, quod Communitates Terrarum dicti Comitatus in casibus in quibus ad ipsas solvere spectant similes mercedes visitationum non possint illæ ab aliquibus Judicibus exigi facere, donec ab eadem M. V. decisum fuerit cuinam ex ipsis causas similium delictorum spectare debere, ad effectum, ut hoc remedio gravari non possint continuè de dictis dupplicatis expensis modo quo supra, cum sit notorium interim Communitates absentari non posse quando ad easdem, & ad quem Judicem declaratum fuerit spectare causas, & expensas respectivè &c., quod ut justum speratur &c.

Quibus visis, una cum Voto Fisci nostri, per has nostras decernimus, in casibus, in quibus justè debetur à Communitatibus merces recensitarum visitationum, ad eam persolvendam cogi non posse memoratas Communitates, nisi priùs secuta declaratione ad quemnam Magistratum causa spectet. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xxviii. Aprilis MDCLXXVIII.

ANNOT.

IN Ord. diei 6. Martii 1733. præscribitur mercedem visitationis solvendam esse à Communitate Notario primò visitanti, salvo jure illam restituendi Notario Magistratus, ad quem causam spectare declaratum fuerit.

Renovatio Ordinis diei 26. Novembris 1657. super observantia, & intelligentia Statutor. Mediolani cap. 149. & 143. vol. 1.

MDCLXXVIII. Die ii. Maji.

Die 26. Novembris 1657. Edictum promulgari jussimus in hæc verba.

ETsi versantes in foro studere debent litibus, ut par est, celeritèr dirimendis; Senatus tamèn animadvertit plerosque ad eas diutius protrahendas abuti, potissimùm dispositione Statuti 149. vol. 1. loquentis de gravamine præcepti, & interlocutoriæ, statim enim, ac didicerunt factas fuisse ordinationes, ac laxata præcepta executiva illicò, quia succumbunt ad eludendam, sivè retardandam executionem rerum judicatarum, prævia citatione ad videndum tolli, & revocari, impetrant ab iisdem Jusdicentibus suspensionem, quæ pluries identidem prorogatur, & quod pejus est re judicata, aliquando revocata, vel infirmata, interjectis novis citationibus annexam habentibus suspensionem, ordinata sæpè obtinent confirmari, vel revocari; Senatus igitur volens opportuna remedia huic morbo adhibere.

Jubet primo loco Statutum prædictum, quod præcisè loquitur de præceptis, & meris interlocutoriis, non debere extendi ad alias ordinationes, quæ fiunt, sed strictè, adamussim, & in singulis suis partibus observari.

Secundo loco jubet, ut interlocutoria lata per quemcunque Judicem, vel præceptum concessum cum cognitione causæ etiam si altera pars contumax fuerit, nullo tamen pacto revocari possit, aut suspendi per eundem Judicem, nec per ejus Locum Tenentem, nec per successorem in Officio, salvo tamen manente remedio appellationis, si competat.

Tertio loco jubet, ut post transmissam citationem in casibus supradicti Statuti, ad videndum tolli, & revocari præsignantis dies decem ad expediendam causam, qui nullo modo suspendi, aut prorogari possint, nisi semel tantùm per alios dies octo immediatè sequentes, si quæ tamèn justa causa videbitur Jusdicenti, aut ejus successori: Secuta verò confirmatione, aut revocatione, vel non secuta intrà dictum tempus præfixum, ut tunc pars non amplius audiatur, ut nullo pacto apponatur manus rebus Judicatis, reservato tamèn jure appellandi, si, & prout juris ut supra.

Quarto loco jubet, ut in casu, quo petitum fuit consilium Sapientis, omnia supradicta serventur, excepto termino quindecim dierum, quem Statutum prædictum assignat Consultori.

Quinto loco jubet, ut idem servetur respectu termini, & suspensionis, quando partes usæ sunt beneficio Statuti 143., quod quidem intelligatur loqui, ubi nullitas proponatur coràm eodem Judice, qui sententiam tulit.

In casu autèm inobservantiæ supradictorum omnium capitum, vel alicujus eorum partis indicitur primùm pœna nullitatis omnium actorum, ipso jure, & facto incurrenda, deindè prima vice statuitur pœna tàm Judicibus, quàm successoribus, & L. Tenentibus, ipsisque etiam Causidicis, & Sollicitatoribus, contrà supradicta concedentibus, & impetrantibus, refectionis omnium expensarum, & damnorum, ab adversario factarum, & passorum; Secunda verò vice pœna Senatui arbitraria, etiam suspensionis à munere.

Et

1678

Et ne quisquam sit, quem color ignorantiæ possit excusare, mandat Senatus publicè proponi decretum hoc, mittique ad Abbates utriusque Collegii Juris Consultorum, scilicèt Notariorum, & Causidicorum hujus Urbis Actuariis insuper, & actorum Magistris, ut hujusce decreti exemplum typis impressum ad tabularia, scriniaque sua affixum habeant.

Signat. F. Sadarinus.

Cùm autèm non sinè admiratione intellexerit idem Ordo enunciatas fori corruptelas iterum erumpere, edictum ipsum denuò promulgari jussit, iisdem indictis pœnis, & addita præterea mulctâ aureorum viginti quinque, & suspensionis à munere pro quolibet, tàm respectu Judicis, quàm Causidici, & Sollicitatoris, quod omnibus innotescere voluit.

Maddius.

Ordo, ut in dispensationibus concedendis Ecclesiasticis pro acquisitione Domuum apponatur clausula: DUMODO DOMUS ACQUIRENDA ITA A MONASTERIIS, ET ECCLESIIS DISTET, UT INCORPORARI NON POSSIT, *& prius fiat visitatio per Ingenierium eligendum per Senatum.*

MDCLXXVIII. Die x. Junii.

PRopositis in Excellentiss. Mediolani Senatu deductis per Egr. Vicarium Provisionum dictæ Urbis, jussu ejusdem Excellentiss. Ordinis excitatum adversus præjuditia, quæ ipsi Urbi inferuntur, cum tot Ædifitia, immò Palatia pro Civium habitatione constructa in Monasteriis, & Ecclesiis incorporentur, habitationes subditorum, qui onera sustinent, & Civitatem componunt, in dies magis, atque magis restringantur, & in maximas angustias redigantur, conquerentibus habitatoribus, qui damna hæc procedere vident non ex necessitate (anteactorum enim Regum, Principum, ac Civium pietas Urbem Ecclesiis, ac Monasteriis ità ditavit, ut nulli secunda dici possit) sed ex nimia cupiditate vetera Ædificia ad luxum, & magnificentiam amplificandi, ac nova semper construendi, ex quo celeberrima Metropolis, ejecta Populi frequentia, & Commercii commodo ad exteras partes cum maximo tùm privatæ, tùm publicæ utilitatis detrimento ad exitiosam solitudinem brevi reducetur. Quibus omnibus, prævio Fisci Regii Voto, perpensis.

Censuit Senatus, in dispensationibus inposterum Ecclesiasticis concedendis prò acquisitione Domuum intrà Mœnia Civitatum hujus Dominii inserendam clausulam (dummodò Domus acquirenda ità à Monasteriis, & Ecclesiis distet, ut incorporari non possit), & hujusmodi Dispensationes non concedendas, nisi prævia Ingenierii per Senatum eligendi visitatione, easque exindè in eodem Ordine proponendas, ac de hoc Senatus Consulto faciendam in formulario annotationem.

Oliverius.

Ordo pro Officialibus, & Scriptoribus Cancellariæ Senatus Excellentissimi.

CUm ex Senatus Consulto diei 14. currentis mensis edito pro executione litterarum Regiarum diei septimæ Junii nuper elapsi, sancitum fuerit Amanuenses Cancellariæ Senatus, redigendos ad numerum octo, prout erant in prima institutione enuntiata in Ordinibus ejusdem Senatus diei 2. Aprilis 1566., Collegiumque Egr. Secretariorum, ejus votum, juxta mentem Senatus, subjicere debere; ideò, prævia dicti Collegii informatione, circa qualitates uniuscujusque ex Amanuensibus prædictis actu inservientibus, feriò de eis acto in Senatu, collectisque singillatim secretis suffragiis.

Censuit is Ordo dictos octo Amanuenses esse debere.

Aloysium Applanum, Hieronymum Gaymum, Carolum Caprinum, Jacobum Viam, Joseph Velam, Jo. Baptistam Blasium, Jo. Baptistam Businellum, & Federicum Cattaneum; cæteros verò à dicto munere Amanuensis abstinere debere.

Insuper, hac nacta occasione, acto in eodem Excellentiss. Ordine de bono regimine ejusdem Cancellariæ, & de tollendis abusibus, tàm Custodis Archivii, quàm duplicitatis munerum, quæ exercere prætendit Marsilius Blancus, prout & ad comprimendas absentias nonnullorum, qui non adeò frequentes in Cancellaria connumerantur, sancitum fuit infrascriptas medelas hisce morbis applicandas, nempè:

In primis edendos denuò, & affigendos in Cancellaria Ordines in hac materia editos sub die octava Januarii 1665. in hunc modum reformatos, videlicet:

Ordines servandi ab Officialibus, & Scriptoribus Cancellariæ Senatus Excellentissimi.

CAveant in posterùm Scriptores, ne à Causidicis, aliisque causarum Procuratoribus supplicationes, & negotia expedienda emendicent, neve indecoris inter se se concertationibus, rixisvè Cancellariam turbent. Si fecerint, prima vice, per semestre à munere suspendentur, secunda, ejicientur è Cancellaria.

Qui nomen Scriptoris, seù Officialis supplicationibus jàm inscriptum deleverit, seu suum

1678 suum supposuerit, eadem pœna mulctabitur, & majori, pro arbitrio Senatus Excellentissimi.

Secunda hora Senatus, adsint omnes frequentes in Cancellaria, negligentibus pœna erit suspensio à munere pro modo negligentiæ, & arbitrio Senatus Excellentissimi.

Officiales, & Scriptores omnes statim atque confecerint minutas, eas deferant in capsulam signaturæ, nec tradant partibus, aut Ostiariis sub eadem pœna.

Coadjutores registrent signaturam, quisque sua hebdomada, mox eam per Ostiarium assistentem dispertiantur iis, qui minutaverint, nec permittant eam residere penès Ostiarios, aut partibus tradi, sub eadem pœna.

Approbationes Privilegiorum, & approbationes, ac Vota gratiarum expediantur à Cancellario hebdomadario privativè.

Officiales omnes, & præsertim Cancellarii Magnificorum Patrum caveant ne acta causarum, & scripturas Senatus cujuscumq; generis transcribendas dent extra Cancellariam, ut ex decreto anni 1656. sub pœna aureorum sex pro singula vice.

Archivista non permittat cuiquam perquisitionem scripturarum extra locum Archivii, nec sine ipsius præsentia, & ejus claves nemini tradat, sub pœna suspensionis à munere, & majori arbitrio Senatus Excellentissimi.

Scriptores abstineant à rogitu, ut ex decreto anni 1656.

Egregii Secretarii in sumendis informationibus, & examinandis testibus, quorum examini ipsi cum effectu assistere debent, possint pro arbitrio, uti opera vel Officialis, vel Scriptoris.

Singuli ex Egregiis Secretariis sibi eligent unum ex Scriptoribus Cancellariæ, qui transcribere debeat consultationes, & scripturas ex officio spectantes eorum respectivè Secretario, in quo si renitentes, aut negligentes fuerint, Scriptores, Officii suspensione mulctabuntur, duratura arbitrio Senatus Excellentissimi.

Litteræ Patentes Syndicatuum expediantur à Cancellario respectivè provinciali, & etiam à binis Scriptoribus adjunctis, pro singula tamen cujuscunque provincia, itaut nemo in alienam se ingerat, sub pœna suspensionis à munere arbitrio Senatus Excell.

Litteræ subsidiales pro inthimationibus faciendis extrà hanc Urbem, dentur omnes secundùm veterem formulam, ut Pars adversa termino bidui coràm Judice, ad quem dantur, ad supplicata respondeat, mox quatriduum utrique parti per Judicem statuatur ad replicandum si voluerint. Aliæ omnes formulæ rejiciantur, sub pœna illi, qui aliter immutaverit, suspensionis ab officio duraturæ arbitrio Senatus Excellentissimi.

Item per Angelum Mariam Ottolinum Archivii Custodem exhibendum ejus Reg. Diploma dicti muneris, ut Senatus deliberare possit.

Cancellarios Ferrarium, & Castillionæum adire debere Magnif. D. Menochium ejus verbum audituros.

Demùm Marsilium Blancum, considerandum esse uti substitutum Coadjutoris Boldi, & ubi contingat in dicto munere cessare debere, tunc Senatum deliberaturum. Dat. ex Cancellaria Senatus Excellentiss. Mediolani die 21. Julii 1678.

Don Gabriel Tattus.

Ordo, ut Officiales, & Scriptores Cancellariæ Senatus, saltem intra primam horam, qua sedet Senatus, adsint in Cancellaria.

MDCLXXVIII. xxi. Julii.

Meminisse debent Officiales, & Scriptores Cancellariæ Senatus Excellentissimi decretorum toties editorum circa horam, qua iidem presto esse debent in eadem Cancellaria. Ne igitur ex aliquorum negligentia Senatui, & negotiis expediendis ulla amplius mora afferatur, denuo edicit idem Ordo Excellentissimus, ut quilibet ex memoratis Officialibus, & Scriptoribus singulis diebus, quibus Senatus sedet, saltem intra primam horam, qua sedet, adsit in Cancellaria, idque sub pœna suspensionis à munere, & pecuniaria arbitrio ejusdem Ordinis Excellentissimi pro modo commissæ negligentiæ. Quod si quis justa aliqua de causa se excusandum putaverit, ab Illustriss. Præside veniam impetret. Egr. autem Secretarius hebdomadarius in fine primæ horæ sedentis Senatus, lustrata Cancellaria, tradere debebit Illustrissimo Præsidi notulam Scriptorum, & Officialium absentium, ut hujus decreti executio exactè curari possit.

Maddius.

Ordo confirmans authoritatem Delegati Sportularum visitandi Libros criminales.

MDCLXXVIII. Die ii. Augusti.

Referente Amplissimo Patre Com. Arcsio.

Ad preces J. C. Francisci Bernardini Ravitiæ Delegati cum aliis Egr. Prætoris hujus Civitatis, Notariorumque criminalium utriusque Officii conquerentis scilicet dicti Delegati de denegata eidem librorum criminalium consignatione ad effectum

ctum dictos libros visitandi, & Sportulas taxandi, ac liquidandi in causa præcipuè Nob. Pompei Carcassolæ, à quo fuit dictus Delegatus requisitus ad taxandas Sportulas ejusdem Pompei relationis diffinitivæ ob processum contra eundem Carcassolam pendentem, visisque per Senatum Excellentiss. hinc inde deductis tam per dictum Delegatum Ravitiam circa facultatem sui muneris, quam per dictos Egr. Prætorem, ac Notarios circa dictam denegatam consignationem librorum. Senatus Excellentissimus decrevit, ut sequitur: Omnibus diligenter examinatis, harum serie ex ipsius Senatus sententia decernimus servandos esse Ordines editos in materia Sportularum, & jurisdictionis dicti Delegati, eorumque notitiam dandam Prætori, & Capitaneo Justitiæ hujus Civitatis, ac Notarium Cornariam omnino parere debere. 1678

Ita est in actis penès me
Franciscus Bernardinus Oliverius
Reg. Cancellar., & Thesaur.

Ordo, ut Judices Regii cogant Prætores Feudales ad exhibendam liberationem Syndicatus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Prætoribus Feudalibus istius Provinciæ biennii, proximè lapsi, mandamus vobis, ut statuatis terminum dierum octo, ad exhibendum in manibus vestris liberationem Syndicatus Præturæ, per singulos gestæ; Prætoribus item Feudalibus biennii præsentis statuatis similem terminum, ad exhibendam vobis approbationem Senatus, juxta Ordines; Iis autem terminis elapsis, diligentem indicem eorum, qui exhibuerunt, & qui non exhibuerunt, statim ad nos mittetis, opportunè provisuros, & simul adjicietis indicem distinctum singulorum locorum infeudatorum in ista Jurisdictione vestra. Mediolani die xxvi. Augusti MDCLXXVIII.

A N N O T.

Renovatus fuit Ord. diei 20. Novembris 1681., diei 27. Novembris 1702., & diei 16. Decembris 1713.

Ordo super materia Sportularum.

MDCLXXVIII. Die iii. Decembris.

Propofita in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnificum Senatorem D. Antonium Mariam Erbam in re Sportularum delegatum relatione in eadem materia Sportularum, quam eidem Magnifico Senatori fecit Egr. Franciscus Bernardinus Oliverius ipsius Excellentissimi Ordinis Thesaurarius de hactenus per eum gestis, & temperamentis adhibitis, & in futurum gerendis, ac adhibendis pro faciliori ipsarum Sportularum exactione, & prout fusius ex dicta relatione tenoris, qui sequitur videlicet:

Illustriss., ed Eccellentiss. Signore.

Diversi sono li debitori di Sportole, che vengono constituiti da' Delegati alla revisione di quelle, come anche diverse sono le cause de' loro debiti, e le supposte ragioni, che adducono per esimersi.

Primo, per le Sportole delle Ordinazioni pagate in corporale in luogo di capitale.

Secondo, per le Ordinazioni d'inquisiti, o indiziati all' inquisizione, o che vi fosse decreto d'inquisirli non abbino pagate le Sportole delle relazioni conforme gli Ordini, e Tassa.

Terzo, per le Ordinazioni ommesse, e non date in nota al tempo de' pagamenti al Tesoriero del Senato Eccellentissimo, trovate poi a libro delli Delegati senza averne fatto il pagamento.

Quarto, per le Ordinazioni fatte in consulto Senatu senza precedenza di lettera del medesimo Senato, defectu juditiorum, rebus stantibus, o remissa pœna statutaria per schivare il pagamento delle mezze relazioni, relazioni, e visioni in grave pregiudizio del Senato Eccellentissimo.

Quinto, per le Sportole di quelle Ordinazioni, che gli Attuarj, e Notari da loro deputati all'esazione di dette sportole non hanno pagato al Tesoriero del Senato Eccellentissimo, poichè sebbene a' detti Jusdicenti competisce in virtù d'un Ordine de' 28. Luglio 1628. la facoltà di potere, in mancamento de' Tesorieri eletti dal Senato Eccellentissimo, deputare alcuno de' loro Attuarj, o Notari, ad ogni modo per altro Ordine de' 3. Marzo 1639. resta dichiarato dal detto Senato Eccellentissimo, che non procurando, che detti loro Attuarj paghino a' tempi debiti le sportole, restino loro obbligati al pagamento di quelle.

Sesto, per le sportole delle Ordinazioni fatte attenta fide, o perchè in fatti la fede non vi sii stata, o li liberati non fossero nel caso.

Al primo, non sono mancati Jusdicenti, ch' hanno risposto aver conosciuto, e giudicato il titolo corporale, e non capitale, come pretende il Delegato.

Al secondo, che la cognizione è dovuta a loro medesimi Jusdicenti, e non al Delegato.

Al terzo, si sono scusati, che non è colpa loro, ma degli Attuarj, o Notari da loro deputati, de' quali si sono fidati per farne

1678 farne la nota di dare al Tesoriere al tempo del pagamento.

Al quarto, che le Ordinazioni le hanno potuto fare, mentre hanno giudicato sopra l'insussistenza, o debolezza degl' indizj delle querele, de' capi, o titoli.

Al quinto, hanno procurato di sostenere, ch' avendo secondo l'ordine accennato fatto la deputazione degli Attuarj, o Notari loro, ad essi non corri altr' obbligo, per aver fatto l'officio loro.

Al sesto, si sono scusati, che le fedi siano state da loro admesse sopra la fede di quelli le hanno fatte, e che se non si sono trovate si siano smarrite, e che la fede de' Giudici non si deve mettere in dubbio. Li Tesorieri, che d'alcuni Officj hanno pigliata la Patente del Senato per l'esazione delle sportole, (che pochi se ne sono trovati, mentre eccetto che delle Curie di Milano, Lodi, Novara, Seprio, Martesana, e qualche biennio di Varallo, Domodossola, e d'Alessandria, e Tortona ne sono state levate le Patenti) sono stati constituiti debitori da' Delegati per le medesime cause già dette contro Giusdicenti biennali, ed hanno risposto, come segue:

In quanto al primo, che li Delegati non devono saper più de' medesimi Giudici, e che nella scossa si sono governati secondo quelli hanno giudicato, ed ordinato. In quanto al secondo, il medesimo.

In quanto al terzo, che essendosi accordati il Giudice, l'Attuario, o Notaro insieme di far le Ordinazioni senza saputa del Tesoriere, mentre li processi con li libri vengono maneggiati dagli Attuarj, e Notari, e che di nascosto le abbino potuto fare, non averne colpa li Tesorieri, quali non puonno di continuo assistere, nè trovarsi a canto de' Giudici, nè sapere come si siano intesi con li liberati, non potendo riconoscere li libri presso detti Attuarj, e Notari tutte le volte, che vogliono.

Al quarto, che non è cognizione de' Tesorieri, ma de' Giudici l'esaminare gl' indizj, ma di scuodere secondo il tenore dell' Ordinazione.

Al quinto, che non entrano li Tesorieri deputati dal Senato Eccellentiss., ma tocca a' Giusdicenti, che li deputano loro.

Al sesto, che quando li Giudici hanno admesse le fedi, e comandato l'admissione ad essi Tesorieri non gli tocca altro, che eseguire gli ordini de' medesimi Giudici.

Settimo, molti degli eredi, e sigurtà de' detti Giudici biennali, e de' Tesorieri, ch' hanno esercita con patente la scossa delle Sportole per le medesime cause, sono stati, e vengono tuttavia constituiti debitori da' Delegati, ed oltre, ch' hanno risposto quel tanto, che li loro Ascendenti, e principali potevano aver addotto come sopra, allegano anche, che il debito se gli doveva constituire viventi li principali debitori, con che averebbero potuto meglio aver dato li loro discarichi, che si possono aver smarriti li confessi, che si tratta de' debiti ritrovati molt' anni dopo morte de' detti Principali, e così invecchiati, ch' essi eredi, e sigurtà non puonno averne notizia, la presonzione, che possino esser stati pagati, e smarriti li confessi, ed infinite altre da loro supposte ragioni per esimersi dall' aggravio.

Le predette cose hanno per il più obbligato, ed obbligano il Tesoriere del Senato per appagare li debitori, e renderli capaci ad averli avanti di sè con li Delegati, e ad esaminare insieme li riglievi sopra li debiti constituiti, e ad evacuare ordinazione per ordinazione con riconoscere di nuovo li processi, e gl' indizj, per obbligare qualch' uni, anche convinti di scienza, e dolo alli pagamenti delli rilassi, constituti, relazioni, mezze relazioni, e visioni caricategli da' detti Delegati, ed insieme a ponderare il stato, e qualità delle persone processate, il tempo, ch' erano state detenute prigione, per accertare s'erano stati nel caso d'admetterli le fedi di povertà, o miserabilità, ch' asseriscono li Giudici, e Tesorieri averle admesse, ma smarrite così, se potevano essere nel caso di godere il beneficio, rispetto quelle esebite, a tal che con aver condesceso qualche poco all' equità, ed all' arbitrio, usando destrezza, e descrizione, si sono terminate, e superate le difficoltà frapposte, e scosse molte partite senza spese, con le quali al Tesoriere è riuscito di sostenere nel spazio di 23. anni, che serve la scossa delle sportole, e pagare li Trimestri, che non è riuscito a' suoi Antecessori, nel tempo de' quali si è sovvenuta la detta scossa di più di lire 80.m. de' Salarj depositati per sentenze da darsi, tardati li pagamenti de' Trimestri, lasciatone mancare, benchè le porzioni fossero in minor numero di quello ha sostenuto il detto Tesoriero, com' è noto, ed il fatto dimostra, mentre nell' ingresso del detto Tesoriero, che fu dell' anno 1655. 17. Novembre convenne anticipasse un Trimestre, oltre altri due, che quei Signori non avevano ricevuti, che poi ricevettero dal Tesoriere, mediante le sue diligenze. Sono parimente scorsi molti biennj, che nessuno è comparso a levare le patenti de' Tesorieri, o sii per rispetto del rischio assai, che corrono in simil' esercizio per l' obbligazione esperimentata di dar conto, come s'è detto, essendo dall' altra parte l'utile poco corrispondente, volendovi assistenza, pagamento di mezz'Annata, e di patente, ch' eccede il guadagno puonno fare d'un' anno, ed alcuni di tutt' il biennio, o sii, che nissuno se ne cura, richiedendo tal scossa lunga esperienza, ed abilità, per altro tanto odiosa, e soggetta a revisione, mentre nel tempo degli Antecessori del Tesoriere

forsi

forsi non gli veniva ricercato sì sovente, ed esatto il conto, stando, che gli era anche permesso scuodessero dalli minori Magistrati circonvicini per virtù dell' Editto delle Sportole pubblicato l'anno 1623., ed alcuni, che non ne avevano dato conto, sono stati necessitati, scoperti per le diligenze usate dal Tesoriero, e Delegato Cotromano, a pagarli con grande lor disgusto, avendo poi d'alcuni anni in qua provisto il medesimo Tesoriero, che tutti gli Officj pagano in sue mani a drittura, ch' è riuscito, e riuscirà sempre di molto servizio al Senato Eccellentissimo, che però il Tesoriero non ha mancato di pregare alcuni continuassero il carico senza tal patente, com' è successo per l'Officio del Seprio nel Notaro Ottavio Miliachetto, a Domodossola nel Notaro, ed Attuario Gio. Battista Albergante, a Como nel Notaro Carlo Conforto, ed a Lodi in Gio. Domenico Romano, ed alla Martesana ne' Notari Mangili, e Baraffio, trattandosi di persone pontuali d'esperienza, ed abili per il servizio del Senato Eccellentissimo. Nè lascia di rappresentare, che se ha anche il Tesoriero del Senato Eccellentissimo portato avanti diversi debitori di Sportole, e ne restino molte partite vecchie d'esigersi, non l'ha fatto ad alcun titolo d'interesse, nè di recognizione, solo, che per impossibilità de' debitori, o per altri degni rispetti, ed in particolare per li regressi, che tali debitori constituiti da' Delegati sopra l'aver scosso meno da' liberati contro questi addimandavano, mentre erano per succedere tumulti, e scandali, come si provò nelle Provincie Cremonese, Novarese, Comasca, ed Alessandria, che s'ebbe per bene sospendere l'esecuzione, come è noto a V. E. E perchè non vorrebbe il Tesoriere, che una qualche volta quello gli è costato tanto sudore, attenzione, e fatica, che una delle maggiori è stato l'aver piantato un libro mastro per regolare la scossa, che prima camminava in confusione, ed in disordine, gli venisse attribuito a codicia d'interesse, o ad altre intelligenze, protestando, che essendosi con le considerazioni accennate abbassate a' debitori le partite caricategli ha insieme abbassato alla rata la sua mercede, e quella de' Delegati, ricorre a V.E. come delegata informata. Supplicandola se così le pare fare di tutto il rappresentato parola nel Senato Eccellentissimo, desiderando il Supplicante le sue operazioni venghino riconosciute, ed approvate dal medesimo per non soggiacere a qualche aggravio, e quando volesse l'Eccellentissimo Senato prendere sopra il rappresentato prima le informazioni, s'esebisce il Tesoriere pronto dar la nota de' debitori, con quali s'è diportato con li riguardi, e considerazioni accennate, acciò si possa riconoscere la verità del rappresentato, e spera ec. Raccorda ancora, che vi sono molti debiti di Sportole in somma onorevole tra tutti di più di lire 40.m., e che questi bisogna, che il Tesoriere gli astringa con ogni rigore a pagare, non essendo valsi da molti anni in qua li buoni officj, nè le cortesie di dilazioni usateli gratis; se si devono dal Tesoriere sostenere li Trimestri, perchè non vorrebbe il Tesoriere gli succedesse, procedendo con il rigore meritato da detti debitori riportarne, oltre la malevolenza de' medesimi, d'esser mal sentito da altri, che più li premerebbe, mentre altra passione non ha il Tesoriere, che di servire al suo Tribunale, che per altro il suo esercizio è odioso, e di molti incontri. Tant' erezioni de Feudi causano molto pregiudizio alla scossa delle Sportole per più rispetti, e particolarmente, perchè per l'ordinario, conviene, che tanto per rispetto del procedere, quanto per le ordinazioni li Giudici camminino coll' assenso, e placet de' medesimi Feudatarj, da che ne nascono molte soppressioni ec. Omnibusque in eadeductis accuratè perpensis. 1678

Censuit is Ordo, probatis gestis, & temperamentis propositis, & adhibitis per dictum Thesaurarium, deveniendum omninò ad exactionem Sportularum adversus antiquos debitores earundem, utendo omni diligentia, dexteritate, ac facilitate pro debita consecutione ipsarum Sportularum; atque ideò posse ipsum Thesaurarium, auditis iisdem debitoribus, & re participata, atque simul examinata cum Delegato generali Ravitia respectu Offitiorum Mediolani, & cum Delegato Cottromanno respectu Forensium redigere parcellas, quamvis alias jàm à Delegatis taxatas ad eam summam, quæ magis ex æquitate, ac è beneficio Senatus iisdem Thesaurario, & Delegatis videbitur; & ubi in subjecta materia earundem transactionum, & reductionum oriantur aliquæ difficultates, ex quibus res inter eosdem debitores antiquos, & Thesaurarium, ac Delegatos componi nequeat, negotium communicandum alteri ex Magnificis Dominis Senatoribus Delegatis in re Sportularum, qui provideant, prout eis convenire videbitur.

Ordo, ne Consultationes Senatus consignentur Partibus.

MDCLXXVIII. Die ix. Decembris.

Recognovit Excellentiss. Mediolani Senatus præjuditia, quæ rectæ administrationi justitiæ inferuntur, ex eo, quod à partibus penetrentur ante tempus deliberationes, quæ in Tribunalibus capiuntur, nec non contenta in consultationibus, quæ

1678 Excellentiss. Gubernatori fieri contingunt; Cui abusui is Ordo occurrere volens.

Mandat omnibus, ad quos spectat, ne inposterum hujusmodi consultationes, cujuscumque generis sint, partibus consignent, nec eisdem pandant ea, quæ tùm in ipsismet consultationibus, tùm in omnibus aliis, quæ requirunt secretum, continentur, ne Senatus contra inobedientes ea adhibere cogatur remedia, quæ casui congrua judicabit.

Don Gabriel Tattus.

Ordo, ut supplices Libelli, Acta, & aliæ Scripturæ subscribantur ab Advocato, Causidico, & à Partibus.

MDCLXXVIII. Die xiv. Decembris.

Curæ est Senatui omninò servari sanctiones Regias diei 17. Augusti proximè elapsi pertinentes ad rectam institutionem, & cursum Juditiorum potissimum civilium, ideòque earundem sanctionum præscriptum, hoc edicto proponi mandavit, ut diligenter serventur tàm coràm Tribunalibus, quàm coràm aliis quibuscunque Jusdicentibus hujus Dominii. Quorumcunque supplicum libellorum, sivè actorum, sivè cujuscunque generis scripturarum vim obtinentium, sivè petitionis, sivè exceptionis nulla habeatur ratio, nisi subscriptæ fuerint ab Advocato, & à Causidico partium, & à partibus ipsis, ut de propria actione, quæ intentatur constare possit, sub pœna nullitatis.

Oliverius.

ANNOT.

Renovatus fuit Ord. diei 4. Martii 1679., 9. Maji 1680., 22. Augusti 1686., & 25. Septembris 1720.

Ordo, ut processus causarum criminalium conscribantur in libro separatim.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Prò executione Regiarum nostrarum sanctionum Matriti habitarum diei 17. Augusti anni currentis potissimùm circà conscribendum quemcumque processum causæ Criminalis separatim super singulo libro, ex Sententia Senatus nostri vos monemus, ut in posterùm ità servari curetis per Actuarios, & Notarios vestros in causis gravioribus, indicta iisdem Notariis contravenientibus pœna Senatui arbitraria. Mediolani die xiv. Decembris MDCLXXVIII. Joseph Oliverius.

Ordo circa approbationem petentium admitti ad munera biennalia.

MDCLXXVIII. Die xiv. Decembris.

Executurus Senatus mandata Regia diei 17. Augusti anni currentis, & potissimùm circà approbandos Petitores munerum biennalium, ut iidem sciant quicquid inposterùm ex eorundem mandatorum lege, in ipsa approbatione servandum erit, ejus normam hoc edicto proponi jussit.

Exhibendæ erunt probationes adeptæ laureæ in Universitate Ticinensi, & successivæ praxis triennalis continuæ factæ post lauream cum Advocato, de qua idem Advocatus testari debebit.

Examinabuntur Petitores coram Senatu diebus Jovis post meridiem, & ad hunc effectum dabitur iisdem processus vel civilis, vel criminalis, ut intrà terminum viginti quatuor horarum debeant coram eodem Ordine jura utriusque partis hinc indè deducere mox sententiam suam exponere.

His peractis Senatus Excellentissimus, omnibus maturè, uti solet, perpensis deliberabit circà approbandos ipsos Petitores, præviis etiàm diligentibus informationibus secretò sumendis circà mores cujuscunque juxta prædictorum mandatorum normam.

Hàc lege soluti erunt Juris Periti de Collegio Sancti Clementis Civitatis Bononiæ, ut ex ipso Decreto Regio. Oliverius.

ANNOT.

Fuit renovatus Ordine diei 26. Maji 1679.

Ordo circa solutiones faciendas à Reis obtinentibus gratiam à S. E.

MDCLXXIX. Die xiv. Januarii.

1679 Proposito coram Excellentissimo Mediolani Senatu supplici libello Jo. Anselmi, & Antonii fratrum de Fecis, una cum voto Egr. ejusdem Ordinis Thesaurarii, superinde excitati, quorum tenor sequitur, videlicet:

Illu-

Illustrissimo Signore.

Tra quelli, che il giorno 20. di Decembre prossimo passato ricevettero la grazia da S. E. in presenza del Senato ritrovansi Giovanni Anselmo, ed Antonio Feci Veneziano, e serv. umil. di V. S. Illustrissima, tuttavia detenuti a causa di delazione d'Armi corte dentro, e fuori di Lodi, nelle di cui Carceri tuttavia si ritrovano; Si è presentata a quel Sig. Podestà la lettera del Senato Eccellentissimo, nella quale gli vien comandato, che essendo li Supplicanti tra quelli, che il detto giorno 20. Decembre ricevettero la grazia da S. E. alla presenza del Senato, gli rilasci, e senza spesa, ma ha ricusato, e ricusa sin' ora di ciò fare prima non se gli paghi la somma annotata nella presente lista fatta da quel suo Sig. Tesoriere. Illustrissimo Signore. Questa dimanda è ingiusta, e nuova, comandando espressamente Sua Maestà nel suo Ordine Reale presso li Signori Secretarj del Senato Eccellentissimo, che per rispetto delle grazie, che si faranno dal suo LuogoTenente in Senato avanti le Feste del Santissimo Natale, e di Pasqua di Ressurrezione di N. S., queste sortischino il suo effetto senza spesa di sorte alcuna, tanto in Senato, come negli Offici, dove si trovano processati, e così s'è sempre stillato fare, e di far osservare, così al tempo del Predecessore di V. S. Illustrissima, come prima ancora, ed a questo effetto il Senato dice nelle sue lettere absque impensa, per eseguire in tutto, e per tutto l'ordine di Sua Maestà, che però riverenti li Supplicanti ricorrono a V. S. Illustrissima umilmente supplicandola si compiaccia inerendo al suddetto Ordine Reale ordinare al detto Sig. Podestà di Lodi, che eseguisca subito le lettere del Senato Eccell. nella forma prescrittagli, cioè absque impensa, nè lasci luogo a nuovo ricorso, il che ec.

1679. 6. Januarii.

Ad Magnificum Erbam, ut faciat verbum, audito prius Thesaurario Senatus. Sign. Bellonus.

8. Januarii 1679.

Thesaurarius Senatus informet super expositis cum voto. Sign. Erba.

Ex annexa informatione sign. A. Jam data per Thesaurarium Senatus, & consignata Amplifs. D. Senatori Vicecomiti, ut proponatur in eodem Ordine cum aliis in re Sportularum emergentibus, quæ valde urgent, & decidenda veniunt, ne exactio Sportularum, quæ in dies detrimentum patitur, irrnat, possunt videri sensa ejusdem Thesaurarii circa contenta in hoc supplici libello. Quin immo animadvertit idem Thesaurarius relationem deffinitivam de Supplicantibus, jamdiù transmissam fuisse Senatui, & penès Cancellarium Viam, & sic Sportulas pro ea deberi, cum jus illas exigendi acquisitum fuerit usque à die factæ dictæ relationis, si tamen &c. Signat. Oliverius Thesaurarius. Jungantur. Sign. Erba. 1679

Eccellentissimo Senato.

Le Visite generali si sono instituite per soglievo delli poveri, e miserabili effettivamente carcerati. Li Signori Governatori al tempo del Natale, e della Pasqua quando si portano al Senato è parimente per soglievo de' poveri, e miserabili ne' casi d'esser graziati, e rilasciati dalle Carceri senza spesa.

Col tratto del tempo, cioè d'alcuni anni in quà si è introdotto un'abuso, ch'anche le persone di qualità, e grado condannate, e bandite, e per goder degli effetti, che si devono dispensare a' poveri, anch'esse si vanno a constituire giusto quel tempo di fare le grazie, per il che non solo s'accontentano di godere della grazia del Principe in ordine la colpa, ma pretendono di deludere il pagamento delle sportole, fatiche, e cognizioni de' Giudici, e le mercedi de' processi voluminosi fatti da' Scrittori, e da' Notari, ugualmente come godono detti poveri, e miserabili, come appunto adesso, che si sono graziati da 70. circa, e d'effettivamente carcerati non se ne annoverano altri che otto circa. Eccellentissimo Senato, se si admette questa pratica non già mai usata, eccetto che da pochi anni in quà, perchè per simili grazie rispetto li benestanti non solo per l'addietro pagavano li dritti alla Cancellarìa del Senato Eccellentissimo, ma insieme le sportole della presentazione della grazia, e mercede de' processi a' Notari, sarebbe sempre meglio la condizione di quelli, che si lasciassero bandire, e condannare, che degli altri, che si constituissero, e difendessero, mentre con tal facilità ne riportassero le grazie, ed interinazione senza spesa alcuna, con che verrebbero a goder non solo il benefizio della grazia, ma anche si potrebbe dire ne riportassero premj; deludendo le fatiche, e mercedi altrui. Non si sà vedere come per simili grazie fatte rispetto de' benestanti si possa fuggire il pagamento delle sportole, e de' processi, che si sogliono dagli altri graziati fuori di detta fonzione del Natale pagare come dispone l'ordine del Senato sino dell'ultimo Maggio 1617. registrato nel libro della raccolta degli Ordini del qu. Delegato Perone impresso l'anno 1643. Anche per il Decreto grazioso si pagano le sportole delle informazioni si fanno da' Giudici al Senato per vedere se sono nel caso di grazia, ed insieme le sportole conforme l'ordine del Senato Eccellentissimo del 1600. inerendo ad altri del 1559., e 1571. registrato nel libro suddetto a fol. 70., ed ultimamente in virtù dell'altra tassa fatta dal Senato Eccellentissimo inerendo detti Ordini per quello si deve per dette sportole, e mercede de' No-

1679 tari scuodere per il Decreto grazioso dell' anno 1657. 15. Decembre. Sicchè si conclude, che il gratis si deve sempre intendere per poveri, e miserabili, e non per li benestanti, quali devono essere renuti al pagamento conforme gli Ordini, Si tratta di Salario Regio d'effetti applicati a quello, che devono sostenersi, anche per esecuzione della Real lettera di Sua Maestà, io virtù della quale restano destinati fino dell' anno 1622. al detto Salario. Materia, che perciò ricerca particolar attenzione, acciò non facci mancamento, come ben sovente è seguito oe' tempi degli Antecessori del presentaneo Tesoriero, ch' è quanto si puol raccordare ec.

Censuit is Ordo, miserabiles nihil solvere debere; pauperes medietatem, & reliquos juxtà Ordines: In Cancellaria verò prò gratiis, quæ fiunt à Sua Excellentia in Senatu, nihil esse accipiendum.

Cesatus.

Ordo, ut Notarii exhibeant processus videndos à Delegatis Sportularum.

MDCLXXIX. Die xiv. Januarii.

CUm proposita fuerit in Excellentissimo Mediolani Senatu consultatio, quam in se Sportularum illi fecit Egr. ejusdem Ordinis Thesaurarius tenoris, qui sequitur:

Eccellentissimo Senato.

Che li Delegati sopra le Sportole abbino, e debbano per necessità aver facoltà di riparare agl' inconvenienti, ch' alcuni Giudici praticano nelle Ordinazioni non corrispondenti alla qualità degl' indizj in fraude delle Sportole dovute all' Eccellentissimo Senato con rilevarne essi Delegati gl' indizj, e secondo quelli conitituirne il debito a' detti Jusdicenti si riconosce dalla longhissima osservanza praticata dall' anno 1628. in qua, ed insieme si legge nel Libro della raccolta degli Ordini del Senato Eccellentissimo fatta dal qu. Delegato Perone stampato l'anno 1643. da fol. 22. a fol. 26., che a relazione fatta dal Delegato Dottor Geronimo Bosco de' 19. Luglio detto anno il Senato Eccellentissimo dichiarò: *Nam quod attinet ad parcellas, quas ipsi à Reis exegerunt &c. compositiones, quæ in causis referendis non jure factæ sunt, vult Senatus eas omnino exigi licet in posteriori casu ab ipsis Judicibus exactæ non fuerint*; ed anche dalla relazione del detto Delegato Perone fatta li 9. Aprile 1637. al 33. di detto libro, nella quale dice le seguenti parole: Dove ho trovato liberazioni fatte di cause riferibili al Senato Eccellentissimo ho dato debito alli Podestà, che le hanno fatte di tutta l'importanza delle Sportole per tali relazioni dovute non altrimente come se fossero state fatte con effetto, non convenendo che per colpa, e fatto d'essi Giudici rimanga il Senato Eccellentissimo in perdita, mentre il Senato Eccellentissimo a detta relazione dichiarò come siegue: *Probavit Senatus, quæ à te gesta sunt, & præsertim in primo capite ordinationum factarum in causis, quæ erant Ordini referendæ, & sinè relatione fuerunt absolutæ, & idem in iis causis, in quibus secutæ sunt liberationes sub prætextu defectus inditiorum ad formandas inquisitiones, ubi verè inditia hujusmodi extent*, oltre poi alle cause referibili il medesimo Senato vuole, che per le altre cause di pena di Grida, o contro la disposizione della nuova Constituzione, si debba per questo la mezza relazione, come si vede al detto libro degli Ordini fol. 32. li 3. Giugno 1637., dove dice. *Contingit &c.*, e susseguentemente: *Ab hac die neminem molestandum, nisi quem appareat exegisse, post hac verò in recitatis causis exigendam medietatem Sportularum exceptis causis ad Senatum reffendis*, per le quali s'intende il Senato si paghi tutta la relazione, *& contrà eos, qui id facere neglexerint, procedendum, ut de proprio ære solvant &c.* Comprovandosi sempre più anche in altri decreti la mente del Senato, che per le cause riferibili fiino dovute le Sportole per quella Relazione che li Giudici erano obbligati fare spezialmente a fol. 40. del suddetto libro fino li 23. Agosto 1639., dove dice: *Senatus censuit Sportulas illas deberi, & idem pro aliis ommissis relationibus, vel quæ posthac ommittentur in casibus, in quibus Judices tenentur refferre, vel consulere*, e finalmente nella tassa generale al num. 51. vien ordinato come siegue. Seguendo liberazioni d'Inquisiti, o Rei, o indiziati per formare l'inquisizione, o di condannati per cause riferibili al Senato, o che vi fosse il decreto del Giudice d'inquisirli si ha da pagare l'istesso, come se in effetto fossero state fatte le Relazioni diffinitive. Se poi si vuol riflettere all' integrità de' Giudici, si dice che anche nelli tempi che li detti Ordini sono stati pubblicati, è stata considerata, con che tanto allora, come di presente sarebbero superflui detti Ordini, ed anche li Delegati, mentre s'avesse da stare a quel tanto ch' essi Giudici avessero operato senza cercar li Delegati più oltre col supposto, che il giudizio de' medesimi Giudici tanto in ordine agli indizj, quanto che li titoli s'avessero da scuodere più in capitale, che in corporale fosse infallibile ec., così che la cognizione fosse più propria de' Giudici, che de' Delegati alla visita de' libri Criminali. Che poi li Delegati avessero da riffe-

rire

1679

rire al Senato, che li Giudici non avessero scosse le Relazioni, dove per altro essi Delegati giudicano esservi indizj, sarebbe negozio prima d'eternarsi mediante una contestazione di lite tra il Giudice, ed il Delegato, e poi la multiplicità di questi casi renderebbe il Senato tutto il giorno incomodato, ed occupato in tal materia. Del 1674. 9. Agosto l'Eccellentissimo Senato ordinò, che tutti li Jusdicenti Regi, e Feudali s'astenessero per l'avvenire di fare le Ordinazioni *inconsulto Senatu* se non in caso lo comandi il medesimo Senato, e questo per riparare all' invenzione introdotta in pregiudizio della Giustizia, e delusione delle Sportole, mentre con l'*inconsulto Senatu*, mai più si trattava di procedere, oltre di che non si sa se i Delegati con tal' obbligazione potessero esercirne il carico su'l dubio di aver d'andar fuori a loro spese, e poi d'aver a disputare, e difendere la sussitenza del debito, essendo questi li casi che per ordinario ricercano andata di detti Delegati per la revisione de' libri. Che poi dopo la constituzione del debito si abbino li debitori di pulsare al pagamento con la precedenza d'avvisi, ciò non si è mai praticato, nè anche contro gli Eredi, Sigurtà, e terzi Possessori, e tanto più se si avesse al piede de' medesimi avvisi a darli nota distinta delle ordinazioni, e della causa del loro debito non basterebbero in molti casi li quinterni intieri di carta per esprimergliele, e pure il Tesoriere presentaneo, oltre l'aver sempre procurato, prima di venir ad alcun atto irreparabile, il far intendere a' Debitori che venissero a pigliare le loro note de' debiti con dar tempo al tempo, ha poi usato, stante l'impossibilità di trovar il conto de' molti debitori, se non col mandar in fatti li Commissarj, che ne pigliano le informazioni, e notizie con l'occasione de' viaggi, la forma del precetto, che quì inchiuso s'esibisce sign. A., ch'all' incontro per il passato sempre fu usato l'altro precetto, che pure s'esibisce sign. B., il tutto per facilitare la scossa, e non eternarla come stima il Tesoriero seguirebbe praticandosi differentemente de quello ha sempre esso fatto, protestando però in tutto di rimettersi al prudentissimo Giudizio de' suoi Superiori. S'è trovato una nuova forma per deluder la Giustizia, ed il pagamento delle Sportole di far annotazione, cioè *Transmissa fuit relatio consultiva ad Senatum*, o ad altri Tribunali, ancorchè effettivamente non sii stata trasmessa per fine di metter silenzio al processo ec. Stando gl' Ordini come sopra enunciati, in virtù de' quali già resta provisto al primo capo delle due decisioni fra le altre ultimamente fatte dal Senato Eccellentissimo, che quì per copia s'esibiscono, e gl'altri rispetti rappresentati come sopra. In ordine al secondo capo stima il Tesoriere si potessero l'uno, e l'altro ommettere, rileggendosi nel Senato Eccellentissimo con le altre decisioni.

Censuit is Ordo, servandos Ordines editos in hac materia, & teneri quoslibet Notarios exhibere processus videndos à Delegatis, & ubi Judices Mediolani habeant aliquid in contrarium respectu aliquorum processuum pendentium, & non adhùc publicatorum per eos adiri debere aliquem ex Magnif. Senatoribus Delegatis. Delegatos verò in re Sportularum teneri jurare de servando secreto coràm Illustri Præside.

Cesatus.

Ordo pro materia Sportularum.

J. C. Ravitiæ, & Mutio Cottomano Delegatis in re Sportularum,

CUm pro complemento vestri muneris accedetis ad Officia Egregii Capitanei Justitiæ, & Prætoris; atque ad alia hujus Civitatis, volumus libros criminales revolvatis, & diligenter inspiciatis, potissimum circa ordinationes factas absque impensa, an factæ fuerint in præjuditium Sportularum, sumendo idcirco opportunas informationes, mox Senatui referendo. Insuper vobis injungimus, ut sedulò inquiratis, an dolo aliquorum Notariorum editæ fuerint aliquæ liberationes, quæ in libris registratæ non sint ad eludendam solutionem Sportularum; mandantes, ut etiam in hoc informationes sumatis, & deinde Senatui opportunè provisuro referatis. Mediolani die xiv. Januarii MDCLXXIX.

Cesatus.

Ordo pro celeri expeditione causarum criminalium.

MDCLXXIX. Die xxiii. Januarii.

ANtiquis licet, ac recentioribus Senatus Consultis cautum sit, ut Jusdicentes hujus Dominii causas detentorum in Carceribus, præsertim miserabilium celeriter expediant: Attamen cum animadverterit Senatus Excellentissimus contra ejus enixam mentem expediendæ justitiæ miseros istos sæpè destitutos debitis pietatis officiis multis mensibus, imò annis in Carceribus detineri, antequam eorum processus perficiantur; Propterea Fisco etiam instante alios Ordines, inhærendo jam promulgatis præ-

1679 præsenti Edicto proponere statuit.

Decernit ergo in primis Visitationes Carceratorum in Officiis Egr. Capitanei Justitiæ, & Prætoris hujus Urbis faciendas esse ineunte singulo mense primis binis diebus utilibus, & illas quoque faciendas singulo mense à Jusdicentibus hujus Dominii, præsertim à Magnificis Prætoribus Cremonæ, & Papiæ, atque à Prætoribus aliarum Civitatum missis in reliquis executioni jussionibus Senatus de transmittendis ad eundem Ordinem quolibet mense notulis causarum pendentium in suis respectivè Officiis.

Districtè etiam præcipit Jusdicentibus (Delegatis præsertim forensibus, & Feudalibus) qui vel specie tutioris custodiæ, vel alio colore Reos transmittunt ad Carceres hujus Civitatis, quorum deindè processus serò nimis expediuntur, ut posthàc in fine cujuslibet mensis certiorem faciant Egreg. Capitaneum Justitiæ, vel Egr. Prætorem, aut unum ex Actuariis Criminalibus ejus Officii, in quo detinebuntur delinquentes, de titulo delictorum, & de statu causarum eorundem detentorum sub pœna contravenientibus aureorum quinquaginta applicandorum Xenodochio Carceratorum, & insuper devolutionis earundem causarum ad eosdem Egr. Capitaneum Justitiæ, vel Prætorem hujus Civitatis.

Mandat insuper Actuariis, & Notariis Criminalibus, ut exeunte quolibet mense saltem biduo antè deferant in posterum ad Cancellariam Senatus Excellentissimi, nulla alia expectata monitione solitas notulas Carceratorum, inscriptis in fronte earundem notularum nominibus singulorum Protectorum tàm de Collegio J. P., & Nobilium, quàm de Collegio Causidicorum, atque ut iidem Notarii, & Actuarii diebus Visitationum adsint omnes diligentissimè, antequam inchoentur ipsæ Visitationes sub pœna privationis, vel suspensionis ab Officio, aliisque gravioribus etiam pecuniariis arbitrio Magnificorum Visitatorum irremissibiliter exigendis.

Denique injungit Protectoribus Carceratorum, ut assidui, & diligentes sint in eorum munere, operæ pietatis navatæ miseris detentis mercedem opimam laturi.

Hanc autem sanctionem justitiæ, bono publico, ac pietati coosonam mandat Senatus Excellentissimus inconcussè servari.

Oliverius.

ANNOT.

CElerem expeditionem causarum Carceratorum præcipiunt Imperator Constantinus *in l. 1. C. de Custod. Reor.* ibi: *statim quæstio fieri debet, ut noxius puniatur, & innocens absolvatur*, & ibi: *id quidem debet quam celerimè procurari*; & Imperatores Gratianus, Valentinus, & Theodosius *in l. de iis fin. Cod. eod.* ibi: *de iis, quos tenet Carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret.*

Reoovatus fuit Ordine diei 27. Martii 1741.

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Acta subscribantur vel ab Advocato, vel à Causidico, preces vero vel ab iisdem, vel à Partibus.

MDCLXXIX. Die iv. Martii.

UT clarior omnibus constet, quæ nam fuerit mens Senatus Excellentissimi super proposito Edicto diei 14. Decembris anni proximè elapsi prò executione Regiarum sanctionum diei 17. Augusti ejusdem anni, pertioentium ad rectam Justitiæ administrationem, & cursum judiciorum, præsertim in causis civilibus; propterea hac nova lege inconcussè servanda tàm coram Tribunalibus, quam coram quibuscunque Jusdicentibus hujus Dominii, idem Excellentissimus Ordo jubet.

Ut acta omnia, sivè petitionis, sivè exceptionis, sivè replicationis, duplicationis, specificationis, & contradictionis vim obtineant, subscribantur omnino, vel ab Advocato, vel à Causidico: Omnes pariter supplices libelli, sivè preces ut subscribantur vel ab Advocato, vel à Causidico, vel à partibus, & hæc omnia sub pœna nullitatis.

Oliverius.

ANNOT.

REoovatus fuit Ord. diei 9. Maji 1680., 22. Augusti 1686., & 25. Septembris 1720.

Ordini per la Regia Università di Pavia.

ESsendo l'Università di Pavia fra le cure più importanti commesse da S. M. all' Eccellentissimo Senato di Milano, e perciò intendendo questi di sterparne in ogni maniera gli abusi introdotti, ha ordinato che si pubblichi il presente Editto.

In primo luogo si rinovano tutti gli Editti altre volte pubblicati in questa materia, e particolarmente i pubblicati gli anni del 1651., e del 1670., li quali si dichiara, che rimangono nel loro vigore, e che i trasgressori saranno esattamente puniti con le pene in essi contenute.

I Lettori, che devono essere le Colonne dell'

dell' Univerfità, ammoniranno gli Scolari, che con grida, e ftrepiti non turbino le lezioni, e de' delinquenti in queſto genere faranno conſapevole o in voce, o in iſcritto il Sig. Senatore Podeſtà di Pavia, il quale irremiſſibilmente caccierà eſſi delinquenti dalla Città per via di precetto penale, nè lo admetterà di nuovo ſenza ordine del Senato medeſimo.

Quando i delinquenti non fieno diſtintamente noti ad eſſo Lettore, procurerà ſaperli per via de' Bidelli, che a queſto dovranno particolarmente invigilare, e portarne le note a detto Sig. Senatore Podeſtà, altrimente ſeguendo tali ſtrepiti, e non adempiendo i Bidelli le parti loro con detta relazione, faranno eſſi Bidelli puniti con la ſoſpenſione, ed anche con la privazione del poſto ad arbitrio del Senato.

S'incarica alla coſcienza de' Lettori il non promovere al Dottorato Scuolari inabili a tal grado per difetto di ſapere, o per nota di coſtumi, nel che ſe peccheranno, ſappiano, che la lor colpa ſarà graviſſima contro alle Divine leggi, ed al ſervigio di S. M., e del Pubblico. In oltre conſtando al Senato, che ſia ſtato promoſſo al grado ſuddetto ſoggetto inabile, procederà contro a' Lettori, e Promotori alle pene ad eſſo Senato arbitrarie, ancora con privarli delle Letture anche durante la loro condotta.

Nelle atteſtazioni, che ſi ſogliono fare alli Scuolari del tempo, che ſono ſtati nello ſtudio, i Lettori noteranno diſtintamente ſecondo la loro notizia, e coſcienza il tempo eſpreſſo, che vi ſono ſtati, e ſe non conſta loro, che vi ſiano ſtati tutto il tempo nel qual ſi legge, o almeno la maggior parte, ſi aſterranno dal fare dette atteſtazioni ſotto pena della ſoſpenſione, diminuzione di ſtipendio, ed anche privazione delle letture ad arbitrio del Senato, quando conſti di falſità di dette atteſtazioni, e d'inoſſervanza di queſto capo.

I Lettori non detteranno in iſcritto alli Scuolari i punti, che ſi mettono nell'urna, e ſi eſtraggono al tempo del Dottorato, altrimente ſi multeranno in ducento ſcudi per volta, che contraverranno, e perſeverando eſſi nella contravenzione, ſi priveranno delle letture.

Volendo i Lettori ſpiegare, e dettare alcuna coſa a Caſa, ciò ſarà molto grato al Senato, con che per queſta niente ſminuiſcano delle letture, e ſpiegazioni, che ſono tenuti di fare ſu le Scuole, e che ciò non faccino nelle ore, che altri Lettori leggono ſu le Scuole, nè inſegnino, o ſpieghino altre materie, che quelle che appartengono alle loro letture, non ponendo mano nell'altrui meſſe, e ciò ſotto le pene al Senato arbitrarie.

Gli Scuolari ſi aſterranno d'ogni ſorte di grida, e ſtrepiti ſu le Scuole, maſſimamente nel tempo che ſi legge, altrimente ſaranno cacciati dalla Città di Pavia, come è ordinato di ſopra. Parimente ſi aſterranno d'andare con quadriglie ſtrepitoſe, e con qualſivoglia ſorte di gridi per la Città ſotto pena d'eſſer cacciati dallo Studio, il che ſarà eſattamente eſeguito, come particolarmente s'incarica al Sig. Senator Podeſtà. Porteranno a' Lettori ogni riverenza, come è convenevole, e non ſaranno loro importuni per avere in iſcritto i punti, che dovranno recitare nella fonzione del Dottorato, altrimente ſarà loro dupplicato il tempo preſcritto di ſtare ſu lo ſtudio prima del Dottorato.

I Bidelli porteranno ogni riverenza a' Lettori ſtando alla loro preſenza con la teſta ſcoperta; Pronunzieranno eſſi ſotto le Cattedre ſecondo lo ſtile i giorni feriati, ne' quali non ſi legge, non rifiuteranno, nè indugieranno di andare alle Caſe d'eſſi Lettori ſempre che ſaranno chiamati per affare dello ſtudio. Serviranno in perſona, e non per ſoſtituiti, nè ardiranno di eſigere da detti Lettori, nè dalli Scuolari ſotto titolo di colletta, o d'altro, ſe non ciò che ſarà loro dato ſpontaneamente, e tutto queſto ſotto pene pecuniarie, ſoſpenſione, e privazione dell'officio ad arbitrio del Senato.

Ed acciocchè ſiano queſti Ordini inviolabilmente oſſervati, ſi comanda a tutti li Podeſtà, ed Officiali di Giuſtizia dello Stato di Milano, che ſubito li facciano pubblicare ne' ſoliti luoghi, e ciaſcun'anno li facciano di nuovo pubblicare, e che nel termine di quaranta giorni utili dal giorno, che ſi comincierà il proceſſo, abbiano da perfezionarlo, e riferirlo in Senato, altrimente ex nunc, prout ex tunc il Senato li ſoſpende dall'Officio per lo tempo, che gli parerà, nè ſi admetterà loro ſcuſa alcuna. Non vuole però, che vengano ad alcuna condannazione, nè aſſoluzione inconſulto Senatu.

Reſtando in oltre particolarmente incaricata l'eſecuzione, e la vigilanza intorno a tutto il contenuto nel preſente Editto al Sig. Podeſtà di Pavia.

Dat. in Milano li 15. Aprile 1679.
Carolus Maria Maddius.

Ordo, ut contra Communitatem non poſſit procedi ob moram in ea habitam Banniti per unam diem.

CAROLUS II. Dei gratia Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noſter. Propoſita in Senatu noſtro relatione ſtatus cauſæ, & condemnationis in contumaciam latæ contra Conſulem, Commune, & Homines loci Biraghæ in pœnam ſcutorum ducentum erga Regiam Cameram noſtram ob tolerantiam

1679 tiam in dicto loco Biraghæ Bartholomæi Avanzii dicti Peschino, capitali banno ab hoc Dominio affecti; quam pro executione litterarum nostrarum, instante dicta Communitate vobis datarum, rescripsistis: ac diligenti examine disquisitis ex ipsamet relatione emergentibus, simul cum Voto Fisci nostri superinde excitati: cùm agatur de Communitate, dicimus vobis, non potuisse procedi de receptatione, ex quo, non nisi per unam diem bannitus in eo loco moram traxerit, neque Communitas, tamquam talis, in hoc deliquerit, cùm non constet fuisse congregatam eo die. Propterea mandamus vobis, ut (circumscripta tum Inquisitione, tum condemnatione) ipsammet Communitatem narrata de causa ulteriori molestia non afficiatis. Mediolani die xxii. Aprilis MDCLXXIX.

Signat. Cossa pro Egr. Cesato, & sigill. &c.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Laudæ nostro dilecto &c.

A N N O T.

1 COmmunitates excusari pro receptatione, & conversatione Bannitorum firmat Gair. *de Majori, & Minori Magistratu lib.* 1. *quæst.* 19. *nu.* 16. ex sententia Senatus Excell. lata die 26. Maji 1668. referente Magnif. D. Senatore de Putheo.

Mognus Fossatus.

Ordo circa Causidicos, & Sollicitatores non approbatos.

MDCLXXIX. Die xxviii. Aprilis.

JUbet Excellentiss. Mediolani Senatus singulis Causidicis, qui non sint de Collegio, aut ab eo non approbati, uti etiam singulis Actoribus causarum, seu Sollicitatoribus, ut intrà dies quindecim omninò deferant nomen, & cognomen ad Abbates ipsius Collegii, coram quibus experiri debeant de eorum praxi, & habilitate, ut deindè ab eodem Excellentiss. Senatu deliberari possit ad normam etiam Regiarum Jussionum diei 17. Augusti anni proximè lapsi. Hanc autem sanctionem mandat idem Excellentiss. Ordo, palam proponi, & remitti ad eosdem Abbates, ut ejus executionem diligenter curent.

Belingerius pro Egr. Oliverio.

Ordo, ut Judices summopere invigilent super reverentia Ecclesiarum, ac extirpatione scandalorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Litteris nostris Matriti datis die 27. Martii proximè lapsi repetivimus ad hunc Ill. L. T. nostrum Ordines antea datos ad ejus Ill. Præcessorem, ut diligentissima vigilantia extirpationem scandalorum, potissimùm publicorum, oppressionum à potentioribus, & eorum omnium, quæ Divinam justitiam provocant, ac incorruptam administrationem justitiæ curet. His itaque litteris ad Senatum nostrum missis, ex ejus Ordinis sententia mandamus vobis, ut, quod pertinet ad istam jurisdictionem vestram, exactam observationem horum nostrorum Ordinum in primis curetis, & urgeatis, ut in extirpandis scandalis, cujusvis generis, præsertim circa pudicitiam, & templorum reverentiam, in quibus rem communicabitis cum M. Rev. Episcopis, vel eorum administris, tùm in tollendis oppressionibus, & in justitia sanctè, & incorruptè administranda, in quo si quid opus fuerit Magnificum Præsidem Senatus nostri, & ipsum Senatum consuletis, habitis etiam per vos secretis informationibus. De his autem nostris acceptis nos statim certiores facietis, cum de earum observatione rationem à vobis severè, & in primis reddi decreverimus tùm in Syndicatu vestro, tùm antea, prout res tulerit, nec quicqnam aliud magis cordi sit nobis quàm Divinam Majestatem quibus oportet pietate, & moribus coli, nobisque, & regnis nostris placari, ac propterea in eo muneris vestri diligentiam spectari, ac negligentiam, si quæ committetur, puniri omninò volumus. Mediolani die xiii. Maji MDCLXXIX.

Ordo circa modum sedendi in Ecclesia inter Commissarium, & Gubernatorum Aronæ.

Commissario Aronæ.

DIlectè noster. Responsum Ill. L. T. noster dedit consultationi eidem per Senatum factæ super controversia vertente cum Signifero Spinola istic hospitante in ordine ad sedendum in Ecclesia in publicis functionibus, quod in eodem Ordine nostro fuit lectum, & cum ipse Ill. L. T. approbaverit, quod in similibus casibus fuit servatum, ut sedeatis prope istum Gubernatorem, ideo hoc vobis innotescere volumus. Mediolani die xviii. Maji MDCLXXIX.

Ordo pro observantia taxæ mercedis debitæ à Carceratis Custodibus Carcerum. 1679

PEr ordine del Senato Eccellentissimo, e particolarmente dell'Illustriss. Signor Presidente, e dell' Illustriss., ed Eccellentiss. Sig. Senatore D. Antonio Maria Erba, si ordina espressamente a qualsivoglia Giudice, che osservano, accudiscono, ed invigilano parimente per far osservare, e specialmente da' Guardiani Costodi delle Carceri, Fanti, ed altri, sotto le pene comminate, la Tassa, ed Ordini, che sono state prescritte, e promulgati dal Senato Eccellentissimo, conforme la disposizione delle *Nov. Constit. de qua sub Rubrica de Sportulis, sub pœnis in eisdem Constit. contentis*, contro gl'innobbedienti, e trasgressori, e specialmente si comanda a' Guardiani, ed altri, che omninamente debbano osservare, ed ubbidire li qui sotto rinovati Ordini fatti per li ricorsi, ed ad instanza de' Carcerati, sotto le pene comminate, ed arbitrarie al Senato Eccellentissimo, che sono come a basso ec., e come da' memoriali ec., decreti ec., videlicet:

1679. 11. *Maji*.

Magnificus Erba provideat, prout sibi.
Signat. Bellonus.

11. *Maji* 1679.

Delegatus Ravitia Taxet juxtà Ordines, & Judex causæ curet omninò eos servari, nè Supplicans indebitè gravetur.
Signat. Erba.

1679. 19. *Maji*.

Ordines jamdiù promulgati clarè disponunt, ut Custos Carcerum à quolibet Carcerato pro ejus ingressu, ubi tamen in Carcere pernoctet, exigere non possit, nisi solidos decem, & pro Custodia solidos unum singulis diebus.
Signat. J. C. Ravitia Delegatus &c.

Confirmatio Ordinis diei 14. Decembris 1678. circa approbationem petentium admitti ad munera biennalia.

MDCLXXIX. Die xxvi. Maji.

NOvo hoc Edicto Excellentissimus Mediolani Senatus legem latam die 14. Decembris anni superioris circa approbandos Petitores Officiorum biennalium, quàm anteà acceperat ab Aula Regia Matriti, confirmari vult, & executioni omninò mitti. Præscribitur ergò terminus trimestris singulis Petitoribus ad comparendum coram eodem Excellentissimo Ordine ad ea omnia implenda, quæ in recensito Edicto diei 14. Decembris condicta sunt. Hæcque sanctio palam omnibus sit, lapso namquè eo termino, nulla habebitur ratio cujuscunque posterioris petitionis.

Ordo, ut Judices circa Sportulas observent N. C., & ne sub prætextu honorarii aliquid accipiant etiam à sponte dantibus.

MDCLXXIX. Die xvii. Augusti.

GRaviter accepit Senatus, quod intellexit de abusu jam nimis invecto, ut scilicet aliqui ex Judicibus Ordinariis Sportulas, & honoraria accipiant contra Ordines. Ut itaque Juditiorum integritati, & legum observationi consulatur, censuit is Ordo denuò edicendum inconcussam observantiam contentorum in capite de Sportulis lib. 2. N. Constit., & aliis Senatus Consultis super eodem postmodum editis, & denuò sanciendum ne quis ex Judicibus tàm ordinariis, quàm delegatis, aliisque in narrato capite recensitis quicquam sub honorarii nomine, vel quovis alio prætextu ob causas criminales etiam à spontè dantibus, damnata quacunque corruptela secus invecta, mediatè, vel immediatè, accipere audeat sub pœna privationis moneris, & præterea aoreorum mille, & majori arbitrio Senatus. Quod idem in Civilibus locum habere declaratur, quod pertinet ad Judices ordinarios, omnino ad normam narrati capitis de Sportulis. Syndicatoribus autem injungitur, ut super hujus Edicti observatione diligenter exquirant, & si quid contrà admissum fuerit, peccantes in primis arguant, & de eo accuratissimè referant.

Maddius.

Ordo, ne exigantur Sportulæ pro Ordinationibus declarantibus causam remittendam esse ad Majorem, vel Minorem Magistratum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Visis annexis precibus &c. una cum informatione J. C. Ravitiæ Delegati &c., & re partecipata cum Thesaurario Senatus nostri; decrevimus, quod qoando agitur de Ordinationibus concernentibus meram jurisdictionem inter Judices Majoris, & Minoris Magistratus, Sportulas, pro similibus Ordinationibus declarantibus

1679 rantibus causam remittendam esse ad Majorem, seu Minorem Magistratum, non deberi, prout nec mercedem processus Notariis Actuariis, ubi copia non extrahatur, quod vos scire volumus. Mediolani die xxxi. Augusti MDCLXXIX.

Cossa pro Egr. Arbona.

Ordo circa formam servandam in faciendis Transumptis.

HOc Senatus Consulto, transumptis formam præferibente, ab Excellentissimo hujus Dominii Moderatore approbato, cavetur primò nullum posthac fieri posse transumptum ex Instrumento authentico, salvo ut infrà; sed tantùm ex ipsamet originali matrice, quæ vel propter vetustatem, primam hujus remedii causam, vel ex aliqua alia justa ratione, & quæ talis, prævia causæ cognitione, per tempora Abbatibus Collegii Notariorum videbitur, tali subsidiaria provisione indigeat; & ubi originale non reperiatur, tunc posse quidem fieri transumpta etiam ex authentico, modo præcedant probationes, coram dictis Abbatibus faciendæ de legalitate, & veritate talis authentici, quæ omnia fiant, citatis omnibus interesse habentibus, qui ubi certi non sint, prævia citatione per edictum, juxtà proposita in quinto capite, & cum expressa declaratione, nullum ex hujusmodi transumptis præjuditium fieri posse non legitimè citatis: advertendo, nè aliqua subsit macula, vel defectus, qui suspitionem inducat in originali transumptando, assignato partibus termino ad superindè opponendum, si quid habent, & ubi opponant, adhibita superindè legitima causæ cognitione, ità ut non nisi, post rem judicatam super fide, & legalitate originalis, deveniri possit ad ulteriorem solemnitatem faciendi transumptum.

2 Imbrebiaturam inseri debere originaliter in ipso transumpto, ita ut semper, & omni tempore de ipso fonte, ac principio, ex quo exemplum transuptum fuit, constare possit.

3 Originalem insertionem prædictam indistinctè pariter servandam, ubi non sola Instrumenta originalia, sed quæcunque aliæ scripturæ, sivè privilegiorum, sivè aliter transumptari voluerint, ut scilicet, & hæc quoque privilegia, aliæque scripturæ inserantur originaliter in Instrumento ipsius transumpti, quod de eis factum fuerit, ità ut quocumque tempore illa possint recognosci, & de corpore veritatis, vel delicti clarius constare.

4 Ubi primum transumptum factum fuerit, servatis solemnitatibus, ad primum caput adductis, fieri posse secundum, & ulterius transumptum, saltem in præjuditium eorum, quorum consensu factum fuit primum, nempè ex iisdem causis, & servatis eisdem solemnitatibus.

5 In hujusmodi transumptis in posterum faciendis, citandam ad normam in primo capite præscriptam, partem, ubi ea certa sit; ubi verò incerta, prævia citatione generali per edictum bis in hebdomada, diversis tamen diebus ad loca solita Civitatis, & in majori populi frequentia publicandum; & quoties agitur de documento, concernente nobilitatem alicujus familiæ, ultrà dictum generale proclama, citandos quoque quatuor ex principalioribus ejusdem familiæ, si usque ad eum numerum extabunt; sin minus, illos, qui infrà dictum numerum tunc reperientur.

6 Nulla pariter fieri posse transumpta, nisi inter quatuor Notarios, qui ex Statuto hujus Patriæ, & Nov. Constit. hujus Dominii requiruntur, interveniant semper, & indispensabiliter Abbates per tempora Collegii Notariorum illius Civitatis, in qua transumpta fieri continget, ità quod sublata illa alternativa, quæ in dicto Statuto, & Novis Constit. continetur, adhibendi, vel Abbates, vel Antianos, seù Consules cum aliis duobus Notatiis, & cujus alternativæ vigore soli nunc Antiani, aliique duo Notarii ex ordinariis adhibentur, debeant præcisè Abbates per tempora huic functioni intervenire simul cum duobus Notariis Antianis; non autem soli duo Antiani cum aliis duobus Notariis ad libitum, & dummodo fiant coram Judice Ordinario competente illius, qui transumptum fieri petit.

Quæ omnia, ut majus robur obtineant, fuere à Senatu decreta cum expressa derogatione Nov. Constit., & Statutorum hujus Urbis, ac aliarum Civitatum, quatenus contrariam, vel diversam formam darent faciendis transumptis.

Mediol. die 13. Septembris 1679.

Oliverius.

Ordo, ut Delegato Sportularum permittatur visitatio Librorum Criminalium.

Spectabili D. Prætori Cremonæ.

CUm intellexerimus istuc accessisse Delegatum Cotromanum pro materia Sportularum, ex sententia Senatus nostri mandamus vobis, ut ei permittatis visitationem librorum criminalium istius Curiæ vestræ ad effectum exigendi Sportulas à debitoribus, si qui extant, ipsique Delegato ob eandem causam omne opportunum brachium Justitiæ præstetis, & prout vobis convenire videbitur. Mediolani die xxviii. Septembris MDCLXXIX.

Don Gabriel Tattus.

Ordines

Ordines pro materia Sportularum. 1679

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

PRotectores Carceratorum Cremonæ dederunt nobis preces sequentes, videlicet:

P. R.

Prospiciendo M. V. ea, qua solet maturitate, Subditorum suorum indemnitati, multa, & varia condidit Decreta, confirmantia taxas editas in materia Honorariorum, Sportularum, & Mercedum Curiis Criminalibus debitarum, removendo absurda, corruptelas, & abusus sub velo receptæ consuetudinis, vel per detortas ipsius taxæ, & decretorum interpretationes à nonnullis invectas. At cum in dies percipiatur à Protectoribus Carceratorum Cremonæ fidelis. M. V. serv. violari Ordinum ferè omnium observantiam, partibusque non levia gravamina inferri, ita ut per multi præcipuè Pauperes in Carceribus marcescant, cum evidenti familiarum suarum interitu. Hinc necessarium duxerunt nonnulla præcipua M. V. significare, ut undè iterata sanctione providere dignetur sub pœnis gravibus jam condita inviolabiliter observari, remotis quibuscunque in contrarium consuetudinibus, & interpretationibus; declarando etiam, quid in aliquibus servandum sit, pro quibus expressè nullibi cautum videtur.

Primò igitur, quod attinet ad mercedem Processuum Notariis debitam quanquam remota quoque contraria consuetudine sub die 9. Aprilis 1639. edixerit servandam esse taxam, scilicet folia processuum extractorum debeant continere lineas decem, & octo, & litteras triginta pro linea in singula pagina; attamen Notarii, ubi Processus non edantur, prætendunt, ut folia Originalia, pro quatuor extractis arbitrentur, & solvantur, licet folia, neque duo in facto (consideratis lineis, & litteris ad normam taxæ) constituant.

2 Ex hoc evidenti gravamine, aliud gravius insurgit; nam ex adverso prætenditur, ut visio dictorum processuum debita Judicibus in deffinitivis eo modo, quo de mercede prætensa à Notariis dictum est, ita ut folia Originalia si sint vigintiquinque, duo vix ut supra constituentia exigitur, ac si centum constituissent; sicque pro quibuscunque vigintiquinque foliis originalibus Rei in duplum, & ultra contra expressam taxam, & Ordines ut supra gravantur.

3 Ubi contingat per Actorem, & Reum consimilia acta exhibere, quod potissimùm fit in iis causis, in quibus probare actu intenditur, rem habere originem à contractu, vel sapere naturam contractus, aut in Tutotis administratione, & similibus, prætenditur à Notariis merces ambarum productionum, ac si ageretur de Processu ab eis constructo, quamquam nil aliud laboris impendant, quam simplicem annotationem faciendo in Processu prædictarum productionum, quæ in filtiis reponuntur, aut aliquando malitiosè, & dupliciter registrantur, & Processus voluminosus efficiatur, & Rei ad mercedem cogantur.

4 Merces eorundem processuum exigitur in moneta ad formam proclamatum ad instar Sportularum, quæ M. V. ex Judicibus persolvuntur nullo alio nixis Notariis fundamento, quam in stylo illius Officii licet in hoc repugnent M. V. Ordines, declarantes deberi hanc Notariorum mercedem in moneta currenti, ut & servatur in cæteris Officiis hujus Dominii.

5 Si quis in eodem processu accusatus fuerit de quinquaginta delictis, & de decem fuerit tantùm Reos constitutus, prætenditur ex adverso merces totius processus informativi super dictis quinquaginta gravaminibus, licet de jure non deberetur, nisi pro ea parte tantùm super qua fundati sunt reatus, ut & alias M. V. declaravit audito Delegato Malaterra.

6 Exigitur integra visio favore Judicum in deffinitivis super toto, & integro processu, & duplicatis partium eorundem Actorum productionibus, ut in tertio, & quinto capite, quamquam non deberetur, nisi pro ea parte tantùm, ex qua Reus fuit constitutus, nam si secus fieret sequeretur, quod ultra alia damna, quæ ex accosatorum calumnia procedunt, & in modum gravarentur, & ex eorum innocentia, pecuniariam pœnam etiam subirent.

7 Ubi quis Reus postulatus fuerit, v. g., de triginta delictis corporalibus, & pecuniariis, & in eis legantur unum, vel duo capitula, prætenditur à Notariis exigi merces integri processus in capitali, licet eadem servanda videretur norma de qua in taxis pro Sportulis M. V. debitis, ut scilicet distinguantur delicta, & pro uno quoque in Capitale, si Capitale, & in Corporale, si Corporale exigatur sic, & processus, cum non debeant esse Notarii magis in eorum mercede privilegiati, quam M. V., & ipsimet Judices.

8 In tertia tabula sportularum jussu M. V. edita anno 1658. leguntur singula delicta pro quibus exigenda est dimidia relatio, & in taxa in fine ejusdem inserta, qua datur norma omnium exigendarum sportularum legitur, Judices in Statutariis habere non posse, quam solidos 25. in singulo capite, attamen violatis Ordinibus in causis antedictis Statutariis non expressis in tertia tabula, & in genere declaratis in taxa, inter quæ potissimum injuriæ verbales, sim-

1679 plices percussiones, vulnera in rixa, & cum sanguine, & aliquando periculosa, sed deinde resoluta per convalescentiam, & similia prætenditur in absolutione, & remissione superventa, quod media relatio, & aliquando integra exigatur, quasi verò remissionis exhibitio alteret naturam delicti.

9 Si contingat Judices, vel Notarios cum familia accedere ad aliquem locum ultra quatuor milliaria à loco residentiæ, ut disponitur in Decreto M. V. 10. Martii 1665. pro instructione alicujus processus, vel visitatione corporis delicti, eademque die antè prandium reddeant ad Officium exigitur integrum honorarium totius dietæ, una cum cibariis prandii; quas non insumpserunt.

10 Recedente Judice, vel Notario cum familia ab aliquo loco Jurisdictionis in quo processum instruxerat, & accedente eadem die ad alium contra personas diversas, an duas dietas exigere valeat, unam scilicet à primo, alteram à secundo Reo, an verò teneatur primus, vel secundus ad unicam, vel dividendum veniat.

11 An consumpto per eorum Equos fæno in Capsinis Reorum possint nihilominus ab ipsis Reis exigere vulgò il Stallazzo, quod persolvitur Tabernariis, ac si in Taberna commoraffent, & ejus fænum infumissent.

12 An ultima die, qua ad Officium reddeunt à processis, prædictisque construendis exigere valeant cibarias serosinas, de quibus nihil insumpserunt, cum in tempore ad Civitatem reddierint.

13 Accedente ex causis prædictis Amplissimo Prætore, cum ejus Assessore, & aliquando etiam cum Advocato Fiscali an utroque casu debeatur omnibus honorarium in singula dieta, aut tantùm uni Judici.

14 An in exactione sportularum, & cavalcatarum fieri possit executio contra Reos ipsis incitatis, & monitis, ut sæpissimè contigit, licet eadem M. V. in quacunque causa tam sportularum, quàm salarii eidem M. V. debitarum 16. Januarii 1658. jussit per prius citandum.

15 Cognitum est iterata M. V. decreta pro Carcerum Custodibus edita, nullo pacto in notabile Carceratorum detrimentum custodiri, nam uti habetur in novissimo anni 1669. 16. Februarii cavetur Custodes à Carceratis, etiam spontè dantibus nihil accipere præter id, quod ipsis ab Officii Thesaurario juxtà taxam datur. Nihilominus violata dictorum Ordinum observantia, sub specie honorarii à singulis, post solutas à Thesaurario pecunias omnes, aureum unum, & ultra indistinctè extorquetur, cogendo insuper ipsos detentos in primo Carceris ingressu, medio aliorum Carceratorum ad solvendum, vulgò la Camerata, in summa duorum, & amplius scutorum, quamquam ad id expressè repugnet M. V. decretum diei primi Octobris 1561. insertum in taxa jussu M. V. à Delegato Perona anno 1643. compilata fol. 7., & 69. una cum aliis confirmatum, & recensitum in prædicto novissimo Decreto 16. Februarii 1669. undè sequitur, quod sæpissimè sportulæ Thesaurario erogatæ sunt longè minores iis, quæ sub titulis prædictis extorquentur.

16 Extirpatus nullo pacto videtur abusus per Satellites, invectus exigendi à Reis medias capturas, contra eos à Judicibus decretas, licet suum non sortiantur effectum, & toties quoties executioni mitti non possunt, undè cum continuo tollerentur, gravissima etiam damna Rei subire coguntur, nàm sæpissimè Satellites non solum mediam, sed integram Capturam, & toties quoties ut supra extorquent contra expressas M. V. sanctiones, & præcipuè diei primi Septembris 1661., & freti securitate, quod nemo ex contrafacientibus ad comminatas pœnas vocetur.

17 Non leve est gravamen, quod Reis infertur in non admittendis attestationibus juratis paupertatis, & præcipuè miserabilitatis quamquam legitimè sint confectæ, & servata forma tradita à N. C., & Ordinibus M. V. toties iteratis, ita ut per multi in Carceribus marcescant, nullo alio fundamento, quam quod in spetie illæ miserabilitatis nullo pacto sint admittendæ, cum tamen prius sumendæ, essent informationes, & ubi in fraudem factæ essent, non remaneat ablata manus Judicibus procedendi contra quos de jure.

18 Gravissimum quoque est illud, quod subire coguntur Carcerati in Carceribus communis dictæ Civitatis ex causa alicujus privati, vel publici debiti, nam cum introducuntur, & relaxentur ab illo Carcerum Custode multæ pecuniæ ultra taxas à Pauperibus extorquentur, introducta novissima taxa, imò apertissima, & tyrannica; scilicet pro ingressu libr. 5., pro Camerata libr. 25., Cubiculario libr. 2., Ostiario libr. 2., & denique pro exuta libr. 12. sub nomine del Cadenazzo, & similia, & tamen clari, & apertissimi sunt M. V. Ordines, nihil penitus habere debere etiam à spontè dantibus, præter solitas taxas, quæ nunquam servabuntur, nè addantur graviora, & in contrafacientes ad aliorum exemplum acriter animadvertatur.

19 Si contingat aliquem ex dictis Carceratis extrahi, ut valeat aliqua Instrumenta tractare à singulis extorquetur aureum unum, de his igitur apud M. V. conquesti tribus ab hinc annis Supplicantes nunquam Votum Delegati excitati consequi valuerunt, undè supplices.

Rogant Protectores M. V., respectu primi, quinti, octavi, decimiseptimi, & decimioctavi capitum, quæ concernunt Ordinum, & taxæ observantiam, mandare digue-

dignetur sub gravissimis poenis, quod remota quacunque contraria consuetudine, tanquam abusiva, & de directo contraria M. V. sanctionibus, ut omninò Ordines, & taxæ serventur.

Quo verò ad secundum, tertium, quartum, sextum, septimum, nonum, undecimum, duodecimum, decimumtertium, decimumquartum, & decimumnonum favore publico, & maximè tot, tantotumque Pauperum id, quod jure esse cognoverit inviolabiliter pro lege sub poena servandum statuat, quod &c.

Delegatus Cotromanus informet re participata cum Egr. Thesaurario Senatus.

Signat. Erba.

Sentit Delegatus Cotromanus re participata cum Egr. Thesaurario Senatus excitandos esse prius Actuarios ad dicendum quid habent in contrarium &c.

Cotromanus Delegatus.

Cum Voto Delegati. Signat. Erba.

Super quibus priusquam deliberaremus, jussimus Delegatum in re Sportularum Mutium Cotromanum informare debere, re prius cum Egr. Senatus nostri Thesaurario participata, ac Actuarios dictæ Civitatis excitandos ad dicendum, quid haberent in contrarium; allato autem per dictos Actuarios responso, nec non ejusdem Delegati Cotromani informatione, & ejus Voto tenoris sequentis, videlicet:

EX ordine Illustrissimi, & Excellentissimi D. Senatoris Antonii Mariæ Erbæ Delegati instantibus DD. Protectoribus Carceratorum Civitatis Cremonæ, semper salvis &c. per quemlibet ser. &c. moneantur DD. Dominicus Qualeonus Actuarius Officii rerum Criminalium Civitatis Cremonæ, Antonius Homobonus Pisenatus Actuarius Provinciæ superioris, & Joannes de Arisiis Actuarius Provinciæ inferioris Civitatis Cremonæ, ut termino dierum trium proximè futurorum post &c. debeant respondisse, deduxisse, si quid respondere, & deducere intendunt precibus dictorum DD. Protectorum, & eisdem DD. Actuariis inthimatis, una cum decreto dicti Illustrissimi, & Excellentissimi D. Senatoris, aliter eo elapso procedetur per Delegatum electum ad ulteriora, juxtà petita &c. Mediolani die Veneris prima Aprilis 1678.

Signat. Erba.

Liga Cancell.

1678. Indictione prima die Jovis septima mensis Aprilis.

Retulit mihi Notario infrascripto Franciscus Merengus Curerius publ. Civitatis Cremonæ se hodie ex ordine antedicto in scriptis monuisse suprascriptos DD. Qualeonum vicin. S. Homboni, Antonium Homobonum Picenatum vicin. S. Clementis Gunzagæ, & Joannem de Arisiis vicin. S. Sepulcri dictæ Civitatis, & eisdem præcipisse, & fecisse in omnibus, & per omnia, prout supra continetur copiis respectivè dimissis &c., & hoc ad instantiam antedictam &c., & ità &c. omni meliori modo &c. 1679

Subscript. cum signo Tabellionatus antepositò. Ego Homobonus de Scainis de Tuzzenghis J. C. Civitatis, & Not. Coll. Cremonæ de dicta relatione rogatus &c. in fide &c.

P. R.

PRospexere Actuarii Criminales Officii Maleficiorum Cremonæ fidiss. M. V. ser. ea, quæ coram M. V. deducta fuere per Protectores Carceratorum ejusdem Civitatis, & breviter respondendum iis, quæ ad munus Actuarii pertinent duxerunt, &

Primò jure meritò deberi Notariis mercedem Processuum originalium, licet non edantur cum sint Affictuarii Civitatis prædictæ Dominæ, & proprietariæ dictarum Actuariarum, cui Notarii annuam pensionem persolvunt, eamque adimplere non possent, nisi ex processibus memoratis illam extraherent; & vanum est dicere, quod folia processuum originalium, neque duo folia extracta constituant, quia ex facto hoc cernitur, & arbitramento foliorum originalium facto, & faciendis à Thesaurario acquiescunt Notarii, cum munus Thesaurarii sit Sportulas exigere, processus inspicere, non autem Notariorum, juxtà decretum M. V. diei 27. Novembris 1657.

2 Et sic cessant, quæ deducta fuere in secundo capite circa visionem processuum Judicibus in deffinitivis debitam, nam cum munus Thesaurarii sit processus inspicere, & an debeantur visiones nec ne cognoscere, ut in Sportulis per eum exigendis cognoverit deberi visionem Judicibus in hoc pro parte Notarii dici non potest aliquod Reis inferri gravamen.

3 Verò capiti respondetur, quod sicuti acta à partibus producta in probando rem habere originem à contractu, vel sapere naturam contractus, aut in Tutoris administratione connumerantur à Thesaurario in computum processuum, de cujus productione Notarii, Actuarii extant rogati in eis producendis nil producentibus per solutionem etiam si tantummodò mentionem faciant de eis in processu originali, eisdem Notariis debetur importantia dictorum actorum, cum sic semper servatum fuerit in foro Cremonensi, & ubi non deberentur, utique Thesaurarii per tempora acta prædicta in foliis processuum non connumerassent.

4 Respondetur capiti, quod ex inveterata consuetudine, cujus memoria hominum non extat in contrarium, exacta fuit merces processuum in moneta cambiorum ea etiam inspectione, quod per acta, quæ exhi-

1679 exhibentur à Reis, vel à Parte pendente processu nihil exigitur, ut aliis in Officiis hujus Status, & ideò in exigenda mercede in deffinitiva processuum illa exigitur à Thesaurario in moneta Cambiorum, quinimò si à Reis, vel à Parte productorum actorum quotiescunque exigeretur, potius gravamen Reis inferreretur, quam beneficium, quia productio prædicta, ubi quotiescunque persolveretur, & merces processuum in moneta currenti taxanda esset, excederet summam monetæ brevioris, qua exigitur merces prædicta processuum.

5 Etiam respondetur capiti, quod putant Actuarii juris esse, quod eisdem debeatur merces totius processus informativi instructi, contra quem in eodem processu querelatum de quinquaginta delictis, quamquam de decem tantummodò fuerit Reus constitutus, cum informationes assumantur super omnibus contentis in querela, non verò distinctè in singulo capite, nam si assumerentur distinctè tunc haberetur cognitio, super quibus capitibus esset exigendum, & cum assumantur cumulativè, non videntur esse in casu prætensæ distinctionis.

7 Capiti respondetur, prout dictum fuit in quinto, licet potius caput hoc respiciat Judices, quam Notarios, nec enim dati potest vera distinctio à capitibus, nisi examinetur singula linea processuum, nam munus hoc incumbere debet ad Thesaurarium, non ad Notarios, pro quibus unicus tantùm processus exigitur.

Quapropter Notarii prædicti M. V. humiliss. ser. decreverunt ad M. V. confugere, eam

Humiliter exorando dignetur nil aliud decernere, quam quæ in veteri usu jam fuere, servare, quod speratur &c.

P. R.

Excitatus Delegatus Cottomanus ad informandum re tamen cum Egr. Thesaurario M. V. participata super contentis in precibus DD. Protectorum Carceratorum Cremonæ sic junctis signat. ✠ duxit, ut maturius informationem ederet excitandos Actuarios Curiæ Cremonæ ad dicendum, quid in contrarium haberent ad supplicata, comprobatoque per M. V. sensu ejusdem Delegati excitati fuere dicti Actuarii, ut ex citatione cum relatione, quæ hic exhibetur sign. A., & in termino ejusdem responsum, attulerunt, quod hic pariter exhibetur signatum B., visis autem in eo deductis, consideratisque iis, quæ ex ordinibus M. V. præscripta sunt, & ex longa praxi observantur, ea qua decet reverentia dicit Delegatus inhærendo sensibus nunc qu. Delegati Malaterræ jam super iisdem precibus antequam obiret excitati.

Quo ad primum. Taxam quidem disponere, prout in supplici libello enarratur, verum ratione fictorum, & librorum, ac Satellitis pro intimationibus consuetudinem inoleviſſe, ut pro processibus non extractis exigantur solidi duodecim pro singulo folio ritè tamen conscripto, & sexdecim ubi edatur copia.

Ad secundum. Justas existimat Delegatus Protectorum querelas, quando pro foliis vigintiquinque exigatur visio centum, hoc enim ex consuetudine non permittitur nisi in casu quo folia strictè exaratis litteris, & impleta pagella extarent, aliter juxtà praxim continuatam folia debent esse triginta tres saltem de lineis viginti, & caractetibus trigintaduo pro singula linea, & pro singula pagina, ut ritè, & rectè visio exigi possit, animadverso insuper, quod post numerum trigesimumtertium ad ratam, cætera folia computantur pro visione exigenda.

Ad tertium. Juxtà præscriptum taxæ generalis acta quidem sunt computanda cum ipso processu respectu visionis, idemque jus sibimetipsis semper dimensi fuere Notarii in propria processus exactione, non enim possent fidelem processum panditum edere, quin, & acta conscribant, sed diversa est ratio ubi Actor, & Reus eadem exhibent documenta, tunc enim putat Delegatus omninò tollendas duplicationes.

Ad quartum. Pro fundamento eorum intentionis allegant Notarii consuetudinem, quam obtinere minimè debere existimaret Delegatus, tùm quia non est in cæteris hujus Dominii partibus observata, tùm quia satis fuit vulnerata ex ordine M. V. prævio voto quon. Delegati Malaterræ in causa illorum de Picinardis, qui conquesti erant de allegato abusu.

Ad quintum. In processibus constructis in quibus plures sunt tituli, & aliqui tantùm habent inditia ad reatum, illud observandum putat Delegatus, ut inspiciatur, an iidem testes examinati sint tùm super titulis, pro quibus reatus est inflictus, tùm super aliis pro quibus non resultarunt inditia, an verò diversi sint testes examinati super uno titulo ab examinatis super alio; Primo casu cum in editione non possint dicta unius testis separari, sed edatur, deletis delendis, processus in totum est solvendus; Secundo verò casu cum possint commodè ommitti integræ testificationes illorum, qui non fecerunt resultare inditia in titulis separatis pro quibus fuerunt examinati, tunc ommittendæ sunt, nec venire debent in compilatione, & consequenter nec in solutione.

Ad sextum. Satis dictum in superioribus.

Ad septimum. In exactione processuum servanda est unica regula, prout servatur in aliis Officiis.

Ad octavum. Nihil habet Delegatus in contrarium.

Ad nonum. Non hæsitat Delegatus quin debeatur integra dieta, licet antè prandium,

dium, vel cœnam reddeant, pro prandio, & cœna in hoc casu nullæ debentur expensæ.

Ad decimum. Remittendum esse religioni, & integritati Curiæ, maximè cum Senatoria sit.

Ad decimumprimum. Nulla ratio suadet, ut Rei duplici pergraventur onere etiam in re parvi momenti.

Ad decimumsecundum. Non deberi putat, ut dictum est in nono capite.

Ad decimumtertium. Remittendum esse arbitrio Curiæ, quæ à gravitate causæ normam sumere poterit.

Ad decimumquartum. Citatio judicio Delegati sufficiens erit in distractione pignorum, ut Judices possint cautare pro expensis, & sic etiam consultum de jure partium indemnitati.

Ad decimumquintum. Servandos Ordines toties in hac materia editos.

Ad decimumsextum. Tollendum omninò hunc abusum. 1679

Ad decimumseptimum. Servandos Ordines, & præcipuè diei 17. Aprilis 1674.

Ad decimumoctavum, & decimumnonum. Omninò servandos Ordines, & tollendos abusus.

Et hæc sunt, quæ Delegatus parendo jussionibus M. V. humiliter recordare putat.

Ejusdem M. V.

Humillimus, & fidiss. Servus
Mutius Cotromanus Delegatus.

Omnibusque coram Senatu propositis, per has nostras, ex ipsius Ordinis sententia, decernimus, approbandam in omnibus dicti Delegati Cotromani informationem, & votum, omniaque typis mandanda. In quorum &c. Mediolani die xiii. Novembris MDCLXXIX.

Oliverius.

Ordo circa volentes admitti ad Officia biennalia.

MDCLXXIX. Die v. Decembris.

MOnentur nomine Senatus Excellentiss. Mediolani omnes Petitores munerum biennalium, ut intrà dies octo ab hoc dato Edicto preces porrigant eidem Excellentissimo Ordini, in quibus petitionem suam, gesta munera, operam in foro, & in Jurisconsultorum domibus præstitam, approbationes impetratas, tempus, & gradus quoscumque meritorum suorum partitè recenseant. Primo die Mercurii post hunc terminum elapsum manè veniant Petitores ad Senatum ad accipiendum processum Civilem, seu Criminalem, super quo examen obire debebunt in Senatu die Jovis proximè sequenti, &, ut magis distinctè intelligent ab Egr. Secretario Maddio edocto de mente ejusdem Ordinis. Ubi verò terminus hic non cadat in diem juridicam, destinabitur alia, qua Senatus sedeat, & idem fiet deinceps singulis diebus Mercurii, & Jovis proximè succedentibus, & ubi ii non sint juridici, aliis juridicis statim destinandis, donec petentium omnium examina perfecta fuerint.

Oliverius pro Egr. Maddio.

Ordines servandi à Magnificis DD. Senatoribus.

MDCLXXX. Die xv. Januarii.

CUm diversis abusibus, qui oriri comperiebantur in expeditionibus, quæ fiunt super supplicationibus in dies occurrentibus prout fieri posse cognovit Senatus providere studuerit; atque jam plura publicari jusserit, ut litigantes, eorumque Advocati, & Causidici sciant quid in futurum à Senatu obtinere non possint, & ut melius omnia pertransseant ad rectam justitiæ administrationem, & ad muneris Senatui demandati executionem, pro Reg. Majestatis honore, & beneficio, & subditorum suorum utilitate, & ut etiam præcidatur via obloquentium, visum est etiam nonnulla alia commemorare, quæ secreta sint, ut ea cordi habeamus, & quisque nostrum pro virili observare studeat.

In primis, ut Deum præoculis habeamus; sæpèque memoria repetamus nos de factis, & gestis nostris rationem Deo, & hominibus reddere opportere. Deinde removeamus affectum, amicitiam, odium, iram, 1680 avaritiam, levitatem in vita, moribus, & habitu, rebusque privatis, & præ omnibus munera, ultra quam à jure permittitur, rejiciamus: præsertim si proveniant ab his, qui negotia habent in Senatu, vel coram Senatoribus, induamus verò gravitatem, decorem, lenitatem, mansuetudinem, affabilitatem, charitatem erga proximum, & præsertim pauperes; Deinde assidui simus, laboresque subeamus postponendo propria commoda, & res privatas publicis, ac aliis, quæ ad munus nostrum spectant.

Honoris nostri, & Senatus studiosi simus, & quemque collegam fraterno, non autem ficto amore prosequamur, & observemus; eorumque honorem uti proprium diligamus; non obloquentes de ipsis, vel aliis.

Præterea secreti simus eorum, quæ in Senatu tractantur; memores juramenti, quod in ingressu officii præstitimus; in quo

præci-

1680 præcipuè hoc observare Deo Maximo, & Serenifs. Regi Domino nostro promisimus.

Deinde in sententiis proferendis, & negotiis pertractandis minimè contentiosi, vel nobis placentes simus, nemoque insurgat, aut proponentem, vel votum proferentem turbet; sed facta propositione, & relatione quilibet suo loco: ante suffragiorum collectionem si quid habet, dicat; postremò Præses vota suscipiat, & postquàm quis sententiam protulit, non possit ulterius replicare, nisi cum licentia Præsidis, & in votis proferendis brevitati studeamus, nec processum, aut dicta per alios replicemus, nisi forte proferentis votum sit contrarium præcedentibus, ut suum justificare, & rationibus in contrarium adductis respondere velit.

Nemò etiam nostrum recedat ab Urbe, vel ob propria negotia, nisi cum licentia Præsidis, exceptis diebus Dominicis, & aliis feriatis diebus statutis ex constitutionibus, & solito; sed omnes statutis diebus, & horis consuetis conveniamus in solito loco Curiæ Principis, & quolibet mense aliquibus diebus hora vespertina ad Præsidis arbitrium, pro expeditione causarum civilium.

Quilibet etiam nostrum non permittat quemquam, & præsertim Cancellarios nostros se intromittere in supplicationibus nobis porrectis, nec illas decretare, sed nos eas videamus, & opportunas decretationes faciamus.

Præses notulam teneat litterarum Suæ Majestatis, & Illustrifs. LocumTenentis, & omni studio curet, ut quàm primum injuncta expediantur; & ubi opportuerit, Senatorem deputet, qui onus habeat scribendi, & respondendi una cum Secretario, & diebus, quibus causæ non audiuntur publicæ, si quid in his expediendum erit, horam deputet, in qua de his tractetur, & litteræ prædictæ S. M., & Illustrifs. LocumTenentis registrentur per Secretarium in libro particulari, prout fieri cœptum est.

Non acceptentur commissiones, seu delegationes à Principibus externis, nisi ex justa causa, & re prius cum Illustrifs. LocumTenente participata.

Semel decisa, iterum non revocentur in dubium, nec rursus proponantur, & in hoc Senatores diligenter animadvertant, dum supplicationes porriguntur, & ubi ex aliqua justa causa id fieri debere videatur, non fiat, nisi re in Senatu proposita.

Factis ordinationibus per Senatum, legantur in Senatu priusquam edantur, nec postea quicquam addi possit, aut diminui, nisi re in Senatu proposita, quo casu, si quid mutandum esse videbitur, fiat nova ordinatio, quæ legatur, & subscribatur de more per Senatorem proponentem, & Præsidem.

Cùm Senatores congregantur diebus feriatis extra Senatum in domo Præsidis, non tractetur super jam decisis, nisi adsint omnes Senatores, qui priori decisioni interfuerunt. Præterea non fiant expeditiones momenti, vel exemplares, nisi adsit major pars Senatorum.

Causæ Fiscales civiles, quæ jure ordinario, vel ex delegatione in Senatu pendent, cæteris anteponantur, & earum notulam Præses teneat; euretque ut quo ad brevius fieri poterit, expediantur; deputando aliquem ex Fiscalibus, qui apud Senatorem cui causa ad referendum commissa est, expeditionem solicitet.

In causis Suæ Majestati referendis, Senator, cui onus referendi ad Senatum datum est, post perfectum processum saltem termino bimestris referat, reliquis ommissis; quod si fieri nequeat, omninò causæ motæ per litteras Suæ Majestati, vel Illustrifs. LocumTenenti significetur.

Causæ ordinariæ civiles in Senatu referendæ perfecto processu, & datis motivis, habitisque responsionibus, saltem intra sex menses referantur, decidantur, & in relationibus faciendis Ordo antiquus servetur; scilicet, ut proposita prius per causæ Relatorem summatim negotii, & causæ qualitate, deinde totus processus originalis per alium Senatorem propinquiorem Relatori legatur, unà cum juribus productis, motivis, & juris allegationibus, & exinde articuli decidendi eleventur; super quibus per Præsidem statuatur dies, in quo decidi debeant, ut interim super eis Senatores cogitare possint; qui ad statutum diem parati, & deliberati omninò ad Senatum veniant; cœptaque unius causæ relatione alia non interponatur, nisi ea, quæ jam cœpta est, expedita fuerit.

Et ut commodius expediantur, Relatores diebus, quibus causæ publicè non audiuntur, horam habeant præcipuam, prout Præses ordinabit, pro eis referendis, & in eis decidendis, Senatores, qui relationi non interfuerint, votum proferre non possint.

Curet Præses, ut causæ antiquiores recentioribus præponantur, nisi tamen urgens causa aliud suadeat.

Plurimum animadvertat Præses in committendis causis, ne cuiquam nedum per partes suspecto allegato, sed neque verisimiliter suspecto, aut ab aliqua partium requisito committat.

Et in dandis votis unusquisque in negotiis affinium saltem intrà quartum gradum ex utroque latere abstineat, & exeat Senatum dum negotium decidendum est; Idem etiam servetur in nominationibus faciendis.

Relationes definitivæ delictorum, capitalium non transmittantur ad Senatum, nisi Rei sistant in carceribus, nec domi possint expediri decreta, ut Reus non cogatur sistere in carceribus, nisi tempore pro-

1680

proponendæ relationis.

In causis ordinariis proponendis, atque expediendis idem Ordo servetur, qui servari hactenus consuevit inter lectores, ut nempe Senator antiquior cæteris præferatur in proponenda causa sibi commissa, eaque expedita unusquisque ex aliis Senatoribus juxta prærogativam antiquitatis causam sibi commissam proponat. Nec liceat hunc Ordinem turbare, nisi aliud in peculiaribus contingentiis casuum à Senatu, vel à Præside decretum fuerit.

Prima dies civilis cujuslibet mensis reservata censeatur de more lectoribus mensis præcedentis.

Senatores, qui actu Lectores non sunt, abstineant omninò à propositionibus in Senatu faciendis, nisi ex urgenti admodum causa, & annuente prius Præside.

Cæterum cum ex dilata expeditione relationum criminalium gravissima oriantur justitiæ, & publici boni præjuditia, sancitum est, ut singulis diebus criminalibus priori loco, & saltem per binas horas inviolabiliter audiantur relationes definitivæ criminales, curentque lectores, ut causæ Carceratorum, præsertim pauperum, & antiquiores cæteris præferantur. Quod si aliquid inter eos quoque dies emergat, quod judicium quidem civile respiciat, sed & celeri Senatus provisione indigeat, proponatur hora tertia.

In causis capitalibus ne expediantur domi decreta, ut Judex cum Curia deliberet, sed tantum in Senatu.

Confirmatio Ordinum pro subscriptione Precum, aliorumque Actorum.

MDCLXXX. Die ix. Maji.

CUm noverit Senatus Excellentissimus, mandata sua edita pro executione Regiarum jussionum de subscribendis quibuscunque actis, supplicibus libellis, ac precibus, plenè non adimpleri, denuò edicit, recensitam sanctionem inconcussè servandam, & contrafacientibus, ultrà comminatam nullitatem actorum, pœnas eidem Ordini arbitrarias indicit, mandatque districtè suis Cancellariis, Coadjutoribus, cæterisque Amanuensibus Cancellariæ, atque Ostiariis, nè acta cujusvis generis, supplices libellos, nec preces recipiant, nisi subscriptæ fuerint ad normam Ordinum; Egregiis autem Secretariis, ut invigilent pro exacta observantia: Demùm injungit Abbatibus Notariorum, ut monitos faciant omnes Causidicos, atque Actores causarum, ut præsentem sanctionem diligentissimè custodiant, clarè, & per extensum se subscribendo iisdem actis, & precibus.

Oliverius.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 22. Augusti 1686., & 25. Septembris 1720.

Ordo, ut nemo in Foro operam Causidici præstare possit, qui non sit de Collegio Causidicorum Mediolani, vel ab eodem approbatus, & ut serventur Ordines circa subscriptionem Precum, aliorumque Actorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecti nostri. Acto in Senatu nostro per Spectab. Senatorem nostrum Marchionem Arconatum Delegatum, qui vos antea audivit, de primo capite Regiarum Sanctionum nostrarum Matriti datarum die 17. Augusti anni 1678. pertinente ad Causidicos, & Actores causarum, ex ipsius Ordinis sententia decrevimus, in Foro operam Causidici præstare non posse, quam eos de Collegio vestro, aut ab ipso approbatos, propterea vobis mandamus, ut publico Edicto jussu nostro promulgando monitos faciatis omnes Causidicos, qui non sunt de Collegio vestro, vel ab eo non approbati, ut intra terminum mensis vos adeant pro impetranda approbatione, prævio opportuno examine, & diligenti inquisitione morum, & qualitatum petentium, indicta contravenientibus pœna aureorum viginti quinque, pro medietate Collegio vestro, & pro altera Fisco nostro applicanda, & majori etiam corporali arbitrio ejusdem Senatus nostri, servatis omninò in reliquis Ordinibus Collegii ab eodem jam approbatis: Idemque fieri volumus respectu Actorum causarum, quos vocant Sollicitatores, qui non sunt Notarii, ut ii quoque examen obeant, potissimum super peritia artis scribendi, & latinitatis, prævia uti supra informatione morum: Ubi vero respectu aliquorum Causidicorum probatæ jam idoneitatis dubitare contingat circa illos examini subjiciendos, volumus adeatis eundem Spectab. Senatorem Marchionem Arconatum edoctum de mente Senatus. Cæterum iteratos Ordines Senatus circa subscribenda quæcunque Acta, supplices Libellos, atque Preces inconcussè servari volumus. Mediolani die ix. Maji MDCLXXX.

Oliverius.

A tergo. Nobilibus Viris Abbatibus Collegii Notariorum Mediolani nostris dilectis.

1680 *Ordo, ut habentes privilegia cum facultate alios nominandi, aut substituendi, non deveniant ad aliquem contractum, vel conventionem nisi prævia Senatus approbatione.*

MDCLXXX. Die xvii. Junii.

ANimadvertit Senatus Excellentissimus plerosque eorum, qui impetrarunt Privilegia, cum facultate alios nominandi, aut substituendi, devenire ad substitutiones, sivè nominationes, pacta pensione, appositisque conditionibus incongruis, & nimium rigorosis, ex quo frequenter lites, & inconvenientia, etiam in præjuditium Justitiæ oriri solent; Propterea hisce, & aliis absurdis occurrere volens Senatus districtè mandat quibuscumque similes facultates habentibus, & si quas in futurum habebunt, ne ad aliquem contractum, seù conventionem deveniant, nisi priùs à Senatu approbentur; sub pœna nullitatis, & suspensionis à munere, nec non graviori, etiam ejusdem Senatus arbitrio.

Belingerius.

Ordo, ut Judices invigilent super detentione Latronum, & scelestorum hominum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Innotuit Senatui per multiplicitatem Latronum, & perditorum hominum quotidiè Subditos hujus Dominii infestati, cum maximò eorumdem detrimento, & licèt unusquisque Jusdicens in sua Provincia curare teneatur eorumdem detentionem, tamèn cum aliundè notitia ad eundem Ordinem pervenerit, ex ejusdem Sententia, vos, & alios Jusdicentes excitandos duximus, mandantes, ut pro dictorum Latronum, & scelestorum hominum detentione sedulò invigiletis, & Senatum de emergentibus moneatis, ut remedia opportuniora adhiberi possint, ad evellendas horum perditorum hominum, & Latronum radices, nè magis crescant. Mediolani die xx. Novembris MDCLXXX.

F. Belingerius.

Elapso triennio non esse locum restaurationi, neque prorogationi Instantiæ.

MDCLXXX. Die xxviii. Novembris.

LEctis in Excellentissimo Mediolani Senatu precibus Francisci, & fratrum de Cisnusculis sequentis exempli videlicet.

P. R.

In causa vertente inter fidiss. M. V. ser. Franciscum, & fratres Cisnusculos, ac Franciscum Salam, licet ad sui favorem quamplurima jura concurrant, nullatenus ab Ordinariorum injustitia depressi M. V. adire coguntur, petendo super infallibili juris termino declarationem. Agitur, quod Franciscus Sala post lapsum quinquennii à die cæptæ litis cum Supplicantibus, nulla unquam prorogatione instantiæ obtenta, subripuit primo loco rescriptum restaurationis Instantiæ, & licet esset coram Commissario, absque clausula *ubi adhuc Confidens sitis* ex stylo Cancellariæ hujus Excellentissimi Ordinis præscripta, & successivè ob lapsum triennii subripuit Decretum ipsi Commissario directum, ut non obstante lapsu triennii ad ulteriora procederet, ubi clarus esset in meritis. Hæc duo decreta nullo pacto sustineri posse videntur, & in ordine ad restaurationem triplici capite.

Primò, quia restauratio Instantiæ post lapsum triennii non datur.

Secundò, quia data fuit absque clausula, *ubi adhue Confidens sitis*, quæ, cum causa commissa esset, erat necessaria, ideoque duplici capite contra stylum Cancellariæ defecit.

Tertiò, in precibus restaurationis non fuit facta mentio de lapsu triennii. Undè detegitur subreptitia, & deceptitia, hoc firmatur ex quo Magnificus Senator decrevit *in forma*, hoc in casu Cancellarius Minutam fecit nulla servata forma, omnia proventa ex subreptione, & deceptione præmissis. Hæc sola sufficere debetent ad irritandum omnia hac de causa secuta, & tamen Jus augetur Supplicantium. Ob lapsum triennii causa erat à principio exordienda, ita ut prorogatio, seù restauratio dari non poterat, & hoc habetur. Ex Ordinibus S. C. M. datis Tomar his verbis. *Ordiniamo possiate prorogare il detto termine ex causa, purchè tutte le prorogazioni insieme poste non passino li trè anni stabiliti dalla legge*. Ex stylo Cancellariæ hic juncto. Ex l. properandum C. de Juditiis. Ex decisis per hunc Excellentissimum Ordinem referentibus Magnificis Caxa sub die 20. Januarii 1670., Com. Loaysa sub die 20. Februarii dicti anni, & Com. Burro sub die 29. Januarii 1677. Ex attestatione Oldradi de rescriptis de praxi nostri fori attestantis in prælud. 25. num. 62. disponen. his præcisis. *Eromoditium autem elapsum, non consuevit Senatus prorogare, nec restaurare, nisi mutuus partium consensus accederet*,

deret, qui non accessit. Ex Senatus consulto in hac causa dato die 17. Februarii 1679. signat. A. Ex Decreto Magnifici Præsidis pariter in hac causa concesso diei 6. Aprilis 1679. signat. B. Et tamen coram Ordinariis super tàm trito articulo destituti remanent Supplicantes omni remedio. Quapropter M. V. hum. deprecantur dignetur decernere illa duo decreta restaurationis Instantiæ, & prorogationis triennii sic ut supra per Salam subrepta, non esse attendenda, prout Juris creditur. Quod &c.

Eisque consideratis cum recensita informatione jussu Senatus exarata circa formulas, quæ servantur in Cancellaria ejusdem Ordinis in causis, de quibus agitur, binisque enunciatis Originalibus rescriptis jussu Senatus junctis, & monita parte ad lecturam remissis.

Censuit is Ordo nullam habendam esse rationem dictorum rescriptorum tanquam subreptorum.

Signat. Cossa pro Egr. Arbona.
Et sigillat. &c.

SUper supplici libello Julii Pratæ porrecto Illustriss. Senatus Excellentissimi Præsidi adest, ut sequitur:

MDCLXXX. iii. Septembris.
Cancellarius Provintialis informet.
Signat. Bellonus.

Prorogatio instantiæ, in causa principali, mensualis. 1680

Si durat instantia, narrata in annexis precibus NN., & lapsum non est triennium à die litis contestatæ, volumus fide nostra attenta, ut eam per mensem à fine prorogetis. Decernentes à die..... nullum tempus labi, usquè ad harum præsentationem, quatriduò faciendam. Mediolani die

Restauratio instantiæ in causa principali.

Si principalis est causa narrata in annexis precibus NN., mandamus vobis, ut reassumptis legitimè agitatis, ad ulteriora in causa pro justitia procedatis, allegato instantiæ lapsu non attento, habita tamen ea impensarum ratione, quæ de jure.

Si restauratio instantiæ petitur coram confidenti J. C., additur in minuta, clausula hæc (ubi adhuc confidens sitis).

Lapso triennio non detur restauratio instantiæ, sed causa à principio exordienda est.

Restauratio verò instantiæ in causa appellationis non datur. Subscripta Blancus.

Ad Lecturam. Signat. Bellonus.
1680. 17. Septembris.

Edatur Supplicanti prædicta attestatio, ut per Judicem habeatur ea ratio, quæ juris. Signat. Burrus, & Bellonus P.

Ità reperitur penès me.

Subscript. Marsilius Blancus Reg. apud Senatum Excellentissimum Coadjutor.

Ordo pro observantia dispositorum circa admitttendas attestationes paupertatis, & miserabilitatis.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Innotuit Senatui, multiplices irrepsisse abusus, circà admissiones attestationum paupertatis, & miserabilitatis, contrà Ordinum nostrorum dispositionum, quarè, huic incongruo occurrere volens, ex ipsius Ordinis sententia, vobis mandamus, enarratas jussiones nostras, circà admittendas attestationes pauperum, aut miserabilium, strictè executioni mandari curetis. 1681

Mediol. die iv. Februarii MDCLXXXI.
D. Gabriel Tattus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 15. Maji 1685.

Ordo, ne Capturæ exequantur in aliena jurisdictione absque EXEQUATUR.

Prætori Meltii.

MDCLXXXI. Die vii. Aprilis.

AUdito Egr. Capitaneo Justitiæ referente Senatui detentionem trium Satellitum ex ejusdem Ordine secutam eo quod ausi fuerint in hac Civitate executioni mittere capturam per vos decretam contra quemdam in ea nominatum, absque eo quod de obtinendo *exequatur* de stylo quidquam curaverint. Valdè miratus fuit Senatus, quod oscitanter adeo jurisdictionales actus exercere in alieno districtu, & sub conspectu nostro non dubitaveritis, posthabitis Ordinibus in hac materia editis; mitius itaque pro nunc agendo, cautiores vos volumus inposterum ab hujusmodi actibus turbativis, & sciatis quomodo Prætoria jurisdictio sit exercenda: secus noveritis adversus inobservantiam nostrorum Ordinum nos opportunè, & severiùs in futurum animadversuros.

1681 *Ordo, ut Judices, decedente in eorum Carceribus damnato ad remum, moneant alterum ex Egr. Secretariis Senatus, & Illustrissimum Præsidem si detentus decedat pendente deffinitiva coram Senatu.*

MDCLXXXI. Die vi. Julii.

HOc Edicto inconcussè servando, mandat Senatus, sub pœna eidem arbitraria, Prætoribus, cæterisque ad quos spectat, ut, decedente in eorum Carceribus damnato ad remum, Egr. infrascriptum Secretarium statim moneant; probt etiam, ubi eisdem, sivè ab Ecclesiasticis, sivè à Rev. Hæreticæ pravitatis Inquisitore, vel ab Exteris Principibus aliqui remo addicti tradantur ad Regias triremes transmittendi: Edicit quoque monendum Illustriss. Præsidem, si detentus, pendente coràm Senatu deffinitiva, ex humanis abeat, ne inani labore contingat eundem Ordinem detineri.

Don Gabriel Tattus.

A N N O T.

REnovatus fuit ab Excell. Senatu die 14. Augusti 1683.

Ordo, ut in causis rei lignariæ cognitio spectet ad Tribunal Provisionum.

MDCLXXXI. Die xiv. Julii.

PRopositis in Excellentissimo Mediolani Senatu litteris Vicarii, & Duodecim Provisionum ejusdem Civitatis ad ipsum Excellentissimum Ordinem missis; in quibus cum penuria lignorum urgeret, petebant nullos Judices hujus Dominii, neque eorum Notarios se ingerere posse, neque civiliter, neque criminaliter in causis transitus lignorum, sed posthac similes querelas accipere, neque in similibus casibus, civiliter, aut criminaliter se se intromittere posse, nec debere, ubi agitur de lignis ad hanc Civitatem, vel illam versus ducendis, sed partes, & causas Provisionum Tribunali relinquendas, & remittendas pro bono publico.

Eisque diligenti examine disquisitis simul cum Fisci Regii voto prius super inde habito.

Censuit is Ordo nullos posthac Jusdicentes hujus Dominii, neque eorum Notarios similes querelas accipere, neque in similibus enunciatis casibus, civiliter, aut criminaliter se se intromittere posse, nec debere, ubi agatur de lignis ad hanc Civitatem, vel illam versus ducendis, sed partes & causas Tribunali ejusdem Civitatis relinquendas, & remittendas; hocque ad triennium, ita tamen, ut si occasione ducendi dicta ligna versus Civitatem contingant delicta, quæ pœnam corporis afflictivam mereantur, ea relinquantur Judicibus Ordinariis.

Signat. Cossa pro Egr. Arbona, & sigillat.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 27. Julii 1684.

Ordo circa Prætores Regios, & Feudales.

MDCLXXXI. Die iv. Septembris.

HOc Senatusconsulto, inviolabiliter observando sub pœnis, de quibus in eo.

Cavetur primò, nè Prætores Feudatariorum in casibus, in quibus agitur de delictis referibilibus, & pro quibus imponitur pœna capitalis, corporalis, sivè pecuniaria sub prætextu cujusvis gratiæ à Feudatariis per Reos obtentæ, ab ulteriori processu abstineant, sed ad ulteriora, ea non obstante procedant, perficiendo nihilominus perficienda, indicta contrafacientibus pœna scutorum ducentum.

Secundò, idem sub eadem pœna per quoscunque Jusdicentes servandum decernitur in aliis causis, in quibus, licet agatur de præjudicio Fisci, admissi fuerunt processati ad se defendendum per Procuratorem, vel cum fidejussione de stando, & parendo juri: Pro quorum omnium pleniori observantia injunctum fuit delegato Cotromano, ut occasione Visitationum invigilet circà eorum executionem, & contraventores, si qui erunt, Senatui referat.

Tertiò, præcipitur etiam Jusdicentibus Majoris Magistratus, ut sedulò exquirant, an adsint in eorum respectivè Provinciis Prætores à Feudatariis admissi, vel aliter exercentes Præturas absque Senatus approbatione, reportata de biennio in biennium, contraque hujusmodi contraventores processum instruant, & Senatui referant; hocque etiam locum habeat, etiam si approbationem semel reportaverint, quam, pro aliis bienniis, & locis non sufficere sancitum est; Noverintque contraventores in expressam superius pœnam incidisse.

A. M. Maddius.

A N N O T.

FUit renovatus in Ord. diei 10. Julii 1687., & diei 27. Novembris 1702.

Ordo,

Ordo, ut Judices condemnent contumaces in pœnas certas juxta dispositionem Proclamatum, non vero in pœnas arbitrarias. 1681

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Expedit justitiæ ut criminosi contumaces debitas pœnas luant, quas plerumque effugiunt, vel non expressa per Jusdicentes in contumacialibus sententiis pœna, criminibus indicta, vel ea ad arbitrium Excellentiss. Senatus remissa; propterea ex ejusdem Ordinis sententia, coram quo de negotio actum fuit, vobis, etiam ex voto Fisci nostri, mandamus, ut in condemnationibus contumacialibus explicetis pœnas, servato earum Ordine, juxtà dispositionem proclamatum, & prout casui, de quo agitur, convenient, & signanter non condemnetis in pœnas arbitrarias, quando pœna est certa, & jàm determinata in eisdem proclamatibus, & ubi hæsitetis antequam deveniatis ad condemnationes, Senatum consulatis. Mediol. die xv. Novembris MDCLXXXI.

Angelus Maria Maddius.

Renovatio nonnullorum Ordinum.

MDCLXXXI. Die xx. Novembris.

SEnatus Excellentissimus pro bono publico, & rectè administrandæ Justitiæ zelo (inter alios) condidit Ordines. Alterum 1610. 9. Januarii, alterum die 3. Aprilis 1642., de quibus apud Egregios olim Secretarios Landrianum, & Medam ut supra jam registratos.

Nunc cognitum est, non sine maximo Justitiæ detrimento, & Subditorum Regis Domini præjuditio, dictos Ordines ferè in desuetudinem abiisse, de quo, cum hodiè actum fuerit in Senatu ipso; ut inposterum omninò serventur, hoc Senatus Consulto jussit dictos Ordines renovari, indictis inobedientibus pœnis etiam pecuniariis eidem Senatui arbitrariis. Ne verò Feudatarii, eorumque Prætores, & Officiales, aliquam allegare valeant excusationem, aut ignorantiam, mandat Jusdicentibus Majoris Magistratus, ut unusquisque in Provincia sua ex officio inthimari faciat hujus exemplum Feudatariis, & Prætoribus, relationemque inthimationis ad Egr. Secretarium Provinciæ suæ transmittat.

Facta autem inthimatione, ubi Feudatariis, eorumque Prætores, & Officiales Feudales non paruerint, vult Jusdicentes Majoris Magistratus jusdicere in Feudis relatos Ordines non servantibus.

Don Gabriel Tattus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ord. diei 10. Julii 1687., & diei 27. Novembris 1702.

Ordo, ut Judices moneant Feudatarios, ne quempiam in Prætorem eligant, sine approbatione Senatus.

MDCLXXXI. Die xx. Novembris.

EX electionibus Prætorum, quæ à Feudatariis fiunt in personas minùs idoneas, cognovit Senatus quamplura sequi damna in subditorum, & justitiæ detrimentum, hincque sæpè in Senatu audiri concussiones, baraterias, excessus, & imposturas, quæ à quibusdam Prætoribus id genus committuntur, his ad occurrendum mandat Senatus per Jusdicentes monendos esse Feudatarios, nè ad Præturæ exercitium quempiam admittant, nisi priùs Senatui propositus sit, & indè approbatus, sub pœnis eidem Ordini arbitrariis, ultrà nullitatem electionis. Don Gabriel Tattus.

A N N O T.

REnovatus fuit Ord. diei 27. Novembris 1702.

Ordo, ut Judices Majoris Magistratus cogant Prætores Feudales eorum respectivæ Provinciæ ad exhibendam liberationem Syndicatus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Prætoribus Feudalibus justius Provinciæ biennii, proximè lapsi, mandamus vobis, ut statuatis terminum dierum octo, ad exhibendum in manibus vestris liberationem Syndicatus Præturæ, per singulos gestæ, Prætoribus item feudalibus biennii præsentis statuatis similem terminum, ad exhibendam vobis approbationem Senatus, juxta Ordines; Iis autem terminis elapsis, diligentem indicem eorum,

1682 eorum, qui exhibuerunt, & qui non exhibuerunt, statim ad nos mittetis, opportunè provisuros, & simul adjicietis indicem distinctum singulorum locorum infeudatorum in ista jurisdictione vestra. Mediolani die xx. Novembris MDCLXXXI.

Don Gabriel Tattus.

Ordo pro Judicibus, qui Reos transmittunt ad Carceres Mediolani.

MDCLXXXII. Die ix. Januarii.

EXcellentissimus Mediolani Senatus occurrere volens incuriæ nonnullorum Judicum forensium tàm Majoris Magistratus, quam feudalium, & Delegatorum, qui criminosos ad Carceres hujus Urbis transmittunt, vel eos in dictis Carceribus retineri mandant, districtè dictis Jusdicentibus præcepit, ut in posterum titulos delictorum uniuscujusvis detenti exprimant, & tempore Visitationum, quæ à Magnificis Visitatoribus fieri singulo mense consueverunt, moneant Actuarios, ad quos Visitationum libros conficere spectabit, de statu processuum, seù causarum ipsorum detentorum: Contrafacientibus pœna erit privatio juris prosequendi, seu conficiendi memoratos processus, quos eo in casu Magnificus Visitator demandabit alicui ex Jusdicentibus illius Officii, in cujus Carceribus dicti detenti reperientur.

Angelus Maria Maddius.

Ordo, ut Judices assistant, & brachium præstent Curiis Ecclesiasticis contra Sæculares consuetudinem habentes confabulandi cum Monialibus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Ex annexo antigrapho litterarum è Matritensi nostra Regia exaratarum Illustri L. T. nostro, & per eum ad Senatum missarum videre poteritis, quæ sit mens nostra ad evellendas radicitùs corruptelas, quæ irrepsere circa consuetudines, & confabulationes intercedentes inter Sæculares, & Moniales; propterea, ex sententia Senatus, coràm quo dictæ litteræ lectæ fuere, vobis mandamus, ut omnimodam earundem executionem curetis, assistatisque, ac brachium præstetis Curiis Ecclesiasticis, quotiescumque requisiti fueritis, ea vigilantia, & sedulitate, quæ exposcuntur ex negotio tanti ponderis, tendente ad gloriam, & honorem Omnipotentis Dei. Mediolani die iv. Februarii MDCLXXXII. Cesatus.

Tenor enunciati Ordinis Regii,

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Don Gio. Tomaso Enriquez de Cabrera, Conte di Melgar, Gentiluomo della Camera di Sua Maestà, suo Governatore, e Capitano Generale dello Stato di Milano &c.

ILlustri Reverendi, & Magnifici nobis dilectissimi. La Maestà del Re nostro Signore ci ha scritto la Carta del tenor seguente:

Don Carlos Segundo, por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Navarra, de Jerusalem, y de las Indias &c. Duque de Milan. Illustre Conde de Melgar, Pariente, Gentilhombre de la Camara, mi Governador, y Capitan General del Estado de Milan. Hallandome informado de que son muy frequentes las conversaciones de Seculares con Religiosas en los Conventos de los Reynos de Napoles, y Sicilia, y esse mi dicho Estado passando à ilicitas con titulo de devociones, y reconociendo quan sumamente importante es al servicio de Dios, y mio, el poner toda atencion, y cuidado en procurar que se escusen los pecados, y escandalos, que este abuso ocasiona. Hè resuelto encargaros, y mandaros (como lo hago) deis las ordenes oportunas, y que convengan con todo aprieto por las partes donde tocare, paraque à los Prelados de las Religiones de esse mi dicho Estado velen en atajarle, encargandoles os participen lo que juzgaren digno de remedio en los casos en que ellos no lo puedan poner, paraque se aplique el, que pareciere mas conveniente segun su calidad, y circunstancias, y les advertireis, que qualquiera omision, que tubieren, me serà de desagrado, y atendiendo juntamente à que es bien, que los que excutieren en este exceso, no queden sin castigo, embiareis orden à los Governadores de las Ciudades, y de mas lugares de esse Estado, y Justicias ordinarias, paraque en todo lo que permite el derecho en semejantes casos, asistan, auxilien à los Juezes Ecclesiasticos, paraque se den la mano con ellos en lo que no se opusiere à las leyes paraque se logre el justo fin, que desseo, y me avisa-

avisareis del reçibo de este despacho. De Madrid à 31. de Deciembre de 1681. años. Firmada YO EL REY. Cum signo Præsidis. V. Carillo R. V. Pertusatus R. V. Ramundetta R. V. Guerrero R. Don Ioan de Angulo. A tergo. Al Illostre Conde de Melgar, Pariente, Gentilhombre de mi Camara, mi Governador, y Capitan General del Estado de Milan, & sigillat. &c.

Della quale abbiamo particolarmente voluto darvene la notizia, perchè sendo altrettanto conspicuo il vostro zelo nell'amministrare la giustizia, come in vigilare per l'onore di Dio, lo possiate esercitare, cooperando con quanto dipenderà dall'autorità vostra, all'adempimento della Reale, e piissima intenzione di S. M. in materia, che non admette connivenze, nè la minima rilassazione, ma bensì sempre uguale ad un'indifferente rigore, potendovi assicurare, che sarete da noi vigorosamente assistiti, oltre il braccio, che sin'adesso comandiamo, che prestino tutti li Governatori delle Piazze, e che non lasciaremo, quando i casi lo richiedano di dare esemplarissime dimostrazioni. Voi dunque ordinarete a tutte le Curie, e Giudici dello Stato, che assistino alla Giustizia Ecclesiastica, sempre che ne saranno ricercati, invigilando a che osservino ciò, che loro incaricarete in compimento di quanto S. M. comanda. N. S. vi conservi. Dat. in Milano a'4. di Febraro 1682. Signat. El Conde de Melgar. V. Bellonus pro M. C. In calce. Gorranus. A tergo. Illustri Rever., & Magnifici Præsidi, ac Senatui Provinciæ Mediolanensis nobis dilectissimis, & sigillat. &c. 1682

Ordo, ne Judices procedant contra Officiales Impresiæ Datii Mercaturæ ob delationem Armorum non brevioris mensuræ unciarum decem.

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

CHristopborus de Medicis, & Jo. Petrus Morosinus Regulatores Impresiæ Datii Mercaturæ dederunt nobis preces sequentes.

P. R.

Licet pluries, atque pluries per M. V. Senatum ex ipsius Ordinis Sententia fuerit sancitum Officiales Datii Mercaturæ non posse molestari ab aliquibus Jusdicentibus hujus Dominii ob delationem Armorum in actu exercitii eorum officii pro ut videri potest ex litteris ejusdem M. V., quæ hic exhibentur ut infrà.

Illustrissimo Signore.

L'Impresaro del Dazio della Mercanzìa della corrente locazione div. fer. di V. S. Illustrissima rappresenta alla medesima, come d'ordine del Podestà di Domodossola è stato detenuto Gio. Battista Massiolo Officiale del medesimo Dazio residente in detto luogo per causa, che portasse una terzetta, e che quella abbi messo a mano, dicendo che simili arme non si possono portare per esser proibite dalle Gride pubblicate per ordine di S. E., nè detto Podestà intende rilasciare detto Officiale senza special ordine di V. S. Illustrissima, dicendo essergli stato ordinato di non lasciar portar armi ad alcuna persona in quei contorni. Illustrissimo Signore. Stima il Supplicante, che tal ordine non sarà stato dato contro dell'Impresaro supplicante, nè contro de' suoi Officiali, perchè non si può dire, che essi siino compresi nella Grida pubblicata, mentre ne' Capitoli stabiliti tra la Regia Camera, ed il Supplicante precedente il Voto del Regio Fisco, ed approvati da Sua Eccellenza, resta convenuto per patto espresso, che a quelle persone, che effettualmente eserciranno officj sopra detta Impresa, se gli concederà licenza di poter portar le armi, anzi detto patto dispone litteralmente, che detta licenza non s'intenda mai rivocata durante l'Impresa per qualunque Gride, ed Ordine si facesse in contrario, e come largamente si legge ne' Capitoli di detta Impresa al num. 78., e quando non vi fosse il patto espresso, è certissimo, che tal licenza di necessità si doverebbe concedere alli Ministri del Dazio, altrimente cederebbe in grandissimo danno, e pregiudicio dell'Impresa, e della Regia Camera, non si possono riparare i sfrosi ancorchè li Cavalcatori, ed Offiziali siano armati, che con l'armi danno pure qualche terrore a Sfrosatori, che quando gli fosse proibito a portar l'armi, è indubitato, che sarebbe un dar maggior adito a' sfrosi, anzi perchè molti hanno licenza sotto pretesto, che siano per viaggio le portano, e vedendosi gli Offiziali disarmati, e li Mercanti, ed altre persone armati gli conviene dissimularli, nè ardiscono nè anche interpellarli se hanno robbe di Dazio, e se mai fa di bisogno conceder licenza agli Offiziali del Dazio si deve concedere a quelli, che abitano in Domodossola, sì perchè è la prima posta nell'entrare in Stato da quelle parti, ed in conseguenza l'ultima per uscite, e per colà passano molte Mercanzìe, e di gran considerazione, come anche perchè gli Abitanti di quel Paese non possono vedere in modo alcuno detti Offiziali, e quotidianamente gli minacciano nella vita, li strappazzano nella riputazione con mille ingiurie, e villanie, come è noto a V. S. Illustrissima, ed

1682 ed al Magistrato Ordinario per i processi pendenti. In ogni caso la terzetta, con la quale era armato detto Officiale è di misura, nè con quella ha offeso alcuno, che anche per questo se gli doveva avere pure qualche riguardo, che però, acciocchè detto Offiziale possi sortire dalle Carceri ha pensato l'Impresaro supplicante riccorrere alla retta giustizia, e clemenza di V. S. Illustrissima, umilmente supplicandola restar servita d'ordinare al Podestà di Domodossola, che subito faccia rilasciare detto Gio. Battista Maffioli Offiziale detenuto per la delazione di detta terzetta, e ciò senza spesa alcuna, anzi d'ordinargli, che per l'avvenire non molesti più nè il Cassiere, nè gli Offiziali del Dazio portando le loro armi di misura, acciocchè possano liberamente fare il loro offizio, il che come giusto spera.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III.

Dilectè noster. Proposito coram Senatu nostro annexo supplici libello Impresarii Mercaturæ hujus Status unà cum voto Fisci nostri superinde excitati, vobis ex ipsius Ordinis Sententia mandamus, ut constito quod dictus Jo. Baptista Maffiolus detentus Officialis sit super dicto Datio, & non agatur de sclopulo minoris mensuræ unciarum decem, eundem relaxari faciatis. Mediolani die 6. Februarii 1662. Signat. Jacobus Ivagnes, & sigillat. &c. A tergo. Sapienti J.C. Prætori Domus Ossulæ nostro dilecto.

Illustrissimo Signore.

Dal Baricello, e Fanti di Monza è stato detenuto Carlo Vigone, o sia Viganò Offiziale del Dazio della Mercanzia residente in detto luogo di Monza per averlo ritrovato armato d'una terzetta di misura con l'anzino, e sebbene abbi esebito subito al Capitano di Monza non solo la sua Patente di Offiziale, ma anche gli Ordini, e dichiarazioni fatte dal Senato Eccellentissimo, che gli Offiziali, e Ministri dell'Impresa possono portare le terzette con l'anzino, con tutto ciò non vi è stato possibile, che detto Capitano abbi voluto far rilasciare detto Offiziale, allegando, che detti Ordini sono diretti ad altri Podestà, e Giudici, e non ad esso Capitano, nè questo pretesto può servire d'alcuna scusa, essendo la medesima ragione, e detenuto per la medesima causa per l'anzino, come si vede da dette dichiarazioni, che a V. S. Illustriss. s'esebiscono. Onde l'Impresaro del Dazio della Mercanzia devotiss. serv. di V. S. Illustriss. per conservare li Privilegi, e le prerogative concessi alli Ministri dell'Impresa, in virtù anche del convenuto con la Regia Camera, e per sfoglievo non tanto dell'Offiziale, quanto dell'Impresa, il di cui servizio resta impedito in Monza per detta detenzione fa a V. S. Illustrissima ricorso

Umilmente supplicandola restar servita d'ordinare al detto Capitano di Monza, che subito senza alcuna spesa debba far rilasciare detto Offiziale detenuto per la delazione della terzetta con l'anzino, sapendosi benissimo, che detti Offiziali, e Ministri del Dazio non possono esercire il loro offizio senza le loro armi; il che &c.

1663. 4. Januarii. Egr. Fiscalis Porrus subjiciat. Signat. Aresius.

1663. die 10. Januarii. Ubi detentus sit verè Officialis super Datio Mercaturæ, & serviat actu in loco Modoetiæ, & non agatur de sclopulo minoris mensuræ unciarum decem Fiscus ut servetur decretum exhibitum, cum decretum Supremi Tribunalis in uno casu faciat legem in aliis consimilibus per text. in l. pr. de Constit. Princip. se remittit, & ideò dimittatur sine impensa. Signat. Porrus.

Prima Februarii 1663. L. cum voto Fisci. Signat. Patellanus, & Cavalchinus.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilectè noster. Lectis in Senatu nostro annexis precibus per Impresarium Mercaturæ porrectis unà cum voto Fisci super eis excitati, vobis mandamus ex ipsius Ordinis sententia, ut ubi detentus, sit verè Officialis super Datio dictæ Mercaturæ, & serviat actu in isto loco, & non agatur de sclopulo minoris mensuræ unciarum decem, decretum exhibitum servetis, & ideò eum dimittatis sine impensa. Mediolani die prima Februarii 1663. Signat. Jacobus Ivagnes, & sigillat. &c. A tergo. Sapienti J.C. Capitaneo Modoetiæ.

Attamen nonnulli Jusdicentes, tàm hujus Civitatis, quàm aliorum locorum hujus Status ob privatos fines, licet sint edocti de hac dispositione molestant Officiales dicti Datii Mercaturæ ob dictam delationem armorum ita ut ob dictas molestias eufugiendas, coacti sunt dicti Officiales relinquere eorum offitium, ne in Carceres intrudantur; Quapropter non modicum damnum, & præjuditium infertur dictæ Impresiæ, ac Regio Fisco, ad quod reparandum Regulatores dictæ Impresiæ Mercaturæ fid. M. V. ser. ad eandem confugere decreverunt

Humil. exorando dignetur renovare dictos Ordines jam à M. V. datos, & generaliter injungere etiam per publicum Edictum omnibus Jusdicentibus, & Officialibus hujus Dominii, ne aliquam molestiam inferant Officialibus Datii Mercaturæ eidem inservientibus repertis cum armis dumodò non sint sclopuli brevioris mensuræ untiarum decem, sed solum vulgo terzette etiam cum anzino, quod uti justum speratur.

Quibus visis una cum voto Fisci nostri super-

superinde excitati per has nostras mandamus omnibus Jusdicentibus hujus Dominii, ad quos spectat, & spectabit, ne molestiam inferant Officialibus Datii Mercaturæ eidem inservientibus repertis cum armis, silicet cum sclopis mediocris mensuræ etiam cum unco dumodò non sint brevioris mensuræ untiarum decem. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediol. die xxxi. Maji MDCLXXXII. 1682

Signat. Cesatus, & sigillat. &c.

A tergo. Registrat. in filo Patentium.

Ordo, ut Notarii servent Ordines publicatos de mandato Abbatum Collegii Causidicorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti nostri. Propositis coram Senatu precibus Officialium, & Notariorum Collegii hujus Urbis, una cum responso, quod litteris nostris excitati dedistis ad dictas preces; propositisque aliis precibus dictorum Notariorum jussu nostro junctis, adversus quas allatæ per vos fuere binæ protestationes, quorum omnium tenor inclusus est; lectisque etiam eodem tempore Ordinibus superinde editis, tum per dictos Officiales, & Notarios, tum per vos exhibitis; omnibusque perpensis prævio Fisci nostri voto, stetit ejusdem Ordinis sententia persistendum in novissimis Ordinibus Senatus, non obstantibus deductis per Notarios. Vobis autem ex ipsius Senatus sententia mandamus, ut omnino curetis observantiam dictorum Ordinum Senatus etiam per novam expositionem Edicti, ubi opus sit. Mediolani die i. Julii MDCLXXXII.

Cossa pro Egr. Arbona.

A tergo. Nobilibus Viris Abbatibus Notariorum Mediolani nostris dilectis.

A N N O T.

Iste Ordo emanavit occasione prætensionis promotæ per Notarios allegantes se non esse comprehensos in quibusdam Ordinibus publicatis ab Abbatibus Collegii Causidicorum, & approbatis ab Excellentiss. Senatu, ut refert J. C. Baldinus *in Collectanea Ord. &c. pag. mihi 223 nu 59.* *Magnus Fossatus.*

Declaratio, quod Stuprum sit delictum Laicum, & non Ecclesiasticum, & quod Expositio Infantis ad Hospitale sit causa civilis, & non criminalis.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Vidimus litteris vestris, quæ venerandus Vicarius Capitularis vobis respondit in causa molestiæ in Capitaneum Joannem Antonium Spinolam, nec non ea, quæ litteris suis ipse Vicarius scripsit, & habito superinde Fisci nostri voto, decrevimus respectu Stupri Judicem Ecclesiasticum omnino abstinere debere à procedendo contra Laicum, & respectu Adulterii scire debere eundem Judicem Ecclesiasticum nihil contineri in Monitorio transmisso eidem Laico, ita ut potius videatur titulus emendicatus in ejus litteris pro usurpanda jurisdictione; respectu verò expositionis Infantis, cum expositio facta fuerit ad Hospitale, causam esse civilem, & non criminalem, de quo vos monemus. Mediolani die xxiv. Julii MDCLXXXII.

Cossa pro Egr. Maddio.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Derthonæ nostro dilecto, & sigillat. &c.

Ordo, ut Judices noctis tempore lustrent vias Civitatis Mediolani.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Monuit Ill. L. T. noster Senatum nostrum die xix. currentis reiterari mandasse Ordines jàm datos Judicibus hujus Urbis die xxiv. Julii evoluti anni, ut unusquisque cum ejus familia tempore nocturno lustrare teneatur singulas hujus Civitatis partes, monendo eundem Ill. L. T. nostrum, & Supremum Cancellarium de iis, quæ occurrent, ut juxtà casuum contingentiam opportuna remedia adhiberi possint, hancque notitiam Senatui ipsi dedit, ut Ordo ipse, quæ convenire existimabit, Judicibus ipsis injungere valeat pro prædictorum executione, ut homicidia frequentia, & robariæ, in publicis etiam viis, noctis tempore, evitentur, & comprimatur abusus delationis armorum rotatorum, & chalybatorum; de hoc propterea, dùm in Senatu ipso actum fuit, ex ejusdem Ordinis Sententia mandamus vobis, ut cum aliis Judicibus, designatis partibus hujus Civitatis, & horis, lustretis ipsam Urbem singula nocte, monendo distinctè Senatum, de iis, quæ unicuique occurrent, ut opportunè, & incontinenti provideri possit, prout opus erit. Mediolani die xxx. Julii MDCLXXXII.

F. Belingerius.

A N N O T.

Renovatus fuit Ordine diei 12. Maji 1683.

1682 *Renovatio Ordinum editorum favore Officialium Impresiæ Datii Mercaturæ.*

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

FRanciscus Rubeus Impresarius Datiorum Mercaturæ, & Gabellæ Magnæ Cremonæ dedit Spectab. Senatus nostri P. Præsidi supplicem libellum tenoris sequentis.

Illustrissimo Signore.

Due sono tra le altre provisioni, che dal Senato Eccellentissimo furono fatte a favore dell' Impresaro della Mercanzia, e delli suoi Offiziali, che attendono alla scossa de' Regj Dazj, cioè una sotto li 21. Marzo 1670., ad effetto, che alcuno Baricello, o Fante non vada a molestare, o far perquisizione ne' luoghi de' Dazj, nè ivi si fermi se non sempre con l'assistenza di qualche Notaro Criminale, e l'altra sotto li 6. Luglio 1677. (e su fatta anco da S. E. sotto li 15. Marzo 1676. a Consulta del Magistrato Ordinario) per la quale resta comandato a tutti li Giudici di questo Stato, che non s'ingeriscano nelle Cause Daziarie, e dipendenti da' Dazj, qual a loro non spettano, ma osservino la disposizione delle Nuove Constituzioni nel tit. *de public., & vectig. §. omnibus Jusdicentibus*, e come da dette provisioni, che s'esibiscono. Quelle però non ostanti, vengono ben spesso fugati, o catturati ne' luoghi de' Dazj, o impediti nel loro esercizio, o processati, e molestati li suddetti Offiziali della Mercanzia sotto Giudici incompetenti, e sotto pretesti insussistenti o di parole ingiuriose da loro non proferite, o di delazione d'Armi a loro permesse, o di fognate percosse da loro non date, ma forsi ricevute da' Passaggieri renitenti, e Sfrosatori de' Dazj, che finalmente sotto altre invenzioni emendicate, vogliono sfogare la mala volontà, che ordinariamente nutriscono contro chi fa le dovute diligenze per li Dazj, e così pensano farsi actori, quando sono li Rei, per scansare, e subterfugere il competente giudizio, e le pene incorse; Onde per ovviare a simili inconvenienti Francesco Rosso moderno Impresaro de' Dazj della Mercanzia, ed anco della Gabella Grossa di Cremona ser. umil. di V. S. Illustrissima per il rimedio ha stimato opportuno il raccorso alla medesima. Umilmente supplicandola restar servita ordinare, che con Lettere Patenti unitamente si rinovino le suddette due provisioni d'affigersi ne' luoghi de' Dazj, e presentarsi a tutti li Giudici di questo Stato in ogni tempo, acciò inviolabilmente s'osservino, con imporvi quelle pene, tanto a' Giudici, quanto alle Parti, e Contraventori, le quali saranno arbitrarie all' Eccellentissimo Senato, e si giudicaranno convenienti alla giustizia, ed adequate al caso; il che ec.

Quo viso una cum Fisci nostri voto, per has nostras mandantes omnibus Jusdicentibus nostris, ad quos spectat, & spectabit, ne perquisitiones in locis Datiorum à Satellitibus fieri permittant, nisi cum assistentia alicujus ex Notariis eorum Officii, idque servari faciant, quando Baricelli, & Satellites morari debent propè Portas Civitatis ex causa officii, quo casu, sub pœnis etiam corporalibus arbitrio Senatus prohibendum per eos erit, ne in re Datiaria, Officialibus Datii, se ingerant, & circà cognitionem causarum, decernimus observari debere, memoratam Novar, Constit. dispositionem. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xii. Augusti MDCLXXXII.

Signat. Don Gabriel Tattus,
& sigillat. &c.

A tergo. Registrat. in filo Patentium.

Ordo, ut ubi per Senatum rejicitur appellatio quoad utrumque effectum, expensarum taxatio fiat per Egr. Secretarium hebdomadarium.

MDCLXXXII. Die vii. Septembris.

DEcrevit Senatus Excellentissimus die secunda præsentis mensis in causa coram eo vertente inter Communitatem Rivoltellæ, & Equitem Ajazzam, procedendum per Egr. Secretarium hebdomadarium ad petitam taxationem expensarum, & idem servandum inposterum, quotiescumque per Senatum rejicitur appellatio quod ad utrumque effectum, & de hoc Senatus Consulto faciendam annotationem; Quare ut hæc sanctio omnibus innotescat, nec de ea inposterum dubitari contingat mandat idem Senatus, ut præter decretam annotationem, exemplaria in Cancellaria ejusdem Ordinis proponantur.

Angelus Maria Maddius.

Ordo,

1682

Ordo, ut nemo Officium Locum Tenentis Capitanei Modoetiæ exerceat sine consensu Feudatariorum.

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

COmes Jacobus Durinus ex Feudatariis Oppidi Modoetiæ, dedit nobis preces sequentes videlicet.

P. R.

Licèt aliàs M. V. decreverit, non licere Capitaneis Modoetiæ Substitutos eligere, qui eorum munus exercerent, sivè Jusdicerent ob eorum absentiam, nisi ex consensu Feudatariorum dicti Oppidi Modoetiæ, ut liquet ex annexo Ordine M. V. diei 15. Septembris 1600. Attamen moderni Capitanei Modoetiæ non dubitant abesse per non modicum temporis à Feudo, & interim Substitutos eligere, sivè Locum Tenentes deputare nullo accedente Feudatariorum consensu. Verùm quia hoc in maximum Jurisdictionis Feudatariorum detrimentum cedere animadvertit Jacobus Comes Durinus alter ex Feudatariis dicti Oppidi Modoetiæ, & huml. M. V. Vassallus, ideò idem Comes ad M. V. confugit. Eam humilitèr deprecando dignetur mandare, nè quis audeat Offitium Locum Tenentis Capitanei Modoetiæ exercere, nec in eo se intromittere nisi accedente consensu Feudatariorum, quod &c. Quibus in Senatu nostro lectis unà cum Voto Fisci nostri superindè excitati, per has nostras decernimus, neminem posse Offitium Locum Tenentis Capitanei Modoetiæ exercere, nec in eo se intromittere, nisi accedente consensu Feudatariorum. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xxv. Septembris MDCLXXXII.

Signat. Cossa pro Egr. Arbbona, & sigillat. &c.

A tergo. In filo Patentium.

Ordo, ut Judices exequantur Regiam Jussionem contra Equites, & Magnates impedientes Justitiæ Ministros.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Remittit Ill. L. T. noster ad Senatum litteras nostras Regias, Matriti datas die 22. Septembris proximè præteriti, contra Equites, & Magnates impedientes Justitiæ Ministros, ne in eorum domibus, & Vicinantiis illam exercere possint, prout ex ipsarum litterarum exemplo, his nostris juncto, plenè videre poteritis. Quapropter, ex ipsius Ordinis sententia, coràm quo eæ lectæ fuerunt, vobis mandamus, ut dictam Regiam Jussionem nostram adamussim exequamini, & ubi contingat aliquid notitia ipsius Senatus dignum, statim moneatis. Mediolani die xix. Novembris MDCLXXXII.

Don Gabriel Tattus.

Tenor enunciati Ordinis Regii.

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Don Gio. Tomaso Enriquez de Cabrera, Conte di Melgar, Gentiluomo della Camera di Sua Maestà, suo Governatore, e Capitano Generale dello Stato di Milano ec.

ILlustris, Reverendi, & Magnifici nobis dilectissimi. La Maestà del Re N. S. ci ha scritto la lettera del tenor seguente.

Don Carlos Segundo, por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hyerusalem, de Navarra, y de las Indias &c. Duque de Milan &c. Ilustre Conde de Melgar, Pariente, Gentilhombre de mi Camara, mi Governador, y Capitan General del Estado de Milan. En conseguencia de la Orden, que se embiò al Principe de Ligni vuestro Antecessor esse Govierno en despacho de onze de Noviembre de mil seiscientos y setenta y siete tocante al demasiado abuso, que se havia introducido en essa Ciudad por los Cavalleros, y Magnates, no permitiendo, que los Ministros de Justicia entrassen en sus Casas, y vezindades à ningun acto Civil, ni Criminal, mandandole aplicasse efectivo remedio à estos abusos. Es mi voluntad, se atienda à esto con gran vigilancia, y cuydado, dando las ordenes, que convenga, paraque los Ministros de Justicia entren à todos los actos, que tocaren à ella, assi en lo Civil, como en lo Criminal en las Casas, y partidos de los Cavos Militares de qualquiera graduacion, que sean por lo que conviene, que con todos sea ygual la administracion de Justicia. Y assi os encargo, y mando lo dispongais, dando las ordenes, que fueren necessarias para su efectivo cumplimiento, y me avisareis de haverlo executado con toda promptitud, y del recibo deste despacho. De Madrid a 22. de Septiembre

1682 de 1682. años . Signat. YO EL REY . Cum signo Præsidis. V. Torre R. V. Carillo R. V. Pertusatus R. V. Guerrero R. V. Marchio de la Rosa R. Don Juan de Angulo . A tergo. Al Illustre Conde de Melgar Pariente, Gentilhombre de la Camara, Governador, y Capitan General del Estado de Milan , & sigillata &c.

La quale vi rimettiamo, perchè vediate quanto uniforme sia la Real mente di S. M. a quello, che v'abbiamo di già incaricato in questa materia, e tanto più vivamente ne procuriate l'esecuzione , consultandoci le occorrenze , che stimarete degne della nostra notizia , acciò a tutte possiamo apprestare il dovuto rimedio, e fare, che la giustizia eserciti gli atti suoi in ogni parte, come conviene. Nostro Signore vi conservi . Dat. in Milano a' 18. di Novembre 1682. Signat. El Conde de Melgar. V. Moles. Gorranus. In calce. Al Senato con lettera di Sua Maestà toccante a' Cavalieri, e Magnati . A tergo. Illustri Reverendis, ac Magnificis Præsidi, ac Senatui Provinciæ Mediolanensis nobis dilectissimis, & sigillata &c.

A N N O T.

CUm super nonnullis Cauponis, Apoteeis, aliisve Domibus exposita forent Stemmata Gentilitia Equitum, ac Magnatum, ob quorum reverentiam, ac timorem Satellites, etiam jubente Judice, ingredi recusabant in dictas Cauponas, Apoteeas, & Domos ad perquirendos scelestos Homines, ibi tamquam in asylum confugientes; prævia consultatione Excell. Senatus, promulgatum est Proclama die 7. Julii 1741. ex Ordine Excell. Mediolanensis Status Gubernatoris Comitis de Traun, quo prohibitum est tenere exposita dicta Stemmata Gentilitia in recensitis locis sub pœna contrafacientibus quinquaginta aureorum in auro, & alia etiam graviori, & corporali arbitrio S. E, & Senatus. Item prohibitum est quibuscunque Equitibus, & Personis in qualibet conspicua dignitate constitutis fovere hujusmodi corruptelam sub pœna Indignationis S. R. M.

Magnus Fossatus.

Ordo, ne Minutæ originales consignentur Partibus ab Officialibus Cancellariæ Senatus.

MDCLXXXII. Die v. Decembris.

OCcurrere volens Senatus abusui introducto consignandi partibus Originales minutas ex quo animadversum est oriri partibus quamplura præjuditia.

Censuit is Ordo Edictum promulgandum, ne quilibet ex Officialibus, & Scriptoribus ejus Cancellariæ inposterum relinquat decreta, & minutas Originales in manibus partium, sub pœna suspensionis, & privationis à munere, & ulteriori arbitrio Senatus ipsius, sed deferantur per Ostiarios juxtà ordines. Cæterùm inhibendum Notariis omnibus Status Mediolani, ut rogitus non fiat Instrumentorum, quibus inserantur litteræ, & minutæ originales, sed inseri debeant Litteræ, & Patentes editæ in Cancellaria juxtà solitum.

Belingerius.

Ordo, ut Magnif. Prætor Papiæ in causis sibi Delegatis uti possit Actuario sibi bene viso, aut proprio Cancellario communicatis tamen utilibus Actuario, cui spectabat constructio processus.

MDCLXXXIII. Die prima Februarii.

1683 LEctis in Excellentiss. Mediolani Senatu precibus Comitis Octavii de Villanis sequentis exempli, videlicet.

P. R.

De anno 1632. Regia Munificentia gloriosissimi Philippi Quarti concessit qu. Regenti Octavio Villano ad ejus vitam, & filii per eum nominandi beneficium, seu redditum Banci maleficiorum Papiæ cum facultate illud locandi, & consimile Privilegium concessum est post obitum Amplissimi Senatoris D. Francisci ejusdem Regentis filii Comiti Octavio antedicti Regentis Nepoti fidiss. M. V. Vassallo, ut ex Regio Diplomate Matriti expedito sub die secundo Junii 1668. ab Excellentiss. Mediolani Senatu approbato. Præcipui redditus dicti Banci consistunt in proventibus, quæ exiguntur à Reis ob processus constructos, & à petentibus attestationes delictorum, de tempore signanter, quo petunt insigniri Laurea Doctoratus in Academia illius Urbis, reclusis enim hisce duobus fontibus, nil redditus ex dicto Banco percipi potest, & hoc est, quod concessit Regia Munificentia: Regens ipse dùm vixit, & Senator Don Franciscus, utendo sibi collata mercede, locarunt semper Bancum prædictum, conventa annuali pensione, & Conductores per tempora nunquàm contradictionem habuere, quin emolumenta debita, & exigi consueta exigerent, prout peregit Supplicans, assentientibus Amplissimis Patribus, qui per tempora uti Prætores in illa Urbe jus dixere. Proximè elapso anno, promoto ad Præturam dictæ Urbis Amplissimo Senatore Marchione Bossio, sibi Cancellarium particularem delegit

1683

legit Carolum Ripam, & erepta occasione, quod Excellentiss. Senatus mandavit Amplissimo Prætori Papiæ, ut ex litteris, quæ exhibentur, quod tanquàm peculiariter delegatus procederet causa omnium emergentium intrà, & extrà Ambitum illius Gymnasii, utendo in hujusmodi causis peculiari Scriba, prætendidit dictus Ripa processus construere, & edere attestationes delictorum, in quo consistit ferè major pars emolumentorum, quæ ex dicto Banco percipiuntur: Non valuit Jo. Paulus Poma, unus ex præsentaneis conductoribus se opponere, maximè ob reverentiam Amplissimi Senatoris, cui subest, sed petita ab eo priùs venia conquestus est de hac turbatione penès Supplicantem, & facta protestatione nolle ulterius stare conducto, eundem interpellavit ad tuendum jura sua; indubitati juris est, quod servari debet favore privati, & sic Supplicantis, id quod Regia Munificentia concessit, undè si concessa sunt emolumenta dicti Banci, ea Supplicanti spectant, & citrà injuriam eis spoliari nequit, non ergò permittendum est dicto Ripæ, turbare conductorem dicti Banci in ejus exercitio, nec eundem debitis emolumentis privare, ex diametro enim tendit in præjuditium Supplicantis, & quia hoc est ad publicum bonum, & quia M. V. ita fieri mandavit in similibus. Bonum publicum consideratur in eo, quod ubi permitteretur Cancellariis Amplissimorum DD. Prætorum editio attestationum delictorum, innumeri oriri possent errores, & quidem præjuditiales, edi etiam possent attestationes sine expressione eorum delictorum, quæ nota non essent Cancellariis, & nota essent Actuariis, cum ipsi ex necessitate Officii habeant particulares libros, in quibus delatorum, & processatorum nomina describuntur; Obstat quoque dispositio Ordinum M. V. Senatus, in vim legis editorum, quorum primus est diei 29. Novembris 1577., quo providetur, ne inferatur præjuditium Actuariis, qui officia cum onere conduxerunt præceptum enim fuit Cancellariis Syndicatorum, ut reddant rationem Actuariis processuum ab ipsis confectorum, una cum emolumentis ad ratam laborum. Alter verò est diei 23. Januarii 1609., in quo præcipitur delegatis, & delegandis ut in instruendis, & perficiendis processibus, utantur tantùm opera Notariorum rerum Criminalium, ad quos spectat, qui certè alii non sunt, quàm ii, qui resident in Civitate, ubi residet Judex delegatus, & Officium cum onere conduxerunt, ut ex exemplaribus dictorum Ordinum, quæ exhibentur. Ex præmissis agnoscere potest M. V. quantum juris assistat Supplicanti, nè turbetur in perceptione emolumentorum sibi per M. V. concessorum, quæ diminui nequeunt, & notabilem sentiet diminutionem Supplicans in annua pensione, ubi permittatur dicto Ripæ, seù cuilibet alteri Cancellario processus construere, & delictorum attestationes edere, nemo enim inposterùm conducere volet Bancum prædictum, timens ne ab aliquo Cancellario emolumenta diminuantur, & propterea nedùm in præsenti ad nihilum redigetur benefitium, sed inposterum nil M. V. habebit, quod Subditis benemerentibus concedere valeat, nec credit Supplicans, quod Excell. M. V. Senatus, mandando quod Amplissimus Delegatus utatur peculiari Scriba, voluerit præjudicare Supplicanti habenti titulum à M. V. in perceptione emolumentorum, & locatione dicti Banci, nec excludere Actuarium Provincialem, qui titulo oneroso Officium conduxit. Agnoscere quoque potest, quantùm præjudicii inferatur Justitiæ, & quantùm talis intrusio adversetur ordinatis per M. V., ut ergò, quod M. V. Munificentissimè concessit, & ordines jàm editi observentur ad M. V. confugit, eam humillimè deprecando dignetur decernere, per delegationem datam Amplissimo Patri Prætori Papiæ, procedendi in dictis causis, non esse allatum præjuditium dicto Pomæ Conductori dicti Banci, nec interpositum impedimentum, quò minùs jure suo utatur, signanter in instruendis dictis processibus, & edendis delictorum attestationibus iis, qui Laurea Doctoratus insigniri petunt juxtà solitum, quod &c.

Censuit his Ordo in causis, in quibus concurrit peculiaris aliqua ratio, posse Magnificum Prætorem Papiæ uti quocumque Actuario, sive ejus Coadjutore, & etiam proprio Cancellario, qui tamen construat processus, uti Coadjutor illius Actuarii cui spectaret jus eos construendi communicatis eidem utilibus juxta praxim servatam in aliis Coadjutoribus, & restitutis libris eorundem processuum ante finem Officii Cancellarii, quod gerere contigerit. In reliquis verò processibus, tàm Scholarium, quàm aliorum jus eos construendi spectare ad Actuarios secundùm eorum Provinciam, ità tamen, ut attestationes delictorum, tàm Scholarium, quàm aliorum edi non possint ab aliis, quàm ab Actuariis.

Angelus Maria Maddius.

A N N O T.

Fuit renovatus Ordine diei 27. Novembris 1702., qui incipit *Audita &c.*

Ordo,

1683 *Ordo, ut Judices nocturno tempore perlustrent vias Mediolani, & referant Senatui occurrentia.*

Iusdicentibus Mediolani.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti nostri. Superioribus mensibus mandavit Senatus noster, ut ad occurrendum nocturnis delictis, alternis vicibus cum cæteris Jusdicentibus perlustraretis singula hebdomada vias istius Civitatis, mox qualibet die Jovis accederetis ad ejusdem Ordinis Aulam, eum certiorem reddituri de diligentiis per vos adhibitis in hac re, & de quibuscunque secutis. Verum excidente paulatim prædictorum Ordinum memoria, non parum mirati sumus neglectam fuisse per vos eorundem executionem, adeo ut in solo Judice Equi laudare possimus ejusdem observantiam; idcirco volentes vos magis memores eorum, quæ Senatus edicit, & maximè in re tanti momenti, in qua urget causa publicæ utilitatis, mandamus vobis ex sententia ejusdem Ordinis, coram quo res proposita fuit, ut in posterum eo, quo debetis studio, & vigilantia pareatis. Mediolani die xii. Maji MDCLXXXIII.

Ordo, ut Preces, aliaque Acta subscribantur vel ab Advocatis, vel à Causidicis, non vero ab ipsis partibus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti nostri. Perpensis in Senatu nostro precibus tum J. C. Marchionis Petri Pauli Glussiani; tum J. C. Caroli Camilli Carcani, super quibus Fiscum nostrum audivimus, decrevimus ad cohibendas contumelias inter ipsas partes, nullas in posterum esse admittendas preces, seu acta civilia, nisi fuerint subscripta ab Advocatis, vel Causidicis earundem partium juxta Ordines; vobisque mandamus moneatis Causidicos, ut in posterum cautè se gerant in ipsis Precibus, seu Actis subscribendis. Mediol. die xxii. Maji MDCLXXXIII.

Belingerius.

A tergo. Nobilibus Viris Abbatibus Notariorum Mediolani nostris dilectis.

Renovatio Ordinis de aptandis, vel construendis Carceribus per Feudatarios in eorum Jurisdictionibus.

MDCLXXXIII. Die iii. Junii.

Etsi Senatus aliàs edixerit, ut Phæudatarii, ad evitandum rei publicæ, & privatæ detrimentum, teneantur, intrà sex menses, in sua Jurisdictione tutum, & commodum Carcerem adaptare, atquè construere, ubi paratum, aut constructum non habeant, sub pœna omnium damnorum, & interesse, quæ pars jus aliquod prætendens, aut Regius Fiscus pati posset, & alia graviori arbitrio ejusdem Senatus irroganda, ubi non paruerint; attamen, cum ob dictorum Phæudatariorum contumaciam, aut negligentiam in dictis Carceribus construendis, & aptandis, quotidiè damna partium, & Regii Fisci incrementum capiant; Idcircò de hoc acto in Senatu, ex ejusdem Ordinis sententià, dictum Ordinem cum prænarratis pœnis, denuò per Jusdicentes Regios promulgandum esse, decretum est, eis injungens, ut contrà negligentes, aut contumaces in obtemperando, ad debitas condemnationes deveniant, & eumdem Ordinem de publicatione prædictà moneant.

Don Gabriel Tattus.

Ordo, ut Judices in Relationibus deffinitivis Senatui transmittendis exprimant, quod Rei sistunt in Carceribus.

MDCLXXXIII. Die xxii. Junii.

Animadvertit Senatus negligi frequenter executionem eorum ordinum, quibus demandatum est Prætoribus, & Jusdicentibus huius Dominii, ut antequam ad eundem Ordinem transmittant relationes deffinitivas, cogant Reos ad sistendum in Carceribus juxtà praxim; Idcircò ad tollenda quamplurima absurda, quæ occasione omissæ revocationis ad Carceres emergunt, districtè mandat omnibus Jusdicentibus, ut in posterum in relationibus exprimant, quod Rei sistant, secùs sciant opportunam rationem in Syndicatu esse reddituros.

Cesatus.

Renovatio

Renovatio Ordinis circa celerem constructionem processuum criminalium. 1683

MDCLXXXIII. Die xxiii. Julii.

ANtiquis, & iteratis Senatus-Consultis mandatum fuit, processus Criminales perfici intrà tempus præfixum à jure municipali, cujusque Civitatis, & loci, & ubi jure municipali hoc non est cautum, intrà dies xv. à die delati Criminis inchoari, & intrà sexaginta perfici, non computatis feriis institutis in honorem Dei, & ubi intrà dictum tempus non perficerentur, viguerat consuetudo, ut earum causarum Judices dilationis causam statim Senatui redderent. Cùm id negligeretur, Senatus Consulto diei 26. Octobris 1563. mandatum est omnibus hujus Provinciæ Jusdicentibus, ut diligenter implerent munus suum, processus coram se introductos intrà præfixum tempus incoharent, & perficerent, aut dilationis causas quamprimum Senatui redderent, indicta pœna non parentibus privationis muneris, aut alia graviori pro arbitratu Senatus, atque de hujus decreti registratione, & publicatione unusquisque ex Jusdicentibus litteras ad subsignatum Secretarium mitteret. Ergo animadvertens Senatus circà hujus edicti publicationem, negligentiam adeò perniciosam irrepsisse, ex qua criminum audacia, & frequentia, pœnarum exemplo vigilanter cohibenda, spe impunitatis potiùs alitur, & Rei miseri marcescunt in Carceribus, præsenti sanctione memoratum Senatus Consultum anni 1563. 24. Octobris in omnibus renovat, & sub iisdem pœnis servari inviolabiliter jubet, addita eadem pœna privationis muneris, & graviori arbitrio Senatus etiam Notariis, qui iisdem processibus operam præstant, & memoratam negligentiam commiserint, quicunque verò contrafecerit, sciat inobedientiæ pœnas per Senatum diligenter exactum iri. Angelus Maria Maddius.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 9. Junii 1714., qui incipit *Pluries &c.*

Ordo, ut Judices invigilent super executione Ordinum, & Proclamatum contra Latrones.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Cum innotuerit Senatui nostro, non obstante novissimo Proclamate edito ad extirpandos Latrones, ac diligentiis hucusque in subjecta materia adhibitis, adhùc diversos grassatores in Campis, & viis publicis latrocinia committere: propterea districtè vobis mandamus, ut invigiletis super executione Ordinum, & pœnarum in dicto Proclamate contentarum, & præcipuè super unione, quæ ut supra fit à personis armatis; ut tandem aliquando nefariorum hujuscemodi hominum genus extirpari possit. Mediolani die xxiv. Julii MDCLXXXIII.

Cossa pro Egr. Arbona.

Renovatio Ordinis, quod Judices moneant, si in eorum Carceribus decedat aliquis damnatus ad remum, vel pendente coram Senatu relatione definitiva.

MDCLXXXIII. Die xiv. Augusti.

QUamvis Senatus, sub die sextà Julii anni 1681. elapsi, edixerit, ut, decedente aliquo damnato ad remum in Carceribus, vel gratiam obtinente, teneantur Jusdicentes, & Notarii illicò monere infrascriptum Egr. Secretarium, prout etiam, ubi eisdem, sivè ab Ecclesiasticis, sivè à Rev. Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, aliqui Remo addicti tradantur, ad Regios Triremes transmittendi; Mandaverit etiam, eodem contextu, monendum Magnif. Præsidem, si detentus, pendente coram Senatu definitivà, ex humanis abeat, nè inani labore ipse Ordo defatigetur: Nihilominus ipsius decreti executio adeò neglecta est ab ipsis Jusdicentibus, & præcipuè à Notariis causarum, ut in multis casibus, & præcipuè in causà Francisci Albertarii, definitiva proposita fuerit, anno, postquam ipse, medio gratiæ, è Carceribus exierat. Tales igitur ommissiones, quæ culpæ æquiparantur, omninò tolerandæ non sunt; ideò hac novà sanctione, perpetuò duraturà, enixè mandat Senatus, ut omnia in eà contenta inconcussè serventur, & ubi Jusdicentes, in aliquo ex suprascriptis casibus enunciatis, negligentes sint, Senatus severè in eos animadvertet, Notarii verò illicò suspendentur à munere, & etiam juxtà contingentias, personali detentione, ac aliis pœnis Senatui arbitrariis, plectentur.

Don Gabriel Tattus.

Ordo,

1683 *Ordo, ut præcepta executiva renoventur solum de anno in annum citata parte.*

MDCLXXXIII. Die xix. Novembris.

ANimadversum fuit à Senatu ex praxi præceptorum executivorum singulo mense firmandorum per Judicem ex dispositione Statutaria hujus Dominii periculum, & onus Partibus injungi non leve, cum exindè contingere sæpè possit, ut ex ommissione pragmaticorum maxima causis præjuditia pariantur, excitatis Abbatibus Collegii Notariorum, habitoque superindè eorum Voto, & omnibus maturè perpensis.

Ordinavit Senatus, & ita inviolabiliter servari mandat, ut inposterum fiant renovationes præceptorum executivorum de anno in annum citata parte, nec admittantur aliæ exceptiones, quam solutionum, seù compensationum, quæ tamen sint liquidæ.

Angelus Maria Maddius.

Ordine per li Bidelli della Regia Università di Pavia.

ORdina il Senato Eccellentissimo a' Bidelli della Regia Università di Pavia, che ciascun giorno di lettura debbano notare qual de' Lettori manca dalla sua Catedra, e in fine d'ogni settimana portarne la nota al Sig. Senatore Sindicatore, e successivamente a' Signori Senatori Podestà di Pavia, i quali ne faranno relazione al Senato secondo le lettere date loro in questo particolare, come la medesima nota dovranno gli stessi Bidelli mandare ogni settimana all'Illustriss. Sig. Presidente del Senato Eccellentissimo, ed a'Bidelli, che mancheranno nell'esecuzione di questo Ordine, sarà la pena la sospensione del carico, ed altra ad arbitrio del Senato Eccellentissimo. Dat. in Milano li 2. Decembre 1683.

Carolus Maria Maddius.

Ordo, ut Judices debito tempore transmittant Magistratui Reddit. Extraord. notulam mulctarum, & condemnationum juxta dispositionem N. C.

MDCLXXXIV. Die xiii. Januarii.

1684 NOvis Constit. *tit. de Off. Quæstor. Extraord.* cautum est, ut omnes Jusdicentes, & Officiales hujus Dominii certo termino notulam omnium mulctarum, & condemnationum pecuniariarum, quas fecerint ad ipsos Quæstores mittant sub pœna contrafacienti ammissionis salarii sex mensium Fisco applicanda, ac in *cap. fin.* ut teneantur omnes Officiales singulo mense Magistratui mittere notulam querelarum, & denuntiarum, quæ eo mense factæ fuerint, in quibus pœna sanguinis, vel interesse Fisci vertitur, & in *tit. de accusat.* ut omnes Jusdicentes teneantur in fine cujuslibet mensis ipsis Quæstoribus omnia nomina, & cognomina Reorum delatorum transmittere, ubi de interesse Fisci agi possit, expressa qualitate delictorum, & qui processus expediti fuerint, expediendique sint, sub pœna ammissionis salarii trium mensium quoties id non observaverint Fisco applicanda; Et licet Senatus Excellentiss. aliàs ad preces nomine Fisci Regii sibi porrectas edixerit dictarum Nov. Constit. dispositionem omninò servandam, tamen ex consultatione per eundem Magistratum eidem facta intellexit aliquos ex Jusdicentibus, & præsertim Feudatariorum dict. Nov. Const. dispositionem negligentes, condemnationes pecuniarias pro executione Proclamatum ab eisdem f ctas, eidem Magistratui non transmittere, & quàm sæpiùs illas proprio Fisco feudali totaliter vindicare, seù uti verbis (cui de jure) nulla tamen ex post data notitia dicto Magistratui, ne autem abusus iste magis invalescat.

Hoc novo decreto mandat Senatus omnibus, & singulis Jusdicentibus Regiis, ac Prætoribus Feudatariorum, ut omninò memoratas Constitutiones servent, sub pœna in eis contenta, & alia etiam graviori ipsi Ordini arbitraria, de cujus quidem decreti nec non aliorum hujusmodi observantia expressa ratio in syndicatu exigetur, & quatenùs opus fuerit, etiam ante tempus syndicatus.

F. Belingerius.

ANNOT.

FUit renovatus Ord. diei 27. Novembris 1705., 13. Januarii 1708., 16. Maji 1709., 30. Julii 1710., 28. Januarii 1722., 20. Novembris 1728., 27. Augusti 1729.

Ordo circa Judices, Notarios, & Actuarios pro recto eorum muneris adimplemento.

MDCLXXXIV. Die xvi. Januarii.

QUamvis, quæ ad rectam Justitiæ administrationem pertinent, legibus communibus, & hujus Provinciæ municipalibus, ac Senatus Consultis postmodum editis sapienter provisa sint, cùm quorundam, seu culpa, seu negligentia, & ipso

etiam

etiam temporis vitio non pauca exolescere videantur, censuit Senatus Excellentissimus pro munere providentiæ suæ peculiari hac instructione Jusdicentibus suggerenda, & denuo injungenda, quæ sequntur.

Jusdicentes omnes servent adamussim omnia præscripta in Nov. Constit., & Ordinibus circa administrationem sui muneris, & constructionem processuum.

Statim atque pervenerint ad locum muneris sui referant ad Senatum nomina, & cognomina Actuariorum, & Notariorum ejus Officii, sint ne ex eo loco oriundi nec ne, ex ea Actuaria quid emolumenti verisimiliter percipere possint singulo anno, & quid singulo anno solvant ejus Actuariæ Dominis, iis expresse nominatis, & in quantum tempus Actuarias conduxerint. Secretò moneant Senatum de idoneitate Notariorum, Coadjutorum, & Actuariorum, & an fuerint creati juxta ordines. Pariter moneant Senatum de qualitate, & numero Satellitum nunc servientium illi Officio, & quot Satellitibus ibi opus sit ad implementum Justitiæ. Nihil omninò accipiant à Baricellis, Locum Tenentibus, & Custodibus Carcerum pro illis admittendis, nec alia de causa; præterea nullum ex iis admittant, quem suspicari possint aliquid erogasse ob commendationem ut admittatur.

Actuarii, & Notarii non perseverent in eodem Prætorio ultrà triennium inconsulto Senatu, & Jusdicentes caveant, ut hic Ordo omnino servetur.

Fiscales diligenter impleant, quæ ad ipsorum munus pertinent ex N. C., & Ordinibus, & quamvis non syndicentur sciant de observatione hujus Ordinis habitum iri rationem à Senatu in cujusque approbationibus, & aliis, & de inobservantia processum iri ad pœnas commeritas etiam ex abrupto, & informata conscientia, ut infra dicetur de Jusdicentibus.

Jusdicentes in ingressu muneris sui referant ad Senatum gesta per Syndicatorem sui præcessoris ad normam Ordinum.

Causas expediant intra terminos præfixos à N. C., & Ordinibus, & ubi adsit aliquod impedimentum, de eo moneant Senatum, vel Illustriss. Præsidem antequam expirent termini ut supra præfixi.

Statim atque pervenerint ad locum Officii mittant ad Egr. Capit. Justitiæ notulam bannitorum in ea Curia, & Jusdicentes Feudorum eam mittant ad Judicem Majoris Magistratus ejus Provinciæ, mox singulo anno eandem notulam mittant ad Egr. Capitaneum Justitiæ ad formam Ordinis diei 18. Maji 1624. Jusdicentes Regii moneant de hoc Ordine Jusdicentes Feudales, & invigilent, ut ab iisdem Jusdicentibus Feudalibus observetur, & de non observantibus moneant Senatum Excellentissimum.

Non permittant, imò tollant abusus omnes mediæ capturæ, curentque servandos Ordines in hac materia editos, secus sciant in ipsos animadversum iri. Circa verò mediam capturam pro prima perquisitione ad ipsos pertinebit providere prout casus meruerit. Pariter servent diligenter Ordines editos circa Cavalcatas, Visitationes, & Dietas. 1684

Singulo semestri referant ad Senatum statum processuum pendentium de causis capitalibus, & corporalibus, ommissis indiciis, & Jusdicentes Civitatum, ac Capitum Provinciarum tamquam Delegati à Senatu Excellentissimo curent hunc Ordinem servandum à Jusdicentibus Feudorum.

Omnino curent, ut à Consulibus Feudorum deferantur denuntiationes delictorum, juxtà Ordines denuntiandorum ad Judices Majoris Magistratus intra terminos ab Ordinibus præfixos, & de non observantibus moneant Senatum.

Actuarii statim atque ad ipsos deferentur denuntiationes delictorum, de iis moneant suos Jusdicentes, & saltem intrà unum diem postquam delatæ fuerint, eas referant in libros. Jusdicentes verò invigilent, ut hic Ordo servetur, & si quem ex Actuariis contrafecisse compercrint, eum suspendant ab officio, & moneant Senatum.

Caveant Jusdicentes in constructione processuum ne introducant ex se sumum minoris ætatis absque fundamento legitimo, ità tamen ut in definitiva, & in voto servent Ordinem diei 11. Decembris 1591. circa exprimendam ætatem, & habitudinem corporis.

Jusdicentes ex quorum ordine detinentur Rei in Carceribus Mediolani, vel aliis Majoris Magistratus, saltem intra dies 15. post detentionem moneant Curiam, in qua Reus detinetur, de titulo, & causa ejus detentionis ad formam Ordinum jam editorum, & circa eas causas expediendas servent Ordinem diei 21. Augusti 1668., circa verò alimenta panis pro detentis ex ordine Judicum Feudalium Feudatarii ipsi ad ea teneantur ad formam Ordinis diei 7. Novembris anni 1603.

Jusdicentes omnes antequàm ad locum muneris proficiscantur in manibus Cancellatii suæ Provinciæ in Cancellaria Senatus Excellentissimi nominent personam, cui tradi possint litteræ, & Ordines Senatus ad ipsum Jusdicentem mittendi.

In casibus delationis, vel abusus armorum, & in omnibus aliis ferentibus pœnam pecuniariam, Jusdicentes omnes etiam Feudales statim certiorem faciant Regiam Cameram modis, & intra terminos præfixis à Nov. Constit.

Nullus omnino Jusdicens recedat à loco sui muneris sine venia Illustriss. D. Præsidis Senatus Excellentissimi.

Quicumque ex Jusdicentibus hos Ordines, vel quemlibet ex his non servaverit, sciat

1684 sciat ultrà suspensionem, vel privationem muneris, prout casus meruerit, Senatum processurum quoque ad pœnas pecuniarias etiam ex abrupto, & ex informata conscientia, prout gradus inobservantiæ, & administrandæ Justitiæ zelus requirere videbuntur.

De horum autem Ordinum observatione exigetur peculiaris, & diligens ratio per Syndicatores, qui de iis excitabunt gravamina etiam si agatur solùm de ommissis, vult enim Senatus Excellentiss. omnia in his contenta exactè servari.

A. M. Maddius.

Ordo, ut contra Sportularum debitores, eorumque fidejussores procedatur via executiva.

MDCLXXXIV. Die xviii. Januarii.

FActo per Magnificum Erbam in Senatu verbo de debitoribus Sportularum, dictum fuit procedendum contrà dictos debitores, eorumque fidejussores per viam præcepti executivi realis, & personalis, & dandam notulam dictorum debitorum Magnifico Præsidi, ad hoc, nè admittat eos ad jurandum, quin priùs constet de solutione Sportularum, agatque juxtà mentem Senatus, quam tenet. D. G. Tattus.

Ordines pro Egr. Secretariis, ac aliis Officialibus Cancellariæ Senatus,

MDCLXXXIV. Die xxix. Januarii.

INtelligit Senatus Excellentissimus quanti intersit ad rectam, & expeditam administrationem justitiæ decreta, & Senatus Consulta ejusdem Ordinis celeritèr, & diligentèr expediri, & edi, potissimùm, quæ ex Officio expedienda sunt, & omnes extensiones decretorum, ac sententiarum, quas minutas originales vocant, ac decreta ipsa ab Egr. Secretario exarata in Senatu cautè custodiri, & eorum disperdendorum periculum omninò caveri; Quamobrem idem Excellentiss. Ordo denuò sancienda censuit, quæ sequuntur.

Egregius Secretarius hebdomadarius singulo manè recensebit in peculiari libro decreta omnia, & Senatus Consulta edenda ex Officio, annotato singulis nomine Cancellarii, ad quem spectabit ea edenda, ultimo autem die hebdomadæ librum hunc ostendet Ill. Præsidi, ut recognoscatur an impleta fuerint demandata per Senatum, ut si quæ intervenerit negligentia, sivè Officialis, sivè Amanuensis in iis expediendis animadverti possit ea pœna, quam Senatus Excellentissimus dignam existimaverit.

Quælibet decreta, & Sententias, cum eorum extensionibus, quas vocant minutas originales; Caveant Officiales, & Amanuenses omnes Cancellariæ, & Ostiarii ne eas unquàm tradant in manus partium, nec sinant per ipsas partes asportari, & quando subscribenda erunt per Egr. Secretarium, ad eum deferantur per Officialem, vel per Amanuensem, qui minutam confecit, sivè per Ostiarium, ex officio, non verò per partes, & in contrafacientes animadvertet exactè Senatus Excellentiss. pro eo ac casus meruerit;

Postquàm Senatus Excellentissimus surrexerit, prætèr Egr. Secretarios, Cancellarios, cæterosque Cancellariæ Officiales, quibus pro munere suo aliquid peragendum occurret, cum Ill. Præside, & Magnificis Patribus, vel pro registrandis decretis, nemo ingrediatur in aulam ejusdem Ordinis, nisi postquàm Senatus recesserit, & Egr. Secretarius permiserit ingredi, ne turbetur si quid ei peragendum restet pro munere suo, & Ostiarii solliciti erunt pro hujus decreti implemento pœna autèm contrafacientium erit, quam Senatus convenire cognoverit. F. Belingerius.

Ordo pro jurisdictione Abbatum Collegii Notariorum Mediolani circa rititudinem Judiciorum.

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

PRopositis in Senatu precibus Abbatum Collegii Notariorum hujus Urbis, sequentis exempli videlicet:

P. R.

ANno 1573. die 2. Octobris auditis uno ex Magnificis DD. Senatoribus M. V., duobus ex Cancellariis Senatorum Seniorum, uno ex Cancellariis DD. Quæstorum Reddit. Ordin., & altero Reddituum Extraordinariorum, Notario Causarum Civilium, & L. T. Gubernatoris Status Mediolani. Approbavit M. V. Ordines, & formas recipiendi acta per Abbates Collegii Notariorom, & Causidicorum tunc conditas, & voluit per dictos Abbates in quolibet casu contraventionis dictorum Ordinum ex officio procedi etiam circa receptionem actorum, prout eis convenire visum fuisset. Annis 1579. 20. mensis Novembris, & 1605. 26. Augusti eadem M. V. mandavit ipsis Abbatibus executionem nonnullorum ordinum circa receptionem actorum, & semper M. V. in provisione actorum, & in servanda rititudine, & praxi judi-

1684

juditiorum ipsos Abbates delegit, ut probant innumeræ litteræ, & Ordines ejusdem M. V., & hoc habito etiam respectu ad potestatem eisdem Abbatibus attributam ex dispositione legis hujus Patriæ sub *cap. 226. vol. 2.*, ex qua præscriptum legitur dictos Abbates habere jus, & facultatem puniendi Notarios Causarum Civilium Mediolani, & sub capite 345. habetur eos in Causis Civilibus spectantibus officio Notariæ, esse Judices, & habere omnimodam potestatem procedendi, cognoscendi errores, & ommissiones, & hoc ultra alias Jurisdictiones eisdem Abbatibus attributas ex aliis Statutis, & Ordinibus, quorum dispositione semper pro exercitio eorum muneris usi fuerunt, & utuntur, invigilando super omnibus Actuariis hujus Civitatis, & Ducatus, & super rititudine juditiorum, curando, ut tela judiciaria servetur, & juditia non confundantur, ut juri, & justitiæ locus esse possit; Et licet in hac possessione hujusmodi jurisdictionem exercendi semper fuerint, & sint supra hominum memoriam: Attamen cum diebus nunc proximè elapsis pro implemento eorum muneris excitata fuerit eorum Jurisdictio à Rev. Jo. Paulo Gallarano, petendo extrahi ex actis quandam Ordinationem per DD. Conf. Justitiæ factam favore Horatii Mandelli, & in præjuditium dicti Gallarani ex eo, quod in, & circa ipsam Ordinationem servata non fuisset rititudo, & tela juditiaria, secundùm praxim procedendi debita, curarunt dicti Abbates coram eis citari dictum Mandellum, qui comparuit cum ejus Causidico ipsis partibus auditis, & cognito omnia minùs ritè, & non servata tela juditiaria processisse, decreverunt ipsam Ordinationem esse ex actis extrahendam, & reponendam, prout reposita fuit penès Cancellarium eorum Collegii, ut perpetuo de ea sic extracta constare posset. Recursum habuit ex post dictus Mandellus ad Excellentissimum M. V. Senatum, & exposuit in ejus precibus annis 1682., & 1683. Abbates dicti Collegii tunc sedentes similes Ordinationes extrahi fecisse, & ex peculiaribus litteris M. V., iterum in actis redactas fuisse, eo sub prætextu, quod ageretur de nullitate dictarum Ordinationum, & quod eorum Jurisdictio ad id non se extenderet, & dixit præsentaneam ordinationem ipsius Mandelli, prædictis alias ex ordine M. V. in actis redactis parificari, & sub simplici illius recursu inauditis modernis Abbatibus, placuit M. V. dare litteras dictis Abbatibus, ut ubi ordinatio dicti Mandelli extracta non sit, illam extrahi non permittant, & ubi extracta sit illam in actis redigi curent, ut latius ex ipsis litteris, quæ M. V. exhibentur. Paruerunt moderni Abbates dispositioni dictarum litterarum, sed, ut M. V. innotescat, eos in hac parte limites eorum jurisdictionis in aliquo non excessisse, sed pro eorum munere implenda tantùm implevisse, coguntur dicere M. V. causas, quibus moti sunt ad ipsam ordinationem ex actis extrahi faciendam, ut M. V. dignoscat per eos gesta plenissima causæ, & facti cognitione adhibita, servatis servandis, & cum omnimoda jurisdictione processisse. Recognoverunt enim dicti Abbates ordinationem à dicto Mandello reportatam contra dictum Gallaranum non servata praxi, & rititudine judiciorum factam fuisse. Primò, quia ex parte dicti Mandelli facta fuit quædam comparitio, petitio, & litterarum præsentatio sub die 13. Septembris præteriti nulla transmissa citatione dicto Gallarano, ut ipsis Abbatibus, justificatum fuit per attestationem Notarii Actuarii Generalis, quæ M. V. exhibetur. Secundò, quia ommissio dictæ intimationis magis confirmata fuit ex facto Sollicitatoris ejusdem Mandelli, dum aliam transmisit citationem dicto Gallarano datam sub die 16. ejusdem mensis Septembris ad videndum ipsam petitionem, & litterarum præsentationem fieri nulla expressa certa die comparendi, ex qua confirmatum remanet sub dicta die 13. Septembris ipsas litteras non fuisse præsentatas, nec factam aliquam petitionem; ut docet dicta citatio, quæ M.V. exhibetur. Tertiò, quia ipsis Abbatibus constitit nihil ex parte dicti Mandelli gestum fuisse in termino dictæ secundæ citationis, quin immò sub omnibus horis factas fuisse debitas cassationes. Quartò, quia hæc irrititudo procedendi ipsis Abbatibus confirmata remansit à Causidico dicti Mandelli in contradictorio coram eis inter ipsas partes facto, antequam decreverint dictam ordinationem esse ex actis extrahendam, dum ibi Causidicus dicti Mandelli dixit se fecisse suam petitionem in ejus replicatione, ex quo bina alia emergunt absurda, alterum nempè, quod nulla praxis, nec rititudo procedendi in judiciis admittat petitionem fieri in replicatione, sed quidem in primordio causæ citata parte, & servatis servandis. Alterum verò, quod ad ipsam petitionem cumulandam necessaria erat præsentatio dictarum litterarum, quæ servatis servandis nundum præsentatæ dici poterant, & hoc fieri debebat monita parte, quod, cum secutum non sit, nulla major irrititudo procedendi in judiciis dari poterit, nec potest. Quintò, & ultimò, quia ex parte dicti Mandelli constitit ipsis Abbatibus dictum Gallaranum fuisse citatum sub una, eademque hora primò ad videndum præsentari litteras, secundò ad videndum eligi Notarium Actuarium pro examine Testium, tertiò ad videndum assumi summarias informationes, quartò ad comparendum in contradictorio judicio, quintò demùm ad videndum fieri ordinationem, ut ex ipsa citatione, quæ pariter M. V. exhibetur, ex quibus tanquam

1684 fecutis fub ultima hora Jurifdictionis Conf. Juftitiæ contra rititudinem, & proxim fervari folitam, & contra notoriam Ordinum Collegii difpofitionem non datis Reo convento temporibus reprobatoriis ex difpofitione Statutorum, & Nov. Conftit. in judiciis profequendis præfcriptis, magis confirmatur juftitia ordinationis ab ipfis Abbatibus facta, addito maximè, quod ex narrativa dictæ ordinationis recognitum fuit enunciatum fuiffe primo loco actum dictæ petitionis, & præfentationis litterarum factum fub dicta die 13. Septembris, licet per Cauf. dicti Mandelli confeffum fuerit fuam petitionem feciffe in replicatione, & fic agi de ordinatione peccante etiam in forma ipfius extenfionis. Ex prædictis dignofcere poteft M. V. an dicti Abbates in hac parte exceffèrint limites eorum Jurifdictionis, nec ne, & an pro veritate data qualitate ordinationis, de qua agitur, illam fervatis fervandis, & fic omni juri fuadente ex actis extrahi fecerint; Verùm in hujufmodi caufis nimis faciles fiunt recurfus ad Excellentiffimum M. V. Senatum ex eo, quod Rei fibi ab hujufmodi exemplis certificent, quod omnes ordinationes vel ritè fecutæ, vel non, in actis redigentur; ideò dicti moderni Abbates hum. M. V. fer. ut hujufmodi corruptelis confultum remaneat, & eorum munus implere valeant, ad eandem M. V. confugiunt, illam humilimè deprecando dignetur primò in ordine ad extrahendam ex actis dictam ordinationem decernere, quid magis juri, & juftitiæ confonum M. V. videatur, fecundò, ad quofqq; recurfus per Reos habendos ipfos Abbates audire, ne in iis prælibatæ M. V. aures quotidiè obtundantur, neve iidem Abbates indebitè vexentur, & cogantur totum tempus confumere in exarandis M. V. irrititudinibus, & confufionibus judiciorum ad nutum omnium litigantium, quod fperatur.

Eifque confideratis, per has noftras, ex ipfius Ordinis fententia decernimus approbanda gefta per Abbates dicti Collegii, & denuò extrahendam ex actis ordinationem, & inpofterum dictos Abbates curare debere fervari Ordines circa rititudinem judiciorum. In quorum fidem præfentes figillo noftro munitas fieri, & regiftrari juffimus. Mediol. die vi. Martii MDCLXXXIV.

Belingerius.

ANNOT.

Reclamavit Mandellus contra hoc Senatus Confultum, & porrectis precibus Senatui Excellentiffimo poftulavit decerni nullam habendam effe rationem dicti Senatus Confulti faltem quoad præjudirium ipfius Mandelli, vel ubi dici poffet præfatam ordinationem affectam aliquo vitio irritiudinis, illam effe ex bono jure confirmandam, & fic in actis redigendam: Verum auditis partibus, & iterum hac caufa in Senatu propofita fub die 19. Januarii 1685 dictum fuit perfiftendum effe in decretis non obftantibus deductis, ut refert Baldinus *in Collectanea Ord. Collegii Caufid. pag. mihi 30.* *Magnus Foffatus.*

Ordo circa modum fedendi in Curiis tempore Vifitationum.

MDCLXXXIV. Die vi. Maji.

Facto verbo in Excellentifs. Mediolani Senatu per Magnificum Senatorem Dominum Don Cæfarem Vicecomitem delegatum, de controverfia præcedentiæ inter Protectores Carceratorum dictæ Civitatis tempore Vifitationum, omnibufque attentè confideratis.

Cenfuit Senatus in Vifitationibus Carceratorum faciendis per Magnificos DD. Senatores, tàm in Officio Egr. Capit. Juftitiæ, quàm Egr. Prætoris fervandum effe infrafcriptum ordinem fedendi; nimirùm à parte dextra primo loco Egr. Capit. Juftitiæ, feù Egr. Prætorem in eorum refpectivè Officiis; deindè Egr. Advocatos Fifcales, & à parte finiftra Vicarium Juftitiæ, feù Judicem ad fignum Galli, & Judicem ad fignum Equi refpectivè ut fupra, deindè Egr. Syndicos Fifcales, omnefque prædictos fuper cathedris diverfis ab infrafcriptis, & dignioribus, ut tota, & integra Curia cæteris omnibus digniùs præcedat, & præferatur. Poft verò dictos Egr. Adv. Fifcales in eodem ordine, fed diverfis, & qualitate inferioribus adhibitis cathedris, fequi debere Protectores J. C. ex Collegio, & poft eos Protectores nobiles. Sicuti, & poft Egr. Syndicos Fifcales in eodem ordine, & æqualibus cathedris, cum illis dictorum Protectorum, diverfis tamen, & qualitate inferioribus ab illis Curiæ ut fupra, fequi debere Protectores Caufidicos ex Collegio, & prædicta fervanda effe donec aliud fuerit ab eodem Senatu declaratum.

Federicus Coffa pro Egr. Arbona.

Ordo, ne Judices fe intromittant in caufis ducentium ligna ad hanc Urbem, fed in ipfis procedat Tribunal Provifionum.

MDCLXXXIV. Die xxvii. Julii.

Propofitis in Excellentifs. Mediolani Senatu litteris Egr. Vicarii, & Duodecim Provifionum ejufdem Civitatis ad ipfum Excellentiffimum Ordinem miffis tenoris fequentis, videlicet.

P. R.

. P. R. . . .

Consulens M. V. pro sua paterna sollicitudine bono publico hujus fidissimæ Metropolis, dignata fuit sub die xiv. Julii 1681. decernere, nullos Jusdicentes hujus Dominii, neque eorum Notarios similes querelas accipere, neque in similibus enunciatis casibus civilitèr, aut criminalitèr se se intromittere posse, nec debere, ubi agatur de lignis ad hanc Civitatem, vel illam versùs ducendis, sed partes, & causas Tribunali ejusdem Civitatis relinquendas, & remittendas; hocque ad triennium: ità tamen, ut si occasione ducendi dicta ligna versùs Civitatem contingant delicta, quæ pœnam corporis afflictivam mereantur, ea relinquantur Judicibus Ordinariis, ut ex ipso, quod exhibetur. Indiget provisio lignorum ab igne magis, magisque dicto Senatus Consulto, cum semper major sentiatur illorum penuria in hac Civitate, quorum conductioni, etiam quotidiè ponuntur impedimenta in dicta relatione expressa: ea propter necessarium duximus M. V. Supplic. exorare, ut dignetur dictum decretum, ad triennium ut supra concessum 1684
renovare, absque temporis præscriptione, quod ab eximia in hanc Civitatem M. V. benignitate sperantes, eidem à Deo fælicissima quæque precamur. Mediolani die 21. Junii 1684. Subscr. Vicarius, & Duodecim Provisionum Civitatis Mediolani. J. Annonus.

Eisque diligenti examine discussis, unà cum voto Fisci nostri superindè habito.

Censuit is Ordo, nullos posthac Jusdicentes hujus Dominii, neque eorum Notarios similes querelas accipere, neque in similibus enunciatis casibus civilitèr, aut criminalitèr se se intromittere posse, nec debere, ubi agatur de lignis ad hanc Civitatem, vel illam versùs ducendis, sed partes, & causas Tribunali ejusdem Civitatis relinquendas, & remittendas, hocque ad triennium, ità tamen, ut si occasione ducendi dicta ligna versùs Civitatem, contingant delicta, quæ pœnam corporis afflictivam mereantur, ea relinquantur Judicibus Ordinariis.

Cossa pro Egr. Arbona.

Ordo, ne Thesaurarii Sportularum Officiorum recipiant attestationes paupertatis, seu miserabilitatis, nisi fuerint post Votum Fisci subsignatæ ab uno ex Magnif. DD. Senatoribus Delegatis.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Ex litteris vestris coram Senatu nostro lectis compertum est præjudicium, quod infertur participantibus jure Sportularum ex frequentia probationis attestationum paupertatis, & miserabilitatis, quæ ab unoquoquè ex Egr. Fiscalibus fiunt contrà dispositionem delegationis in hac materia privativè in vos factæ ob mortem olim Egr. Fiscalis Porri, hocquè originem traxisse ex secuta anno 1678. divisione Egr. Fiscalium ad Tribunalia, postmodum ex vestra oblunga adversa valetudine incrementum recepisse, ità ut Sportulæ ad exiguam quantitatem sint redactæ. Huic relaxationi præjudiciali Fisco nostro, & interesse habentibus in Sportulis occurrere volentes, ex Senatus ipsius sententia decrevimus rem hanc ad primum statum 1685
reducere, proindeque inhærendo memoratæ delegationi, vobis jam datæ, mandamus vobis, ut consueta vestra diligentia invigiletis in subscribendo memoratis attestationibus paupertatis, & miserabilitatis, quam Provinciam in vos privativè confirmamus, curetisque, ne sub paupertatis, & miserabilitatis velamine, Sportulæ in damnum Fisci, & Judicum minuantur, mandamusquè omnibus officiorum Thesaurariis, ut non recipiant attestationes paupertatis, seu miserabilitatis, nisi fuerint, post votum vestrum subsignatæ ab uno ex Spectab. Sportularum delegatis. Mediolani die viii. Februarii MDCLXXXV.

D. Gabriel Tattus.

Ordo pro defensione Regiæ Jurisdictionis.

MDCLXXXV. Die viii. Februarii.

Dilectè noster. Ad annexas preces Jacobi Ayroldi in Senatu nostro lectas, & super quibus Fiscus noster subjecit, litteras dedimus Egr. Fiscali Stratæ, ut alloquatur hunc Rev. Vicarium Civilem Curiæ Archiepiscopalis, effectus, ut nominatus Promotor desistat ab ulteriori molestia contra Supplicantem in re tam clara, & præjudiciali Regiæ nostræ jurisdictioni, ac observationi nominati §. *Collegiis*; vobis verò ex ejusdem Ordinis sententia mandamus, ut litteris circularibus ad omnes Judices, ad quos spectat, eos moneatis, & Consuli ipsius loci Robiati præceptum faciatis, ne assistat executioni alicujus sententiæ latæ, vel ferendæ per Judicem Ecclesiasticum, & signanter dictum Reg. Vicarium Civilem in memorata causa favore nominatæ Ecclesiæ Robiati, nisi prius ab Ordine nostro res cognoscatur audito Supplicante. Cæterum decernimus aliquod decretum fieri non posse, nisi citato Supplicante per triduum ante, & precibus in Senatu nostro lectis. D. G. Tattus.

A tergo. Egr. J. C. Capitaneo Justitiæ Mediolani nostro dilecto.

Ordo,

1685

Ordo, ne molestentur laborantes die Festo pro Ecclesia.

Prætori Luvini.

Dilectè noster. Perpensis expositis in occlusis precibus per Venerab. Jo. Andream Calderonum Parocum loci Germignacæ nobis delatis; vobis mandamus, ut Incolas ejusdem loci non molestetis, ubi reperiantur diebus Festis gratis, & amore Dei operam præstantes in conducendis materialibus necessariis ad constructionem dicti Sacrarii. Mediolani die xv. Februarii MDCLXXXV.

Ordo circa admittendas attestationes paupertatis, & miserabilitatis.

MDCLXXXV. Die xv. Maji.

Acto in Excellentiss. Mediolani Senatu de opportuna provisione ad occurrendum præjudiciis, quæ Fisco Regio, Judicibus, & aliis jus in Sportulis habentibus ex frequentia attestationum paupertatis, & miserabilitatis inferuntur, facili eorundem, importunitate, & astu petentium, admissione.

Is Ordo censuit circa memoratas attestationes paupertatis, & miserabilitatis servandam esse dispositionem N. C. §. *Notarii in causis pauperum*, Ordinesque Senatus diei 26. Februarii 1639., ac diei 16. Aprilis 1674., & ulterius in hac Civitate, & Ducatu attestationes ipsas non esse admittendas, nisi super eis votum dederit Egr. Syndicus Fiscalis Strata specialiter ad id Delegatus, & subsignatæ fuerint ab uno ex Magnificis DD. Senatoribus delegatis. In Curiis autem Magnif. Prætorum Cremonæ, & Papiæ, relatas attestationes, ultrà disposita in dictis N. C., & Ordinibus ut supra, esse subscribendas ab ipsis Magnif. Prætoribus, ejus Judicibus, ac Advocatis Fiscalibus eorundem Curiarum. Cæterum respectu reliquorum Prætorum, Jusdicentium, ac Officialium hujus Dominii, ultrà pariter disposita in dictis N. C., & Ordinibus, attestationes recensitas subscribendas esse ab eis, & eorum Fiscalibus. Mandat propterea Senatus omnia præscripta ut supra servanda esse per Tribunalia, Prætores, Jusdicentes, ac alios Officiales hujus Dominii, tàm mediatos, quàm immediatos, ut ità servent, & inconcussè servari faciant in causis, in quibus criminaliter proceditur, juxtà dispositionem, & pro executione litterarum Regiarum diei xxiii. Julii 1622.

Angelus Maria Maddius.

Renovatio plurium Ordinum in materia Sportularum.

MDCLXXXV. Die v. Junii.

Significavit Excellentiss. Mediolani Senatui Mutius Cottomanus in re Sportularum ab eodem Ordine delegatus, se ex facto Egr. Capitanei Justitiæ non potuisse calculos, & libros rerum criminalium illius Offitii recognoscere, exhibuitque, ne aliqua ei negligentia in ipso munere adscribatur, ad comprobandam pro prædictis peragendis impertitam facultatem, octo Ordines superinde editos, tenoris sequentis: (*isti Ordines sunt diei* 18. *Augusti* 1628., 14. *Decembris* 1650., 23. *Januarii* 1665., 28. *Martii* 1678., 2. *Augusti* 1678., 14. *Januarii* 1679., *altera ejusdem diei* 14. *Januarii* 1679., 28. *Septembris* 1679., *quorum tenor hic ommittitur, quia jam est in suis respectivis locis impressus*.)

Omnibus proinde diligenter examinatis coram Excellentissimo Senatu.

Censuit is Ordo servandos recensitos Ordines, per extensum redigendos per modum regulæ, & instructionis generalis, ita tamen, ut Delegatis non liceat uti memoratis præceptis pœnalibus contra Prætores Regios, & Curiales istius Civitatis inconsulto Magnif. Præside, & in Curiis Papiensi, & Cremonensi inconsultis Magnificis Prætoribus, & Magnif. Senatorem Menochium agere debere ex mente Senatus, quam tenet. Cesatus.

Ordo, quod Cancellarii Delegatorum transmittant ad Thesaurarium Senatus notulam processuum; quod Prætores Feudales moneant Illustriss. Præsidem de electione eorum Cancellarii, ac Notarii, & quod Feudatarii non eligant in Prætores, & Notarios non subditos.

MDCLXXXV. Die v. Junii.

Acto in Excellentissimo Mediolani Senatu de mediis, quibus Delegatis in re Sportularum pervenire possit certa notitia delictorum, & eorundem qualitas, ut dignoscant Sportularum quantitatem, quæ debetur ad normam Ordinum.

Censuit

Censuit is Ordo omnes Notarios, qui assumuntur in Cancellarios per Delegatos, illinc ad mensem à die inchoatorum processuum teneri transmittere ad manus Thesaurarii Senatus ipsius notulam dictorum processuum sub pœna Senatui arbitraria. Præterea Prætores Feudales hujus Dominii, & ipsos teneri juxtà bimestre post suam electionem monere Illustrem Præsidem de ipsa electione, nec non de persona Notarii, quo utuntur in constructione processuum sub pœna suspensionis à munere. Feudatarios non posse eligere in Prætores, & Notarios hujus Dominii, non Subditos. Cæterum addendum instructioni delegatorum in re Sportularum, ut pro habenda notitia delictorum, quæ contingunt in locis Feudalibus, eam desumant ex libris Jusdicentium Majoris Magistratus, scilicet ex denunciationibus, quæ deferuntur ibidem per Consules ad normam Ordinum. 1685

Cesatus.

A N N O T.

RENovatus fuit per extensum in Ord diei 27. Novembris 1701., qui incipit *Audita &c.*

Ordo, ne molestentur explodentes Sclopos in honorem alicujus Sacræ Festivitatis.

Prætori Varisii.

DIlectè noster. Visis annexis precibus Juvenum Morazoni una cum voto Fisci nostri, ubi agatur de continuata delatione Sclopororum directa ad augendum Divinum cultum in utraque functione sacra recensita, mandamus vobis respectu memoratæ delationis Sclopororum attenta notoria consuetudine, & ne inposterum populi abstineant ab hujusmodi Religionis obsequiis ob molestias illis illatas, non procedatis contra Supplicantes, qui nullam dederunt operam subsecutæ rixæ, & hoc absque impensa. Mediolani die xxiii. Augusti MDCLXXXV. Belingerius.

A N N O T.

IDem servari jussit Excell. Senatus in Ord. diei 9. Aprilis 1688.

Ordines circa exactionem Sportularum.

MDCLXXXVI. Die x. Januarii.

INnotuit Senatui Excellentiss., quod sæpè numero contingit disputari super exactione sportularum pro Ordinationibus, quæ per Judices fiunt pro executione decretorum ejusdem Senatus, an nempè attendendum sit Capitulum 51., an verò cap. 65. taxæ generalis editæ sub die 16. Martii 1658., prout, & per multos irrepsere abusus in faciendis Ordinationibus in causis Criminalibus favore Reorum in præjudicium, tùm Justitiæ, & partis offensæ, tùm in præjuditium sportularum exactionis. His omnibus occurrere volens is Ordo, cui nil magis cordi est, quàm ut rectæ, & celeri Justitiæ administrationi sit locus. Re igitur diligentèr discussa, ac maturè considerata, propositisque relationibus Egr. Thesaurarii, ac Delegatorum in re sportularum diei decimi septimi Decembris prox. præt., & 9. præsentis mensis, sicuti etiam litteris dierum 13., & 16. dicti mensis Decembris ad Magnificum Præsidem exaratis per Vicarium Marthesanæ, ac ejus Syndicatorem.

Censuit pro interpretatione cap. 51., & cap. 65. taxæ generalis, ubi ordinationes fiant pro executione decretorum Senatus favore illorum, qui jàm fuerint constituti Rei, vel inquisiti, vel habeant sufficientia inditia pro infligendo Reatu, vel transmittenda inquisitione, servandum esse ab hac die in anteà cap. 51. dictæ taxæ generalis, & cap. 65. locum tantummodò habere debere favore illorum, qui non fuerunt Rei constituti, nec inquisiti, nec ad reatum, seù inquisitionem inditiati, nec non & in casibus, in quibus à Senatu circumscribuntur reatus, seù inquisitiones, vel alia emanant decreta vim circumscriptionis habentia. 1686

Secundò, mandat Ordinationes liberatorias cum clausula rebus stantibus, aut defectu inditiorum, per Judices in futurum faciendas non esse, nisi evacuatis processibus saltem in ea parte, quæ tangit liberationes ipsas, & nisi priùs fuerint citati querelantes ad subministrandum in casibus, in quibus jàm non sint factæ remissiones, cum declaratione, quod processus non intelligatur evacuatus, nisi examinatis omnibus testibus, ac ipsismet Reis, & perfectis omnibus diligentiis, ità ut quod nil aliud remaneat agendum, quàm infligere, vel non infligere reatum.

Tertiò, statuit Senatus, ubi inposterùm per Judices in causis, in quibus delicta Partis remissione tolluntur, fiant decreta, ut in actis recipiantur, & seù ut in processu registrentur remissiones, gravandos esse eosdemmet Judices talia decreta facientes, ad integram sportularum portionem Senatui ad præscriptum Ordinum spectantem.

1686 tem. Et in illis Curiis, in quibus remanent deputati Thesaurarii nomine ejusdem Senatus, teneri Notarios causæ remissiones prædictas, postquàm factum fuerit aliquod decretum de illis recipiendis, & seù registrandis, statim ipsismet Thesaurariis præsentare, ad hoc ut sportulas ab Ordinibus præscriptas exigere valeant, aliter teneri insolidum Judices, & Notarios ad solutionem dictarum sportularum ergà Senatum, casu quo similes remissiones dictis Thesaurariis non præsentaverint, vel fuerint negligentes in illas præsentando. Notarios ipsarum causarum non posse inposterum recipere, nec rogatos esse de remissionibus prædictis, quibus tolluntur delicta, nisi prævia ordinatione Judicis, & solutis sportulis, secùs ad ipsas sportulas ipsi Notarii teneantur.

Quartò, declarat Senatus ad tollendos abusus, qui in dies committuntur, tùm in præjuditium Judicis processus Criminales incipientis, tùm ejusdem Senatus, ut post hac in casibus, in quibus post inflictum Reatum è Carceribus relaxantur Rei sub fidejussione ultrà sportulas relaxatoriæ, exigendam quoque esse medietatem sportularum relationis definitivæ, ac medietatem visionum ab Ordinibus præscriptarum, & alteram medietatem exigendam posteà esse de tempore relationis definitivæ, eo modo, quo servatur, ac practicatur, quando transmittuntur relationes status causarum.

Lapso autem termino quatuor mensium post secutam relaxationem sub fidejossione, ad effectum præstandi eorum defensiones, Judices teneri ipsos Reos ad Carceres revocare, nisi aliter jubeat Senatus.

Quintò, pro ordinationibus verò, quæ ab hodiè in anteà fient per Judices cum clausula absque impensa, intelligi non posse clausulam ipsam, respectu portionis sportularum ad Senatum spectantis, nisi eodem tempore ab ipsis Judicibus exprimatur legitima causa, & ubi aliter fiant, teneri ipsos Judices.

Cossa pro Egr. Belingetio.

ANNOT.

Renovatus fuit Ord. diei 5. Maji 1707.

Ordines pro recta Justitiæ administratione in causis civilibus.

MDCLXXXVI. Die xxii. Augusti.

Senatus plures condidit Ordines pro recta Justitiæ administratione, & ad subditorum beneficium; verum cognovit in foro causarum adhuc permultas irrepsisse corruptelas in præjudicium tùm publici, tùm privati, & in maximum ipsius Justitiæ detrimentum. Hisce occurrere volens, potissimùm pro executione jussionum Catholicæ Regiæ Majestatis Domini nostri, quæ peculiaribus suis litteris, enixè commendatam voluit curæ ipsius Senatus incorruptam, inter Subditos justitiæ distributionem. Postremo loco Provinciam hanc demandavit amplissimis DD. Patribus Don Cæsari Vicecomiti, & Don Aloysio Trotto, ut (pro summo eorum Studio, & vigilantia pari, in iis præsertim, quæ bonum publicum, & Regium servitium respiciunt) studerent remediis, quibus facilius præcidantur litium circuitus; excitatis Abbatibus Collegii, tàm Juris Peritorum, quàm Notariorum hujus Civitatis, ut, & ipsi proponerent media, quæ magis proficua in hac re existimarent. Allatis autem per eos responsis, & congressibus habitis, coràm eisdem Amplissimis DD. Patribus, mox omnibus ad Senatum delatis, & diligenti examine discussis.

Censuit operæ pretium condere infrascriptos Ordines, eosque typis dare, ut cunctis pateant, sciantque præcipuè patrocinium causarum sumere volentes, quas sustinere debeant partes, pro illorum exacta observantia, ut Justitia, quò magis fieri possit, suum sortiatur implementum, & subditorum bono, & quieti consultum sit.

Et sunt sequentes.

1 Permittendam facultatem Judicibus Ordinariis decidendi causas, quæ non excedunt summam librarum centum, summariè, sine lite, & sola facti veritate inspecta.

2 Quòd, sub specie litterarum Senatus, quòd provideatur prout juris, retardari non possit executio illarum sententiarum, à quibus per nostra jura municipalia non licet appellare; comminata pœna nullitatis, & aureorum viginti quinque applicanda arbitrio Senatus, contrà Causidicos; Solicitatores, & Partes, qui in hujusmodi causis, & sub prætextu litterarum Senatus, prout juris, reportaverint præcepta inhibitoria, & tali pacto executionem sententiarum, qualitatis, de qua suprà, retardare audebunt.

3 Quòd una tantum copia præceptorum, denunciationum, & aliorum (quæ nunc à Judicibus subscribi solent) ab ipso Judice firmetur: postquam tamen ab Advocato, vel Causidico, ut infrà, talis copia subscripta fuerit, nec ullam habeat cassationem, additionem, aut interlineationem, firmetur, postquam tamen ab Advocato, vel Causidico subscripta fuerit, quæ exindè copia taliter à Judice firmata, remanere debeat

debeat penès Notarium Actuarium talis Judicis, & eas penès se in ejus actis retenta, non aliter, debeat dictus Notarius Actuarius subscribere omnes alias copias talium præceptorum, denuntiationum, & ut supra, & subscriptas, ut supra: nec ab eis aliud exquirendum, circa quod concordent, & conformes sint cum ipsis copiis, præter dictas subscriptiones Advocati, vel Causidici, & ut supra, pro faciliori expeditione. Dicti autem Advocatus, vel Causidicus acquiescere possint examini facto per eorum Solicitatorem attestantem in calce earum, se illas concordasse cum prædicta in actis remansura; contrà quem Solicitatorem, in casu diversitatis procedendum sit ad pœnas suspensionis à munere, & etiam corporales arbitrandas per Senatum. Copiis verò præmissis à Notario Actuario, modo præmisso subscriptis standum sit, ac si à Judice omnes firmatæ fuissent.

4 Quòd acta Civilia, & etiam præcepta cujuscunque generis indispensabiliter subscribantur ab Advocato, vel Causidico, qui sit Collegiatus, vel approbatus, exclusa penitùs quacunque alia subscriptione; idque sub pœna non solùm nullitatis ipso jure, & facto eorumdem actorum, seu præceptorum, &, ut suprà, sed etiam pœna aureorum decem, applicanda arbitrio Senatus respectu aliarum personarum, quæ talia acta, seu præcepta subscribere ausæ fuerint prout, & suspensionis à munere, respectu illorum Actuariorum, qui acta, seu præcepta aliter, quàm, ut suprà recipere audebunt.

5 Ad quem effectum, ultrà disposita in antecedentibus Ordinibus, licebit Abbatibus, & unicuique eorum, aliisque per eos delegandis accedere ad quæcunque subsellia Judicum inferiorum, & eorum Tribunalia, ubi Actuarii resident, & filtias quorumcunque actorum judicialium, ac etiam relationum recognoscere, & ab eis extrahi facere, & deponere penès Cancell., seù ViceCancell. Collegii illa omnia acta, quæ vel non subscripta, vel aliter, quàm, ut supra reperta fuerint: quæ insuper debeant statim per ipsum Cancellarium Collegii, seù, ut suprà registrari in libro particulari ad hunc effectum tenendo, &, ut semper de illis constare possit, & super eorum fundamento procedi, contrà contravenientes ad pœnas superiùs expressas.

6 Prout paritèr tenebuntur Actuarii, & Coadjutores, ut suprà, affixam habere ad eorum respectivè subsellia notulam impressam continentem nomen, & cognomen illorum omnium Causidicorum, qui per Collegium approbati fuerint, ne sub prætextu ignorantiæ, aliàs subscriptiones, quàm ut suprà dictum fuit admittere possint, & hoc quoque respectu Actuariorum, & Coadjutorum Judicum inferiorum, suspensionis à munere, ac alia majori arbitrio Abbatum, salvo semper jure clientibus contrà eum, qui non Advocatus, nec Causidicus Collegiatus, nec approbatus patrocinium alicujus causæ suscipere, & acta facere, & subscribere voluerit. Ut autem omnibus constare possit de nomine, & cognomine eorum, qui per Collegium approbati fuerint, describantur in libro dierum utilium, post Causidicos Collegiatos. 1686

7 Quòd nullus Judex, cujus subsellii acta visitata fuerint, ut suprà, possit dictis visitationibus, & perquisitionibus filtiarum se opponere, aut aliquo modo eas impedire, vel retardare, imò teneatur præstare assistentiam, & favorem pro illis peragendis.

8 Subscriptiones quorumcumque actorum fiant per verba integra, & extensa; clarisque caracteribus, ità quòd legi, & intelligi facilè possint, non autem abreviatè, & aliter factæ non recipiantur.

9 Quòd omnes prædicti Ordines tangentes subscriptiones actorum adamussim serventur in toto foro Mediolani.

10 Causidici nullum admittant ad obtinendam praxim solicitatoris, nisi prævia notitia bonæ qualitatis, & famæ, aptitudinis ad scribendum latino idiomate, bono caractere. Ad solicitatoris verò minùs non admittatur nisi per biennium operam dederit in Studio Causidici de Collegio, seù approbati, nec aliter, quàm obtenta approbatione Abbatum, & exhibita eis attestatione Causidici de exercitio fideliter præstito in ejus Studio, nec non attestatione exclusiva delictorum, & secuta approbatione, describatur in libro particulari, qui remaneat penès Collegium dictorum Abbatum, & dictæ approbationes fiant gratis, dempta mercede scripturæ.

11 Quòd scriptores, qui erunt approbati, ut suprà, teneantur nomen, & cognomen distinctum, & claris caracteribus scribere in, & super quibuscunque citationibus, ac scripturis, quæ ad formam ordinum, ut suprà per Causidicum subscribi non debebunt, addito etiam cum eadem claritate cognomine Causidici in cujus Studio militant, ità quòd saltem, media notitia Causidici, assequi possit illa scriptoris, & hoc sub pœna exclusionis contravenientium ab illo Studio, & suspensionis à munere solicitandi, & etiam pecuniaria arbitrio Senatus.

12 Quòd qui Lauream Doctoralem obtinuerint, ea non obstante, volentes Causidici partes agere, debeant omninò reportare ab Abbatibus Collegii approbationem ab Ordinibus demandatam, qui Abbates, habita ratione ad qualitates personarum, & eorum peritiam provideant super modo examinis, & eorum approbatione.

13 Quòd petito Consilio Sapientis indistinctè, & absque disceptatione illud detur, exceptis tamen causis, quas illi subja-

1686 cere non debere Statutis, & Nov. Const. cavetur, & hæc rejecta quacunque objectione, quod agatur de claris, aut quod Consilium ipsum petatur per calumniam; si tamen agatur de summa librarum tercentum non excedente, nullo pacto Consilio Sapientis locus esse possit.

14 Quòd interposita nullitatis dictione, aut appellatione, causa omninò committatur, & servetur norma formularii Senatus.

15 Quòd ordinationes, quæ fiunt à Judicibus Ordinariis, sub ultima hora eorum jurisdictionis, debeant fieri de actis, termino mensis, cum facultate Abbatibus, per tempora, illum, juxtà casuum contingentias prorogandi, etiam per alium mensem, & non ultrà: ubi tamen res integra sit, & facta non fuerit cassatio. Lapso autem dicto termino, & nulla facta prorogatione, & secuta cassatione, non possint ampliùs tales ordinationes in actis redigi, sub pœna nullitatis, & etiam majori arbitrio Senatus, contrà Actuarios, & Coadjutores si receperint.

16 Quòd in causis Civilibus, ad Egregium Capitaneum Justitiæ non spectantibus, ille minùs, quo fieri possit delegetur: nec ei dentur litteræ inhibitoriales in causa appellationis, quando appellatio non devolvitur ad Senatum, sed omninò servetur formularium sub pœna nullitatis respectu partis, & suspensionis à munere respectu Cancellarii.

17 Quòd in causis ordinariis coràm Senatu, juxtà antiquam consuetudinem concordentur eorum facta, & exindè subscribantur per Causidicos, & super ipsis factis fiant jurium allegationes, excitatis priùs articulis, si opus fuerit, per Amplissimos Relatores.

18 Quòd Actor, quippe qui ad judicium paratus venire, debet, teneatur specificare jura fundantia intentionem suam in eodem primo actu suæ petitionis, & ubi procedatur per libellum, quod in termino clausulæ excitatoriæ Rei conventi ad contradicendum eidem libello, teneatur idem Actor illud producens ejus jura specificare, & apponatur citatio in ipso libello, cum expressione, quòd ea fiet in dicto termino clausulæ comparendi; salvo jure alias probationes faciendi in successivis actis, quæ fient, ubi qualitas successivæ exceptionis obliget Actorem ad novas probationes: eodemque modo tenebitur Reus, statim fundata intentione Actoris suam exceptionem probare in primo subsequenti actu, salvo, & ipsi jure latiùs probandi, ubi successiva Actoris replicatio novas probationes à Reo postulet; reservato tamen jure faciendi quascunque alias probationes in facto, quæ de jure contingent fieri, pro fundamento intentionis, utriusque partis.

19 Quòd Actor, & quicunque alius producere debens acta coràm Senatu, teneatur petitionem suam, & successiva acta, quanto citiùs in actis deferre, & ubi aliqua ratione diferat, vel teneatur, statim delatis ipsis actis, monere alteram partem de ipsa delatione, vel antequam deferat teneatur rursùs monere partem de proxima ipsius actus præsentatione, & in termino hujus novæ monitionis ipsa acta in actis deferre, secùs altera pars nunquàm possit dici esse in mora respondendi.

20 Quò verò ad negligentes in perficiendis coràm Senatu processibus, seu deferendis scripturis, lapsis tribus monitionibus, seù terminis, qui non sint minores præscriptis à Novis Constitutionibus, ad faciendos actus, procedendum omninò ad ulteriora tanquam contrà veros contumaces, & ipso jure censeantur condemnati in omnibus expensis factis, & etiam damnis passis, ob dilatum juditium per partem adversam; & sd ejus instantiam cogantur per Thesaurarium Senatus ad deponendum totum salarium. Ubi autem causæ ipsæ pendeant coràm Senatu in gradu appellationis, seu recursus, cum supersessoria, censeri ipso facto sublatum quemcunque effectum suspensivum, seu supersessoriam, ob dictam contumaciam, absquè ulla declaratione, nec possit ulteriùs prorogari.

21 In causis desertionis appellationum non admittendam audientiam quo ad effectum suspensivum.

22 Quòd ubi petantur avocationes causarum ad Senatum modici momenti, qui tamen, vel ex Privilegio legis unicæ, vel aliqua alia ratione per Senatum admittantur, exceptis iis, quæ ad eum devolvuntur in gradu appellationis (in quibus servandi erunt Ordines Regii) possit futurus earum Commissarius domi eas expedire, quæ non excedant summam aureorum centum de capitali, & quod ubi pars succumbens appellare voluerit, talis appellatio nonnisi, quo ad devolutivum admittatur, rejecto suspensivo.

23 Quando dantur litteræ convenientiæ, sivè Delegationis alicui ex Amplissimis DD. Patribus, ubi intrà decem dies, post habitam judicialiter notitiam dictarum litterarum, pars expressè non dissenserit circà personam Delegati, non admittantur suspiciones, nisi statim probatis suspicionibus ipsis, excluso juramento, & facto deposito, juxtà Ordines: non retardata tamen executione ipsarum litterarum, quatenus agatur de provisione sd evitanda scandala.

24 Respectu verò inhibitionum, quæ aliquando conceduntur ab Amplissimis DD. Patribus, virtute litterarum Senatus, convenientiæ, ipsis DD. Patribus directarum, non intelligantur concessa præcepta inhibitoria cum supersessoria indefinita, sed ubi casus videatur dignus aliqua suspensione, ea fiat tantùm ad tempus, ut interim audiri possint partes, & posteà deliberari super majori

majori supersessoria concedenda, vel deneganda, sub pœna procedendi de tergiversatione contrà subripientes, nullitatis, & refectionis damnorum erga partes; nullamque dandam, nec admittendam supersedentiam ex capite reverentiæ Judicis Supremi, puta ex Amplissimis DD. Patribus; Sed illæ tantùm admittantur supersessotiæ, quæ in scriptis, & ut suprà concessæ fuerint.

25 Quod in causis mutuarum precum, & responsionum non liceat partibus facere separatas specificationes, sed eas in ipsis mutuis precibus præstare teneantur. Et insuper non admittantur preces legendæ in actu relationis, nisi priùs perfectis quatuor actis.

26 Quòd petentes supersedentias, aut moratorias ad solvendum, priùs quam preces porrigantur Senatui Excellentissimo, præstent idoneam fidejussionem, parte citata, coràm Judice competente, de solvendo debito, cum expensis, & damnis legitimis in eo termino, qui à Senatu poterit obtineri, & in calce precum fiat attestatio per Actuarium de fidejussione præstitâ, & hoc gratis. Ità tamen ut fidejussio censeatur liberata, non concesso termino ad solvendum: & præsens dispositio non habet locum in terminis ad parandas pecunias de forma.

27 Respectu recursuum, qui frequenter fiunt petendo, ut nulla ratio habeatur rescriptorum à parte obtinendorum, nisi parte monita, & re in Senatu proposita, servandam dispositionem formulari Cancellariæ, & non ultrà.

28 Quicunque supplicare volentes, & causas agere potissimùm coràm Senatu, 1686
omninò abstineant in precibus, & responsis, & in quibuscunque actis à verbis, & periodis mordentibus, vel lædentibus partes, sub pœna aureorum quinquaginta statim exigenda à subscribente, & provocante; & alia etiam corporali per Senatum arbitranda, juxtà facti, & personarum qualitatem.

29 Non admittendos Ecclesiasticos ad patrocinium, & solicitudinem causarum, nisi agatur de eorum causa propria, juxtà ordines Suæ Cath. Majestatis Domini nostri, & sinè præjuditio dispensationum obtentarum.

30 Preces, & quæcunque acta, quæ fient coràm Senatu conscribantur claro, & intelligibili charactere, ut facilè legi possint, aliter non admittantur, vel lacerentur.

31 Quòd omnes prædicti ordines tangentes subscriptiones actorum servandi in toto foro Mediolani, locum etiam habere debeant in causis coràm Senatu, & Amplissimis DD. Patribus, & ità adamussim servandum per Cancellarios in ea parte, quæ ad illorum munus spectat, ut suprà.

32 Quòd Cancellarii, & Coadjutores Senatus Excellentissimi non edant decreta, minutas, nec provisiones factas, ubi preces, vel memorialia, super quibus talia decreta, provisiones, & minutæ factæ fuerint, non reperiantur subscripta juxtà dispositionem Ordinum, ut suprà, & preces latino idiomate conscriptæ subscribantur ab Advocato, vel Causidico, ut supra.

Signat. Cossa pro Egr. Arbona.

A N N O T.

AD §. *Quando dantur num.* 23. Decendium ab hoc Ordine præscriptum ad recusandum aliquem ex Magnificis DD. Senatoribus uti Delegatum ad instantiam partis currit à die judicialis præsentationis in actis decreti delegationis, non vero à die intimatæ citationis ad videndum præsentari ipsas litteras delegationis, ut declaravit Senatus Excellentissimus die 4. Junii 1732. in causa vertente inter Felicem Bizozerum, & Cæsarem Carisium, ac Joannem Baptistam Casatum. *Mognus Fossatus.*

Ordines pro Notariis, & Collegio Causidicorum.

MDCLXXXVI. Die xxii. Augusti.

REcognovit Senatus plures irrepsisse corruptelas in foro Judiciali, pro quibus tollendis jam nonnulla sancivit hodierna die.

Sed non minora etiam percipit inferri detrimenta à quibusdam Notariis Civilibus ob imperitiam, ne quid gravius exprimatur, quamvis eorum exercitium adeò necessarium pro communi omnium commercio, & tanti sit ponderis, ut nonnisi viros optimis moribus imbutos, scientia, & experientia præditos, nec non integritate conspicuos exquirat.

Maximum igitur Excellentissimi hujus Ordinis fuit studium in re hac gravissima, & commissa Provincia consuetæ vigilantiæ Magnifici D. Senatoris Don Cæsaris Vicecomitis, cui Abbates Collegii Notariorum, & Causidicorum hujus Urbis, litteris ipsius Ordinis excitati, sua ipsorum sensa communicarent in adhibendis remediis, quemadmodum egerunt, illisquè unà cum Statutorum, Ordinum, & etiam illorum, qui, singulis annis, promulgari solent à prædictis Abbatibus, dispositione per præfatum D. Senatorem propositis, omnibusque maturè consideratis.

Censuit infrascripta, in vim legis inposterum inviolabiliter observanda, pro communi totius Reipublicæ beneficio, statuere, indictis pœnis infrascriptis, firmis tamen in reliquis manentibus Statutis, & quibuscunque

1686 conque aliis Ordinibus in hac materia editis, undè sibi pollicetur fore, ut in Notariis desiderandæ amplius non sint tàm necessariæ conditiones sufficientis scientiæ, probatæ experientiæ, ac integritatis, quibus jam pollere plures eorum non ignorat, si eliminatis, correctisquè imperitis, inexpertibus, & deterioribus purgatum remaneat, & conservetur exercitium adeò utile, ac conspicuum.

Et approbatis in pluribus dictorum Abbatum sensibus jubet, ac statuit.

Primò, nullum amplius à Collegio prædicto admittendum in numerum, & exercitium Notariorum, qui non compleverit annum ætatis suæ vigesimum quintum, &, per quinquennium integrum, non militaverit sub Cauf. Colleg., vel approbato, qui tamen sit Notarius, cujus militationis continuæ attestationem juratam ab ipso Causidico subscriptam exhibuerit Abbatibus, in casu autem attestationis non veræ procedendum de falso.

Nullum itidem admittendum, qui non polleat facultatibus annul redditus saltem aureorum centum.

Sicuti etiam nullum, qui, vel cujus Pater, aut Avus exerceat, vel exercuerit artem vilem, aut reprobam communi existimatione.

Nequè ullum, qui non habeat originem simul, & domicilium in hac Civitate, aut Ducatu, & idem servandum in aliis Civitatibus hujus Dominii, sub pœna in prædictis omnibus, nullitatis ipsius admissionis, & quorumcumque agendorum per illum, qui admissus fuerit contrà prædictos Ordines, ac respectu admittentium arbitraria Senatui.

Secundò, non eligendos à prædictis Abbatibus, nec à dicto Collegio ipsius Officiales, veluti Syndicos, Antianos, Seniores, Consiliarios, Cancellarium, aut similes, nisi post quinque annos integros à tempore, quo admissi fuerunt Notarii per ipsum Collegium, sub pœna nullitatis eorum, quæ facta fuerint ipsis intervenientibus, & alia etiam Senatui arbitraria.

Tertiò, informationes petentium omninò assumendas in loco originis, seù habitationis, etiam si aliquis Officialium testetur sibi notum esse petentem, ejusque conditiones, & assumendas, petente interim sistente in hac Civitate, ac eo, quo magis fieri poterit, inscio, nequè illum admittendum, nisi elapsis duobus mensibus post primam Collegii Congregationem, ut interim possint meliùs notæ haberi illius qualitates, secus habitas informationes nullas, & non attendendas.

Quartò, ejusdem petentis examen faciendum publicè in Collegio, & non limitatè super illis octo Instrumentis expressis in Statutis utpotè facilioribus, sed super aliis etiam, in quibus includantur difficiliora arbitrio Abbatum, quæ saltem sint numero quindecim iisque omnibus in urna positis unum extrahendum sorte, quod ibi, eodemque actu tradatur petenti compilandum, ac legendum latino, ac Italico sermone, mox eodem tempore, ac successivè dandas ei per Abbates saltem quatuor interrogationes, videlicet duas pro singulo eorum, & alias quatuor à Protectoribus, & Syndicis, videlicet unam pro singulo eorum, non sublata facultate cæteris etiam Congregatis dandi aliquas interrogationes, si voluerint, quibus peractis colligenda secreta suffragia Congregatorum, prævio solito juramento, pro admissione, nec aliter admitti posse aliquem in Notarium sub pœna nullitatis, ut suprà dictum in aliis casibus, & aliis pœnis Senatui arbitrariis, tàm respectu illius, quàm admittentium.

Et ubi admittatur legitimè ut suprà, teneri admissum antequam se ingerat in exercitio Notariatus præstare idoneam fidejussionem jam præscriptam ex Ordine Senatus diei 6. Novembris 1612., & etiam aliam de consignandis Abbatibus tàm quibuscumque Imbreviaturis suis, quam quæ ad suas manus pervenerint, in casu mutationis status sub pœna, de qua suprà.

Quintò, servandos in reliquis inconcussè Ordines dicti Collegii, seù Abbatum, quos hucusquè, & singulis annis per publicum edictum promulgari consuetum fuit, & illis addendum, ut quilibet Notarii ponant in singulis matricibus Instrumentorum, de quibus ipsi rogati fuerint, vel rogandi sint, numerum, sicut etiam in rubrica, incipiendo à primo numero in prima matrice, & primo descripto in rubrica, & sic prosequendo ad sequentes ordinatè, nulla penitùs facta numerorum præposteratione, & numeri matricum conformes sint, ac concordes cum numeris in rubrica sub pœna Abbatibus, & Senatui arbitraria.

Sextò, visitationes per Abbates, seù ab eis delegandos omninò, & summa cum diligentia singulis annis faciendas, tàm in hac Civitate, quàm in toto Ducatu, & recognoscendum, an per Notarios observentur præscripta in Ordinibus, quibus peractis omnia redigenda in scripta, & in acta per dictos Abbates in dicto Collegio, ubi per ipsos fiant Visitationes, ubi autem fiant per alios ab ipsis Delegatos, istos Visitatores teneri in scriptis referre dictis Abbatibus, quæ emeserint, ut haberi possit in Collegio notitia illorum Notariorum, qui ritè, & legaliter se gesserunt, ac gerent, tolli possint abusus, si reperiantur, & contravenientes puniri.

Eligendos etiam singulo triennio ab Abbatibus Revisitatores, tàm in hac Civitate, quàm in Ducatu, qui visitationes annuas factas ut supra recognoscant, & denuò visitent, referantque in scriptis Abbatibus ut supra, reservato semper jure ipsis Abba-

Abbatibus visitandi quoties, & ubi eis libuerit.

Prætereà eligendos ex Notariis senioribus magis idoneis, & probioribus, unum scilicet in quacumque Plebe, seù Regione hujus Ducatus in ea residentem, qui uti Præfecti, seù Vicarii invigilent circà Notarios in ipsis respectivè Plebibus, seù Regionibus habitantes, eorum mores, & quo modo se gerant in exercitio Notariatus, ac distinctè referant de tempore in tempus Abbatibus; In casibus verò mortis alicujus dictorum Notariorum, vel mutationis Status, vel ubi deserant hunc Ducatum, curent in tutò poni omnes illius Imbreviaturas, & etiam illas, quæ penès eumdem extabant, monendo statim dictos Abbates, ut consultiùs providere possint pro illarum assecuratione, & quibus erunt consignandæ; Ac idem servandum in hac Civitate eligendo unum, vel duos in quacumquè illius Porta ad effectum prædictum.

Septimò, teneri prædictos Abbates pro causis criminalibus eligere, ubi adhùc electus non sit, Notarium, Actuarium Criminalem, qui sit, vel ex Notariis, Actuariis, vel Coadjutoribus Criminalibus inservientibus in altero Offitiorum hujus Civitatis, vel Egr. Capitanei Justitiæ, vel Egr. Prætoris, nec alio Not. Criminali possint uti in suis causis sub pœna nullitatis agendorum.

Et insuper teneri eosdem Abbates unà cum dicto eorum Notario, Actuario Criminali sub pœna Senatui arbitraria intrà tres dies post porrectam coràm eis querelam, seu denuntiationem alicujus falsitatis adversùs aliquem Notarium, Pronotarium, Cancellarium, Actuarium, & hujusmodi, aut per eos habitam ex Offitio notitiam eligere, aut Egregium Prætorem hujus Civitatis, aut alterum ex Judicibus ad signum Galli, vel Equi, illique prædictam querelam, sivè denuntiationem, sivè notitiam communicare, ut simul ad formam Statutorum construi per eos valeat processus, nec non intrà idem tempus notitiam eamdem, sicuti etiam electi Judicis transmittere in scriptis ad præfatum Magnificum D. Senatorem Vicecomitem, ad quem etiam termino mensis proximè futuri transmittent notulam omnium causarum criminalium coràm eis pendentium.

Octavò, quià etiam intellexit Senatus à prædictis quoque Abbatibus, maximam corruptelam in admissione Pronotariorum fuisse introductam, itàut plerumque pueri, ac pessimæ, vilissimæque conditionis homines fuerint in hanc usq; diem admissi contrà indubiam mentem statuentium, qui Pronotariorum interventum, ultrà testes, voluerunt pro majori contractuum, & ultimarum voluntatum securitate, quæ nequit haberi ab interventu hominum hujusmodi, utpotè inferioris conditionis, quàm sint testes.

Ideò statuit admittendos à Collegio prædicto, seù Abbatibus inposterùm solummodo illos, qui excesserint ætatem annorum viginti, sciant scribere bono caractere, ac honestæ sint, & non vilis conditionis, sub pœna nullitatis, & alia etiam arbitraria Senatui etiam contra admittentes.

Respectu autem jam admissorum statuit, ut firmis tamen manentibus omnibus illis actibus cujuscunque generis, quibus uti Pronotarii hucusque intervenerunt, & etiam intervenient per trimestre à die publicationis præsentium Ordinum, Abbates prædicti teneantur omnes Pronotarios jam admissos excitare, ac monere, ut termino mensis reportent ab eisdem Abbatibus novam ipsorum approbationem juxtà præscripta ut suprà faciendam, quam esse faciendam gratis, ubi cæterà requisita utsupra concurrant; dempta scriptura jubet Senatus; Et dicta approbatione intrà dictum tempus non reportata, censendos esse ipso jure, & facto exclusos ab exercitio Pronotariatus, & ubi nihilominùs exerceant, procedendum contrà eos de falso.

Sciant insuper omnes Senatum non esse derogaturum prædictis, nec alicui eorum parti, nisi maxima urgente aliqua causa, se in toto Ordine proposita, & auditis priùs Abbatibus.

Signat. Cossa prò Egr. Arbona.

Ordo pro recuperandis expeditionibus Cancellariæ Senatus.

MDCLXXXVI. Die xxii. Augusti.

Inolevit abusus, ex quo Collitigantes, Sollicitatores, & causarum patroni, post expeditas à Senatu sententias, tùm in causis ordinariis, tùm mutuarum precum, dent ordines pro minutis faciendis, explendisq; ipsis sententiis, negligunt, renuuntvè comparere ad expeditiones recuperandas, idemque servant circà exemplaria actorum in causis coràm Senatu in præjuditium Cancellariorum, qui eorum operam præstiterunt in explendis sententiis, ordinationibus, & actis utsuprà: ne autem ulteriùs serpat hic abusus.

Senatus mandat ejus Thesaurario, ut constito de ordine dato per partes, eorumque Solicitatores, aut causarum Patronos, pro prædictis, statuat terminum competentem iis, qui institere penès Cancellarios, & alios Officiales ad solvendas honorantias, & importantiam scripturarum unicuique debitam, eoque elapso procedat via executionis.

Signat. Cossa pro Egr. Arbona.

Ordo

Ordo pro admissis ad beneficium recursus cum superseßoria.

MDCLXXXVII. Die ix. Aprilis.

AD tollendos forensium quæstionum abusus non defuit Senatus pro munere suo districtis ordinibus per tempora cavere quidquid saluberrimæ Juditiorum praxi expedire visum fuit. Cum autem observatum fuerit inter alias corruptelas illam quoque irrepsisse, ut postquam partes obtinuerint audiri in remedio supplicationis cum superſedentia, non curent deindè ordinatorum expeditionem, ex qua negligentia lites propemodum fiunt immortales.

Idcircò huic malo occurrere volens is Ordo indistinctè mandat, ut in posterùm quisquis admissus fuerit ad beneficium recursus cum suspensione teneatur intrà mensem tunc proximè futurum à die concessæ audientiæ reportare editionem ipsius ordinationis, eamque servatis servandis præsentare Magnifico causæ Commissario sub pœna caducitatis decretæ superseſſoriæ ipso jure, & facto absque ulla alia declaratione.

Federicus Cesatus.

Ordo, ut dispensationes pro derogatione fideicommissorum transversalium proponantur in Senatu.

MDCLXXXVII. Die xxviii. Aprilis.

HAc sanctione inconcussè servanda Senatus Excellentissimus decrevit, quod omnes dispensationes tangentes derogationem fideicommissorum transversalium, & continentes clausulam (quod ad præjudicium consentientium, & eorum hæredum tantùm) quæ domi expediebantur, in posterum proponantur in eodem Ordine, sub pœna subreptionis, & obreptionis, si aliter à partibus fuerint obtentæ.

Federicus Cossa pro Egr. Arbona.

Ordines pro recta administratione Justitiæ in causis Criminalibus.

MDCLXXXVII. Die xxx. Junii.

AUdito in Excellentissimo Mediolani Senatu Magnif. D. Senatore Don Cæsare Vicecomite referente Votum ambarum Curiarum Egr. Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani habitum in executione litterarum eidem datarum sub die 8. Julii anni præteriti pro majori Justitiæ complemento, ut causæ Criminales, quam citiùs expediantur, & si Rei sontes sint debitas pœnas luant, sin autem absolvantur, nè diutiùs, quàm par sit Carceris incommodis fatigentur, eoque igitur diligenter perpenso, factaque matura consideratione super omnibus in eodem Voto contentis, eisque diligenter examinatis.

Censuit is Ordo. Primò, neminem imposterùm admittendum esse in Notarium in aliquo Officio Regio, nisi per triennium inservierit in aliquo Officio pariter Regio, tamquam Scriptor, & nisi post necessariam approbationem Magistratus, reportaveritque etiam approbationem à Senatu, audito Fisco, prævia attestatione habilitationis ab ea Curia, in qua operam priùs dederit in praxi, & prævio etiam examine ab altero ex Magnif. DD. Senatoribus Delegatis, vel ab aliquo alio per eundem subdelegando, ac exhibitis omninò delictorum attestationibus.

Secundò, teneri quoscunque Judices in fine eorum biennii referre Senatui qualitates, mores, peritiam, & numerum Actuariorum, Notariorum, Coadjutorum, & Scriptorum existentium in eorum respectivè Officio, quod deferunt, ita ut non possint liberari à Syndicatu, nisi hoc adimpleverint.

Tertiò, Actuarios Officii Egr. Capitanei Justitiæ, ac Egr. Prætoris hujus Urbis, & aliorum Officiorum Regiorum non posse admitti ad dictum munus, nisi priùs per triennium inservivering in aliquo Officio Regio, uti Notarii, & nisi reportata babilitatione ut supra expressa in primo Capite.

Quarto, non esse diminuendum numerum Actuariorum, neque eorum Coadjutorum inconsulto Senatu, tàm in Officio Egr. Capitanei Justitiæ, quàm in illo Egr. Prætoris hujus Civitatis.

Quintò, nullum Actuarium, seù Notarium Coadjutorem, qui inserviat in Officiis Regiis, posse inservire in Officiis Feudalibus, tamquam Prætorem, Fiscalem, LocumTenentem, & Syndicatorem sub pœnis Senatui arbitrariis.

Sextò, sub eadem pœna non posse dictos Notarios, seu Coadjutores penès se retinere pecunias, mobilia, aliosvè effectus Reorum, exceptis tamen rebus, quæ possunt inservire pro corpore delicti, seu inditio, sed omnia deponere debere penès Thesaurarium eorum Officii, seu exercentem munus Thesaurarii, ubi Thesaurarius non adsit, nisi aliter fuerit decretum per Judicem Causæ.

Septi-

Septimò, teneri Notarios statim post receptam querelam, vel habitam notitiam alicujus delicti, eam redigere in actis, certioremque reddere Judicem suum, si id contigerit in loco residentiæ ipsius Judicis, intra unum diem, si autem id evenerit extra dictum locum, intra triduum, vel statim post redditum ipsius Notarii, sub pœna Senatui arbitraria.

Octavo, in omnibus Officiis Libros omnes Criminales esse rubricandos, ut vulgò, & impropriè dicitur baptizandos, & teneri quoscunque Delegatos curare per eorum Actuarios, seu Cancellarios rubricari ut supra eorum Libros processuum in Officiis Judicum ordinariorum, mox mittere notulam causarum, & nomina processatorum illi Officio, in quo fuerint Libri rubricati ut supra. Idemque servandum per Judices Feudales circa rubricationem prædictam, eosque teneri curare fieri eamdem rubricationem in Officio Majoris Magistratus, eorum respectivè Provinciæ in Libro peculiari ad hunc effectum destinando, & Libros rubicandos, ut supra termino dierum sex ab illis Actuariis, vel Notariis, qui habitant in Officiorum Regiorum locis, & termino dierum quindecim à cæteris, & propterea in attestationibus delictorum inposterum faciendis, in Officiis Regiis, ab eorum Actuariis requirendi non solùm sunt Notarii ejusdem Officii, sed etiam omnes alii Notarii Officiorum Feudalium, qui Libros processuum Criminalium in prædicto Officio Regio rubricare, seu baptizare ut supra tenentur, nec aliter esse edendas attestationes prædictas sub pœnis de quibus supra.

Nonò, renovandum Ordinem Senatus diei 8. Novembris 1632., & ideò mandat singulis Jusdicentibus ordinariis, & Delegatis, qui detentos miserint ad Carceres Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani, ut die vigesimo cujuslibet mensis certiorem faciant in scriptis, & absque ulla prorsus impensa unum ex Actuariis Criminalibus de statu causæ dictorum Carceratorum, ut in notulis Visitationum exprimi possit; si dicti Judices forenses sint, & extra hanc Urbem degant, ut in ea domicilium eligant, ubi possint admoneri, proindè, ac habitantes in Urbe, ut, si sit opus ipsi, vel eorum Notarii Actuarii rationem reddant processuum, & præstò sint tempore Visitationum ipsorum Carceratorum, juxta Senatus Consultum diei 20. Decembris anni 1617. in suo robore duraturum; Qui prædicta non observaverint, iis pœna aureorum decem irrogetur, applicanda indigentiis Carceratorum, & simul interdicatur cognitione causæ, eaque devolvatur ad ipsum Capitaneum, vel Prætorem, si detenti erunt in Carcere illius, vel hujus, qui quidem Capitaneus, & Prætor expensis dictorum Judicum curabunt acta, & processus ad se transferri, misso in idipsum Notario, si modo apparuerit ex binis Visitationibus de illorum negligentia, & inobservantia. 1687 Quem Ordinem Senatus mandat ultra prædicta Officia Regii Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani extendi, & servari debere etiam in quibuscunque aliis Regiis Officiis, quoties ad illorum Carceres transmittantur Carcerati ab aliquibus Judicibus Feudalibus, seu Delegatis.

Decimò, quatenus contingat ejicere aliquem Notarium ab aliquo Officio, cum causæ cognitione, & Senatus decreto, non posse in Consulto eodem Senatu admitti ad inserviendum in altero Officio sub pœna etiam corporali Senatus arbitrio.

Decimoprimò, teneri Coadjutores intra mensem notitiam dare Actuario eligendo, per Egr. Capitaneum Justitiæ, Prætorem, & Judices respectivè omnium Causarum, quæ per eos fuerint instructæ, ad quem effectum Actuarius eligendus ut supra teneat Librum peculiarem, in quo registrentur.

Decimosecundò, renovandos omninò Ordines Senatus, & præsertim illum diei 16. Januarii 1684. scilicet, ut quicunque Jusdicentes Regii omninò curent, ut à Consulibus Feudorum deferantur denuntiationes delictorum, juxta Ordines Majori Magistratu intra terminos à dictis Ordinibus præfixos, & de non observantibus moneant Senatum; Item ut Actuarii statim, atque ad ipsos deferuntur denuntiationes delictorum, de iis moneant suos Jusdicentes, & saltem infra unum diem postquam delatæ fuerint, eas referant in Libros; Jusdicentes verò invigilent, ut hic Ordo servetur, & si quem ex Actuariis contrafecisse compererint, eum suspendant ab Officio, & moneant Senatum.

Decimotertiò, quoslibet Prætores, Vicarios, & Jusdicentes Regios teneri statim excitare Dominos Bancarum Criminalium in eorum Officiis existentium ad exhibendum eorum titulos, & dicendum quicquid eis occurrerit circà exactionem pensionum, quas exigunt ab Actuariis in quantitate, ut circumfertur, nimis excedente.

Decimoquartò, renovandos Ordines, ut Protectores Carceratorum assidui sint, & diligentes, secùs Senatum provisurum.

Decimoquintò, posse Actuarios, & Coadjutores exigere solutionem Visitationum, ubi locus Visitationis distet per miliaria duo à loco Officii, non obstantibus aliis Ordinibus Senatus contrarium disponentibus.

Decimosextò, Notarios inposterum inchoare non posse processus super lectura expositionis, aut querelæ, aut denuntiationis in testibus examinandis sub pœna suspensionis à munere Senatui benevisa. Respectu autem decretorum à Magnifico Prætore Papiæ die primo Augusti 1686. editorum

1687 torum denuò jussu Senatus, in eodem Ordine propositorum, quæ sunt tenoris sequentis:

1686. Die primo Augusti.

Ordines servandi in Cancellaria Officii Prætoris Papiæ, juxtà disposita per Illustrissimam Curiam, ultrà eos, qui per tempora emanarunt, ab Excellentiss. Mediolani Senatu.

QUamvis plura, quæ ad rectam rerum Criminalium administrationem, sufficere videbantur, olim sancita fuerint; attamen ea, temporis decursione, vel neglecta, vel nova egere dispositione, animadvertens Illustrissima Curia Papiensis, ut justitiæ, quantum fieri potest, consultum sit, sequentia edere decreta, necessarium duxit. In primis autem, ad memoriam Notariorum revocata gravissima pœna, nempè ultimi supplicii, constituta ab Excellentissimo Duce Terræ Novæ, tunc hujus Status Gubernatore, Edicto diei 31. Julii 1586. pandentibus secreta processuum Criminalium, mandat.

Secundò, quòd in causis Capitalibus, & Corporalibus, non examinentur Testes, nisi monito prius Illustriss. D. Prætore, seù ejus Egr. D. Judice; ad effectum ut examinibus præesse possint, idemque servetur, in quibuscumque actibus irreparabilibus, & signanter in processuum publicationibus, quæ licet sint de forma, fieri non debeant, nisi prævia monitione, ut supra.

Tertiò, quòd non formentur Inquisitiones, nisi præcedente Decreto, & postquam formatæ fuerint, non registrentur in libro, nisi prævia revisione, præfati Illustrissimi D. Prætoris, seù Egr. D. Judicis.

Quartò, quòd juxtà Ordines, non recipiantur examina Testium in foliis; & ubi aliquando contingat, id ex aliqua urgenti causa fieri, infrà diem unum, redigantur in libro.

Quintò, quòd in Libris, non fiant interlineationes, nec cassaturæ; & ubi ponator aliquod verbum duplicatum, quod contingere potest, tunc illud binis lineis intercludatur, ità tamen, quod legi queat.

Sextò, quòd non admittantur Denuntiæ Consulum, in quibus expressa sit ætas delinquentium.

Septimò, quòd porrecta querela, non admittatur querelatus ad querelandum, nisi ex Ordine ut supra.

Octavò, quòd Libri non amoveantur ab Officio, etiam sub prætextu compilandi Relationes domi; nisi habita prius, super hoc opportuna licentia, ab Illustriss. D. Prætore.

Nonò, quòd juxtà ordinata, per olim Ampliss. D. Prætorem Bossium, teneantur Actuarii dimittere Coadjutoribus, quartam partem mercedis processuum; ad quem effectum Thesaurarius Officii, in fine cujuslibet mensis, ipsam quartam partem, de directo persolvat dictis Coadjutoribus, ad effectum ut eis tollatur causa conquerendi; novit enim Curia, ipsos portare pondus diei, & æstus, & consequenter propria mercede fraudari non debere.

Decimò, quòd non fiant accessus in rem præsentem, sivè ad instantiam Partis, sivè ex officio, nisi præcedente Decreto ut supra.

Decimoprimò, quòd in Casibus, in quibus fiunt Decreta, quòd Notarii accedant, ad visitanda Cadavera, vel ad examini subjiciendum vulneratos, nunquam censeatur eis data facultas, Testes examinandi super, ipso facto, nisi illo in Decreto expressè apposita sit.

Decimosecundò, quòd Notarii, de omnibus Causis, quæ dietim contingunt, dent statim notitiam Illustriss. D. Prætori, sivè ad eos deferantur per querelas partium, sivè per denuntiationes Consulum, sivè per notificationes Chirurgorum, sivè per visitationes ab ipsis factas, sivè aliter.

Decimotertiò, quòd Notarii singulo mense deferant ad Illustriss. D. Prætorem statum Causarum, quæ noviter introducuntur.

Decimoquartò, quòd nullo modo admittantur à Notariis, Personæ foro laico non suppositæ, ad patrocinandum, nec ad comparendum, nec ad aliud agendum prò Reis, sivè in Carceribus sint, sivè extrà Carceres, absque speciali licentia in scriptis Illustriss. D. Prætoris.

Decimoquintò, quòd Notarii Criminales non deserviant Judicibus Feudatariorum, nec pro Judicibus, nec pro Notariis, aut Actuariis, absque licentia ut supra.

Et prædicta omnia adamussim serventur, sub pœna prò prima vice, suspensionis ab Officio per bimestre, & prò alia vice privationis à munere, graviori etiam arbitrio Senatus Excellentissimi.. Dat. in Prætorio die suprascripto.

P. P. Bonettus Præt.

Sardus Judex.

Calciatus Advoc. Fiscal.

Salvionus Cancell.

Illa Senatus approbavit, & approbat, ac servanda jussit in omnibus Officiis hujus Dominii, præterquam respectu secundi, decimi, & undecimi Capitis, quià idem Ordo mandat, ut respectu secundi suum effectum tantùm sortiri debeat, quando delictum secutum est in loco, in quo Prætor, & Judex residet, respectu decimi, nisi urgentia temporis aliter permittat, & undecimi, censeatur data Notariis facultas examinandi testes in casibus in eodem Capite contentis, nisi Judex expressè contrarium decreverit. F. Belingerius.

A N N O T.

REnovatus fuit in Ordine diei 10. Januarii 1698 §. *Primo*. §. *Secundo*, & in Ordine diei 27. Novembris 1702.

Renovantur

Renovantur plures Ordines, & novi adduntur pro recta Justitiæ administratione. 1687

MDCLXXXVII. Die x. Julii.

Acto in Senatu Excellentissimo de Ordinibus toties conditis pro recta Justitiæ administratione, cognitoque eosdem non sine maximo ejusdem Justitiæ detrimento, & Subditorum Regis Domini præjuditio in desuetudinem abiisse, ac ab observantia dictorum Ordinum pendere ipsius Justitiæ tutiorem, & rectum modum administrandæ, etiam in Feudis, Senatus ipse jussit dictos Ordines jungi, & ad Regium Fiscum transmitti.

Iis autem Ordinibus, scilicet dierum 9. Januarii 1610., 28. Novembris 1629.; 3. Aprilis 1642., 18. Junii 1661., 15. Februarii 1663., 14. Januarii 1672., 9. Januarii 1674., 26. Augusti 1678., 4. Septembris, & 20. Novembris 1681. una cum Instructione ab anno 1639. singulis bienniis hinc retrò tradita, & consignata Syndicatoribus cum eorum respectivis Litteris Patentibus, & aliis in eis contentis, jussu nostro ut supra junctis, & ad Regium Fiscum transmissis, ac ejus voto habito, diligenterque omnibus consideratis.

Censuit is Ordo, renovandos recensitos Ordines, prout stant, & respectu illorum Officialium, qui non requirunt qualitatem Doctoratus, restringendam fidejussionem ad quantitatem per eundem Ordinem arbitrandam, & tam quoad ipsos, quam quoad Togatos, juramentum, & actus fidejussionis recipiantur, & registrentur gratis; retinendum esse in Cancellaria ejusdem Ordinis Codicem particularem, in quo describantur actus Juramentorum, & Fidejussionum prædictorum, ut facilius recognosci possint, & inobedientes possint adigi ad præstandum ea, quæ præstari debent. Documenta approbationis non esse danda Jusdicentibus, nisi constet, quod fidejussio sit præstita, & registrata in prædicto Libro fidejussionum; Renovandos Ordines; & pœnas contentos, & contentas in Nov. Constit., & Proclamat., ut Consules Terrarum Infeudatarum teneantur deferre Officio Majoris Magistratus denuntias delictorum comminata pœna pecuniaria etiam Communitatibus, quarum Consules erunt inobedientes; ita tamen ur Communitates molestari non possint inconsulto Ordine nostro; Componendum esse Catalogum distinctum omnium Jurisdictionum, & Feudorum cum nomine, & cognomine Feudatariorum hujus Dominii, affixumque semper publicè tenendum in Cancellaria Ordinis nostri. Injungendumque esse omnibus Officialibus Regiis, ut statim referant singula loca infeudata cumtermina eorum Jurisdictioni cum nomine, & cognomine Feudatariorum, & etiam ea Fisco nostro devoluta, quæque devolvi ad eundem Fiscum contingent, vel infeudari; Et denique præcipiendum Jusdicentibus Majoris Magistratus, ut diligenter exquiraut, an adsint in eorum respectivè Provinciis Officiales Feudatariorum exercentes Officia absque Senatus approbatione, & contra hujusmodi contraventores processum instruant, & Senatui referant. In juramento, quod defertur Officialibus Regiis in principio cujuslibet biennii addendum, quod promittant, & jurent observare dictos Ordines, eosque executioni mittere, utque eorum Syndicatores in Relationibus, quas facient de Syndicatu referant etiam, an Officiales Regii observaverint prædictos Ordines, & hoc juxta formulam præscribendam, & ab Egr. Secret. Provincialibus consignandam; observantiam vero præmissorum demandandam vigilantiæ Magnif. DD. Marchionis Regentis Erbæ, & D. Cæsaris Vicecomitis Senatorum Delegatorum, quibus, seu alteri ex eis Egr. Secret. remittere habeant Relationes à Regiis Officialibus transmittendas ut supra, statim ac eas receperint, nec non notulam Juramentorum, & fidejussionum, quæ præstabuntur per Officiales Feudatariorum, ut habita omnium notitia possint iidem Amplissimi Patres, seu alter eorum præmissorum Ordinum executionem curare.

Et relatis eodem tempore ommissionibus Successorum in Officio non referentium gesta per Syndicatores, minusque causarum pendentium notulam ad præscriptum litterarum patentium, quæ cum approbatione eis dantur, nec non et Syndicatorum non conficientium, nec relinquentium, & multoties occultantium libros Syndicatus pœnes Officium post perfectum Syndicatum, ex quibus Justitia non leve patitur discrimen, quibus occurrere volens corrupelis.

Censuit is Ordo teneri inposterum omnes Syndicatores tàm Regios, quàm Feudales hujus Dominii Mediolani formare librum Syndicatus, in quo enunciari, & registrari habeant omnia acta per eos gesta durante Syndicatu, & tempore Propræturæ, & quæ in causis criminalibus succedi contigerit, cum insertione relationis Syndicatus per eos gesti, etiamsi nulla interveniat querela, seu accusatio, & in recessu ab Officio librum ipsum, & omnia dicta acta successori relinquere, ita quod in eodem Officio semper servari possit, & per Delegatos ad revisionem Sportularum tempore visitationis, adinveniri, eosque Syndicatores pro ordinationibus, vel relationibus de Sportulis conveniri valeant, una cum cæteris libris criminalibus, quos initio Syndicatus ab Officiali Syndicando receperint,

1687 rint, pariter super dicto libro Syndicatus singillatim registrandos. Prætores verò successores gesta per Syndicatores Senatui referre, & ubi ipsi Syndicatores in bennio succedant, gesta semper Syndicatus pariter Senatui referre debere, æque ac notulam causarum omnium pendentium, & impedimenta, si quæ &c. ad manus Egr. respectivè Secretarii Provincialis omninò remittere debere sub pœnis respectivè, & debitè referendo pecuniariis, & corporalibus arbitrio ejusdem Excell. Ordinis.

Et ad effectum, ut omnibus in Officiis præsens decretum innotescat nedum, sed retineatur, jubet Senatus simul nexum literis patentibus tam Syndicatoribus (ut in recitato libro registrari faciant) nec non Prætoribus tempore eorum approbationis ex Cancellaria insinuetur.

F. Belingerius.

Ordo, ut Judices Delegati in construendis processibus criminalibus utantur solum opera Notariorum approbatorum.

MDCLXXXVII. Die xvii. Julii.

Audito in Excellentissimo Mediolani Senatu Magnifico Senatore Menochio referente, nonnullos debitores Sportularum nunc ab Egr. ejusdem Senatus Thesaurario pulsatos, inter alia opponere præscriptionem debitorum eisdem constitutorum per Delegatos in eadem re Sportularum ob lapsum temporis, proponente etiam alia expedientia pro faciliori dictarum Sportularum exactione.

Censuit is Ordo inter cætera, quod quicunque Delegati in construendis processibus criminalibus non utantur opera nisi Notariorum approbatorum, & teneantur tàm Notarii, quàm Delegati dare notitiam Egr. Thesaurario Senatus quorumcunque processuum, qui per eos construuntur, ad effectum curari possit exactio Sportularum sub pœna solvendi de proprio, & ulteriori arbitrio Senatus.

Quod ad Judices adjunctos in causis, ubi non adsit clausula *unica tantum solutione sufficiente*, serventur indistinctè Ordines.

Injungitur Cancellariis Provincialibus, ut relationum, quæ ad ipsorum manus pervenerint, notitiam illicò dent dicto Thesaurario Senatus, ut curare possit exactionem Sportularum, & hoc sub pœna Senatui arbitraria.

Quod Cancellarius registri teneatur ad omnem requisitionem dicti Egr. Thesaurarii exhibere librum, ut possit super decretis in eo contentis munus suum exercere, & ubi dictus Thesaurarius eidem requirat aliquam notulam expeditionum, statim ei extrahat, & consignet. Cesatus.

Ordo circa permittendam Foro Archiepiscopali Mediolani visitationem Confraternitatum, & Locorum Piorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti nostri. Mittimus ad vos exemplum Decreti conditi à Senatu nostro circà visitationem istius Confraternitatis, seù Pii Loci, quam facere intendit hoc Forum Archiepiscopale, mandantes, ut in hac materia omninò vos geratis ad normam ejusdem Decreti, & ubi aliquid emergat providentia dignum, adeatis Magnificos Vicecomitem, & Marchionem de Rosales à nobis in hac re delegatos. Mediolani die 20. Septembris 1687.

Decretum autem est hujusmodi:

Die 20. Septembris 1687.

Proposita in Senatu Excellentissimo Mediolani per Magnificum Senatorem Vicecomitem materia Visitationis, quam hic Eminentissimus Cardinalis Archiepiscopus facere prætendit in Confraternitatibus, & Locis Piis contentis in notula tradita per Reverendiss. Vicarium Generalem Archiepiscopalem Magnifico Senatori de Ibañez, ac distincta relatione ejusdem Magnifici de Ibañez omnium per eum actorum cum dicto Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo, ac ejusdem Reverendiss. Vicario Generali juxta sibi injuncta ab eodem Excellentissimo Ordine, nec non ipsius Voto pro Fisco.

Censuit Senatus probandum Votum Fisci, scilicet non impediendam Eminentiss. Cardinali Archiepiscopo Visitationem in iis tantum, quæ respiciunt executionem Legatorum Piorum, ac Piarum dispositionum, & observantiam cultus Divini, ità tamen, ut abstineat à reliquis, rationes respectu prædictorum reddantur in loco ipsarum Confraternitatum, & Locorum Piorum, neque asportentur libri, ad hoc ut semper integrum sit Fisco Regio item rationes exigere, & providere prout ipsi visum fuerit opportunum. Delegandos Magnificos Vicecomitem, & Marchionem de Rosales, qui in materia harum Visitationum Confraternitatum, & Locorum Piorum contentorum in notula tradita per Reverendiss. Vicarium Generalem ut supra, & similium, pro casuum contingentia provideant ad formam hujus Decreti, & ubi aliquid emergat Senatus cognitione, & providentia dignum,

1687

gnum, eidem Ordini referant. Mittendum exemplum hujus Decreti singulis Confraternitatibus, & Locis Piis, ut ad hujus normam se gerant, & dandas litteras ad Magnificum de Ibañez, ut juxta ejus Votum approbatum per Senatum, & hoc ipsum Decretum agat cum hoc Eminentiss. Archiepiscopo.

Ordo, ut Avocatio causarum proponatur in Senatu.

MDCLXXXVII. Die xiii. Novembris.

Acto in Excellentissimo Mediolani Senatu de avocationibus Causarum, quæ à Partibus petuntur, habitaque super re opportunâ consideratione.

Censuit is Ordo, non esse avocandas Causas etiam in casu contumaciæ, vel consensus Partis, nisi re in eodem Ordine propositâ. J. Belingerius.

Ordo, ne Judices admittant gratias, vel Salvosconductus concessos ab Excell. Gubernatore sine prævio Voto Excell. Senatus.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum propositæ fuerint in Senatu nostro litteræ nostræ Regiæ diei duodecimi Octobris currentis anni spectantes ad gratias, & Salvosconductus, qui per Ill. LocumTenentem nostrum conceduntur, & audito super eis Voto Fisci nostri, mandamus vobis, ut diligentias faciatis in vestro Officio an adsint aliquæ gratiæ, sivè Salviconductus absque Voto Senatus nostri, & eundem Ordinem nostrum moneatis; Cæterùm nullas in posterum admittetis gratias, vel Salvosconductus, nisi prævio Voto Senatus nostri concessas fuisse constiterit, sic igitur exequemini. Mediolani die x. Decembris MDCLXXXVII. D. Gabriel Tattus.

A N N O T.

Votum Senatus Excellentissimi requiritur, quia ad ipsum spectat cognoscere an agatur de casu, in quo concedi possit salvusconductus, & an concurrant requisita necessaria pro illo concedendo: Hinc anno 1667. 28. Septembris referente Magnif. Com Senatore Loaysa non admisit salvumconductum concessum cuidam stupratori mulieris conjugatæ cum vi, facta consultatione S. E. obstare Ordines Regios, & anno 1710. 5. Maji in casu Fratrum de Sirturis declaravit salvumconductum non posse concedi sine remissione Partis facta pariter consultatione S. E.

Magnus Fossatus.

Ordines pro recta administratione Justitiæ in causis criminalibus, earumque celeri expeditione.

MDCLXXXVII. Die xvi. Decembris.

Intellexit Senatus occasione novissimæ Visitationis Carceratorum quamplurimos irrepsisse abusus in hisce Officiis Criminalibus, ex quibus non levia tùm Justitiæ, tùm detentorum causis inferuntur præjudicia: proindè cum de iis sigillatim actum fuerit in eodem Ordine horum serie, ita prospiciendum censuit.

In primis observatum est in notulis, quæ typis traduntur occasione Visitationum non apponi interdum annum, & diem respectivæ detentionis, ea propter districtè mandat Senatus, ut in posterum teneantur Notarii fideliter singulorum detentorum exprimere tempus custodiæ cum designatione anni, mensis, & diei.

Expeditio causarum pendentium in longius protrahitur aliquando sub eo prætextu, quod consulenda sit Curia circa modum procedendi, seù infligendi reatus: qua in re servandum omninò erit Senatus Consultum diei 24. Octobris anni 1663., & ulterius in futurum redigendum erit in libris processuum decretum faciendæ propositionis in Curia, ubi casus indigeat, ut de eo constet; Magnifici autem per tempora Visitatores exquirere debebunt causam dilatæ propositionis, in qua dilatione ubi versetur aliqua negligentia providebunt, prout sibi etiam per amotionem Notarii, & refutationem Judicis, facto etiam in Senatu verbo si eis ità videbitur.

Inolevit etiam alia praxis, ut sub colore diligentiarum, quæ dicuntur adhuc peragendæ, sileat per longævum tempus perfectio processuum, & sic permulti licet levibus impicti criminibus in Carceribus marcescant: idcirco mandat Senatus exprimendum esse diem, sub quo injunctæ fuerunt diligentiæ, ad hoc, ut in computatione temporis dignosci valeat segnities tunc magis punienda, quo crassior fuerit.

Tituli quoque delictorum multoties distinctè non exprimuntur contra enixam dispositionem repetitorum Ordinum, ideoque ubi in posterum non fiat demandata

1687 expressio tùm de titulis adamussim, tùm de statu causæ, Senatus opportunè animadvertet.

Expedit non parum publicæ, & privatæ rei, ut frequenter convocentur Curiæ statutis saltem diebus, & ubi iis ea conveniri non possit propter aliquod impedimentum, onus erit Egr. Capitanei Justitiæ, & Egr. Prætoris respectivè monendi Magnif. Præsidem de causis.

In custodiendis libris processuum maxima esse debet Notariorum eura, ne amoveantur ab Officio nisi jussu Senatus, vel Judicis, juxtà Ordines jam editos, quorum observantiam omninò mandat sub pœna eidem arbitraria etiam suspensionis à munere, sivè privationis, eo semper retento, ut processus, in quibus agitur de titulis delictorum, sivè capitalium, sivè corporalium redigantur in libris separatis, juxtà ordines Suæ Majestatis.

Interdum verò ità compilantur schedulæ, quæ exhibentur in Visitationibus, ut ibidem fiat mentio anceps obtentæ gratiæ per verba *dicitur obtinuisse gratiam*, à qua narratione abstinendum est, ubi de rescripto gratiæ legitimè non constet.

Emanant sæpenumero decreta, quorum virtute excitantur Judices ad informandum de statu causæ, verùm pendente informatione injectum existimant Judices impedimentum, quo minus procedi possit ad ulteriora, quod ne contingat, ità cavendum est, ut ubi in ipsis decretis nulla adsit suspensio, nihil resistat quominus incumbendum sit expeditioni, & ubi in illis adsit, monendum Senatum opportunè provisurum; Præ cæteris autem in faciendis informationibus cavendum erit, ne ob earum nimiam claritatem pandantur secreta processuum in præjudicium Regii Fisci.

Quamvis maximum pietatis munus invitare debeet quoscumque ad sumendum onus Protectoris ea sedulitate, quæ ad tuendas Carceratorum causas summoperè convenit pro dignitate, & debito ipsius patrocinii, nihilominus pessimo scandalo miserorum turba paucissimos, vel ferè nullos hisce temporibus habet Patronos, proptereà sancitum est servandos omninò esse Ordines postremò in hàc re editos, & juxtà eorum tenorem denuò monendum utrumque Collegium tùm Jurisperitorum, tùm Notariorum, ac Civitatem ut eligant Protectores idoneos, qui incumbant pro munere suo, secùs Senatus ipse providebit.

Absentia Notariorum ab Urbe, & ipsa perniciosissima est expeditioni causarum, utpotè quia non habentur libri processuum, proindè ad occurrendum huic malo mandat Senatus, ut quoties contingat Notarium aliquem discedere, teneatur eligere alterum, qui præstò sit toties quoties in exhibitione librorum sub pœna Senatui arbitraria.

Judices Forenses morosi admodum sunt in perficiendis processibus, & interdum etiam in transmittendis titulis delictorum: qua in re cura esse debebit in posterum Egr. Secretarii, qui alternis vicibus assistit Visitationi monendi ipsos Judices de implemento eorum muneris, & habendi responsiones, de quibus successivè monendus erit Egr. Secretarius futuræ Visitationis.

Cesatus.

Ordo, ut Judices moneant Communitates, & Consules pro defferendis denunciis delictorum, & ut referant loca Feudalia Regiæ Cameræ devoluta, & quæ devolvi, ac infeudari contingat.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

1688 Dilectè noster. Ex sententia Senatus, coràm quo actum fuit de executione Ordinum conditorum sub die 10. Julii anni superioris 1687., quorum exemplar jàm habuistis, mandamus Vobis, ut inhærendo Ordinibus toties editis, ac pœnis in eis, ac in Nov. Const., & Proclamatibus contentis, moneatis Communitates, earumque Consules in Provincia vestra existentes, ut denuntias delictorum deferant eorum respectivè offitio vestro sub pœnis pecuniariis etiam dictis Communitatibus, quarum Consules erunt inobedientes, ità tamen, ut Communitates molestari non possint inconsulto Senatu, & insuper Vobis injungimus, ut referatis singulariter omnia loca infeudata, & contermina dictæ vestræ Jurisdictioni, unà cum nominibus, & cognominibus Feudatariorum, & illorum locorum Cameræ nostræ devolutorum, & quæ devolvi per tempora contingerint, ac infeudari, pariterque diligenter exquiratis an adsint in Provintia vestra Officiales Feudatariorum exercentes Offitia absque Senatus nostri approbatione, & contra hujusmodi contraventores processum instruatis, & Senatui nostro referatis, media transmissione relationis ad manus Egregii subsignati Secretarii Provincialis cui opportunos Ordines dedimus, ut de per Vos superindè gestis curet habere responsum, referatque Senatui nostro opportunè provisuro, de quo etiam Vos monitos esse volumus, ut quod vestrum est, diligenter, ac sedulò adimpleatis, aliter sciatis Vos eisdem pœnis futuros obnoxios. Mediolani die xii. Februarii MDCLXXXVIII.

Ordo,

Ordo, ne molestentur Rustici sumentes Sclopos ad illos explodendos in honorem Festivitatis alicujus Sancti.

Prætori Gavirati.

DIlectè noster. Fisco nostro audito super occluso sopplici libello per Juvenes loci S. Andreæ Plebis Brebiæ Magnif. Senatus nostri Præsidi porrecto, mandamus vobis, ubi constet dictos Rurales sumpsisse Sclopos ad eos explodendos in honorem, & letitiam Festivitatis Sancti Andreæ, cui Ecclesia istius Loci dicata est, ne hac de causa procedatis contra Supplicantes, eisque restitui faciatis pecunias titulo mediæ capturæ contra Ordines extortas, hocque volumus ut absque impensa exequamini. Mediolani die ix. Aprilis MDCLXXXVIII.

Ordo, ut expensæ, pro exequenda sententia mortis alicujus subjecti Minori Magistratui, solvantur à Feudatario, non verò à Communitate.

MDCLXXXVIII. Die xii. Maji.

FActo verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnif. Senatorem D. Comitem Jo. Baptistam Siccum Borellam etiam pro executione litterarum ad enm datarum super supplici libello Agentium Communitatis Montislealis, porrectò ad finem ut præceptum concessum favore Oratoris Civitatis Derthonæ contra dictam Communitatem pro summa librarum tercentum sexaginta, & aliarum librarum septuaginta quinque occasione ordinatorum à Senatu Excellentiss. in causa expensarum factarum in exequendo sententiam mortis contra Zaninum Solarolum executioni mittatur jure regressus sibi concesso contra Fiscum Comitalem, & seu Feudatarium dicti Montislealis juxta præceptum superioribus diebus illi personaliter intimatum, & lectis aliis actis ad rem facientibus.

Censuit is Ordo concedendum præceptum executivum juxta petita.

Cossa pro Egr. Arbona.

A N N O T.

EXpensas pro mitteodis Reis ad locum supplicii, ac salaria Ministrorum Justitiæ spe-
1 ctare ad Feudatarios, non verò ad Communitates probat Novar. *de gravamin. Vassallor. tom. 1. gravam. 254. nu. 1., & sequ.*, & firmat Lagunez *de Fructib. par. 1. cap. 21. nu. 77*; tum
2 quia ubieumque agitur de rebus respicientibus Justitiæ administrationem, Feudatariis incumbit onus illas erogandi Novar. *d. gravam nu. 2.*; tum quia cum ipsi sentiant commodum mulctarum, & eonfiscationum, æquum est, ut etiam sentiant incom-
3 modum similiom expensarum, quæ fiunt pro exereenda eorum jurisdictione ad vulgatum *text. in l. secundum naturam ff. de reg. jur.*, & traduot Novar. *ubi supra nu. 7.*, & Lagunez *d. cap nu. 84.*
Cessaret autem in Feudatario obligatio erogandi has expensas, ubi adesset consuetndo
4 in contrarium, quod nempè per Communitates solverentur ea, quæ necessaria suot pro Justitiæ administratione Novar. *loc. cit. nu. 8.*; dummodo tamen hujusmodi consuetudo esset legitimè introducta cum juridicis requisitis, & in erogatiooe similium expensarum facta per Communitates non adesset aliqua clausula præservativa earum libertatis Novar. *d. gravam. nu. 14.*

Magnus Fossatus.

Ordo super materia Sportularum.

MDCLXXXVIII. Die xvii. Julii.

AUdito in Excellentiss. Mediolani Senatu Illustriss. Marchione Regente Don Antonio Maria Erba Delegato in materia Sportularum referente animadversiones per Egr. ejusdem Ordinis Thesaurarium propositas ad ea, quæ per nonnullos Jusdicentes tam Majoris, quam Minoris Magistratus, eorumque Syndicatores, Fidejussores, ac Possessores bonorum objiciuntur adversus debita ex causa Sportularum, eisdem ut supra recensitis per Delegatos in eadem re constituta, tenoris sequentis, videlicet:

P. R.

Regiæ Sportulæ vigore Diplomatis M. V. diei 23. Julii 1622. emanati in Aula Matritensi, ad augenda stipendia Senatus ordinatæ, quam plurimos ad sui favorem habuere Ordines, ne aliquo modo disperdantur, nempe.

Pluries à Senatu M. V. renovatus fuit Ordo diei 9. Januarii 1610. decernens omnibus Feudatariis, ne aliquem in Prætorem eligant, nisi prius idoneam dederint fidejussionem de stando Syndicatui; Communitatibus quoque ne dictos Prætores admittant, nisi prius data dicta fidejussione, & executioni missis aliis conditionibus in dicto Ordine expressis sub pœna debitè referendo Senatui arbitraria.

In Instructione data Syndicatoribus anno 1622. 22. Novembris eidem injunctum fuit, ut in relatione facienda Senatui, mentionem faciant de omnibus, in quibus Prætores,

1688 tores, & alii Judices defecerint in exequendis Ordinibus in materia Sportularum sub pœna scutorum centum, & alia graviore etiam corporali arbitrio Senatus, exceptis tantum Magnificis Senatoribus Syndicatoribus Cremonæ, & Papiæ.

Amplius dictæ Instructioni addita fuit ex Ordine Senatus sub die 19. Julii 1628. pœna scutorum ducentum, & gravior etiam corporalis arbitrio Senatus illis Syndicatoribus, qui velatis oculis liberant Prætores etiam ratione Sportularum.

Eadem Instructio renovata fuit sub die 23. Novembris 1639., & die 17. Novembris 1657.; cum additione, ut Syndicatores loco monendi Secretarium Provinciæ de observantia Ordinum in exactione Sportularum, moneant Thesaurarium Senatus, & sub die 12. Septembris 1679. cum alia additione sub diverso caractere, ut Syndicatores una quoque cum dicta monitione, mittant etiam notulam distinctam omnium ordinationum per Judices Syndicandos factarum, una cum summis pro qualibet ordinatione exactis, sub pœna solvendi de proprio Sportulas per Jusdicentes debitas, juxta taxam per Delegatos in re Sportularum faciendam, & alias expensas dicta de causa pariter faciendas, ultra alias pœnas jam cominatas.

Ex Edicto diei 15. Martii 1623. habetur pro fraudantibus, aut quomodolibet contravenientibus pœna quadrupli Regio Fisco applicandi, ultra alias pecuniarias, & corporales arbitrio Senatus infligendas, contra quos (ipsorum tamen damnis; & expensis) Syndicatores, Exactores, & Executores deputabuntur.

Super relatione consultiva J. C. Hieronymi Buschi Delegati in hac re. declaravit Senatus anno 1628. die 19. Julii agendum esse primo loco contra Fidejussores Officii, postea in subsidium contra Fidejussores Syndicatus Jusdicentium, vel Officialium ex hujusmodi sportularum causa debitorum.

Super relatione consultiva Delegati Peroni, ut in dictis Ordinibus, & sexto capite tenoris sequentis:

Cum consueverit Amplissimus Ordo injungere Syndicatoribus, ut opportunam diligentiam circa Sportularum solutionem adhiberent sub pœna aureorum centum, & majori arbitrio Senatus, quod plerique non præstiterunt, immo vero aliqui nec Fidejussorem à Jusdicentibus, nec aliis, qui munere Thesaurarii perfuncti sunt, dedicando Syndicatui exegerunt, quapropter culpa, & facto dictorum Syndicatorum permulti effecti sunt inhabiles: Rogo dignetur decernere quid faciendum sit; sub die prima Februarii 1639. mandavit Senatus excitandos esse Syndicatores, quorum culpa, & facto secutum est præjuditium Senatus circa solutionem Sportularum, ut ipsi Syndicatores Sportulas ipsas solvant.

Sub die 3. Martii 1639. censuit Senatus quibuscunque Syndicatoribus etiam per Feudatarios nominatis, non esse dandas litteras eorum electionis, & commissionis, quam ipsi Fidejussores idoneos dederint de solvendis Sportulis, quæ durante Syndicatu, vel ProPrætoris Officio, vel aliter exactæ fuerint, vel juxta Ordines exigi debuerint, ita ut non exigentes, & opportunas diligentias in ea re cum Officialibus ommittentes de proprio teneantur.

Attamen non obstantibus dictis provisionibus, adsunt nonnulli debitores difficilis exactionis, sine spe Thesaurario M. V. pro consecutione Sportularum ob eorum mortem absque hæredibus.

Aliqui suppositi Fidejussoribus idoneis datis in ingressu Officii in actis Magistratus Extraordinarii &c.

Aliqui attenta dicta fidejussione non idonea suppositi Syndicatoribus.

Si pulsantur Fidejussores idonei in actis Magistratus Extraordinarii, deducunt isti, non teneri, quia dicta fidejussio restrictivè obligata fuit pro interesse Fisci, ac si sportula non fuisset propina Regia, quamvis ex tenore Diplomatis qualitas hæc abundè scateat.

Si verò est dirigenda molestia contra Fidejussores Syndicatus, non potest Thesaurarius scire contra quos sit dirigenda, nam talis obligatio, ut plurimum, nun est Thesaurario nota, quia eidem non transmittitur.

Si verò ipsos Syndicatores interpellat ad indicandos Fidejussores, ob temporis lapsum se excusant, vel quia jam defuncti sint eorum Cancellarii, vel quia deperdita acta Syndicatus.

Si verò hæredes ipsius Syndicatoris interpellentur, multo magis excusationem ignorantiæ proponunt, cum dicant non teneri scire, quid gesserit in munere Syndicatoris ejus Auctor, & sic hoc modo vergit in deterius Sportularia exactio.

Nonnullorum etiam, qui possunt solvere, proponitur objectio, nempe liberationis à Syndicatu, credentes ob talem declarationem absolutos quoque à quocunque debito Sportularum, casu quo à Syndicatoribus non fuerint relevatæ; Quibus omnibus, ut ea, qua fieri possit, animadversione occurratur, ad M. V. devenit idem Thesaurarius.

Humiliter eam rogando decernere quid servandum pro Fidejussoribus idoneis datis in actis Magistratus ante ingressum Officii illorum Prætorum, qui nil post se reliquerunt, & quid pro Syndicatoribus, ex quorum culpa, & facto deperduntur Sportulæ, non docentibus de Fidejussore idoneo dato, vel dando tempore Syndicatus juxta Ordines ut supra; Et etiam rogat eandem M. V. decernere an fidejussio data à Syndicatoribus pro tempore Syndicatus, & ProPrætoris munere extendatur etiam pro illis

illis Syndicatoribus, qui prosequuntur per totum successivum biennium in ProPrætoria munere, absque alia approbatione Præturæ, ut plurimum occurrit; Et insuper dignetur jam datos confirmare, tangentes obligationem Prætorum debitorum, non obstante liberatione à Syndicatu.

Omnibusque ab eodem Ordine considerratis una cum Fisci Regii nostri superinde excitati voto, qui recensitos Ordines recognovit.

Censuit Senatus quoad primum; servandam dispositionem Nov. Constit. *in tit. de offic., & jurisdict. divers. Judic.*, ita tamen ut Fidejussores dati per Jusdicentes Regios in actis Magistratus Reddit. Extraordinar. ante ingressum eorum muneris, censeantur obligati ad solutionem Sportularum, quas Delegati in eadem re, occasione eorum accessus ad visitationem librorum criminalium, sivè aliter &c. adinvenerint per eosdem Jusdicentes, defectu Thesaurarii à Senatu deputati, verè exactas, & non solutas, dolo retentas, ommissas, ac ex integro non solutas, juxta quantitatem ab eis pro ordinationibus per eosdem respectivè factis receptam, justamque non annotatam in schedulis, sivè notulis per dictos Regios Jusdicentes delatis, & consignatis, ac singulo biennio deferendis, & consignandis dicto Egr. Senatus Thesaurario.

Quoad secundum; agendum contra Syndicatores, eorumque Fidejussores, tamquam de proprio obligatos pro sportulis legitimis, vel exactis, vel ommissis, eorumque Syndicatorum culpa deperditis, ob non adhibitas per eosdem Syndicatores opportunas diligentias juxtà dispositionem Ordinum ut supra enunciatorum, & in omnibus etiam ad pœnas, & mulctas in eisdem Ordinibus contentas in casibus ibi expressis.

Quoad tertium; procedendum contra Syndicatores, eorumque Fidejussores pro Sportulis ordinationum, quæ durante Syndicatu, & ProPrætoris Offitio ab eisdem Syndicatoribus factæ fuerint, vel aliter toto tempore per eos exercitæ ProPræturæ exactæ, & debitæ fuerint.

Quoad quartum; confirmandos Ordines pariter ut supra recensitos tangentes obligationem Prætorum debitorum, non obstante liberatione per eos obtenta à Syndicatu.

Ordo, ut Inquisitio trasmittatur contra Reos, etiamsi detineantur in Carceribus alieni Dominii.

Prætori Talioli.

Dilectè noster. Proposito in Senatu processu per vos transmisso contra Jo. Baptistam, & Bartholomæum de Crippa formatum, una cum inquisitione, non tamen intimata ex supposito, quod intellexistis eosdem de Crippa esse detentos in exteris carceribus, consideratisque omnibus una cum antecedentibus jussu nostro junctis, & Fisci nostri superinde excitati voto, ex ejusdem Ordinis sententia mandamus vobis, ut nulla habita ratione extrajuditialis notitiæ, quod dicti delinquentes detineantur in carceribus alieni Dominii, procedatis ad ulteriora, & inquisitionem transmittatis, & servatis servandis ad condemnationem deveniatis, & ordines vobis datos exequamini, proponendo remedia ad procurandam prædictorum hominum significatam unionem. Mediol. die xxvii. Augusti MDCLXXXVIII. A. M. Maddius.

A N N O T.

IDem servatum fuit anno 1739. in casu J. C. Ferettl, qui ab Egr. Capitaneo Justitiæ fuit ad formam absentis inquisitus, licet notorium esset ipsum esse detentum in Carceribus Reipublicæ Januensis. *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut Referendarii, Capitanei Devetus, Commissarii Bladorum, eorumque Contrascriptores præstent solitum juramentum.

Prætoribus Civitatum Mediolanensis Dominii.

COgnitum est Referendarium istius Civitatis, Capitaneosque Devetus, ac Commissarios Bladorum, eorumque respectivè Contrascriptores istius Provinciæ juramentum, juxta solitum, & Ordines, in actis Senatus nostri non præstitisse; Vobis propterea mandamus, illos moneatis ad ipsum juramentum intra dies octo præstandum, sin minus sciant, eundem Ordinem in eos, ut par est, animadversurum, & vos pariter monitos esse volumus, ut statim ad manus infrascripti Egr. Secretarii responsum, non tam mittatis de his receptis, sed & de eo, quod egeritis pro executione harum litterarum, secus sciatis tempore Syndicatus de his rationem habiturum Senatum. Mediolani die x. Septembris MDCLXXXVIII.

Cossa pro Egr. Arbona.

ANNOT.

1688

ANNOT.

JUramentum esse præstandum ab Officialibus pro recta administratione præcipit Impe-
1 rator Justinianus in §. *Sic igitur*. *Auth. ut Judices sine quoquo suffragio*; formulam juramenti præstandi pulchro, & notabili verborum conceptu extensam ponit in *Auth jusjurandum*
2 *quod præstatur ab his &c.*; quæ autem servare debeant Officiales pro recta administratione tradit idem Imperator in *Auth. de mandatis Principum*, ubi præ cæteris in § *Oportet* sic habet: *oportet igitur te purè sumentem administrationem, & sine omni suffragio, pra omnibus aliis, mundas servare Deo, nobisque, & legi, manus, & nullum contingere lucrum, neque majus, neque minus, neque captiosum quidam contra subjectos facere negotiatione, sed contentum esse solis à Fisco tibi ministratis, & tam per te, quam per eos, qui circa te sunt, purum eis undique servare jus &c.*

Per juramentum, officii administratio accipitur, sine quo nemo potest officium exercere,
3 & qui exerceret, teneretur eadem pœna, quam incurrit is, qui propria authoritate officium sibi usurpat, nempe pœna criminis læsæ Majestatis, ut tradit Bonacossa *quæst. crimin.* §. *Juramentum*.

Juramentum quare manus tactu, & non alio corporis membro præstetur, latè, & eruditè
4 examinat Borell. *de Edict. Magistrat. lib. 1. cap. 14. nu. 33., & sequ.*; quid vero significet manus extensio, ac explicatio in juramento præstando, pariter tradit idem Borell. *d. cap. nu. 51.*

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Judices invigilent ne in visitationibus Confraternitatum, & Piorum Locorum Laicalium faciendis à Superioribus Ecclesiasticis aliquid contingat contra Ordines, & Reg. Jurisdictionem.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlecti nostri. Ex sententia Senatus nostri in quo denuò actum fuit de Visitationibus Confraternitatum, & Locorum Piorum Laicalium, quas hic Dominus Cardinalis Archiepiscopus facere intendit, sivè per se, sivè per suos Delegatos, & simul relatum est quicquid cum eo egit super hoc Spectabilis Senator noster de Ibañez, censuimus non impediendum accessum ipsius Domini Cardinalis, seu ab ipso Delegati, pro perficiendis, quæ ipsi injunguntur à Sacro Concilio Tridentino, ità tamen, ut per accessum, etiam si fiat sub nomine Visitationis, nunquam intelligatur inferri aliquam mutationem, seu alterationem status Laicalis, si talis sit, vel esse apparebit dictorum Locorum Piorum, juxtà eorum naturam, sed immò censeantur manere in eorum statu, & natura, ad effectum ut subjecta sint Regiæ nostræ Jurisdictioni, tàm quod ad bona, quàm quod ad personas, sivè collectivè, singularitèr, & distributivè sumptas. Hoc vos scire voluimus, ut in hujusmodi Visitationibus, quod ad vos pertinet, ità servandum curetis, & ubi contingat aliquis excessus, ex quo inferri aliquid possit in præiuditium Regiæ nostræ Jurisdictionis respectu status, & naturæ Laicalis istius Pii Loci, nullo modo consentiatis inconsulto Senatu, sub pœna turbatæ ejusdem Regiæ Jurisdictionis nostræ; verùm solummodò permittatis Ecclesiasticis, ut possint, si velint, extrahere propriis expensis quodlibet exemplum, (non asportato tamen originali) de libris, seu documentis concernentibus administrationem legatorum Piorum, seu piarum dispositionum, & de quacumque novitate emergente contra contenta in hoc decreto, illicò moneatis Senatum, opportunè provisurum, firmo in reliquis manente decreto diei vigesimi Septembris 1687, cujus exemplum his annexum denuò ad vos mittimus. Mediolani die xv. Septembris MDCLXXXVIII.

Ordo circa res vendibiles privativè, vel cumulativè ab Offellariis, & Aromatariis.

MDCLXXXIX. adì 2. Giugno.

1689 ESsendosi per parte del Collegio de' Speziali di questa Città di Milano supplicato all' Eccellentissimo Senato per la rinovazione dell' Editto altre volte pubblicato con inserta la decisione del medesimo Senato Eccellentissimo seguita il 28. Marzo 1615., sentito il Sig. Vicario di Provvisione, e li Signori Prefetti della Ven. Fabbrica del Duomo per gli Offellari, di quelle cose, che spettano alli detti Speziali privatamente, quanto agli Offellari, e delle Comuni tra gli uni, e gli altri, ed avendo il medesimo Senato Eccellentissimo, sentito il Regio Fisco, ordinato con l'infrascritte sue lettere del 21. Maggio prossimo passato all' Egr. Sig. Capitano di Giustizia della Città, e Dominio di Milano, che facci di nuovo pubblicare, ed osservare detto Ordine del 1615.

Perciò d'ordine dell' Illustrissimo J.C.C. di Milano il Sig. Conte Carlo Visconte de' Signori LX. Decurioni, e de' Signori Vicarj Generali dello Stato di Milano Regio Capitano di Giustizia in esecuzione di dette infrascritte lettere dell' Eccellentissimo Senatò, ed ad instanza di Giacomo Antonio Grandis,

1689

Grandis, ed Ottavio Marzolo Sindici del detto Collegio de' Speziali, inerendo ad altri simili Editti, Ordini, e Gride sopra di ciò fatte, ed ad ogni buon fine si comanda con la presente Grida a tutti gli Offellari della presente Città, e suo Ducato, ed ad ogn' altra persona, che onninamente debba ciascuno osservare la detta infrascritta decisione dell' Eccellentissimo Senato del 1615., per esecuzione della quale niuno tanto Offellaro, quanto altrimente, che non sii descritto nel detto Collegio de Speziali della presente Città ardisca, nè presuma direttamente, nè per indiretto sotto qualsivoglia pretesto, scusa, o colore vendere, nè fabbricare per vendere, nè meno far vendere, o far fabbricare per vendere alcuna delle cose, che per detta decisione del Senatu Eccellentissimo del 1615. spettano alli soli Speziali, e sono le seguenti:

Marzapani.	Codognata di Zuccaro.
Calissoni.	
Confetti, e Canditi di Zuccaro d'ogni sor.	Mostacini senza pasta.

Ed a quelle persone, che non sono Speziali, nè Offellari si proibisce ancora il vendere, nè fabbricare per vendere, e come sopra le sodette cose, che per detta Ordinazione del Senato del 1615. sono comuni tra detti Speziali, ed Offellari, che sono:

Torrone, Codognate di Mele, Sapore di Uva, Mostarda, Canditi con Mele, sivè Ranzetti, Zucche, Meloni, Indivia, e simili per uso delle dette Mostarde, ed Amito.

E ciò sotto la pena de scudi dieci d'applicarsi per la metà al detto Regio Fisco, e per l'altra metà al detto Collegio de Speziali, nella quale incorreranno li delinquenti, e contraventori, ed ogn' uno, che contraverrà ogni volta, che contraverrà, ed in oltre contro detti qualsisiano trasgressori, ed inobbedienti non solo si procederà alla detta pena di sopra prescritta, ma ancora criminalmente, conforme portarà il caso, e la qualità della causa, salva sempre la giurisdizione del Senato Eccellentissimo, secondo le circonstanze de' casi, ed in tutto, e per tutto, come dispongono le dette infrascritte lettere del Senato Eccellentissimo, alle quali pene, e come sopra si procederà con ogni rigore. Segue la decisione dell' Eccellentissimo Senato dell' anno 1615.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

Lectis in Senatu nostro precibus Præfectorum Fabricæ Templi Majoris hujus Civitatis, & responsis Universis Aromatariorum ejusdem Civitatis, ac utrinque replicatis exempli sequentis videlicet:

Ponantur.

Et eis diligenter discussis, matutius deliberare volentes, ipsa mutua supplicata remisimus ad Egr. Vicarium Provisionum, ut re tota cum Collegiis suis communicata, nobis cum eis, & ipsorum Collegarum voto rescriberet: qui quidem Vicarius, & Duodecim cum rescripsissent in modum sequentem videlicet:

P. R. Cum in controversia coram M. V. pendente inter Præfectos Ven. Fabricæ, & seu Offellarios parte una, & Aromatarios parte altera, super qua placuit M.V. votum Vicarii, & Duodecim Provisionum exquirere, quælibet ipsarum partium prætendat ad proprium exercitium pertinere, & consequenter sub Jurisdictione proprii Paratici comprehendi nonnulla commestibilia inter eos disceptata, & inferius descripta: Optimum sentiunt præf. Vicarius, & Duodecim fore pro dicta controversia dirimenda declarare, quæ sunt ea ex dictis rebus controversis, quæ solis Offellariis conveniant, & quæ solis Aromatariis spectent, ut infra, ut rebus sic divisis, & separatis, & in propria quasi sede collocatis, utraque pars intra limites suæ artis se contineat, quod si aliquis exindè ex Aromatariis manum apponere voluerit, etiam ad ea, quæ propria sunt Offellariorum, tunc sentiunt præf. Vicarius, & XII. recusare eum non posse, quo minus quo ad ea legibus, & ordinibus Offellariorum subjacere debeat, & consequenter Jurisdictioni Præfectorum Ven. Fabricæ, quibus pertinet ut jam declaravit Senatus Excell. suis litteris diei xi. Decembris 1601. observari facere Ordines ipsorum Offellariorum, & transgressores punire, pœnasque exigere. Et è converso si aliquis ex Offellariis tractare voluerit aliqua solis Aromatariis pertinentia, subjacere eum debere in illis ipsorum Aromatariorum jurisdictioni juxta Ordines, & Statuta ipsorum Aromatariorum. Verùm quia adsunt etiam aliqua, quæ pro publico commodo, & benefitio videntur præf. Vicario, & XII. communia esse debere, & promiscua inter dictos Aromatarios, & Offellarios, ut infra, in his quatenus exercens talia communia sit descriptus sub altera ex dictis Universitatibus, videtur præf. Vicario, & XII., quo ad ea communia eum subjacere solummodo debere jurisdictioni suæ Universitatis, sed si aliquis fortè sub neutra Universitate descriptus talia communia utrique Universitati exercere repertus fuerit, eo in casu locum esse debere præventioni inter ipsas Universitates, ut scilicet illa, quæ præveneri talia reperiendo, exequatur juxtà propria Statuta: remittunt se tamen in omnibus, & per omnia præf. Vicarii, & XII. infallibili juditio M. V., cui à Deo Opt. Max. summam deprecantur felicitatem.

Hæc, quæ sequuntur, sunt ea, quæ controvertuntur inter dictos Offellarios, & Aromatarios.

1689 Marzapani. | Torrone.
Califfoni. | Copetta.
Mostacini. | Codognata.
Ranzate. | Confetti, e Canditi d'ogni sorte.
Mostarda. |
Sapori d'Uva. | Amito.

Quæ verò propria videntur præfato Vicario, & XII. esse debere Offellariorum, sunt hæc videlicet:

Ranzata di tutte le sorti fatta con pasta a foggia di fugazze.
Copetta fatta d'amandole, quanto di noci.
Mostacini con pasta.

Ea verò, quæ solis Aromatariis convenire videntur dictis Vicario, & XII., sunt hæc videlicet:

Marzapani.
Califfoni.
Confetti, e Canditi di Zuccaro d'ogni sorte.
Codognata di Zuccaro.
Mostacini senza pasta.

Quæ autem communia esse debere, tàm Aromatariis, quàm Offellariis, sunt hæc videlicet:

Torrone.
Codognate di Mele.
Sapore d'Uva.
Mostarda.
Candiri con Mele, sivè Ranzetti.
Zucche, Meloni, Indivia, e simili per uso di dette Mostarde.
Ed Amito.

Mediolani die 18. Decembris 1609.

Sign. Alexander Siccus de Aragonia Vicarius, Jo. Petrus Bimius Assessor, Christophorus Castillionæus Assessor.

Ego Bartholomæus Assandrus Physicus in hac causa votum meum dedi in scriptis, cui me remitto.

Gio. Battista Calco, Petrus Martyr Aliprandus, Gio. Battista Caimo, Giuseppe Caravaggio, Gio. Francesco della Torre.

Subscrip. Leo Vitalis, & sigillat. &c.

NOS omnibus denuò in Senatu propositis una cum facti serie, ac aliis juribus nomine dictorum Offellariorum allatis, de ipsius Ordinis sententia, votum ipsorum Egr. Vicarii, & Duodecim Provisionum approbandum censuimus, prout his nostris approbamus. Mandantes omnibus ad quos spectat, & spectabit, ut posthac juxtà illud servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die 28. Martii 1615.

Signat. Landrianus, & sigillat. &c.

E le nuove lettere del medesimo Senato Eccellentissimo sono le seguenti:

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Fisco nostro audito super expositis in annexis precibus Syndicorum Collegii Aromatariorum hujus Civitatis, & Ducatus, Vobis mandamus, ut denuò publicari, seu renovari faciatis Proclama, indicta in eo pœna scutorum decem applicanda pro medietate Fisco nostro, & pro alia dictæ Universitati, quibuscumque contraventoribus pro qualibet vice, & contra quoscumque transgressores, & inobedientes, non solum procedatis ad dictam pœnam in eodem Proclamate præscribendam, sed etiam criminaliter, prout casus, & qualitas causæ requiret, salva semper Jurisdictione Senatus nostri juxta circumstantias casuum. Mediolani die xi. Maji MDCLXXXIX.

Signat. Cossa pro Egr. Arbona &c. & sigillat. &c.

A tergo. Egr. J. C. Capitaneo Justitiæ Mediolani nostro dilecto &c.

Ordo circa Spolia Ecclesiasticorum Defunctorum.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

MUltum Rev. nobis dilectè. De Sententia Senatus coram quo propositæ fuere litteræ vestræ in causa prætensi Spolii per Commissarium Apostolicum Placentiæ occasione vacantis Canonicatus in Ecclesia Collegiata Loci Broni Principatus Papiæ, & Diœcesis Placentiæ. Mandamus vobis, audito prius Fisco nostro, ut benignè moneatis per litteras nostras, & advertatis prædictum Commissarium, ut caveat à similibus novitatibus in hoc nostro Dominio in præiuditium Subditorum, cum in Statu Mediolani consuetudo vigeat, quod Spolia personarum Ecclesiasticarum pertineant ad hæredes earum, prout etiam fructus bonorum Ecclesiasticorum maturati, quamvis non exacti, non obstante Bulla 1550. Summi olim Pontificis Julii III., quæ fuit ab eodem Pontifice abrogata per Breve datum Romæ die 29. Maji 1553., & de hac consuetudine non est dubitandum, ut pluries fuit ab eodem Ordine nostro decisum, dum autem dictus Locus Broni est indubitanter de Dominio Mediolani, cessare debet à dicta molestia, & prætensione, quam inferr dictus Commissarius, quia quamvis locus Broni sit de Diœcesi Placentina, est tamen de Statu Mediolani, & sic comprehensus in abrogatione Bullæ prædictæ. Cæterum litteras dedimus tam Spectab. Prætori Papiæ, tam illi dicti Loci Broni, ut quoties requisiti fuerint non desint impartiri Brachium hæredi dicti defuncti Canonici, ut possit se tueri à manifesta novitate procedendo semper cum omni circumspectione, & ubi opus sit, præcipiant Consuli, Communitati, & Hominibus dicti Loci, ut operam suam,

suam, prout casus contingent, præstent huic defensioni, quod vobis innotescere volumus. Mediolani die xxiii. Junii MDCLXXXIX.

Carolus Maria Maddius.

A tergo. M. R. J. C. D. Cæsari Gorano 1689
Scalensi Archipresbytero, & Æconomo nostro generali in Dominio Mediolani nobis dilecto.

A N N O T.

Recensitam Bullam Summi Pontificis Julii III., nec non Urbani VIII. super Spolio,
1 seu fructibus Benefitiatorum, qui moriuntur, non habere locum Mediolani, nec in aliis Civitatibus ejusdem Status declaravit Senatus Excellentissimus post obitum Episcopi Papiæ Bilii; in casu Marchionis Belisomi Commendatarii Sancti Lazari die 11. Augusti 1667. referente Magnif. D. Senatore Corio; in casu Episcopi Petræ-Sanctæ ad preces Com. ejus Fratris die 28. Martii 1667. referente Magnif. D. Senatore Brachcrio; & in casu Episcopi Comi die 30 Augusti 1668. referente Magnif. D Com. Senatore Loaysa; & dictam Bullam Julii III. non esse receptam in Dominio Mediolanensi legitur etiam in Synodo Provinciali V. facta à Sanctu Carolo Borromæo cum quindecim Episcopis Suffraganeis anno 1579 *in tit. de Ecclesiis* §. *ut litibus*.

Enunciatum Breve Julii III. diei 29. Maji 1553. mandans generali Collectori Spoliorum ut abstineat ab exigendis Spoliis in Statu Mediolani, cujus tenorem ponderat Rimin. Juo.
2 *cons. 716. nu. 31., & sequ. lib. 6.* respicit tantum interesse Cameræ Apostolicæ circa Spolia, non autem quidquam decernit circa jura Successorum in Beneficiis adversus hæredes Beneficiatorum, ut resolutum fuisse à Rota Rom. in Papiensi fructuum die 21. Februarii 1622, & die 26. Aprilis 1624. coram Reinboldo notat Merenda *controv. jur. lib. 17. cap. 42 nu. 2.*

Quomodo fructus extantes dividi deberent inter hæredes mortui beneficiati, & successorem res fuit olim valdè dubia ob multas, & variis lites exortas, ad quas amputandas San-
3 ctus Carolus in citatu Concilio Provinciali V. decrevit, ut remota consuetudinis consideratione jus commune observaretur; quid autem de jure communi dispositum sit circa dictam divisionem fructuum late examinat laudatus Merenda *d. cap. 42. nu. 6., & sequ*

Plura alia loca, in quibus non est recepta dicta Bulla Julii III. enumerat Corriada *decis. 119.*
4 *nu. 50. vol. 2.*

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Communitates teneantur solvere mediam visitationem pro casibus fortuitis.

MDCLXXXIX. Die xxiii. Augusti.

Lecto in Senatu responso Prætoris Vallisflaxinæ jussu nostro excitati, una cum supplici libello Notarii Jo. Antonii Marinoni Actuarii rerum Criminalium Officii Vallisflaxinæ sequentis exempli, videlicet.

P. R.

Receptis litteris M. V. mihi datis ad instantiam Communitatis Pagnonæ hujus jurisdictionis diei trigesimi mensis proximè evoluti, pro earundem executione mandavi pignora in ejusdem Communitatis præjuditium capta ex ordine præcessoris mei ad instantiam Actuarii hujus Officii pro duabus mediis visitationibus per eum prætensis, absque impensa pro nunc restituenda esse, salvo jure consulendi super hoc Majestatem Vestram, prout hisce meis humiliter ago.; Durum siquidem, & nimis grave videtur dicto Actuario meo, ut propriis sumptibus accedere debeat in casibus, in quibus non adest certus delinquens ad visitationem faciendam corporum delictorum, quæ persæpè occurrunt ad loca alpestria hujus jurisdictionis pro majori parte multum distantia ab hac residentia, è quibus nonnisi equester die sequenti redire valet, cum vulgatum sit, quod Officium proprium nemini debet esse damnosum, juxtà illud effatum, cum labor in damno est crescit mortalis egestas, & ut ex ejusdem comparitione coram me facta, quam hic originaliter annexam Majestati Vestræ transmitto sign. A. Fundamentum autem suæ intentionis nititur novissimæ decisioni Majestatis Vestræ emanatæ sub die 25. Octobris anni 1684., qua sibi placuit in consimili casu inter Actuarium Caravagii ex una, & Communitatem Pontiroli ex altera ipsis prius utrinque auditis, una cum voto Regii Fisci non semel super hoc excitati decernere teneri prædictam Communitatem versus dictum Actuarium ad prætensam per eum solutionem mediæ visitationis, ut ex ejusdem copia in authentica forma coràm me producta, quam pariter hic annexam M. V. transmitto sign. B., quæ decisio uti emanata à tanta Majestate, cum plenaria causæ cognitione, nulli dubium est, quin faciat jus quoad omnes potissimùm in locis majoris distantiæ, quàm sit dicta Communitas Pontiroli ab Oppido Caravagii, & quia similes casus in decursu biennii occurrere possunt, humilimè M. V. deprecor, ut dignetur decernere num possit dictus Actuarius meus non solùm à dicta Communitate Pagnonæ mercedem dictarum binarum visitationum pro medietate consequi, verùm à quibuscumque aliis Communitatibus huic jurisdictioni Subditis, nè inposterùm locus sit ulteriori quærimoniæ apud M. V. tàm ex latere dictarum Communitatum, quàm dicti mei Actuarii, & dum Regias ejus Jussiones sum expectaturus, eidem à Deo Optimo Maximo gloriæ,

1689 & faustitatis deprecor incrementum. Dat. ex Prætorio Introbii Vallissaxinæ die octavo Februarii 1688. Majestatis Vestræ humilissimus servus J. C. Jo. Andreas Rubeus Prætor Vallissaxinæ.

Illustrissimo Signore.

AVendo Il Notaro Gio. Antonio Marinone Attuario dell' Officio di Valsasina, ed umilis. servitore di V. S. Illustrissima fatte alcune visite sopra il Territorio di Pagnona di detta Valle distante dall' Officio circa dodici miglia in occasione de' casi fortuiti, e richiesta a detta Comunità la mercede delle mezze visite (in conformità della sentenza del Senato Eccellentissimo fatta tra l'Attuario dell' Officio di Caravaggio, e la Comunità di Pontirolo distante da quell' Officio solo sei miglia, ed in Paese piano, e comodo, sentite le Parti, ed il voto del Regio Fisco più d'una volta eccitato, nella quale in pieno Senato dichiarò, che non ostanti le dette cose dedotte, fosse tenuta la Comunità al pagamento delle mezze visite, e come da essa del dì 25. Ottobre 1684., che a V. S. Illustrissima si esebisce) ricusò la medesima Comunità di Pagnona di pagar le dette mezze visite, per il che il Supplicante gli fece fare l'esecuzione: Onde la medesima Comunità ebbe ricorso al Senato Eccellentissimo, e ne riportò lettere dirette al Sig. Podestà di detta Valle, o suo Sindicatore di tenore, che serventur Ordines, per il che considerando il Supplicante, che l'ultimo Ordine è a suo favore, e benchè non sii generale, nientedimeno, che sententia Senatus facit legem, quoad omnes in similibus, e non eservi a suo sapere Ordine positivo, che proibisca a' Notari l'esazione della mercede di dette mezze visite, oltre li quattro miglia della residenza, ma solo a' Giudici, come che questi in occasioni di simili casi fortuiti non si partono dall' Officio, perciò citò la detta Comunità a vedere incantare il pegno esecutato, e non essendo stato così sollecito in far fare l'incanto, la detta Comunità fu pronta a riportare dal detto Eccellentissimo Tribunale altro Ordine diretto al medesimo Sig. Podestà, che omninò restitui faceret pignora ablata, etiam si distracta essent. Obbedì il Supplicante prontamente per la riverenza dovuta agli Ordini d'un tanto Tribunale, però con protesta fatta in scritto avanti detto Signor Podestà, che non intendeva, che tale restituzione gli fosse pregiudiziale, ma che intendeva conseguire le sue mercedi, che sono per le pure spese in occasione di dette visite in conformità di detta sentenza, della quale glie n'esebì copia in forma probante, facendogli anco instanza, che il tutto rimettesse al Senato Eccellentissimo per la provisione opportuna, come così esso Signor Podestà fece, rimettendo dette scritture con sua lettera al detto Eccellentissimo Tribunale, dal quale sino del mese di Febbrajo dell' anno ora scorso 1688., furono rimesse al Sig. Fiscale Arrigone per il suo voto, qual voto non ostanti le molte instanze fattegli per la spedizione, come stima di ragione, mai ha fatto, non sa il Supplicante se per le sue occupazioni molte, o perchè detto Sig. Fiscale non voglia a ciò venire per tener egli quantità d'effetti in molte Terre di detta Valle, e cedendo questo in molto pregiudizio del Supplicante, quale è forzato frequentemente andare, ora ad una, ora ad un altra di dette Terre a far di dette visite sopra Monti asprissimi, anco con molto pericolo della propria vita, oltre le spese in nollo di Cavallo, e cibaria, che è necessitato fare; Perciò ha pensato per rimedio ricorrere alla retta giustizia di V. S. Illustrissima. Umilmente supplicandola voglia restar servita ordinare, che la Sentenza fatta a favore dell' Attuario di Caravaggio abbi luogo anco a favore del Supplicante, mentre quella fu fitta in pieno Senato, nel quale furono proposte le ragioni d'ambe le Parti, e sentito più d'una volta il parere del Regio Fisco, quale avendo già votato si deve attendere, trattandosi in caso simile, anzi più forte per il Supplicante, e tanto più, mentre che tali mercedi di mezze Visite indistintamente si scuodono da tutti li Notari degli Offici di questo Stato, come benissimo ne sono informati li Delegati sopra le Sportole, ed in particolare il Delegato Cottomano, che gira le Provincie, del quale (quando così piaccia a V. S. Illustrissima) ne potrebbe avere il parere, il che ec.

Eisque diligenter perpensis, una cum juribus exhibitis, ac antecedentibus jussu nostro junctis simul, cum Fisci nostri voto.

Censuit is Ordo teneri Communitatem Pagnonæ ad solutionem mediæ visitationis non obstantibus deductis, & ità in similibus servandum esse inposterum.

Signat. Costa pro Egr. Maddio Juniori, & sigillat. &c.

A tergo. Registratæ in filo Patentium.

Concordat cum originali penès me existente, & registrato in fine voluminis Statut. Vallissaxinæ, & pro fide &c.

Jo. Antonius Marinonus Notar. Actuarius in Officio Prætorio dictæ Vallissaxinæ &c.

ANNOT.

PRo hisce visitationibus esse solvendas per Communitates in subsidium solum libras 8. & solidos 8. disponitur etiam in Ordine diei 6. Martii 1733., & 22. Aprilis 1735.

Renovatio

Renovatio Ordinum pro divisione Actuariorum dierum 8., *& 20. Julii 1666.* 1689

MDCLXXXIX. Die xiv. Decembris.

FActo verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnificos DD. Senatores Don Cesarem Vicecomitem, & Com. Philippum Archintum Visitatores Carceratorum in Officio Prætorio hujus Urbis de diversis abusibus, & absurdis in eodem Officio recognitis ab Egr. Fiscalibus per eos relatis in actu Visitationis hesternæ diei, provenientibus, potissimùm ab introductà rursùs confusione Notariorum, qui student se solos esse directores, & quasi Dominos processuum, conservare illos expediendo, aut differendo pro eorum placito, instantes pro congruo remedio, ut renoventur Ordines Senatus anni 1666. 8., & 20. Julii circà divisionem dictorum Notariorum intèr Egreg. Prætorem, & Judices ad Signa Galli, & Equi, modò neglectos, & inobservatos, cum maximo, & evidenti Justitiæ præjuditio.

Senatus ideò re tanti ponderis maturè consideratà, occurrere volens pessimæ huic corruptelæ, ac abusui, & consulere meliori administrationi Justitiæ, jubet, ac mandat renovari dictos Ordines dierum 8., & 20. Julii anni 1666., prout illos renovar, dandamque ideò notitiam Egr. Prætori, Judicibus, & Actuariis prædicti Officii Prætorii, ut prædictos Ordines inconcusè servent, & à quibuscunque Notariis servari curent sub pœnis eidem Senatui benevisis, ubi tàm ipsi, quàm Notarii prædicti contravenerint.

F. Belingerius.

Ordo, ne Judices exequantur decreta S. E. subrepta contra Justitiam.

Judicibus Mediolanensis Dominii.

DIlectè noster. Ad notitiam Senatus devenit non tam in Officio vestro, quam aliorum quorumcunque Jusdicentium nostrorum quam plura præjuditia in Justitiæ, & Sportularum Senatui debitarum detrimentum oriri ob decreta, quæ aliquando ab Illust. L. T. nostro subripiuntur, quibus occurrere volentes, ex ipsius Ordinis sententia, coram quo de hac re actum fuit, vobis mandandum statuimus, sicuti mandamus, ut si vobis præsententur aliqua decreta dicti L. T. nostri impeditiva Justitiæ, quæ subripiuntur ut supra, statim moneatis eundem Ordinem nostrum, & interim illa non exequamini sub pœna Senatui nostro arbitraria, & suspensionis à munere. Mediolani die vi. Aprilis MDCXC. 1690

Renovatio Ordinis anni 1545. 26. Martii circa Instrumenta procurarum, venditionum, & cessionum.

MDCXC. Die x. Junii.

INnotuit Senatui Excellentiss. inobservantiam sanctionis ejusdem conditæ anno 1545. 26. Martii, circà nonnullas expressiones à Notariis in Instrumentis, de quibus sunt rogati servandas, cujus sanctionis tenor est prout sequitur. (*Ommittitur, quia jam est suo loco impressus*).

Proindè, ut abusus in re ipsa tàm gravi tollantur, & ad observantiam sanctio ipsa pro Justitiæ implemento reducatur, renovationem, & editionem ejusdem mandat, & insuper declarat dictus Excellentiss. Ordo, eandem sanctionem se extendere debere ad quoscunque contractus faciendos, itaut in posterùm Notarii non possint de quibuscunque Instrumentis contractuum rogari, in quibus scripturæ, seù notulæ, aut quæcunque alia acta cujuslibet generis inseri contingat, nisi eodem tempore rogitus inserenda adsint, & eodem actu inserantur, ut de iis in spetie Notarii remaneant rogati, ut de eis semper constet, & veritas immutari non possit, & ità servandum prædictum Senatus Consultum adamussim in toto Mediolani Dominio sub eisdem pœnis in relata sanctione indictis.

Federicus Cossa pro Egr. Arbona.

Ordo super admittendis Notariis, emanatus ad preces Abbatum Collegii Notariorum Civitatis Cremonæ.

MDCXC. Die xx. Junii.

CEnsuit is Ordo respectu ætatis, experimenti, & idoneitatis non esse apponendam manum rebus ordinatis per Senatum, non obstantibus deductis per Abbates Collegii Notariorum Cremonæ; Respectu Natalium persistendum pariter in ordinatis, ubi tamen agatur de recenti memoria Avi, scilicet annorum triginta, non obstantibus

ut

1690 ut supra deductis; Respectu facultatum, attenta mala temporum conditione, permittendum extra Civitatem Mediolani, ut restringatur summa, quæ erat aureorum centum ad aureos quinquaginta annui redditus; in reliquis secundum casuum contingentiam Senatus opportunè providebit.

Gabriel Tattus.

Ordo, quod pro laborando in die festo non sufficiat facultas obtenta ab Ecclesiastico sine recognitione Senatus.

Prætori Pallantiæ.

DIlectè noster. Audito Fisco nostro super petitis in occlusis precibus Hieronymi Rubei, veris existentibus narratis mandamus vobis attentis litteris Senatus nostri alias Antecessori vestro datis sub die 6. Julii 1684. in simili casu ab omni molestia contra Supplicantem, & Operarios abstineatis, nec eos aliqua vel minima impensa gravetis; Cæterum vobis injungimus, ut nullam in posterum rationem habeatis facultatis relaxatæ ex causa ab Ecclesiastico operas similes exercendi in die festo, nisi à nobis recognitæ absque ulla, vel minima impensa petentium. Mediolani die xxix. Augusti MDCXC.

Tattus.

A N N O T.

1 FAcultas laborandi diebus festis legitima subsistente causa concedi debet gratis etiam ab Ecclesiasticis ex Constitutione Urbani VIII. 164. § 3. ibi: *quæ quidem licentiæ non aliter, quam ad formam prædictorum Canonum, ut præmittitur concedendæ, non nisi gratis, liberè, & sine ullo prorsus pretio, aut pacto directè, vel indirectè concedantur sub pœnis etiam gravioribus nostro, Successorumque nostrorum arbitrio infligendis.* Ante autem dictam Constitutionem licitum erat
2 hujusmodi facultatem concedere eum conditione erogandi aliquam eleemosynam pro Locis Piis ad *text. in c. licet de fer.*, ut latè probat Pignatel. *consult. 69. tom. 5*

Magnus Fossatus.

Ordo super materia Sportularum.

MDCXC. Die xxvii. Novembris.

AUdito in Excellentissimo Mediolani Senatu Illustri Marchione Regente D. Antonio Maria Erba Referente consultationes, eidem tamquam in re Sportularum Delegato per Egr. ejusdem Ordinis Thesaurarium factas ad nonnulla capita Ordinum, non semel editorum tàm pro recta Justitiæ administratione, quàm in iis, quæ concernunt exactionem Sportularum, utpotè provenientium ab ipsamet Justitiæ administratione, & prompta causarum Criminalium expeditione, dum ob inobservantiam dictorum Ordinum, non leve damnum, & præjuditium dicta Sportularum exactio passa fuit, & in dies patitur, undè augumentum salarii eidem Amplissimo Ordini Regiis litteris anni 1622. concessum frustatorium redditur, cum præstari non possit, attenta dicta Ordinum inobservantia accedente etiam temporum calamitate.

Referente etiam causas, ob quas dicta exactio Sportularum jàm nonnullis exactis annis cæpit minui, una cum Catalogo per dictum Egr. Thesaurarium composito, & distincto omnium Jurisdictionum, & Feudorum, expressis nominibus, & pronominibus Feudatariorum hujus Dominii in sex diviso Provinciis, consignando Egr. sex ejusdem Senatus Secretariis, secundum unamquamque ex dictis Provinciis à singulo eorumdem administratam, ex quibus eliciuntur loca, & Feuda, ad quæ exacto biennio accesserint Syndicatores, & Prætores à Senatu approbati, eaque etiam, quæ remanent de Syndicatoribus, ac respectivè Prætoribus, adhuc approbandis, providenda, ne majora Justitiæ, ac dictæ exactioni damna, & præjuditia sequantur ex non electis Syndicatoribus, & Prætoribus non approbatis, & ex malè gestis per eorumdem respectivè Notarios, Actuarios, & Cancellarios.

Referente quoque notulam illorum Jusdicentium tàm Majoris, quàm Minoris Magistratos, qui tantum reportarunt absolutiones à Syndicatu, ac Prætorum Feudalium per Senatum approbatorum, una cum Ordinationibus, de quibus in dictis Consultationibus fit mentio.

Referente demum necessitatem toties per dictum Egr. Thesaurarium memoriæ Senatus commendatam, faciendi condemnationes, ad usus ejusdem Senatus applicandas, cum multis abhinc annis, ob defectum dictarum condemnationum, ex effectibus dictarum Sportularum supplere oportuerit, non tàm sumptibus necessariis ejusdem Senatus, qui computatis annuis salariis Trium Registratorum, sumptibus Sacelli, sedium, peristromatum Aulæ, Cartæ, & Bibliothecæ excedunt tria librarum millia quot annis, quàm aliis improvisis ejusdem Senatus, & Justitiæ usibus necessariis, tùm maximè quando Spectab. DD. Senatores obviam, & ad obsequium missi fuerunt

Regi-

Reginis, Imperatrici, & Gubernatoribus, iidemque ad confinia, & alibi pro tuenda Regia Jurisdictione se contulerunt, tum & aliquoties pro transmittendis ad Remum condemnatis, adeòut pro hujusmodi contingentiis ab anno 1679. in hanc diem insumptæ fuerint lib. 120.m. circitèr à capsa dictarum Sportularum extractæ, in qua, ubi adhuc extarent, non utique Senatus salariis nonc privaretur, quinimmò etiam ad multos annos de iis sibi provisum esset.

Lectisque omnibus in dictis consultationibus contentis una cum animadversionibus per dictum Thesaurarium ad capita eorumdem factis tenoris sequentis videlicet:

Le provisioni più essenziali, che, inerendo agli Ordini più d'una volta dati, si addimandano a titolo di rimediare a tanti disordini, che patisce la Giustizia, e per consequenza la scossa delle Sportole, si restringono come segue:

1 CHe tutti li Giusdicenti, e Podestà, subito entrati nelle loro Preture, mandino le relazioni de gestis per Syndicatores con distinzione delle Ordinazioni fatte, e scosse da' medesimi Sindicatori, comminando a' Contraventori qualche pena particolare sofficiente a farli obbedire.

2 Rinovare gli ordini dati, massime de' 4. Settembre 1681., che li Giusdicenti Feudali, non ostante li decreti de' Feudatarj, che comandano di non molestare i Rei, o Processati di delitti capitali, e corporali, abbiano da proseguire le dette cause per quello spetta all'interesse del Regio Fisco, della Giustizia, ed in conseguenza delle Sportole: anzi provedere con ordini più rigorosi, come più parerà al Senato, acciò si proseguischino dette cause, e di più incaricare a' Delegati sopra le Sportole, che in occasione di Visita de' libri criminali ne cavino nota distinta di dette cause, e ne facciano subito relazione all'Eccellentissimo Senato, o ad uno degl' Illustriss. Signori Senatori Delegati, acciò si possino i Contraventori precettare ad allegandom quare condemnari non debeant in illis aureis ducentum dispositis in Senatusconsulto diei quartæ Septembris 1682.

3 Che non si faccino ordinazioni di rimettere al Maggior Magistrato, o all'Auditor generale dell'Esercito, o ad altri Tribunali senza l'ordine dell' Eccellentissimo Senato, mentre in occasione di visita de' Delegati si sono trovate simili ordinazioni fatte non solo da' Giudici, ma anche da' Sindicatori, come pure negli Officj Feudali molti decreti di remissa causa ad Majorem Magistratum in pregiudizio grandissimo di detto Maggior Magistrato, scoprendosi per informazioni stragiudiziali, che seguono tali ordinazioni, e decreti in utile solo de' Giusdicenti, e quando avessero li Feudali da rimettere le dette cause al Maggior 1690 Magistrato fossero tenuti li Giudici, ed Attuarj riportarne la ricevuta da quell'Attuario, cui doveransi rimettere dette cause, e quella registrare a' libri.

4 Che li Sindicatori mandino al Tesoriere dell' Eccell. Senato la nota distinta delle ordinazioni fatte dalli Podestà con i titoli, indizj, e somma da essi scossa per tali ordinazioni, ed anche per i decreti, ch'hanno figura di liberazione col rogito delle sigurtà date da' medesimi Podestà, o Giusdicenti per formare quì il debito.

5 Che non admettino li Successori senza l'assoluzione de' Sindicati, e senza l'approvazione del nuovo Biennio.

6 Che non lasciano recedere dal Sindicato li detti Podestà, o Giusdicenti, se prima non gli consti del pagamento delle Sportole fatto nelle mani del Tesoriere dell' Eccellentissimo Senato.

7 Che si mandino li Sindicatori alle Podestarie Feudali, per anche insindicate.

8 Che si facciano da' detti Sindicatori le relazioni, ancorchè senza querele, nè aggravj.

9 Che detti Sindicatori siano tenuti dentro quindeci giorni formare li processi contro li loro Giusdicenti, che saranno sottoposti al Sindicato, e subito accusata la contumacia ragguagliare a quel Senatore Provinciale, che sarà deputato dall' Eccell. Senato, ed ancor al Tesoriere del medesimo Senato.

E subito receduti dall'Officio debbano consegnare detti Sindicatori a quell' Illustriss. Sig. Senatore Provinciale, che sarà eletto, o al sudetto Tesoriere del Senato li libri spettanti al Sindicato, atteso che di quelli non se ne sono trovati dalli Delegati sopra le sportole nella visita degli Offizj, e sotto questo pretesto o si disperdono, o si compongono con queglì sottoposti al Sindicato.

10 Che detti Sindicatori abbiano d'osservare inviolabilmente tutti gli Ordini del Senato, che sono espressi nell' Istruzione, che se gli consegna con le lettere patenti del Sindicato sott'obbligo di soccombere del proprio in qualunque caso di pregiudizio delle sportole, e sotto pene gravi, che più pareranno al Senato in materia della Giustizia.

11 Che tutti li Giusdicenti non promettino franchiggia alcuna, nè rispetto veruno a qualunque Persona, atteso che la Giustizia in alcuni luoghi è a tal segno ridotta, che non può far' eseguire capture, nè meno intimare inquisizioni, nè qualunque altro papele, se prima non si è avoto licenza non solo da quel Nobile, che pretende d'essere dalla Giustizia rispettato, ma etiamdio da' suoi Fattori, e sopra di ciò fare quelle provisioni, che saranno dall' Eccellentiss. Senato stimate opportune, acciò

1690 ciò niuno ardisca di pretendere tali rispetti sì pregiudiziali alla Giustizia.

12 Provedere negli Offizj, ove vi sono li Tesorieri, che non si venghi ad alcuna Ordinazione, nè spedizione di cause sotto quelle pene, che pareranno all' Eccellentissimo Senato, se prima non restano dal loro Tesoriere scosse le Sportole, atteso che se ne trovano molte Ordinazioni senza il dovuto pagamento di Sportole, ed i Tesorieri allegano non essere tenuti, per non essere passate a lor notizia, e se all' incontro si pulsano i medesimi Giudici, o le loro figurtà, allegano questi esser carico del Tesoriere, e sopra ciò causano liti di grandissimo danno al Senato.

13 Che gli Attuarj, quali pagano fitto delle Banche Criminali si astenghino dal pagamento de tali fitti finchè non resti posto a suo dovere tal fitto di dette Banche, essendo ora tanto esorbitante, che fa recedere gli Uomini più fedeli, e si admettono quelli, che non stimano altro, che il sostento della lor famiglia: dal che ne nascono infiniti pregiudizi, massime nell' occultare le denunzie, comporre le cause, intendersi co' Rei, pubblicandoli gl' indizj, mettendo la Giustizia in vergognoso stato, vendendola a qualunque prezzo.

14 Che dalli Podestà si levino le approvazioni.

15 Che da' medesimi Podestà Sindicati si riportino, e levino le assoluzioni in conformità delle relazioni del Sindicato per le buone conseguenze tanto alla Giustizia, quanto alla scossa delle Sportole oe veniranno.

E per potersi dare più facile esecuzione agli Ordini nuovamente usciranno circa le accennate provisioni, ed ancor ad altri, de' quali si dirà di sotto.

Si sono formate sei piante distinte delli Feudi di tutto lo Stato, e giurisdizioni loro corrispondenti alle sei Provincie, dalli sei Egregj Segretarj maneggiate per consegnarne una copia a ciascuno d'essi con altre notizie prontate, come dal num. 8. fino al num. 11. quì congionte, ad effetto si possino conoscere da quelle con facilità li Feudi, ch' il corrente Biennio sono stati provisti di Sindicatore, e quelli, che per anche restano da provedersi, parimenti quelli Podestà ch' hanno riportate le approvazioni, e quali nò, dando ad uno ad uno de' detti Egregj Segretarj Provinciali per aggionto altretanto numero degl' Illustrissimi Signori Senatori, o un solo, sollevandolo dalle altre occupazioni, constituendogli, se così si giudicherà spediente, qualche particolar mercede sopra le medesime Sportole per essere la materia affattichevole, e molto scabrosa, che richiede totum hominem.

16 Procurando poi ch' almeno di trimestre in trimestre, e quindici giorni avanti spiri si facciano mandare da' Giusdicenti della loro rispettiva Provincia le note delle Ordinazioni fatte in quel corrente trimestre.

17 La nota delle cause inespedite dagli Attuarj, e Notari di ciascun' Officio forense tanto di Maggior, quanto di Minor Magistrato, e massime de' migliori, e di quando in quando li libri criminali, interrogandoli delle facende, e delle denunzie state portate all' Officio, e come s'amministra la Giustizia, e l'esazione delle Sportole, con avvertenza però, circa il farsi trasmettere li libri criminali, di spedirli più presto sia possibile per rimetterli a' loro Officj, acciocchè non venisse ritardata la prosecuzione delle cause, come molti Giusdicenti, Attuarj, e Notari allegano nella visita del Delegato, il quale non l'ha potuto proseguire perfettamente in alcuni Feudi per la mancanza de' libri, asserendo i medesimi essere stati o per ordine de' Superiori trasmessi a Milano, ed ad altri Offizj, o per ordine de' Feudatarj, o d'essi medesimi, ed a' suoi Auditori in pregiudicio notabile della Giustizia, e per conseguenza delle Sportole.

18 E qualche volta chiamare li Consoli, ed Anziani alla sprovista per intendere la verità in ordine delle denunzie, e de' delitti successi, se in tutto, o in parte sono state registrate, o sopite, o pure obbligare li Cancellieri delle Comunità di ciascun luogo Feudale, da' quali si devono distendere le denunzie, che ne tenghino un libro di registro nelle loro Comunità per potersi vedere, riconoscere, e levare l'abuso di far disperdere le denunzie, e sopire li delitti: Rimedio necessariissimo, e di grande conseguenza.

19 Ordinano a' Delegati Generali Dottor Ravizza, e Cotromani, che non manchino d'attendere, come per lo passato, ed citare, ed avvisare li Debitori tuttavia contumaci, e renitenti a comparire ne' giorni precisi avanti l'Eccellentiss. Sig. Senatore Reggente Erba, o Illustriss. Sig. Senatore Visconti a tal effetto Delegati; e sentiti il Tesoriere, e detti Delegati, e Debitori, pigliarli quelle provisioni anch' economiche, che richiederà il bisogno presentaneo, tornando a conto l'impiegarsi in questa facenda tanto forzosa, ed all' imminente bisogno necessaria, non potendosi contro questa sorte di Debitori procedere con rigore, pretendendo essi o non esser eredi, hipoteca, o anteriorità, o potiorità, ragione de fideicommissi, o d'essere stati aggravati d'accrescimenti alle partite già da' medesimi Debitori, com' essi dicono, per giuste scosse, e pagate, allegando non essere nella facoltà de' detti Delegati rilevare gl' indizj, tassare i titoli per capitali, e corporali, quando da' Giudici sono stati stimati statutarj, e corporali, ed in somma non

non potet' avete detti Delegati maggior cognizione di quella de' proprj Giudici, ch' hanno fabbricati li processi, essendo una sotte de Debitori, che ora restano d'escutersi, che il Tesoriere, non ostante ogni possibil diligenza, e mezzi termini con loro usati, non ha potuto rendere appagati, come molti, che se ne sono resi per il passato. Instando ora più che mai il Tesoriere il doversi praticare da' detti Delegati questa strada in conformità dell' ordinato già quattro anni fa sotto li 22. Agosto 1686.; mentre che il detto Tesoriere maggiormente del passato, conforme più volte co' memoriali avea raccordato, previdde il mancamento era per succedere a questa scossa, e come dal detto Ordine, che quì s' esebisce signat. C.

20 Assistendo massime al Tesoriete nelle accennate occorrenze, ed altre in particolare d'alcuni Debitori, ch' hanno nel pensiero, che contro di loro non si debba procedere con la solita udienza, consiglio, ed aggiuto per supetare tante difficoltà, atteso che altrimenti, per il passato, senza la buona direzione, ed attenzione al rappresentato degl' Illustriss. Signori Senatori Delegati, attività del Tesoriere, ed opera de' Delegati Genetali Dottor Ravizza, e Cottomani, non si sarebbe potuto compire alli Trimestri pagati, potendosi con verità dire, che già anoi fa, a più del solo terzo Trimestre di quest' anno mancato, ne sarebbero molti restati indietro: da che si può conoscete quali sieno state le attenzioni, e frequenti applicazioni, udienze, e rompimento di testa de' detti Illustrissimi Signori Senatori Delegati, massime dal 1686. gli è convenuto anche beo sovente consumare le mattine, e dopo pransi intieri nel sentire il detto Tesoriere, Delegati Genetali Dottor Ravizza, e Cottomani ora tutti uniti, ora separati per le occorrenze si andavan presentando in detta materia Sportulare; discorrendone diffusamente, e sciogliendo dubbj sopra interpretazioni d'indizj, cognizioni de' titoli per le tasse, e loro liquidazioni, suggerendo ripieghi, e mezzi termini per facilitare la scossa delle Sportole, secondo li casi necessitavano la superior intelligenza de' detti Illustrissimi Signori Senatori Delegati, e loro sessioni fatte nella propria Casa, ed avanti l'Illustrissimo Sig. Presidente oella sua: da che si può argomeotare quanto a torto, e senza alcuna ragione, anzi contro il fatto si sieno alcuni lamentati in particolate del Tesoriere, che per altto afficura ooo ha mai travagliato, nè affaticato, sudato, stentato tanto, nè incontrato tanti disgusti, impegni, ed indignazioni, come dal sudetto anno 1686. in quà; che, come ha già detto, prevedendo la scossa delle sportole, andava declinando; cominciò alquanto più astringere li Debitori, in conformità delle provisioni, e dichiarazioni del detto Tesoriere ottenute nella detta materia sportulare a' suoi ricorsi, come dagli Ordini, che si esebiscoo, protestando non si perderà d'animo d'operare in tal conformità anche per l'avvenire. 1690

21 L'attenzione in far condanne, per la reintegrazione della Cassa delle Sportole, o almeno per la provisione di poter in avvenire soddisfare agli usi del Senato, attesο che per il mancamento di dette condanne da molti anni in quà è convenuto supplire a detti usi in somma de lir. 120.m. de denari delle Sportole, a segno che, quando non vi fosse stata l'occasione di detto supplimento non mancherebbero denari di presente nella Cassa di dette Sportole di tirare avanti li pagamenti per molti anni prossimi, durando ancora le presenti turbolenze. Con che è evidente, che detti Illustrissimi Signori Senatori Delegati, Tesoriere, e gli altri Delegati hanno compito alle lor parti come sopra.

22 La spedizione delle cause tanto commesse, quanto de' ricorsi, perchè ancora queste giovano alle Mesate per la lettura, ch' è di molto beneficio alle Sportole per il terzo di quello si cava, applicato alle dette Sportole.

23 A tal effetto non è che di gran giovamento alla Giustizia, ed alle Sportole il procurar d'aver anche esatta nota dagli Egregj Segretarj, e loro Cancellieri Provinciali delle relazioni diffinitive, e degli stati di cause, che in quà, ed in là, per oon dir altro, si trovano inespedite, e giontatamente delle lettere, con le quali i Giusdicenti tanto di Maggior, quanto di Minor Magistrato hanno dato, e danno parte degli omicidj, ed altri delitti seguiti, e seguono oelle loto rispettive giurisdizioni.

24 La nota delle cause pendenti anche negli Offizj degli Egregj Signori Capitano di Giustizia, e Podestà di Milano.

25 Sopra il tutto, che li Delegati Generali Dottor Ravizza, e Cottomani, il primo con occasione risiede sempre a Milano, il secondo portandosi fuori alla visita degli Offizj non manchino d'iovigilare per informarsi con ogni destrezza da' Magistrati Ordinario, e Straordinario, ed intendere da' Notari, ed Attuarj se si fabbricano processi di cause Magistrali, o altrimenti delegate a' loro Giusdicenti, come anche da ogni altro Offizio da' detti Magistrati dependente: dimostrando l'esperienza essere stato di qualche beneficio alla scossa delle Sportole le partite, che mediante tal' attenzione si sono scosse, che per altro, non ostante gli ordini da' medesimi Magistrati conseguiti, (che servono però per fondamento di pretendere le Sportole) si sarebbero smarrite; Ricercando

 visi

1690 visi tanto più la destrezza con detti Tribunali, ed Offizj dependenti, quanto che alle consulte fatte dal Senato in Spagna, ed ultimamente del mese d'Aprile 1683. poco buon' effetto dalla lettera di risposta datali si è riportato per non essere mai stata la materia colà ben' intesa.

Parimenti è più che necessario non manchino detti Delegati usare la facoltà, hanno di visitare gli Offizj in particolare degli Egregi Signori Capitano di Giustizia, e Podestà di Milano conforme gli ordini de' 14. Gennajo 1679., massime in queste presenti urgenze, e calamità, attendendo alle occorrenze delle Sportole già rappresentate con ogni maggior fervore, e brevità possibile, ed il Delegato Cotromani portandosi fuori ben sovente alla visita de' libri, e fare gli uni, e gli altri, e tutti insieme per rimettere in piedi la detta scossa.

Nel rimanente, che ad ogni modo per la retta amministrazione della Giustizia, e sostento delle Sportole si renda necessarissima l'attenzione a dette provisioni, ed ordinate sieno, la loro esecuzione si dimostra colle ragioni seguenti:

1 Perchè è salario instituito da S. M. C. con titolo oneroso, e decoroso, come si ricava dalle lettere Regie de' 22. Luglio 1622.

2 Perchè la Giustizia abbi la corrispondenza alle cose ordinate, e non abbino li Giudici a commettere sotto titolo de' suoi diritti li da loro Processati, o supposti delinquenti con evidente loro rovina.

3 Perchè farebbe stupire ogni Saggio in vedere tanti Ordini dati per il buon governo della Giustizia, e successivamente delle sportole, quando si abbandonassero.

4 Perchè l'esigenza delle sportole per il Senato tien' il freno a quei Giudici, ch' hanno solo fine di far denari, e non somministrare la Giustizia.

5 Perchè da visite de' libri criminali, che si fanno da' Delegati sopra le sportole, si ricavano col timore, si possino scoprire le lor' operazioni tanto li Giudici, quanto gli Attuarj, e Notari deputati alla scossa de' medesimi Giudici: onde vanno con maggior cauzione.

6 Si sconvolgerebbe tutta la Giustizia, patirebbero tutti gl' Innocenti, ed i Rei più del suo dovere, e si sentirebbero esclami di disperazione, mentre fin' ora quanti, e quanti si sono scoperti indebitamente gravati di spese anche sotto pretesto di sportole, e diritti pretesi da' Giudici, ed esorbitanti mercedi a titolo de' processi, ed altri supposti dritti da' Notari, ed Attuarj, non ostante tanti Ordini santissimi dati per il buon governo. E che seguirebbe poi se si tralasciassero le visite de' Delegati, ed i rimedj necessarj per il sollievo degli oppressi, o concussi? mentre la sportola è fondata per ordine Regio corrispondente a i delitti, ed ha misura eguale alla buona Giustizia: Si darebbe campo a' Giudici, Notari, ed Attuarj, o ad altri in luogo de' Tesorieri come sopra deputati, di scuodere a lor capriccio, tanto più potendosi immaginare non venisse dall' Eccell. Senato più curata la sportola, ed in conseguenza d'ingrassarsi, scodendola nepiunemeno con tanto danno del Terzo.

Se poi da alcuni, che vedono mal volentieri, come i Debitori vecchi di sportole già constituiti, questa materia sportolare, fosse stato rappresentato, che potrebbe causare tumulti nel Pubblico. Che cosa hanno che fare le sportole dovute da' Malfattori, da' Giudici, Notari, ed Attuarj, e Tesorieri come sopra, che le hanno scosse, e ne vanno al Senato debitori col Pubblico? Poichè altro qui non si ricerca se non che, in conformità di quanto ha concesso Sua Maestà, paghino solo le sportole delle ordinazioni, e relazioni da essi fatte, nè se gli dimanda di più; Sicchè si vede, che questo è debito singolare, e non pubblico, e che di niuna maniera, volendosi astringere li Debitori a pagare, possono scusarsi col mettere in campo simili pretesti, e vanità.

In oltre se tanto li Tesorieri, Attuarj, e Notari deputati all'esazione delle sportole, ed i Giudici, che le devono scuodere in mancanza di quelli, rappresentano l'esercizio, come si direbbe Agenti, o Fattori del Senato per l'interesse della dupplicazione delle sportole al medesimo Senato concessa? perchè dunque questi non si possono cercare, addimandare per fargli dar conto dell' esatto, e s'hanno scosso conforme gli Ordini, e tassa generale; e che cosa hanno che fare col Pubblico li debiti loro privati?

Omnibusque in eis expressis, & deductis acuratè perpensis.

Is Ordo censuit dictum Catalogum dandum Egr. ejusdem Ordinis Secretariis, & per unumquemque in iis, que ad eorum respectivè Provinciam spectant, ut in dictis consultationibus, curandam executionem Ordinum; Omniaque

per dictos Egr. Secretarios peragenda cum assistentia, participatione, & consilio, scilicet

per Egreg. Cossam Amplifs. D. Senatoris March. R. Erbæ.

per Egr. Carolum Mariam Maddium Amplifs. D. Com. Pusterlæ.

per Egr. Tattum Amplifs. D. Pacheco.

per Egr. Cesatum Amplifs. D. de Leyza.

per Egr. Belingerium Amplifs. D. Vicecomitis.

per Egr. Angelum Mariam Maddium Amplifs. D. Trotti.

Respectu verò condemnationum habendam rationem expositorum, quæ conveniet, & ad hunc effectum per dictos Egr. Secre-

Secretariis perquirendum esse penès ipsorum Cancellarios, an adsint definitivæ, & status causarum, quæ ad hoc pertinere possint, & de hoc dent notulam Magnifico Patri pro unicuique Provincia Delegato.

Respectu verò debitorum Sportularum adhuc renitentium, & contradicentium Amplissimos PP. jàm Delegatos pro sua diligentia, & dexteritate procedere debere ad normam Senatus Consulti diei 22. Augusti 1686. 1691

Ordo super materia Sportularum.

MDCXCI. Die vi. Aprilis.

FActo verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per Magnif. Senatorem Vicecomitem de consultatione facta per J. C., & Causidicum Ravitiam Delegatum generalem in materia Sportularum diei 18. Martii proximè lapsi, ac de gravaminibus propositis per Actuarios Officii Egr. Capitanei Justitiæ Mediolani, quæ iisdem, & Sportulis Senatui Excellentiss. debitis inferuntur in earum exactionibus, iisque propositis, nec non propositis precibus Jacobi de Carolis, cum voto dicti Delegati Ravitiæ, & precibus Antonii Francisci Adamoli, & Informatione Thesaurarii Pichinini, omnibusque attentè consideratis.

Censuit Senatus solvendas Sportulas etiam in casu suspensæ tantum criminalitatis, juxta normam taxæ in cap. 35., ita tamen, ut ubi contingat postea tolli absolutè criminalitatem, vel procedi ad ulteriora criminaliter, fiat earum compensatio, ne ipsæ Sportulæ duplicentur.

Negotiorum Gestores, Camparios, Famulos, & alios teneri ad Sportulas, ubi ex processu resultet in eis aliqua mala fides.

Solvendam visionem, & Notariorum mercedem, juxta taxam, & ordines etiam pro Instrumentis, & aliis quibuscunque actis productis, sivè ab Actore, sivè à Reis, ita tamen, ut ubi producantur ab utraque parte, fiat una tantum solutio pro eis juxta jam ordinata per Senatum die 13. Novembris 1679., & ita servandum in causa dicti de Carolis, & aliis ejusdem generis.

Quando in ordinationibus dicitur, non posse criminaliter procedi, etiamsi addatur, salvo jure procedendi de calumnia contraque elantem, & salvis juribus partium in judicio civili, quod judicium civile jam penderet ante cæptum judicium criminale, deberi Sportulas juxta dictum caput 35. taxæ, & ita servandum in causa dicti Adamoli, & in aliis ejusdem generis.

Dandos Ordines omnibus Judicibus tam hujus Civitatis, quam aliis quibuscunque, ut si eis præsententur aliqua decreta S. E. impeditiva Justitiæ, quæ aliquando subripiuntur, statim moneant Senatum, & interim illa non exequantur, sub pœna Senatui arbitraria, etiam suspensionis à munere.

Dandos Ordines Vicario Justitiæ, ut ad ulteriora procedat prout juris in enunciata causa Ilarii de Curtis, non obstante asserto decreto, & Egr. Thesaurarium uti debere juribus suis pro exactione Sportularum, & Delegatum generalem Ravitiam audiendum super deductis contra eum in causa prædicta Ilarii de Curtis.

Angelus Maria Maddius.

Ordo, ne quid ultra taxam exigatur in Cancellaria Senatus.

MDCXCI. Die xxxi. Maji.

CUm innotuerit Senatui plures abusus irrepsisse in Cancellaria, tùm quia non servatur modestia debita loco, tempori, & personis, tùm quia à nonnullis prætendatur, & exigatur in expeditionibus valdè plusquam disponat taxa, quæ nullo modo permittere, & tolerare vult.

Censuit idem Ordo, ut in posterum omnes, & unusquisque debita cum modestia se gerat in eadem Cancellaria, nec aliquid etiam minimum præter permissum, & in quantitate præscripta in taxa exigere audeat, sub pœna suspensionis à munere, & etiam privationis arbitrio ejusdem Senatus, & super omnibus etiam ab hinc retrò secutis, Magnificum Vicecomitem providere debere juxtà mentem Senatus, quam tenet, & prout sibi.

Et ut hæc sanctio omnibus innotescat, mandat, ut imprimatur, & in Cancellaria eadem affixa semper retineatur omnibus patens.

F. Belingerius.

Ordo, ut Notarius à Communitate exigere possit medietatem Visitationis pro casu fortuito, nempè libras octo.

Vicario Seprii.

COnsideratis expositis in annexo supplici libello Communitatis sexti Calendarum, una cum informatione unius ex Delegatis in rebus Sportularum jussu nostro excitati, decrevimus non posse, in casu Antonii Bandoni vulnerati, Actuarium,

1693 seu Notarium Officii vestri à Communitate Supplicante quidquam exigere; respectu alterius casus, attentis novissimis Ordinibus Senatus nostri diei 23. Augusti 1689. licere exigere à Communitate prædicta medietatem Visitationis in summa librarum octo, de quo vos monemus, ut super utroque capite ita exequamini. Mediolani die xv. Junii MDCXCI.

Ordini con il Voto del Regio Fisco a favore degli Anziani di questa Città, suoi Borghi, e Corpi Santi, e di Sua Eccellenza ordinato al Sig. Auditore Generale dell'Esercito sotto il dì 2. Aprile 1678., 22. Maggio 1685., 23. Agosto 1686., e 11. Febraro 1693.

DEcreto fatto sotto il dì 2. Aprile 1678. del Senato Eccellentissimo col parere del Regio Fisco, sopra il ricorso fatto dagli Anziani della Città di Milano, suoi Borghi, e Corpi Santi, acciò non siano criminalmente molestati in caso di non aver portata Denonzia, qual resta presentato negli atti del Regio Sig. Capitano di Giustizia, Sig. Podestà, e Signori Giudici del Gallo, e del Cavallo di Milano.

CARLO SECONDO Re delle Spagne, e Duca di Milano ec.

DIletto nostro. Per Sentenza del Senato, avanti il quale sono state lette le due suppliche degli Anziani di questa Città, insieme con il voto del nostro Fisco, vi comandiamo, che circa agli aggravj, che si fanno alli Supplicanti in questo andiate cautamente, acciò gli Anziani non venghino indebitamente gravati, e se in questo genere vi occorresse qualche cosa di grave, vogliamo che il tutto participiate col Magnifico Presidente del Senato nostro. Milano il dì 2. Aprile 1678.

Signat. Cossa pro Egr. Arbona, & sigill. &c.

A tergo. All'Egr. J. C. Capitano di Giustizia di Milano nostro diletto.

Ed in simil forma si sono date lettere al Sig. Podestà, e Signori Giudici del Gallo, e del Cavallo di Milano.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

NOmine Antianorum hujus Civitatis porrectus fuit supplex libellus sequentis exempli videlicet:

Illustrissimo Signore. Quando gli Anziani di questa Inclita Città di Milano ec.

Quo in Senatu proposito sancitum fuit.

Qual ricorso essendo stato letto in Senato unitamente col voto del nostro Fisco, per queste nostre lettere, e per nostra Sentenza ordiniamo, che tutti li Giudici di questa Città debbino osservare pontualmente gli Ordini del 2. Aprile 1678. In fede di che abbiamo ordinato, che le presenti lettere sigillate si debbano far registrare. Milano 22. Maggio 1685.

Signat. Gabriel Tatto.

Sottoscritt. Bartolomeo Festorazzo Not. Colleg. di Milano, e dell'Offizio Regio del Sig. Capitano di Giustizia di Milano Attuario afferma aver negli atti suoi.

CARLO SECONDO Re delle Spagne, e Duca di Milano ec.

DIletto nostro. Per Sentenza del Senato, nel quale sono state lette le ingionte preci di Carlo Bianco Anziano di San Babila, anche a nome di tutti gli altri Anziani di questa Città, quali preci sono del tenor seguente:

P. R.

Siccome nel scaduto secolo non pochi Anziani delle Città, e più Consoli delle Terre si siano doluti avanti Vostra Maestà d'alcuni Giudici, e Notari in occasione di portar a quelli le Denonzie de' delitti ec. Avendo sentito il voto del nostro Fisco, quale ha visto li ricapiti esebiti, mediante il suo voto, vi comandiamo, che onninamente osserviate gli Ordini, e Gride fatti, e pubblicate in materia di portar le Denonzie, e di più vogliamo, che siano tenuti li Notari, a' quali le dette Denonzie si portano, che quelle subito ricevino, e faccino registrare ne' libri sotto pena della privazione del suo Esercizio, e sotto altre pene arbitrarie al Senato. E così dunque quanto a voi s'aspetta, comandiamo che eseguiate. Milano 11. Febraro 1693.

Signat. Don Gabriel Tatto, & sigill. &c.

A tergo. All'Egr. J. C. Capitano di Giustizia di Milano nostro diletto.

Ed in simil forma si sono date simili lettere, ed altre sopra riferite al Sig. Vicario di Giustizia, Signori Podestà, e Giudici del Gallo, e Cavallo di Milano.

E quelle negli atti fatte registrare da' Signori Attuarj dell'uno, e l'altro Offizio di questa Città.

Il sopra riferito Ordine de' 22. Maggio 1685. con narrativa dell'altro de' 2. Aprile 1678. per Decreto di Sua Eccellenza è stato fatto registrare negli atti del Sig. Auditor Generale in virtù del seguente Decreto.

Milano 23. Agosto 1686.

L'Auditor Generale dell'Esercito osservi la providenza data dal Senato nell'obbligazione de' Supplicanti, come dovrà fare qualsivoglia altro Giudice.

Signat. Robles.

Voti del Regio Fisco.

E' poi anche di parere il Fisco, che dal Senato Eccellentissimo si debbano far rinovar

var gli Ordini del 2. Aprile 1678., e 22. Maggio 1685. a favore de' medesimi Anziani, aggiongendovi ancora a quelli, che quando in detti Anziani nel portar le Denonzie de' delitti non vi si possi attribuir dolo, o conoscer in quelli colpa grande, mancando in qualche cosa detta Denonzia, rigorosamente coo detti Anziani non si portino li Giudici, nè li trattino, essendo anche di parere, che si comanda a tutti li Giudici, che obbligano li suoi Notari, perchè sotto verun pretesto non ricusino ricever le Denonzie, e ricusando, facendo constare l'Anziano d'averla portata a suo tempo debito, detti Giudici onninamente non gli permettano molestia veruna. 1693

Renovatio Ordinum circa denuntiandas vacationes Benefitiorum Ecclesiasticorum.

MDCXCIII. Die xxv. Februarii.

SÆpè à oobis editi fuerunt Ordines pro recto regimine Æconomatus, ut singuli Jusdicentes in finibus suæ jurisdictionis diligenter curent, ne ullum omninò vacet Beneficium Ecclesiasticum, sivè annexam habens curam animarum, sivè non habens, quin statim per litteras de ea vacatione certiorem faciant Senatum nostrum, ac Subœconomum Provinciæ, in qua jusdicunt, sub pœna suspensionis à munere, & etiam graviori arbitrio ejusdem Senatus, & ut singuli Consules Oppidorum, & Pagorum totius Provintiæ Mediolanensis, sub pœna scutorum ducentum auri, & alia etiam corporali arbitrio ut supra, ni pariter denuntient Jusdicentibus suis ordinariis intrà quatriduum mortes quorumqq; Clericorum beneficiatorum, & etiam Parochorum, quæ in ipsorum Consulum locis contingent. Cùm autem ex litteris M. R. Oeconomi generalis intellexerimus hosce Ordines valdè negligi, denuò mandamus Jusdicentibus, & Consulibus omnibus, ut sub iisdem pœnis ad unguem servent memoratos Ordines, sciantque ipsorum vigilantiam à Regiis, & publicis commodis in hoc valdè requiri.

C. M. Maddius.

ANNOT.

REnovatus fuit Ordine diei 22. Augusti 1698., & 12. Augusti 1712.

Ordo, ut litteræ super articulo admittendæ, vel committendæ appellationis dirigantur ad respectivos Judices Civitatum.

MDCXCIII. Die iii. Aprilis.

IN expediendis è Cancellaria litteris super articulo admittendæ, vel committendæ appellationis, observavit Senatus pessimo abusu nonnullis abhinc annis dari litteras ad Juris Peritum de Collegio præsertim Civitatis Papiæ ad nutum ipsius appellantis contrà formam præscriptam à jure communi, & à Nov. Const. hujus Dominii ex quo ut plurimum contingit, ut ubi pars altera eum habeat suspectum, vel minùs confidentem de litibus lites fiant, & silente interim causæ principalis definitione in hujusmodi jurgiis partes ipsæ detineantur oon fine magno expensarum incommodo; Idcircò pro munere suo occurrere volens Senatus.

Mandat districtè omnibus Officialibus Cancellariæ, ut in posterum hujusmodi litteras ad alios non dirigant, præterquam ad Jusdicentes Curiæ Prætoriæ Papiæ, & sic aliarum Civitatum sub pœna Senatui arbitraria, ultrà nullitatem ipsorum rescriptorum; Ubi verò contingant casus speciales, qui causæ cognitionem desiderent, teneantur appellantes confugere ad Senatum opportunè provisurum pro modo jurium eorundem petentium.

Cesatus.

Ordo, ne Judices condemnent in pœnam arbitrandam pro delicto pœnam certam in jure habente.

MDCXCIII. Die iii. Aprilis.

CUm inoleverit abusus, ut in causis criminalibus, in quibus certa est pœna delicti ex sanctione juris communis, vel municipalis, deveniant passim Judices ad condemnationem in quamcunque pœnam per Excellentissimos Gubernatores, vel per Senatum arbitrandam, ex quibus sententiis non modicum præjuditium inferri justitiæ, & juribus Regii Fisci cognitum fuit; Ea propter eidem consulendo.

Hoc Edicto mandat Senatus quibuscunque Jusdicentibus, sivè de potestate ordinaria, sivè delegata, ut in posterùm omninò abstineant ab hujusmodi condemnationibus, præterquam in casibus, in quibus per proclamata ità cautum reperiatur, cum de cætero in quibuscunque aliis explicanda omninò sit pœna pro modo criminis, & juxtà censuram juris, & ubi hæsitent Senatum consulant opportunè provisurum, secùs sciant, in casu cujuscunque inobservantiæ graviter in eos fore animadversurum.

Cesatus.

Ordo

1693 *Ordo circa varias providentias pro exactione Sportularum.*

MDCXCIII. Die xiv. Maji.

FActo per Magnif. Marchionem Regentem Erbam in Senatu Verbo præsente Egr. Advocato Fiscali Arrigono de emergentibus in re Sportularia, propositisque eodem tempore mediis, conducentibus ad tollendas fraudes, quas auditum fuit committi in exactione ipsarum Sportularum, non sine detrimento Justitiæ, lectisque, annotationibus factis per Egreg. Thesaurarium.

Censuit is Ordo. Quo ad debitores antiquos Sportularum ab anno 1680. exclusivè retrò Magnificos March. Regentem Erbam, & Vicecomitem jam Delegatos, auditis Partibus, Thesaurario, & Delegatis, providere debere cum plenà, & absolutà facultate, prout sibi juxtà casuum qualitates, & circumstantias. Ab indè verò in antea, excutiendos debitores, & procedendum prout juris, & juxtà Ordines in hac materia editos.

Distribuendas inter Magnificos Senatus Provincias, itaut unicuique Provinciæ assignatæ cuilibet ex Egregiis Secretariis præesse debeant duo Magnifici Patres, inter quos fiat divisio pro rata Officiorum Criminalium, eorumque sit cura agendi juxtà mentem Senatus, quam tenet; Curiis autem Senatoriis Cremonæ, & Papiæ præesse debere Illustriss. Præsidem, hujus verò Civitatis Magnificum Senatorem Antiquiorem in ordine, ita tamen, ut distributio Delegationis, facienda inter omnes Magnif. Patres, censeatur restricta ad ea, quæ tangunt rectam administrationem Justitiæ tantùm ad normam Ordinum, firma in reliqois manente delegatione Magnif. March. Erbæ, & Magnif. Vicecomitis.

Et quia intellectum est in nonnullis Pheudis vel non fuisse electos Syndicatores, vel, ubi electi fuerint, nullam ad Senatum pervenisse relationem Syndicatus, prout etiam Prætores ipsos Pheudales interdum non fuisse priùs, ut par est, à Senatu approbatos; Ideò erit onus cujuslibet ex Egregiis Secretariis certam habendi notitiam ex eorum actis respectivæ Provinciæ, quid servatum fuerit in similibus à decennio citrà, & ubi in aliquo Pheudo invenerint contraventionem adversus Ordines, moneant Senatum opportunè provisurum.

Per Egr. Thesaurarium proponendos esse Magnificis March. Regenti Erbæ, & Vicecomiti tres, aut quatuor, quorum fides, & industria perspecta sit in suscipienda delegatione rei Sportolariæ, mox habita nominatione, vel licere dictis Magnificis Delegatis, prævis opportunis informationibus extrajudicialibus de moribus, & sufficientia, eos approbare, quos magis idoneos existimaverint, vel faciendum verbum in Senatu pro opportuna approbatione, quatenus opus esse videatur.

Ad tollenda impedimenta, quæ se offerre possunt Commissariis, & Exactoribus Sportularum, faciendam consultationem S. E. juxtà Senatus mentem.

De condemnationibus pecuniariis habendam rationem cum casus evenerit.

Delegatum Ravitiam assistere debere Thesaurario in Cancellaria singulis diebus, quibus sedet Senatus postrema hora, ad præstandam sibi mutuam opem circa emergentia Sportularum. Ubi contingat peti revisionem à taxationibus factis per Delegatos forenses, vel per Thesaurarios, uti posse Magnificos Senatores Delegatos opera vel Egr. Thesaurarii, vel Delegati Ravitiæ, modo tamen, ut ipse liquidationes, seu revisiones faciendæ non edantur, quin priùs re ad invicem inter ipsos communicata, & ab utroque, fuerint subscriptæ, & hoc habeat locum in quibuscumque taxationibus per ipsos, vel quemlibet eorum respectivè faciendis.

In omnibus Officiis Criminalibus Majoris Magistratus, quo magis fieri possit providendum de Thesaurariis, qui incumbant exactioni Sportularum, curamque Egreg. Senatus Thesaurarii esse eos nominandi, mox per Senatum approbandos.

Dandas litteras omnibus Magnificis Senatoribus ad normam superiùs expressæ Delegationis, cum injuncta designatione uniuscujusque Provinciæ, & annexis Ordinibus ad rem hanc facientibus, ut sedulò curent pro eorum prudentia observantiam ipsorum Ordinum, & ubi aliquid occurrat dignum cognitione Senatus, in eodem verbum faciant.

Decernendum publico Edicto, quod in omnibus Officiis hujus Dominii servandus sit liber, in quo describi debeant denuntiationes omnium delictorum, quas fieri dietim continget per Consules, vel Antianos, & in eo de die in diem, habita Criminis denuntia teneantur incontinenti Notarii ipsam redigere per compendium sub pœna privationis Officii, ac etiam corporali arbitrio Senatus in casu contraventionis; Eodemque Edicto cavendum, quod quicumque detulerit ad Senatum, vel Magnificos Senatores etiam singulariter fraudem aliquam commissam per Notarios, seu quoque per Jusdicentes in præjudicium Justitiæ, & Sportularum, secretæ habebuntur hujusmodi delationes ultrà lucrum tertiæ partis illius pœnæ, in quam condemnari continget fraudantes.

Cesatus.

ANNOT.

1693

ANNOT.

VEtitum est Gubernatoribus, Officialibus Militaribus, aliisque Justitiæ Administris ordinariis, sive Delegatis ne impediant Commissarios circa exactionem Sportularum, & iisdem injunctum est, ut ipsis pro dicta exactione præstent omne opportunum auxilium, ex Ordine Excellentissimi D. Gubernatoris Status Mediolani Marchionis de Leganes diei 27. Julii 1691. *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut Denuntiæ delictorum describantur in libro.

MDCXCIII. Die xiv. Maji.

ÆGrè intellexit Senatus corruptelam, quæ hisce temporibus nimium serpit in tegendis criminibus, cum denuntiationes, quæ juxtà Ordines ad Officia defferuntur per Consules, vel Antianos, non describantur statim, ut par est, in libro, ità ut, ubi postmodùm delinquentes de pecunia conveniant, pereat statim inditium denuntiæ, & sileat exindè omnis processus, ac per consequens delicta impunita remaneant, cum maximo Justitiæ discrimine. Huic propterea malo pro ejus munere occurrere volens Senatus, re ibidem proposita præsente Fisco.

Mandat districtè omnibus Jusdicentibus istius Dominii, tùm Majoris, quàm Minoris Magistratus, ut in eorum respectivè Officiis teneantur sub pœna Senatui arbitraria habere librum, in quo dietim redigi debeant denuntiæ delictorum cujuscumque generis, in eoque teneantur Notarii describere statim per compendium quidquid delatum fuerit per Antianos, sivè Consules cum expressione diei, & anni, & hoc sub pœna privationis Notariatus, & etiam corporali arbitrio Senatus.

Et quià notum est, nunquàm satis consultum esse fraudibus, quin aliquorum calliditas etiam post repetitos Ordines quærat inobservantiæ aditum, idcircò, hoc Edicto, palam cuicumque esse vult Senatus, ut si quis à die hujus publicationis in anteà pandiderit eidem Ordini, vel alicui ex Magnificis Patribus Delegatis etiam singularitèr fraudem aliquam commissam tàm per Jusdicentes, quàm per Notarios, aut quemlibet eorum in præjuditium Justitiæ, & Sportularum, quæ succedunt loco alimentorum in reddendo jure, secretæ habebuntur depositiones, nec unquàm pandetur delatoris nomen, ultrà lucrum tertiæ partis illius pœnæ, in quàm condemnari continget fraudatores exigendæ ad commodum ipsius Delatoris. Cesatus.

ANNOT.

REnovatus fuit Ordine diei 10. Januarii 1698. §. *secundo visum est*, & Ordine diei 27. Novembris 1702.

Ordo pro distribuendis provinciis inter Magnif. DD. Senatores, ac aliis peragendis à Judicibus.

MDCXCIII. Die xxvii. Junii.

FActo per Magnificum Marchionem Regentem Erbam in Senatu verbo, præsente Egreg. Advocato Fiscali Arrigono, de Ordinibus toties conditis pro recta Justitiæ Administratione, ac ab observantia eorundem pendere ipsius Justitiæ tutiorem, & rectum modum administrandæ.

Censuit inter alia, is Ordo distribuendas inter Magnificos Senatores Provincias, ità ut unicuique Provinciæ assignatæ cuilibet ex Egr. Secretariis præesse debeant duo Magnifici Patres, inter quos fiat divisio pro rata Officiorum Criminalium, eorumque sit cura invigilandi juxtà mentem Senatus, quam tenent, & proindè ad dictos Magnificos Senatores Provinciales transmittendas, tùm per Jusdicentes Regios, tùm Pheudales notulas omnium causarum criminalium in eorum respectivè Officiis pendentium, illos etiam monendo unico contextu, de impedimentis, si quæ se offerunt, earundem expeditioni: firmis in reliquis manentibus dictis Ordinibus.

Et quia intellectum est in nonnullis Pheudis, vel non fuisse electos Syndicatores, vel qui electi fuerint, nullam ad Senatum pervenisse relationem Syndicatus, prout etiam Prætores ipsos Pheudales interdum non fuisse prius, ut par est, à Senatu approbatos; Ideò mandat Senatus cuilibet ex Egreg. Secretariis, ut certam habeant notitiam ex eorum actis respectivè Provinciæ de iis Prætoribus Pheudalibus, qui à decennio citrà non fuerunt Syndicati, nec approbationem à Senatu reportarunt juxtà Ordines, monendo Magnificos Patres eidem Provinciæ respectivè destinatos opportunè provisuros.

Mandat denique singulis Jusdicentibus, tùm Majoris Magistratus, tùm Pheudalibus, ut in eorum respectivè Officiis habere debeant librum, in quo describantur denuntiationes omnium delictorum, quas deferri dietim continget per Consules, vel Antia-

1693 Antianos, & in eo de die in diem habita criminis denuntia teneantur incontinenti Notarii, & Actuarii ipsam redigere per compendium sub pœna privationis Officii, ac etiam corporali arbitrio Senatus in casu contraventionis.

Et quia notum est, nunquam satis consultum esse fraudibus, quin aliquorum calliditas, etiam post repetitos Ordines quærat inobservantiæ aditum, idcirco hoc decreto in singulis Officiis affigendo, palam cuicumque esse vult Senatus, ut si quis à die affixionis in anteà pandiderit eidem Ordini, vel alicui ex Magnificis Patribus Delegatis, etiam singulariter fraudem aliquam commissam, tàm per Jusdicentes, quàm per Notarios, aut quemlibet eorum in præjuditium Justitiæ, & Sportularum, quæ succedunt loco alimentorum in reddendo jure, secretæ habebuntur depositiones, nec unquam pandetur delatoris nomen, ultra lucrum tertiæ partis illius pœnæ, in quam condemnari continget fraudatores exigendæ ad commodum ipsius delatoris.

Angelus Maria Maddius.

Ordo, ut Actores, & Rei in respectivis eorum petitione, & exceptionibus specificent jura.

MDCXCIII. Die xvii. Augusti.

FActo verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu, non levis præjuditii, quod infertur celeri expeditioni causarum, coram eodem Ordine pendentium ex nova jurium, instrumentorum, aliorumve documentorum exhibitione, quam partes, seù eorum Causid., & Advocati, quandoque faciunt in actu relationis dictarum causarum. Et cum ad resecandas, & abreviandas lites, pro executione etiam Regiarum Jussionum plures editi fuere Ordines, & præcipuè novissimi diei 26. Augusti 1686., quibus inter alia sancitum fuit, quod Actor, qui ad judicium paratus venire debet, teneatur specificare jura fundantia intentionem suam in eodem primo actu suæ petitionis. Eodemque modo teneatur Reus, statim fundata intentione Actoris suam exceptionem probare in primo subsequenti actu, salvo, & ipsi jure latiùs probandi, ubi successiva Actoris replicatio novas probationes à Reo postulet; Reservato tamen jure faciendi quascunque alias probationes in facto, quæ de jure contingent fieri pro fundamento intentionis utriusque partis. Quæ si adamussim, & congruo tempore servarentur, non indigerent partes nova jurium productione. Idcircò pro munere suo occurrere volens Senatus hujusmodi abusui hodierno Senatus Consulto inconcussè servando.

Mandat districtè, ut prædicti Ordines, prout jacent omninò serventur, & in posterùm post incæptam causæ propositionem, non liceat ampliùs Partibus, seù earum Causidicis, & Advocatis nova jura, instrumenta, seù documenta exhibere; Et quatenùs exhibeantur, nullam de iis habendam esse rationem sub pœna etiam arbitraria Senatui contra quoscunque contravenientes, & ut hoc decretum cunctis innotescat, & qua decet religione custodiatur; mandat idem Excellentissimus Ordo, illud typis cussum edi, & in ejusdem Cancellaria publicè exponi, ac etiam de eo certiores fieri Abbates Collegiorum Causid., & Notariorum hujus Dominii, ut ejusmodi executioni pro munere suo invigilent.

Angelus Maria Maddius.

Ordo pro observantia Indulti Leonis X. S. P. cum quadam declaratione.

P. R.

ANno superiori RR. PP. Monasterii Sancti Quirici Novariæ Ordinis Prædicatorum inthimari fecerunt Rev. Francisco Benigno Clerico Beneficiato Abbatiæ Sancti Gaudentii, & Mayoli Loci Vevri propè dictam Civitatem Novariæ pro M. V. Oratori quamdam monitionem laxatam per L. T. Reverendiss. Auditoris Cameræ Apostolicæ provocantes ipsum Supplicantem in dicto Foro, ut ibi sisteret in juditio, quod dicti RR. PP. admovere intendebant, ut se subtraherent ab oblatione solvendi decimam dicto Oratori existenti in quieta, & pacifica possessione decimandi, prout in ea fuerunt semper omnes ejus Prædecessores.

Cum autem Orator Supplicans non ignoraret claram dispositionem Indulti Leonis Decimi Summi Pontificis, qua consultum remanet, ne tam Personæ laicæ, quam Ecclesiasticæ evocari possint in prima, & etiam in secunda instantia extra Statum Mediolani, recursum habuit ad Senatum M. V., reportatis litteris directis Egr. Prætori Novariæ, ut detineret publicum servitorem, qui dictum monitorium inthimavit, Notarium similiter, qui rogatus fuit de dicta inthimatione detineri curaret, & quod assumeret informationes circa Afines, & Conjunctos cum Rev. Priore dicti Monasterii.

Vix ne vix quidem perventa notitia hujus rescripti ad eosdem RR. PP., se se retraxerunt à prosecutione litis in Urbe Romæ, & causam ipsam agitarunt in Foro Novariæ coram Vicario Generali, à quo Orator Supplicans favorabilem sententiam reportavit, rejecta appellatione ex adverso inter-

interposita quoad suspensivum, damnatis Actoribus in omnibus expensis.

Denunciata hac sententia ipsis RR. PP., noviter isti conversi sunt ad solita diffugia, subripiendo à L. T. Reverendissimi Auditoris Cameræ Apostolicæ novum monitorium, quod Supplicanti fuit denunciatum, ut coram ipso L. T. Reverendissimi Auditoris sistere debeat in dicto Juditio appellationis interpositæ ex adverso. Cum autem hujusmodi divexationes improbatæ sint per dictum Indultum Summi Pontificis Leonis Decimi registratum post N. C., precisius quia non agitur de causa beneficiali, sed simpliciter de controversia super jure decimandi, quod nihil commune habet cum causis beneficialibus, recurrit Orator ad Senatum M. V., eum

Humiliter exorando quatenus dignetur uti in hac parte Oeconomicis, solitisque remediis ad continendos dictos RR. PP., ne Supplicantem audeant evocare extra hoc Dominium in hac causa appellationis per eosdem interpositæ, sed omnino eam prosequi teneantur in Foro Metropolitano Judice competente, hocque non obstante, quod subripuerint à Reverendissimo Oeconomo Regium Placet, quod alias nullo jure concedendum erat, quæ omnia sperantur &c.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

MUltum Reverende nobis dilectè. Mittimus ad vos occlusas preces Vener. Abbatis Francisci Benigni, super quibus Fisci votum habuimus, mandantes ut rescribatis fundamenta, quibus ad hoc devenistis, ut eis auditis deliberare maturius valeamus. Mediolani die 1. Augusti MDCXCIII.

Signat. Cossa pro Secret. Maddio &c.

A tergo. Multum Rev. Domino Don Cæsari Gorano Scalensi Archipresbytero, & Oeconomo nostro generali in Dominio Mediolani nobis dilecto &c., & sigillar. &c.

Eccell, Signore, ed Illustriss. Signori.

PEr esecuzione delle lettere del Senato Eccell. del primo corrente a me dirette, acciò dichi li fondamenti, con quali ho concesso il Regio Exequatur d'una citazione d'appellazione di Roma a favore de' PP. Domenicani di San Quirino di Novara contra l'Abbate Francesco Benigno per una causa tra esse Parti pendente, devo dire a V. E., e Signorie loro Illustrissime; che del ricorso avuto dal detto Abbate al Senato Eccell., e lettere da esso riportate al Sig. Podestà di Novara menzionate nella sua supplica, non è stata a me, nè al mio Offizio data alcuna notizia, che la citazione ottenuta da detti PP. in Roma su data del 20. Giugno, per la quale se gli si dice de il Regio Placito il 3. Luglio prossimo scorso, non contiene l'espressione, si legge nella detta supplica del detto Abbate, cioè che dalla sentenza da esso ottenuta fosse rejetta l'appellazione; in quanto poi a' fondamenti, co' quali fu mosso alla concessione del detto Regio Exequatur; uno particolare fu l'eccettuazione nell' Indulto Leonino al § *& insuper quia multoties*, ibi: *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium*, *& Beneficiatis dumtaxat exceptis*, mentre si vedeva dalla detta citazione di Roma trattarsi di controversia sopra la ragione di poter decimare alcuni beni del Benefizio di detta Abbazìa, e con la considerazione, che vi sono molti, e molti simili Benefizj, che non consistono in altro, che in simili decime, e per la considerazione di altri Regj Exequatur seguiti tra persone Ecclesiastiche di simili cause beneficiali, col qual riflesso appunto nel detto Regio Exequatur fu da me espressa la qualità della causa beneficiale. Che se detto Abbate Benigno avesse dato a me, o al mio Cancelliere qualche notizia del ricorso, e lettere del Senato Eccellentiss. da esso ottenute nel detto Sig. Podestà di Novara, o pure dato qualche segno di sua resistenza, o d'avere un' appellazione rejetta, come esprime nella detta supplica, alcerto avrei sospeso la concessione del detto Regio Exequatur ad effetto potessero le Parti fare le loro incombenze, che così mi viene anche prescritto dalla Regia Instruzione per li casi dubbiosi possono occorrere ec., che è quanto per ora in detto particolare devo dire a V. E., e Signorie loro Illustrissime, e le faccio omilissima riverenza. Dalla Scala li 12. Agosto 1693.

CAROLUS II. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

MUltum Reverende nobis dilectè. Visis iis, quæ rescripsistis pro executione litterarum nostrarum vobis datarum instante Ven. Abbate Francisco Benigno, & audito superinde iterum Fisco nostro, litteras dedimus Fiscali Novariæ, ut agar cum Ven. Patre Priore S. Quirici pro opportuna Supplicantis provisione; vobis verò injungimus, ut in posterum abstineatis in similibus causis à relaxando Regio nostro *Exequatur*, cum exceptio Beneficialium causarum in Bulla referatur ad eas, in quibus agitur de substantia, de titulo, de pertinentia beneficiorum, non cum agitur de bonis ad beneficia spectantibus. Mediolani die xix. Augusti MDCXCIII.

Signat. Angelus Maria Maddius.

A tergo. Multum Rever. J. C. Domino Don Cæsari Gorano Scalensi Archipresbytero, & Oeconomo generali in Dominio Mediolani nobis dilecto &c., & sigill. &c.

1693

1693

ANNOT.

CAusa benefitialis ea dicitur, quæ est super titulo, non quæ est super rebus bene-
1 fitii Lotter *de re benefit. lib. 2. quæst. 20. nu. 134.*, item dicitur causa benefitialis, quando
agitur inter duos provisos contendentes de titulo, ac pertinentia benefitii; secus
2 autem ubi lis est super jure conferendi, vel præsentandi, sive super unione, ac simili-
bus controversiis, in quibus benefitium sit benè occasio litis, illa verò non percutiat
3 ejus titulum, vel pertinentiam inter duos provisos, sed diversum effectum, ut ma-
gistraliter tradit Coccin. *decis. 42.*, & Card. DeLuca *de jurisdic. disc. 84. nu. 4.*

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Sportulæ à Reis de extractione Bladorum exigantur juxta taxam generalem Senatus anni 1658., non verò juxta taxam Magistralem anni 1615.

MDCXCIII. Die xxviii. Septembris.

REferente Magnifico Regente Senatore Marchione Don Antonio Maria Erba in materia Sportularum Delegato in Excellentissimo Mediolani Senatu litteras per J. C. Ravitiam Delegatum eidem scriptas, una cum in jure, & in facto deductis circà Sportulas debitas ab aliquibus Mercatoribus loci Canobii, Inquisitis de extractione Bladorum cujusvis generis ab hoc Mediolani Dominio, ut ex Inquisitione exhibita. Referente quoque responsum per Egr. Thesaurarium dicti Excellentissimi Senatus datum pro executione decreti dicti Magnifici Relatoris diei 22. Septembris super dictis litteris, una cum juris allegationibus pariter exhibitis pro fundamento taxæ per ipsum Thesaurarium factæ, & prout ex dictis litteris, responso, juris allegationibus, & taxa tenoris sequentis, videlicet:

Illustrissimo, ed Eccellentissimo Signore. Signore, e Padron Collendissimo.

SIgnificai jeri a V. E., che due furono le circostanze, che si rilevarono Domenica mattina nel Congresso, che si fece con il Sig. Tesoriere del Senato Eccellentissimo sopra le Sportole, che devono pagare quelli del Lago Maggiore, che con una composizione di lire mille fatta con la Regia Camera sono stati assoluti dal Tribunale del Magistrato Straordinario per l'estrazione de' Grani.

Altra fo in vedere, se oltre d'esigere la relazione per trè, e l'ordinazione da tutti, come dispone la Tassa Generale, s'abbi poi anco da triplicare la Sportola, come si suol fare ne' casi, oe' quali restano inquisiti, o fatti Rei li processati per aver più volte delinquito *ex intervallo*, nel medesimo genere di delitto; O pure se oel presentaneo caso si possi dire trattarsi di contravvenzione continuata, stando il tenore dell' Inquisizione, che dice:

Committendo, prout commiserunt. suprascripti Inquisiti, & qualibet eorum respectivè refferendo, scilicet extractionem assiduam Bladorum cujusvis generis ab hoc Mediolani Dominio, e come più chiaramente vedrà l'E. V. dall' Inquisizione, che a me fu presentata con un decreto di V. E. seguito sopra memoriale di detti Inquisiti.

E se dissi al Signor Tesoriere, che per quelle parole *commiserunt, scil. extractionem assiduam Bladorum*, che chi ha formato l'Inquisizione parmi abbi dato *pro constanti* la cootinuazione della contravenzione, e che per conseguenza in questo caso pare s'avesse d'esigere la relazione intiera per trè, e l'ordinazione da tutti, con le loro visioni; crederei d'aver rilevato quello, che s'è sempre osservato, e praticato ne' casi, ne' quali si tratta di delitto continuato, e che espressamente distioguono i Dottori, come tra gli altri il *Bartol. nella l. inficiando §. Infans ff. de furtis*, *Farinac. nel tit. de delict. & pœn. quæst. 22. nu. 17. limitat. 2.*, che dice:

Limita secundo eandem regulam non procedere in delictis successivis ex intervallo commissis, & ejusdem generis &c., e più abbasso soggiunge: *secus in successivis, in quibus nonnisi unica imponenda est pœna l. in ei qui §. Infans ff. de furt.*, ubi, *ex iterata rei furtivæ contrectatione; unicum tantùm, & non plura sunt furta, & ad idem textum in l. maritus §. sex mensium ff. de adulterio, ubi pariter, quod ex continuatione adulterii, cum una, & eadem persona, unicum tantùm reputatur adulterium, & non plura*, allegando il medesimo *Farinac.* più Autori.

A questi s'aggiunge il *Giurba nel cons. 93. nu. 5.*, ed io materia di contravenzione di Gride il *Bertazol. cons. 520.*

Su questo fondamento di ragione sono seguite moltissime Tasse fatte per il passato dal Sig. Mozio Cotromani, e da me con la participazione anco del medesimo Signor Tesoriere, e così fu parimente osservato, e praticato con precisa anco cognizione del Senato Eccellentissimo nel processo del Sig. Secretario Crippa, che quantunque si trattasse d'essere stati dati molti Reati d'Instromenti falsi al Galuzzo, fatti *ex intervallo*, fu considerato per un sol titolo rispetto al Sig. Crippa per la continuazione di tali Instromenti, come tendenti *ad eundem finem*; e tanto più parerebbe si dovesse osservare nel presente caso per la qualità della contestazione della lite: *committendo*

1693

mittendo extractionem assiduam Bladorum, che se nell' Inquisizione si leggessero distinti i tempi; ovvero vi fosse la clausula del *pluries*, come si suole porre nelli casi, ne' quali non si suppone la continuazione, si considerarebbe essere diversa la cagione.

L'esazione delle Sportole resta fondata sopra li titoli espressi nelle Inquisizioni, e nelli Reati, che così ha in altri casi dichiarato il Senato Eccellentissimo: *attendendos esse titulos*, e diceva al Sig. Tesoriere, che se oggidì avessimo da deviare dalli titoli, che sarebbe un sconvolgere tutto l'ordine di questa esazione, essendo li titoli quelli, che dichiarano, e distinguono i delitti.

L'altra circostanza rilevata fu in vedere se s'aveva d'attendere la Tassa generale compilata l'anno 1658. d'ordine del Senato Eccellentissimo, ovvero quella che dell' anno 1625., e che sempre di tempo in tempo viene rinovata dal Magistrato Straordinario nelle Instruzioni, che da essi si danno alli Capitani, e Commissarj del Divieto, ove si leggono espressi li casi distinti per li Capitani, Commissarj, e Delegati, con distinguere anco con ogni chiarezza li casi, ne' quali seguono composizioni in materia di sfrosi di Grani, dichiarando di più la porzione dovuta al Senato Eccellentissimo.

Il motivo mio principale nel fare questo rilievo fu dall' aver sentito dal Cancelliere del Capitano del Sfroso abitante in Canobio, che fu da me ad informarsi per detti Inquisiti, che il Sig. Muzio Cotromani nel visitare li libri di quell' Officio non aveva già mai rilevato alcun debito di Sportole per quei processi, che si sono terminati per via di composizioni, insistendo di doversi ciò praticare anco nel caso presentaneo, e che aveva solo rilevato le Sportole per le liberazioni seguite; quando li Processati si sono liberati, mediante le loro difese; Onde avendo io osservato, che la medesima Tassa del Magistrato Straordinario prescrive, come si legge al num. 8., l'esazione delle Sportole per il Senato Eccellentissimo, anco ne' casi, ne' quali seguono le composizioni, nelle quali non hanno li Capitani alcuna participazione, così riflettendo io alla gran quantità di composizioni seguite, e che continuamente vanno seguendo in quel Tribunale, delle quali il Senato Eccellentissimo ne avrebbe ricavato, e ne ricaverebbe a centinaja di scudi, per non dire migliaja, quando s'attendesse detta Tassa, ricordai per benefizio del Senato Eccellentissimo, se con questa occasione fosse stato bene insistere, o nò, sopradetta, per fissare un' esazione, che io capo all' anno stimavo avesse potuto dare qualche somma onorevole per la multiplicità de' processi, e delle composizioni, che seguono.

Dopo d'essersi tra noi discorso buonamente sopra detti duoi rilievi, io proposi di portarsi giontamente dall' E. V. per participarli il tutto, e ricevere sopra di ciò li di lei ordini, che così il tutto sarebbe stato accertato, ed il Sig. Tesoriere rispose, che era molto meglio fare una Consulta al Senato Eccellentissimo, ed attenderne la sua decisione, che questa avrebbe anche servito per legge nell' avvenire, per sapere qual Tassa s'abbi d'osservare, mentre per il passato si sono esatte Sportole alle volte sopra la Tassa dell' istesso Magistrato per uscire da ogni contesa, ed alle volte si sono esatte sopra la Tassa del Senato Eccellentissimo, come così io medesimo ne' casi di liberazioni ultimamente seguite per sfrosi di Grani, mi sono regolato sopra la Tassa generale del Senato Eccellentissimo, ed in specie nelli mesi di Maggio, ed Agosto del corrente anno per ordinazioni fatte dall' Egr. Sig. Questore Pinacchio come Delegato dal suo Tribunale.

Essendo adunque stato il Sig. Tesoriere, che ha fatto la proposizione di farne Consulta al Senato Eccellentissimo, quando io per il contrario insistevo, che al mio parere bastava, che si fosse fatto una sessione avanti V. E. per risolvere con il di lei accertato parere, e conseguentemente non crederei, che si dovesse fare sinistro concetto della mia persona per tal proposizione.

Ho voluto significare candidamente all' E. V. io scritto tutto il seguito, acciocchè se mai gli fosse stato rappresentato il fatto differentemente (che non crederei) possi restar sincerata, non avendo io avuto altra mira se non di vedere d'acquistare quella Sportola, che sin ora è andata derelitta; Che per altro attesto all' E. V. di non aver propensione al sollievo di detti Inquisiti, se non per quello richiede la mera giustizia distributiva, e molto meno d'aver passione, o è livore con alcuno, e n'addimando Dio in testimonio, a cui rendo vivissime grazie d'avermi creato con un istinto tale, che non *moveor* nelle mie operazioni, *nec prece*, *nec pretio*; Mi conosco in obbligo di dare all' E. V. questo discarico, e con tal' occasione gli faccio profondissima riverenza. Da questa sua Casa li 22. Settembre 1693.

Di V. E.

Umiliss., ed obbligatiss. Serv. vero
Francesco Bernardino Ravizza.

22. Septembris 1693.

Egr. Thesaurarius Senatus dicat quid ei occurrit super expositis. Signat. Erba.

1693. die vigesimaquinta Augusti.

HÆc est Inquisitio, quæ formatur per Spectabilem Don Ottensium Cantonum ex DD. Quæstoribus Illustriss. Magi-

1693 ftratus Reddit. Extraord. Status Mediolaoi, & J. C. D. Petrum Georgium de Gentilis Prætorem Abiati Craſſi Delegatos, etiam pro executione Ordinis præfati Illuſtriſſimi Magiſtratus contra

Joannem, &
Antonium de Branchis appellatos li Petala.
Franciſcum Mariam Plantam appellatum il Selvatico.
Franciſcum de Marcionnis, &
Antoniom ejus filium.
Alexandrum Præmiam, &
Ejus fratrem appellatos li Schiſci.
Joſeph Trentinum.
Franciſcom Franzoſium.
Appellatum il Canero.
Joſeph Zerbinum.
Joſeph de Tirinantiis.
Bartholomæum, &
Sebaſtianum ejus filios appellatos li Corzi.
Joſeph, &
Albertum de Lovattis fratres appellatos li Rocchi.
Baptiſtam Padrinum.
Theodoſium, &
Baptiſtam de Tirinantiis appellatos li Malerba.
Jacobum, &
Marcum Antonium dictos li Carnevaletti.
Bartholomæum Plantam.
Jo. Petrum de Piaſciis.
Catharinam de Branchis.
Antonium de Branchis.
Joſeph de Branchis.
Jacobum de Uccellis dictom Beloccia.
Jo. Jacobum, &
Galeatium fratres de Tirioantiis.
Paulum Caſgninum.
Euſebium Piaſcium, omnes Oppidi Canobii.
Joannem Santinum.
Alterum Joannem Santioom ejus Conſobrinum.
Jacobum, &
Martorinum fratres appellatos li Scionſcini.
Bernardinum Mioorinum.
Jacobum Caramoram.
Joſeph Caramoram dictum Cozzano.
Hieronymum, & Baptiſtam fratres Rortinos appellatos li Gocci.
Bandanum dictum Crotto.
Bernardinum, ac
Blaſium de Grignaſchis.
Joannem Peluchinum.
Joſeph Peluchinum.
Joannem Baptiſtam Piſolinom.
Nicolaum Jachinum.
Joannem Sciarettam.
Petrum appellatum il Quarantino.
Jacobum Zanonum filiom Cauponis, &
Jo. Baptiſtam de Coblancis, omnes Oppidi Intri.
Appellatum il Feſſino della Magozza.
Bartholomæum Reginum.
Antonium Feſſinum filium Carlini Bajuli.
Filium Ambroſii Regini.
Vincentium Nautam filium vendentis coramen, &
Appellatum il Poſtino, omnes Oppidi Palantiæ.
Duos Fratres dictos li figlj della Molinara loci Zenæ.
Appellatum il Romanino loci Tronſciani.
Appellatum il Bello loci Pini, &
Carolum Baroggium loci Macagni ſuperioris.

In eo &c. & tàm ex puro, & mero Officio, quàm ex ioformationibus ſumptis virtute Delegationis præfat. Illuſtriſs. Magiſtratus per acceſſum, noo quidem &c., ſed &c. ad notitiam præfat. DD. Delegat. devenit &c.

Quod cum ex præciſa Proclamat. à S. E. diſpoſitione ad beneficium Subditorum S. R. C. M., ejuſque Reg. Cam. vetitum ſit quibuſcunque perſonis extrahere ab hoc Mediolani Domioio Blada cujuſvis generis, nihilominùs ſupraſcripti Inquiſiti, & quilibet eorum reſpectivè, & debitè referendo auſi fuerunt, præſertim de menſibus Januarii, Februarii, & Martii currentis anni, emptis reſpectivè referendo ut ſupra Bladis cujuſvis generis tùm à Mercatoribus Agri Novarienſis, & Mediolanenſis in Oppidis Intri, & Palantiæ, cum ab aliis Mercatoribus Oppidi Canobii in proceſſu nominatis, aptatis Navibus, (*bis, & ter, diù, noctùque, ſingulis hebdomadis*) in quibus, ſeù qualibet earum poſitis octo, decem, & quindecim ipſorum Bladorum ſacchis, ingreſſis in unaquaque ex dictis Navibus tribus, vel quatuor ex dictis Inquiſitis, reſpectivè ſemper referendo, omnibus ſclopis à calybe armatis ad Regiones Elveticas, & ſignanter ad locum Locarni dicta Blada cujuſvis generis traducere, prout traduxerunt, ibique exooeratis dictis Navibus, grana vendiderunt in tanto Ordinum ſpretu, & S. C. M. Subditorum præjuditium, & ut latiùs &c.

Delicta prædicta committendo, prout commiſerunt ſupraſcripti Inquiſiti, & *quilibet* eorum reſpectivè referendo, ſcilicet extractionem aſſidoam Bladorum cujuſvis generis ab hoc Mediolani Dominio, & ſignanter è dictis Oppidis Palantiæ, Intri, & Canobii ea tranſvehendo ad dictas partes Elveticas, *locis, modis, & temporibus ſuperiùs expreſſis*, ſcienter, & doloſè, præter, & contra formam Juris, Nov. Conſt., & Proclamat. diſpoſitionem.

S. Q. O. &c. ſalvo jure procedendi contra quos &c., & latiùs inquirendi &c.

Poſteà verò præfati DD. Delegati commiſerunt, & committunt cuilibet publico ſervitori, quatenùs ex eorum parte, & mandato vadat quolibet die ad inthiman. ſupraſcriptam Inquiſitionem ſupraſcriptis Inquiſitis, & cuilibet eorum perſonaliter,

vel

vel &c. quibus statuit, & assignat terminum dierum octo prox. fut. post &c. ad personaliter comparen. in Officio Reg. Duc. D. Capit. Justitiæ Mediolani ad se se defendendos, & à contentis in dicta Inquisitione expurgandos, aliter &c. Dat. Mediolani die, & anno prædictis.

Signat. Cantonus Deleg. Gentilis Deleg. Subscript. Arrigonus.

Eccellentissimo Signore.

IN esecuzione dell'ordine di V. E. ha visto il Tesoriere del Senato quanto deduce il Sig. Dottor Ravizza sopra la Tassa fatta per quelli di Canobio, e per ora brevemente risponde, che

Quando si scorge nel Reo aver l'animo intento a commetter un delitto determinato, benchè l'esecuzione si faccia con replicati atti, e diversità di tempo, si dice un sol delitto, perchè si discerne dall' intenzione continuata a quell' unico fine, o oggetto determinato, come nel caso della causa Crippa raccordata dal Sig. Dottor Ravizza, ma questo non s'adatta al nostro caso, perchè il sfroso in genere non è un delitto solo, e determinato, ma qualunque volta si commette, ogni estrazione è delitto per sè, nè è ordinata ad altro fine separato dell' atto, che si commette; laonde ne viene in conseguenza, che cessino le dottrine allegate in contrario, massime, che la pratica Sportularia ci insegna, che qualsivoglia atto replicato si paghi la Sportola, rejetta la soda distinzione, qual ben serve per qualificar li delitti, ma non per dar norma all' esazione delle Sportole, anzi riflettendosi, che nell'Inquisizione si legge il *bis, & ter singulis hebdomadis* per trè mesi, è certo, che ne risultano moltissime estrazioni commesse respettivamente da trè, o quattro de' sodetti Inquisiti alla volta, con che questi atti si ponno con ragione dimandare sufficienti a formare l'adverbio *pluries*, nel qual caso la pratica pur c'insegna doversi la Sportola per trè pagamenti. Questa perizia inconcussamente praticata rende vie più giustificata la Tassa formata dal Tesoriere per le ragioni, e motivi in essa raccordate per levare tanto pregiudicio, che altrimente ne seguirebbe al detto Senato Eccellentissimo, come si dimostra in detta Tassa, che quì congionta s'esibisce.

E per rispondere alle dottrine allegate in jure dal detto Sig. Dottor Ravizza ha stimato bene consultarle con Avvocato, e riportarne il quì congionto Consulto, che s'esibisce sign. A., ancorchè per legge inviolabile s'abbi nel libro degli Ordini raccolti dal Perone pag. 49. e 50. la decisione del Senato Eccellentissimo sino de' 14. Settembre 1641.

Confessa il Tesoriere, che la mattina di Domenica prossima passata 20. corrente, venne il detto Sig. Dottor Ravizza a conferire diversi emergenti nella materia Sportulare, fra quali questo de' Mercanti di Canobio, e discorrendo detto Sig. Dottor Ravizza con le Tasse tanto generale del Senato, quanto con la del Magistrato Straordinario alla mano, toccando i luoghi, che potevano rendere dubbia la facenda o dell' una, o dell' altra, disse il detto Tesoriere di farne Consulta al Senato, ma perchè, secondo il solito zelo, e propensione, che sempre detto Tesoriere conserva del diritto del detto Eccellentissimo Senato, riconobbe dopo attentamente l'una, e l'altra di dette Tasse, e sovvenendogli, che molte ragioni militavano a prò del diritto del Senato, mandò la mattina di Lunedì seguente il Sig. Pietro Antonio Ferrario ad avvisare detto Sig. Dottor Ravizza, che si compiacesse astenersi di far tal Consulta, sino non avessero di nuovo discorso assieme per le molte ragioni aveva a dire detto Tesoriere sopra la varietà di dette Tasse.

In quanto poi al regolarsi secondo la detta Tassa generale del Senato Eccellentissimo, o pure del Magistrato Straordinario, non può il detto Tesoriere se non raccordare, che l'osservanza è quella, che interpreta, qual delle due si debba eleggere, e se il Sig. Dottor Ravizza confessa aver altre volte praticata la generale, è certo, che non doveva adesso eccitare questa ultronea dubietà, massime essendo sopravenuti tanti Ordini dal 1625. a questa parte, quali hanno antiquato ogni altra legge, qual non proceda dal fonte della giurisdizione, cioè dal Senato Eccellentiss.

Al supposto poi, che detto Sig. Dottor Ravizza fa, che ridonderà sempre a maggior beneficio della scossa delle Sportole l'osservanza della Tassa Magistrale per le molte occorrenze ne nascono, particolarmente di composizioni con Fraudatori dell' Annona, ne' quali non hanno alcuna partecipazione li Capitani, e Commissarj sopra li Devieti, pare al Tesoriere, che tal riflesso per ora non facci al nostro caso, nel qual si tratta, come s'è detto, d'un Sig. Questore Togato Delegato col Giudice Ordinario, ed intervento del Fisco, richiedendo questo una Sportola tanto dovuta, ed onorevole, come da detta Tassa esibita ut supra, e che per quelle Sportole nascono dalle composizioni motivate da detto Sig. Dottor Ravizza, sarà sempre facile a' Delegati il tassar le Sportole, come gli è riuscito per il passato, quando si sono portati alla visita de' libri de' detti Capitani, e Commissarj, e riuscitogli di vederli, tanto più per la chiarezza in tali casi, se ne ricava anche da detta Tassa Magistrale, essendosene sempre per il passato, secondo i rilievi fatti da' Delegati, scosse, ed andandosene per anche scuodendo in quantità, rimettendosi ec.

Subscript. Oliverius Thesaurarius.

Quo

1693 QUo ad primum ex duobus capitibus propositis per J.C. Ravitiam Delegatum Sportularum, scilicet an dicendum sit agi de contraventione continuata; An verò reputanda sit pro multiplici contraventione, dùm Inquisiti pluries delinquetint ex intervallo in eodem genere delicti.

Fundat Delegatus J.C. Ravitia ejus dubium in verbis Inquisitionis, ubi dicitur *extractionem continuam Bladorum cujuscvis generis ab hoc Mediolani Dominio*. Et ex his verbis deducit agi de delicto continuato. Hoc dubium non videtur subsistere de facto, quia in narrativa facti in Inquisitione exprimitur; Inquisitos, *& quemlibet eorum* ausos fuisse, præsertim de mensibus *Januarii*, *Februarii*, *& Martii* currentis anni emptis Bladis &c. *bis*, *& ter*, *diù*, *noctùque singulis hebdomadis &c.* dicta Blada cujusvis generis traducere, prout traduxerunt ad Regiones Elveticas. In contestatione autem, ubi exprimitur ipsos Inquisitos delicta commisisse, scilicet extractionem assiduam Bladorum. Extant etiam verba sequentia, scilicet *locis*, *modis*, *& temporibus superiùs expressis &c.*, quæ verba, tàm in narrativa facti supra relata, quàm alia in contestatione litis fuerunt omissa à Delegato in ejus ponderatione. Aliud ergò est, quod in Inquisitione contineretur tantùm illud verbum *assiduam extractionem*, ex quo posset dubitari, an extractio esset continuata, & contineret unicum factum perfectum per continuationem ejusdem temporis. Aliud verò est, dùm in Inquisitione sunt expressa diversa facta, scilicet *diversæ extractiones perfectæ*, *& completæ in quolibet actu diversis temporibus*, *& à pluribus Mercatoribus*, *ac in diversis locis*, nàm tùm per narrativam, tùm per illam clausulam appositam in contestatione *locis*, *modis*, *& temporibus superiùs expressis* benè explicatur, quod illud verbum *assiduam extractionem* significat extractionem frequentem, & replicatam per diversos actus, diversa loca, diversas personas, & diversa tempora, in quibus casibus non extat dubium, quod etiam si Inquisiti assiduè, idest, replicatis vicibus, & temporibus extraxerunt grana, dicuntur commisisse plura delicta, & puniuntur pro quolibet, ut benè explicat *Bartol.* citatus à Delegato *in eadem l. inficiando §. Infans nu. 3. 4. & seq. ff. de furtis*, reddens rationem, quià in persona cujuslibet, & in qualibet extractione extat intervallum temporis, & est perfecta extractio, nec superest spes rescindendæ extractionis.

Nec obstare videtur relata per Delegatum auctoritas *Farinac. quæst. 22. nu. 17.* Ibi enim *Farinac.* dicit limitari regulam, quod plura delicta ejusdem generis, ex intervallo commissa, punienda sunt pluribus pœnis, & quod hoc verum est in delictis momentaneis, secùs verò in successivis, nam ponit exemplum in iterata rei furtivæ contractatione. Non enim hoc applicari potest huic casui, quià semper agitur de eodem fure, & de eadem re, licèt fur contrectationem iteret ejusdem rei. Prout neque etiam facit aliud exemplum, quod ex continuatione adulterii cum una, & eadem persona, unicum reputatur adulterium, quià in eo casu agitur de eodem adultero, & eadem adultera tantùm. In casu autem præsenti non agitur de continuatione ejusdem delicti cùm una, & eadem persona tantùm, sed quidem de emptionibus factis à pluribus Mercatoribus in diversis locis, scilicet Intri, Palantiæ, & Canobii, ac in diversis temporibus, & ad Regiones Elveticas, & signanter ad locum Locarnis, & singulæ emptiones, & venditiones remanent distinctæ, & completæ respectivè recedentibus Mercatoribus, & Emptoribus.

Pariter non videtur obstare exemplum practicatum in causa Crippa, nàm in eo casu licèt ageretur de productione plurium scripturarum falsarum, tamen, dùm ipsæ productiones tendebant ad unum effectum, & unam victoriam reputabantur pro uno delicto, prout è contrario si tenderent ad diversos effectus, fuissent plura delicta, ut explicat idem *Bartol. relato loco nu. 3.*, & proindè, cùm dictæ productiones tenderent ad obtinendam victoriam, pro duabus tantùm actionibus, scilicet unà quo ad fideicommissum, & alia quo ad jus Mercatus, fuerunt taxatæ pro duobus titulis, quod exemplum non applicatur casui, de quo agitur, in quo emptiones, & extractiones factæ fuerunt in pluribus locis, & à diversis personis, & unaquæque extractio, statim, ac erat secuta, habet suam perfectionem, & complementum independenter ab aliis, quæ ex intervallis inter unam, & alteram expost intercesserunt. Atque ideò non potest recedi à regula, quod delicta reiterata ex intervallo, & perfecta in singulis reiterationibus puniuntur toties quoties fuerunt iterata secundum ea, quæ etiam aliàs servata fuerunt.

Quo ad aliud dubium non videtur pariter subsistere, quià taxatio Sportularum pertinet ad jurisdictionem, & cognitionem Senatus Excellentissimi vigore Nov. Const., & Regiorum Ordinum, & maximè anni 1612., in quo comprehenduntur omnia Officia cujuscunque Jurisdictionis, cujuscunque Tribunalis. Et Instructiones, quæ dantur per Magistratum Capitaneis, & Commissariis Devetus non possunt diversificare à Taxa generali specificè facta per Senatum Excellentissimum anno 1658., eoque minùs, dùm in hoc casu agitur de processu, cujus cognitio non fuit attributa Delegatis, sed processit ab eodem Magistratu in corpore.

Immò

Immò eadem Taxa generalis Senatus Excellentissimi servatur non solùm per Delegatos, & Cancellarios delegationum Magistratuum, sed etiam per ipsosmet Cancellarios Bladorum ejusdem Magistratus, & ut habetur ex libris Senatus Excell. in exactione Sportularum, & ultimo loco a J. C. Cambiago, & Jo. Baptista Landriano Cancellariis Bladorum ejusdem Tribunalis.

Visa Inquisitione formata per Egr. D. Ortensium Cantonum ex DD. Quæstoribus Ill. Magistratus Reddit. Extraordin. Status Mediolani, & J. C. Petrum Georgium de Gentilis Prætorem Abiati Crassi Delegatos contra diversos Oppidi Canobii, Intri, Palantiæ, & Macagni, nec non recognito processu instructo contra alios, & nempè contra Bartholomæum Piantam, Joannem Jacobum Ucellum, Dominicum Pairanam, Jo. Petrum Piarium, Jo. Jacobum, & Galeatium fratres Tirinantios, Catherinam, Antonium, & Joseph Brancas Oppidi Canobii Inquisitos de assidua extractione Bladorum cujusvis generis ab hoc Mediolani Dominio bis, & ter, diù, noctuque singulis hebdomadis de mensibus Januarii, Februarii, & Martii currentis anni ad Regiones Elveticas. Et insuper contra Antonium Piantam, Bartholomæum Piantam, Jo. Jacobum Ceronum, Jo. Antonium Brancam, Eusebium Piatium, Julium Bassium, Theodosium Rastellinum, & Bartholomæum, seu Franciscum Raschignam appellatum il Zoppo pariter de dicto Oppido Canobii processatos de venditione Fraudatoribus Annonæ pluribus vicibus granorum cujusvis generis, ac visis litteris Ill. Magistratus, nec non ordinatione per dictos DD. Delegatos facta pro liberatione suprascriptorum omnium, media compositione librarum mille; debentur Sportulæ, ut sequitur:

Præfato Egr. D. Quæstori Cantono à suprascriptis Inquisitis ad numerum novem, ut supra pro tribus Capitibus Capitalibus, attenta pluralitate extractionum, & à tribus eorum relationibus triplicatis cum ordinatione ab omnibus pro tribus Capitibus ut supra lib. 175.10.

Pro visionibus tresdecim cum dimidia, cum adsint fol. 450. libri originalis lib. 81.

Et ab aliis octo processatis ut supra, cum adsint inditia ad Inquisitionem respectu tantùm Raschignæ, debentur eidem Egr. D. Quæstori, ut sequitur.

Respectu suprascripti Raschignæ lib. 43.10.

Ab aliis septem, nempè à tribus lib. 76.10.

Ab aliis quatuor pro triplicata ordinatione lib. 30.

Præfato Egr. D. Quæstori lib. 406.10.

Egreg. J. C. Prætori Abiati Crassi lib. 406.10.

Egreg. Advocato Fiscali Delegato lib. 203. 5.

Monetæ brevis	lib.1016. 5.
Senatui Excellentissimo	lib.1016. 5.
Pro detrimento monetæ	lib. 677.10.
Notario causæ pro actis	lib. 21. .
Et pro processu dupplicato	lib. 540. .
	lib.3271. .
Pro agiis exactionis	lib. 163.11.
	lib.3434.11.
Et pro præsenti Taxa	lib. 175.14. 6

In totum libr. ter mille sexcentumnovem sol. 15. d. 6. monetæ currentis lib.3609.15. 6

Subscript. Oliverius Thesaurar. Senatus.
Subscript. Cotromanus Delegatus.

Ubi dictæ Sportulæ taxandæ essent, juxtà Instructionem præscriptam ab Ill. Magistratu Extraordinario suis Officialibus Pedaneis sub die 8. Januarii 1625. loco suprascriptarum lib.1016. 5.

Ascenderent tantùm pro dictis Egr. DD. Delegatis, & Fisco ad summam lib. 108. .

Et sic remanerent in damnum præfati DD. Delegati lib. 908. 5.

Monetæ brevis, & totidem Senatus Excellentissimus lib. 908. 5.

Quod damnum nullo modo permittendum est, tùm quià Taxa generalis à Senatu Excell. edita sub die 16. Martii 1658. relativa Ordinibus per quon. Delegatum Peronum collectis ab anno 1612. usque 1643. in ejus libro, est in viridi observantia, tùm quià Instructio Magistralis nunquam loquitur de Quæstoribus, & Judicibus ordinariis, sivè simul, sivè separatim Delegatis cum interventu Fisci ab eodem Magistratu, ut ex dicta Instructione Magistrali diei 25. Januarii 1625., quæ non solùm potest dici imperfecta pluribus deficientibus ex eo, quod non videtur provisum in hujusmodi casibus, sed etiam quià Taxatio Sportularum pertinet ad jurisdictionem, & cognitionem Senatus Excell., & denique non est permittendum prædictum damnum aliis rationibus per Thesaurarium Senatus deductis in præinserto ejus responso, & juris allegationibus; & ita sentit idem

Oliverius Thesaurarius.

Omnibusque maturè consideratis, ac benè perpensis.

Censuit is Ordo approbandum Votum Egr. Thesaurarii Senatus, non obstantibus deductis per Delegatum Ravitiam.

Carolus Maria Maddius.

Ordines

1694 *Ordines pro recta administratione Justitiæ.*

MDCXCIV. Die xxi. Maji.

PRopositis in Excellentissimo Mediolani Senatu precibus J. C. Oratii Bazettæ Auditoris Feudorum Comitum Caroli, & Abbatis Don Giberti fratrum de Borromæis Aresiis, unà cum capitulis exempli sequentis videlicet:

P. R.

Quamvis repetitis Ordinibus insudaverit summi Senatus Excellentissimi vigilantia, nec non Ven. Collegium Causidicorum, & Notariorum hujus Civitatis, ut tollerentur abusus, qui in puncto dicendarum causarum irrepserunt, attamen sivè ex duritie litigantium, sivè ex incuria Causidicorum, qui eorumdem Ordinum observantiam negligunt, nec Judices eisdem debitè incumbunt, diversos adhuc in officiis potissimum extrà Civitatem serpentes intellexit humil. M. V. ser. J. C. Oratius Bazetta Advocatus; & Feudorum Borromæorum Auditor, cui commendatum venie à D. Comite Carolo Borromæo Aresio, ut prissimæ Senatus menti inhærendo eorumdem Ordinum observantiæ incumbere vellet, & ut subditis superfluæ tollantur lites, & expensæ; Nonnullos igitur provisione dignos casus M. V. proponit Supplicans, simul etiam moderamen suggerendo unicuique necessarium, ut in annexo folio sign. B, & hanc sivè aliam legem, quæ altissimæ M. V. providentiæ magis convenire videatur ad subditorum subsidium, Supplicans humilimè supplicat, & sperat.

Primo. Piacque al Senato Eccellentissimo con gli Ordini de' 22. Agosto 1686. al Capitolo primo, permettere a' Giudici ordinarj la facoltà di decidere le cause, che non eccedono la somma di lire cento, sommariamente senza lite, e sola facti veritate inspecta, ciò però non si vede praticato negli Officj forensi, ove li Causidici anche nelle cause obbligano le Parti a far atti, e spese, come se si trattasse di somma grave, e di giudizio ordinario, perciò a fine d'esimere li poveri Litiganti da tanti danni, e spese, che patiscono, si stimarebbe necessaria la provvisione, che in simili cause debbano citarsi le Parti a comparire personalmente con la espressione della causa, per cui vengono citati, acciò possi ogn' uno venir con suoi ricapiti, o giustificazioni, perchè ne segua la decisione sommaria, e senza lite alla forma di detti Ordini, ed in caso, che da' Procuratori si faccino altri Atti, siano condannati li medesimi irremissibilmente a tutti li danni, e spese verso le Parti.

Secondo. E perchè nelle cause, che eccedono la somma delle lire cento, e non si possono conoscere così sommariamente, si trovano alcuni Procuratori, che animano li loro Clienti, a sostenere liti, con somministrar essi le spese de' giudicj fino al loro fine, dove pretendono somme rilevanti da' Clienti, e maggiori tal volta di quello importa la somma, che fu controversa, con danno grave de' Litiganti, perciò a fine di rimediare a simili pregiudicj, si stimarebbe spediente provedere, che nissuno Procuratore potesse sostenere liti a sue proprie spese per ripeterle poi, o dal proprio Cliente, o dalla parte soccombente, oltre la somma di lire dodeci Imperiali, perchè dovendo le Parti soddisfare di tempo in tempo a questa somma, conoscano il carico, che le corre di maggior dispendio, e risolvano ciò, che le conviene, e così resteranno tolte l'occasioni di molte doglianze, che poi si sentono per simili emergenti continuamente nel Foro.

Terzo. Ha pur anche il Senato Eccell. col decreto del 22. Agosto 1686. al nu. 18. benignamente provisto all' abuso di portarsi in fine della causa le prove, che si ponno fare con la prodotta d'Instromenti, ed altre scritture, ordinando, che tali prove si deduchino ne' primi Atti, ciò però non si vede osservato negli Officj forensi con gravissimo pregiudizio delle Parti, protraendosi la spedizione delle cause, ed obbligandosi a nuovi, e superflui Atti, anche in termine de perentorj, si stimarebbe perciò necessario il dichiararsi, che di sì alta providenza in detti Officj forensi, ove li Causidici si fanno lecito di procedere come le pare, e ciò sotto la pena arbitraria al Senato Eccellentissimo.

Quarto. Il rimedio delle posizioni introdotto e da' Statuti di Milano, e dalle Nuove Constit. di tutto lo Stato, come riguarda la più pronta spedizione delle cause, così doverebbe esser da' Litiganti pienamente osservato, però mentre le Nuove Const. non impongono pena alcuna a chi le nega, ma solo il Statuto di Milano nel cap. 81. vol. 1. vuole, che chi nega le posizioni ne' casi ivi espressi, incorri la pena di lir. 25. si stimarebbe però spediente, che questa pena dovesse aver luogo in tutti li casi, ne' quali alcuno nega le posizioni in fatto proprio, quando resti poi convinto in contrario, per riparare a' pregiudicj, che nascono, stante la facilità, con la quale vengono negate simili posizioni, onde si obbliga l'altra parte con molto dispendio nella prova di ciò, che viene maliziosamente negato, e siccome in caso, che chi nega le posizioni; se poi è convinto, è tenuto a tutti li danni, spese, ed interessi, conforme nota Carpan. nel Statuto di Milano al cap. 83. vol. pr. nu. 17., sarebbe molto spe-

fpediente per la maggior facilità de' giudicj, fe oltre le fpefe, e danni, a' quali è tenuto in quefto cafo chi nega le pofizioni, fi condannaffe indiftintamente ancora nella detta pena di lir. 25.

Quinto. Quantunque fia ftato provifto dal Colleg. de' Signori Procuratori, ed ultimamente nella Grida de' 22. Marzo 1692. al cap. 53. circa il modo di procederfi nella confecuzione delle fpefe, che fi pretendono o dalla Parte vincitrice contro la foccombente, o dalli Procuratori contro li proprj Clienti, ciò però in molti Officj forenfi non fi offerva; pare però neceffario provederfi, che tal' Ordine del Collegio de' Procuratori fi debba offervare anche ne' Officj forenfi con riguardo, che in luogo di doverfi dare la lifta de' Notari di Pilaftro per la taffa delle fpefe, il che non può feguire fenza ben grave difpendio delle Parti, sì per la lontananza degli Officj da quella Città, come ancora perchè in molte giurifdizioni vi fono taffe particolari, fi ftimarebbe provifione opportuna, che il Notaro Attuario dell' Officio s'intenda fpecialmente deputato, quando alcune delle Parti non lo dice, e dia fofpetto, nel qual cafo il Giudice offervarà la difpofizione de' riferiti Ordini del Collegio.

Sefto. In alcuni Officj vi fi è indotta la pratica di trafmettere le citazioni con la claufula di comparire folamente in vefperis, e ben fpeffo accade, che dovendofi comparire in fcritto, e citandofi la mattina per la fera dello fteffo giorno, quando non compaja nell' ora precifa, le corre nella mattina feguente la caffazione con gran pregiudizio, maffime attefa la diftanza delle Terre fottopofte, fi ftimarebbe però fogliervo de' Litiganti, ordinandofi che dovendofi citar uno, che abiti fuori della Terra, ove rifiede il Giudice, fe le debba concedere il termine a comparire nella forma, che difpone il Statuto di Milano nella rubr. de citat. al cap. 1. §. *Si verò extrà Urbem*.

Settimo. E' parimente graviffimo l'abufo introdottofi, che per qualunque tenue fomma procedono li creditori per via di fequeftro de' frutti contro li debitori, che anche hanno il modo di pagare, e fi poffono obbligare alla foddisfazione con la via ordinaria de' Precetti efecutivi, e tal ftrada de fequeftri richiede gran fpefa, e molte volte eccede di molto la fomma del debito fteffo, fi ftimarebbe però neceffario, che nelle partite, per le quali è ordinato procederfi fommariamente, non fi poffi procedere per via di tali fequeftri, ma ufarfi la ordinaria de' Precetti efecutivi, precedendo il termine congruo al pagamento, e ciò fotto pena di nullità degli atti, ed in oltre a' Caufidici fotto quella della reffezione delle fpefe, e danni ec.

Ottavo. S'è anche avvertito, che contro la difpofizione non meno delle Nuove Conftit., e Statuti, ed altre provvifioni in diverfi tempi fatte da' Signori Abbati del Collegio de' Procuratori, ma anche dalli fuperiori Referitti del Senato Eccellentiffimo, maffime in quello de' 22. Agofto 1686. continuano li Caufidici in moltiplicar atti inutili, e totalmente fuperflui, come per efempio le contradizioni, che fa il Reo in termine della citazione, principio di caufa, fenza afpettare la petizione dell' Attore. La comparizione, che fa l'Attore nel termine del triduo ftatuito al debitore a pagare fenza claufula gravatoria, maffime nel cafo, che il debitore non s'oppone, nè contradice. La contradizione del Reo in termine del perentorio, come pure la comparizione con la iterata prodotta, che fa l'Attore in termine dello fteffo perentorio, con le fucceffive nuove eccezioni, repliche, e duppliche, e moltiffimi altri di fomigliante natura, che pure fono di grave pefo alle Parti, pare però neceffario il proibirli efpreffamente con la pena a' Caufidici arbitraria al Senato Eccellentiffimo, e doverfi ancor ordinare, che nella taffa delle fpefe, che fegue tanto per una parte contro l'altra foccombente, quanto tra il Caufidico, e fuo Cliente, non fe ne debba aver alcun riguardo, imponendofi anche la pena al Notaro deputato alla taffa, di reffìcere del proprio le fpefe di tali atti fuperflui, e proibiti come fopra nel cafo, che gli admetta nella fua taffa.

Nono. Incaricar a' Giudici l'invigilare per l'offervanza degli Ordini in tal materia, ed il proceder alle pene impofte, facendone la relazione a' Signori Abbati del Collegio, ed anche al Senato Eccell., occorrendo cofa degna della notizia di tanto Tribunale per la ulterior, e più neceffaria provvifione, e caftigo de' contraventori ec.

Decimo. Incaricar agli Attuarj degli Officj forenfi la pontual offervanza della Grida del Ven. Collegio de' 22. Marzo 1692., maffime nel capitolo 63. della medefima in ordine al ricuperare le filze degli atti trafportati dagli Attuarj paffati, fotto pretefto d'efferne effi ftati rogati, ed in cafo di difficoltà ne daranno parte a' Signori Abbati di detto Ven. Collegio per la opportuna provvifione, e caftigo.

Omnibufque maturè perpenfis, unà cum informatione per Abbates Ven. Collegii Notariorum juffu noftro excitatos facta, nec non prævio Voto Fifci noftri, qui junctis Ordinibus Senatus noftri in fubjecta materia fub die vigefima fecunda Augufti 1686. emanatis, ac aliis pro eorundem obfervantia per Abbates prædictos conditis fub die vigefima fecunda Martii 1692.

Cenfuit Senatus quo ad primum fervandum Ordinem ejufdem Senatus anni prædicti 1686.

Quo ad fecundum; non effe permittendum

1694 dum Caufidicis pecuniam erogare pro Clientibus etiam pro eorum litibus fuftinendis, nifi in fingula caufa impendere poffe pro Clientulo ufque ad fummam librarum duodecim tantùm, & non ultra, & fi fecus faciant, nullam dari repetitionem.

Quo ad tertium; non effe admittendas contradictiones, juriumque fpecificationes in termino citationis perhemptoriæ, quæ ad inftantiam alterius partis, inftructo proceffu inthimatur, ad proferendam fententiam, fed ab Actore omninò fpecificanda jura fundantia fuam intentionem in primo actu fuæ petitionis, & fimiliter à Reo, ftatim fundata intentione Actoris fuam exceptionem probandam in primo fubfequenti actu, falvo utrique parti jure faciendi quafcunque alias probationes in facto, prout difponunt recitati Ordines diei vigefimæ fecundæ Augufti dicti anni 1686., & hoc fub pœna Caufidicis contrafacientibus per Judicem in fententia in caufa ferenda, eos nempè condemnando in expenfis inordinati Judicii, tum erga Clientulum fuum erga Adverfarium per eos factis.

Quo ad quartum; circà pofitiones, fervandam difpofitionem Juris, & Statutorum.

Quo ad quintum; cedulam expenfarum exhibendam effe ab eo, qui petit taxationem in primo actu fuæ petitionis, prout declarant Ordines in hac materia editi; liquidationem verò in locis forenfibus permittendam Notariis Actuariis eorumdem Judicum, & ubi contingat eos allegari fufpectos, dandam notulam Notariorum confidentium illius jurifdictionis, & quatenus in ea numerus fufficiens non reperiatur, de jurifdictione viciniori, & ex eis eligendum fervatis fervandis, qui taxet.

Quo ad fextum; habitantes extrà locum, in quo in jus vocantur, citandos effe cum termino, qui non fit minor dierum trium, computato die comparendi.

Quo ad feptimum; remedium fequeftri, quod plerumque obtinetur, ne res tranfeat in finiftrum, poffe dari etiam in caufis non excedentibus fummam librarum centum Imper. modo facto fequeftro, caufa fummariè expediatur ad formam recitatorum Ordinum.

Quo ad octavum; acta fuperflua omninò evitanda effe, nec ullo modo multiplicanda contrà difpofitionem ejufdem Ordinum.

Quo ad nonum; pro exactiori obfervantia fuprafcriptorum Ordinum, decrevit Senatus pœnam contrafacientibus effe reffectionis omnium damnorum, & expenfarum, ac graviorem arbitrio ejufdem Ordinis.

Quo ad decimum; mandat denique Senatus omnibus Actuariis Civilibus exactam obfervantiam Ordinum Ven. Collegii Notariorum diei vigefimæ fecundæ Martii 1692., & præcipuè in cap. 63., relinquendo omnia acta in loco Officii, eaque confignando fucceffòribus, exacto eorum munere, fub pœnis præfcriptis ex Ordinibus in hac materia editis.

Tattus.

Ordines pro Baricellis, ac Satellitibus.

MDCXCIV. Die xviii. Novembris.

CUm non parum expediat incolumitati Juftitiæ, & publicæ utilitati, ut confultum remaneat præfertim in hac Civitate de congruo Satellitii numero, fine cujus brachio corpus civile falubrioris regiminis in reddendo jure languefcit, tùm in vindicandis criminibus, tùm in exequendis quibufcumque juftitiæ actibus: idcircò Senatus pro religione muneris fui non defuit animum adjicere hujufmodi providentiæ circa media augendæ familiæ, tàm Campeftris, quàm Urbanæ, & congruæ ejufdem fuftentationis, ut etiam eodem planè tempore, quo profpectum fuerit incremento, & manutentioni Satellitii, provifum etiam remaneat ipfius fraudibus, & concuffionibus, nec non et illicitis pactionibus, quarum corruptelam intellexit is Ordo fatis inolevifle; Propterea, cum fedulò de hac re fuerit actum præfente Fifco, ftetit Senatus fententia in condendis hifce ordinibus, quos publico Edicto, ut omnibus innotefcant, edendos cenfuit.

Quibus mandat executiones omnes præceptorum in caufis civilibus intrà Urbem, & Corpora Sanctorum, quæ à die harum publicationis in anteà relaxabuntur per Egr. Capit. Juftitiæ, feù ejus Vicarium Prætorem Mediolani, Judices Galli, & Equi, Vicarium Prætorium, nec non per Confultores, & Confules Juftitiæ, ac per Abbates, & Confulem Mercatorum, committendas effe ad exequendum, & faciendas privativè per Baricellos utriufque Offitii illius Civitatis, aut eorum refpectivè L. T., vel per quofcumque alios Satellites in eorum turmis defcriptos.

Non licere Baricello Campeftri, aut ejufdem Satellitibus, in ipfis executionibus faciendis fe immifcere, prout nec Servitoribus, quos vocant, delli Cancelli, itaut iftis in pofterum permiffa tantum fit inthimatio citationum, aliorumque actorum civilium.

Extrà verò Civitatem, & Corpora Sanctorum poffe unumquemque pro ejus arbitrio, uti opera illius Satellitii, quod magis expedire ipfi videbitur.

Offitio Egr. Capit. Juftitiæ infervire debere tres Baricellos, quorum unufquifque fibi

1694

fibi eliget L. Tenentem, & constituat fibi turmam saltem duodecim Satellitum computato L. Tenente, illi verò Egr. Prætoris Baricellum unum, cum duobus L. Tenentibus, & viginti Satellitibus.

Teneri omnes hujusmodi Servitores dare nomen juxtà ordines, & præstare fidejussionem ad normam Statuti in actis Egr. Vicarii Provisionum, & ulteriùs se describere in Offitio, cui inserviunt penès Actuarium, scilicet in illo Egr. Capit. Justitiæ penès eum, qui per ipsum Capitaneum fuerit electus, & in Offitio Prætorio apud Actuarium Provincialem Civitatis, ibique etiam præstandam à Baricellis idoneam fidejussionem saltem aureorum centum de bene se gerendo in eorum exercitio, & de solvendis damnis, casu quo executiones per eos fiant minùs legitimè, & de restituendo quidquid indebitè fuerit ablatum, tàm per ipsos, quàm per eorum respectivè Satellites.

In executionibus faciendis servandos per Baricellos, & Satellites adamussim ordines jam editos, nec quidquam ulteriùs exigere licere sub quovis titulo ultrà quàm præscriptum est ex Stat., Nov. Const., & Ordinibus prædictis, tàm circa mercedem, quàm circa alia, & hæc omnia sub pœna privationis exercitii, refectionis omnium expensarum, & damnorum pro interesse Partis id damnum passæ, ac alia quacumque corporali per Senatum arbitranda, itaut teneantur Baricelli de malè gestis ab eorum respectivè Satellitibus.

Actu verò executionum, quæ fiunt in pignoribus debitorum, cavendum à Baricellis, & eorum familia ab exportatione pignorum extrà locum sub titulo, & prætextu eorum mercedis, quæ exigi prætenditur à debitoribus, sed teneri illa quoque deponere ona cum aliis ad formam Ordinum, ut deindè per Judicem causæ relaxentur prout juris, & hoc sub pœnis superiùs expressis. Teneri propterea Actuarios prædictos habere librum, in quo describi debeant nomina, & cognomina Baricellorum, L. Tenentium, ac Satellitum, ac fidejussorum ut supra præstandorum, ut de iis constet, sub pœna suspensionis à munere in casu inobedientiæ.

Non licere cuiquam, tàm directè, quàm per indirectum, & tàm secretis, quàm panditis conventionibus pacisci cum aliquo ex Baricellis, sivè Satellitibus de emungenda, seù dividenda pro rata mercede ex ordinibus debita Executoribus pro ipsis executionibus faciendis, & hoc sub pœna duppli, & majori etiam arbitrio Senatus, itaut si quis pandiderit Senatui, vel Magnif. March. Gallarato Delegato turpitudinem hujusmodi pactionis, lucretur dimidiam partem pœnæ exigendæ à contraventoribus, & secretum habeatur ipsius nomen.

Firma pro nunc manente conventione inita per Congregationem Provinciarum cum Baricello Campestri, cogendum eumdem ad retentionem viginti equorum, & totidem Satellitum pro ejus turma, qui describere se non possint in alio Offitio istius Civitatis, præter nomen dandum in actis Egr. Capit. Justitiæ restrictivè ad servitium Campestre: ipsumque Baricellum teneri cum familia se exhibere singulis mensibus lustrationi, seù recognitioni faciendæ ad effectum recognoscendi an dictus numerus extet coràm Egr. Capit. Justitiæ, & Magnif. Senatore Delegato, itaut præf. Capitaneus sit sollicitus de observantia, & ità servandum esse per alios Baricellos cum eorum turmis in eorum respectivè Offitiis.

Per ipsum Baricellum Campestrum, nisi legitimè fuerit impeditus tamquàm diversimodè jussus ab habentibus auctoritatem, de quibus jussionibus constare debeat, per lustrandas esse continuo vias Provintiarum istius Dominii: ità tamen, ut toties quoties antequam ad lustrationem prædictam se conferat, teneatur exquirere in utroque Offitio hujus Civitatis num adsint mandata capiendi, inquisitiones, peremptoriæ citationes, vel alia quæcumque acta juditialia executioni mittenda, seù inthimanda. Post regressum verò reddendam per eum rationem de gestis Egr Capit. Justitiæ, & aliis respectivè Judicibus, & hæc omnia sub pœna privationis exercitii, ac quacumque alia etiam corporali arbitrio Senatus.

Exercitium autem dicti Baricelli Campestris in futurum esse debere biennale, itaut præsens biennium intelligatur lapsum in fine anni 1695. proximè futuri, nec ad exercitium prædictum elapso biennio quemquam continuandum sub quocumque prætextu, nisi re in Senatu proposita approbationem fuerit consecutus.

Pro quorum observantia Senatus Censuit delegandum Magnif. March. Gallaratum, ut pro consueta ejus diligentia sit sollicitus de executione, in qua versatur Justitiæ, & publicum servitium, providendo prout sibi.

F. Cesatus.

A N N O T.

Renovati fuerunt Ord. diei 3. Julii 1706.

Ordo, ut in causis capitalibus, & corporalibus Judices ipsi assistant, & examinent Reos, & Testes principales.

MDCXCIV. Die xiv. Decembris.

Facto verbo in Excellentiss. Mediolani Senatu per Magnificos Co. Pusterlam, & Don Cæsarem Vicecomitem, nec non Magnificos Chalcom, & Olevanum de nonnullis

1694 nullis abusibus, quos animadvertere illis contigit in Visitationibus Generalibus Officii Egregii Capitanei Justitiæ, & Officii Egregii Prætoris per eos factis respectivè sub diebus undecima, & duodecima mensis præsentis, illisque maturè consideratis; volens Senatus occurrere maximo Justitiæ, & Carceratorum ipsorum præjudicio, quod ex illis emergit.

Censuit, ac mandat inviolabiliter servari Ordines in hisce materiis jam pluries editos, & insuper dandas litteras dicto Egr. Capitaneo Justitiæ, ac ejus Vicario, sicuti etiam Egr. Prætori, ac Judicibus ad Signum Galli, & Equi, ut in posterum ipsimet assistant, & examinent in causis capitalibus, & corporalibus nedum Reos, sed etiam testes principales, neque Notariis committant hanc Provinciam, idque ad formam Nov. Const., & Ordinum, sedulò, & diligenter incumbant perfectioni processuum, ac eorum expeditioni; Ommittant adeò frequentes Consultationes in Curiis circa inflictionem reatuum, ac formationem inquisitionum, nisi agatur de gravi dubio emergente, quarum consultationum nimia frequentia deservit solum ad procrastinandos processus, & expeditiones causarum; relationes deffinitivarum in scriptis juxtà Ordines, & laudatum antiquum morem cum votis Curiæ transmittant, reprobata facilitate paucis ab hinc annis introducta referendi definitivè super processibus originalibus, nisi aliter in aliqua causa per Senatum fuerit ordinatum, & sciant graviter in eos animadversurum Senatum, ubi prædicta non exequantur &c.

Insuper intellecta Protectorum negligentia, quæ cedit in grave Carceratorum detrimentum, mandat non recedendo ab aliis Ordinibus circa eos pluries itidem jam datis, dandas litteras Egr. Vicario Provisionum, Abbatibus utriusque Collegii Juris peritorum, & Causidicorum, ut in electione proximè facienda rationem habeant, quæ Carceratorum beneficio in munere tantæ pietatis convenit, nedum in defensionibus præstandis, verùm etiam assistendo Visitationibus, quas singulo mense fieri decretum est, eosque moneant, quod Senatus, si prædicta diligenter non adimpleverint dicti Protectores, consulet indemnitati Carceratorum alio modo sibi benevisso, & jam nunc eundem Senatum injungere, ac injunctum esse Egregiis Secretariis, qui assistent dictis Visitationibus, ut annotent nomina Protectorum, qui illis non interfuerint, & etiam si negligentes fuerint in exercitio eorum muneris, Senatuique referant, ut tempore alicujus eorum prætensionis condigna ratio habeatur, sicuti habebitur illorum, qui diligentes fuerint.

Mandat etiam hunc Ordinem remitti ipsis Priori, & Protectoribus, ut plenam habeant notitiam eis injunctorum.

Angelus Maria Maddius.

ANNOT.

RENovatus fuit Ord. diei 18. Aprilis 1703., & diei 5. Maji 1707.

Ordo, ut ProPræses duplex votum habeat in nominationibus faciendis.

MDCXCV. Die vi. Junii.

1695 CUm autem fuerit in Senatu, occasione nominationis faciendæ in munere Vicarii Generalis istius Dominii vacuo ob mortem J. C. Miliavachæ, an absente Illustr. Præside, qui ex consuetudine habet in similibus duo secreta suffragia, gaudere debeat tunc quoque prærogativa Magnif. ProPræses, qui fungitur ejus vice.

Censuit is Ordo in quolibet nominationum casu, in quo se obtulerit absentia Illustr. Præsidis, duobus uti debere suffragiis eum Magnif. Senatorem, quem gerere contigerit vices ProPræsidis, & ita servandum esse.

Ordo circa modum sedendi in Curiis inter Abbates Collegii Notariorum, & Egr. Syndicos Fiscales.

MDCXCV. Die xvi. Junii.

FActo verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnificum J. C. C. D. Don Cæsarem Vicecomitem Regium Ducalem Senatorem de controversia inter Abbates Collegii Notariorum hujus Urbis, ac Egr. Syndicos Fiscales circa ordinem sedendi in Curiis tempore propositionis alicujus causæ, auditis prius ab eodem Magnifico Relatore Partibus ipsis, ac propositis etiam juribus per utramque Partem allatis, omnibusque consideratis.

Censuit Senatus manutenendos Abbates Collegii Notariorum sedentes in possessione sedendi in Curiis immediatè post Judices; Egr. Syndicos Fiscales vero ab alio latere post Egr. Advocatos Fiscales, salvis juribus partium in petitorio.

F. Belingerius.

Ordines pro instructione muneris Egr. Thesaurarii Senatus, ac Delegati Generalis Sportularum. 1695

MDCXCV. Die xx. Julii.

CUm expediat non parum ad rectum rei Sportulariæ regimen, ut unicuique innotescat, quænam sint partes ejus respective muneris in implenda Provincia sibi commissa: propterea ex decreto Senatus diei 16. Junii nuper elapsi injunctum fuit Magnificis Senatoribus Don Cæsari Vicecomiti, & Com. Don Aloysio Trotto in subjecta materia Delegatis, ut audirent Egr. ejusdem Ordinis Thesaurarium, & Delegatum Generalem J. C. Ravitiam pro figendo modo, quo unusquisque eorum operam suam præstare debeat in posterum ad præcidendas omnes dubietates; Re autem in Senatu proposita, ipse sanctiones infrascriptas condendas censuit, quibus mandat.

Officii Sportularum stationem esse debere in Domo istius Egr. Thesaurarii, ac proinde ibidem custodiendos esse libros, scripturas, & documenta quæcumque tangentia illarum exactionem, donec aliud fuerit ordinatum: Et ad ipsum Officium deferendos esse processus toties, quoties casus evenerit illorum recognitionis pro taxationibus, seu revisionibus faciendis.

Jus compellendi debitores Sportularum ad solutionem per monitiones, citationes, & executiones reales, & personales, & alia quæcumque acta usque ad satisfactionem, competere Egr. Thesaurario privativè juxta decretum diei 21. Julii anni 1677.

Delegatum Generalem Ravitiam teneri singulo trimestri visitare unam Provinciam assignandam per Magnificos Delegatos audito Egr. Thesaurario, & ubi legitimum aliquod impedimentum ei superveniat, Senatus opportunè providebit.

Dictus autem Delegatus Generalis, antequam discedat ab hac Civitate, & se conferat ad Officia, & loca visitanda, teneatur certiorem reddere dictum Egreg. Thesaurarium, & ab eo recipere omnes notitias, quas dare voluerit concernentes ipsas futuras visitationes, & statim, ac adierit, in scriptis eidem Thesaurario referre quid emerserit, ut unusquisque eorum prosequi valear ea, quæ ad suum munus spectant, communicatis inter eos emergentibus ex dictis visitationibus.

Delegatus Generalis postquam constituerit debitores Sportularum, non possit manus apponere parcellis contra eos relevatis, illas augendo, vel minuendo, nisi re participata, & concordata inter ipsum, & Egr. Thesaurarium ad normam prænarrati decreti diei 21. Julii 1677.

Taxationes, & earum revisiones faciendas solum per dictos Thesaurarium, & Delegatum Generalem unitim, & domi ejusdem Thesaurarii, & non per quemcumque alium.

Et tam ad effectum prædictum, quam ob quascumque alias causas in hac materia Sportularum tractandas, & inter eos conveniendas, statuendam esse diem cujuslibet hebdomadæ, in qua dictus Delegatus Generalis accedat domum dicti Thesaurarii tamquam ad Officium; sicuti etiam præter ipsam diem statutam, quoties ab ipso Thesaurario monitus fuerit, ubi aliis in locis inter eos non conveniant, quæ locum habeant in casu, quo Delegatus Generalis fuerit præsens in hac Civitate.

Convenientibus autem iis in prædictis taxationibus, seu revisionibus, omninò executioni mittantur, nec nisi prius iisdem executioni demandatis, Partes adire possint, alterum ex Magnificis Delegatis, si quid in contrarium deducere voluerint.

Si verò inter eos dubium aliquod oriatur tam circa ipsas taxationes, seu revisiones, quam circa quæcumque alia, quæ ab eis tractanda fuerint, antequam quidquam edant, vel decernant, adeant alterum ex Magnificis Delegatis, qui eis auditis, respondebit quid agendum, & id omnino exequendum absque ulla exceptione.

Et cum possit contingere aliquod impedimentum legitimum, sivè absentiæ, sivè infirmitatis in altero ex ipsis Thesaurario, vel Delegato: eo in casu, & non aliter, ne retardetur expeditio ipsarum taxationum, seu revisionum, & per consequens etiam causarum, possit ille ex alterutro, qui præsens, ac sanus erit, taxare, revidere, ac edere.

Emolumenta ex taxationibus, ac revisionibus percipienda, ita dividenda esse, ut pro tertia parte cedant commodo Egr. Thesaurarii, pro reliquis vero duabus partibus Delegato Generali; Quæ omnia inconcussè erunt servanda ab utroque, ut Senatus confidit ob notam eorum diligentiam, fecus in casu inobservantiæ opportunè providebit.

Suprascripta die, cum supervenerit supplex libellus J. C. Ravitiæ petentis audiri ante superius expressarum sanctionum editionem, & exhibentis eodem actu quamplures annotationes concernentes salubriorem rei sportulariæ praxim, stetit ejusdem Ordinis sententia, Magnificos Delegatos, audito Egr. Thesaurario, providere debere prout sibi, facto etiam in Senatu verbo, si ita eis visum fuisset, mox sub die 13. Augusti re denuo proposita, hos Ordines addendos decrevit.

Non licere Notariis causarum criminalium agere, nec convenire cum Partibus de

1695 de modo, & formula ordinationum, quæ leviorem Sportularum afferant solutionem, ipsarumque Sportularum notulas componendo, eas augendo, vel minuendo præter jus, sed hoc relinquant Thesaurariis, vel aliis, quibus incumbit hoc onus illas exigendi, quive visis ordinationibus à Judicibus dispositis eas taxent juxta ordines. Minus eisdem licere tam ante, quam post secutas taxationes ut supra in illarum exactione se immiscere, sed ipsam relinquendam Thesaurariis, seu aliis, ad quos spectat, qui solventibus teneantur facere confessiones omnium pecuniarum, quas tam pro Sportulis, & processibus, quam pro aliis ad eos pertinentibus receperint, sub pœna in casu cujusvis contraventionis ad prædicta, aureorum centum applicanda pro tertia parte delatori secretò habendi, & alia graviori arbitrio Senatus.

Thesaurarios, seu illos, qui fuerint deputati ad exactionem in quibusvis Officiis, non posse in futurum annotare in margine libri processus solutionem Sportularum factam per verba illa *solvit juxta taxam*, sed omninò teneri annotare distinctim importantiam Sportularum spectantium ad Senatum, & ad Curias, postmodum addere *juxta taxam*; prout etiam permissum eisdem non esse devenire ad taxationes, nisi super ordinationibus jam dispositis, & in processibus registratis adhuc à Judicibus non subscriptis, quæ tamen à Notariis edi non possint, nisi postquam solutæ fuerint Sportulæ, & constet in processu de solutione, cum opportuna Judicis subscriptione, & hæc sub pœnis superius expressis respectivè.

Attendendas autem illas tantum taxationes, quæ factæ fuerint à Thesaurariis, vel aliis ut supra, & ubi contingat Consul, aut Egr. Senatus Thesaurarium, aut Delegatum Generalem circa modum, vel circa quantitatem, responsionem præstandam esse ab utroque unitim, exceptis casibus prædictis, absentiæ nimirum, vel infirmitatis alterius eorum.

Ipsas verò taxationes, seu revisiones, quæ fient ab Egr. Thesaurario, & Delegato Generali ut supra, antequam edantur, redigendas esse in libro ad hunc effectum specialitèr tenendo pro faciliori illarum recognitione.

Ad omnem nutum Delegati Generalis, & toties quoties eidem placuerit, licere ipsi invisere, & recognoscere libros omnes, notulas ordinationum transmissas per Judices, & Thesaurarios, quæ extiterint penès Egr. Thesaurarium ad hanc Sportularum messem spectantes.

Ante discessum Commissariorum ab hac Urbe, colligendas esse tam per Egr. Thesaurarium, quam per Delegatum Generalem parcellas debitorum adhibitis opportunis diligentiis, illarumque exactionem committendam ipsis Commissariis, qui exinde post redditum suum teneantur utrique communicare quid actum fuerit.

Delegatum Generalem prædictum accedere debere congruis temporibus pro faciendis visitationibus nedum ad Officia istius Civitatis, Egr. scilicet Capitanei Justitiæ, & Prætorium, illudque Auditoris Generalis, & Judicis Monetarum, ac Datiorum, verum etiam ad Cancellarias utriusque Magistratus, pro peragendis iis, quæ ad rem Sportulariam necessaria videbuntur, ut in illorum implemento ejusdem industria, & diligentia à Senatu approbetur &c. Cesatus.

Ordo, ut in Civitate, & Districtu Cremonensi nemo pro Actis publicis conficiendis utatur opera Notarii, qui non sit de Collegio ejusdem Civitatis.

MDCXCV. Die xvii. Augusti.

CONquesti fuere in Senatu Notarii de Collegio Civitatis Cremonæ super inobservantia Statutorum ejusdem Civitatis, signanter in eo, quod attinet ad rogitus Instrumentorum, ex quo nonnulli uruntur opera Notariorum, qui non sunt de dicto Collegio contrà dispositionem dictorum Statutorum Cremonæ sub rubrica vigesima ab eodem Ordine approbatorum. Is Ordo hisce fraudibus, ac præjuditiis occurrere volens etiam pro omnimoda ipsorum Statutorum observantia, excitato prius Magnifico Prætore dictæ Civitatis, illiusque Judice juxtà Votum Regii Fisci, visisque eorum respectivè responsis etiam circà ab eis pertractata jussu Senatus cum illo Reverendiss. Episcopo, ut in actis, nec non auditis Abbatibus Collegii Notariorum hujus Mediolani Civitatis, intellectoque superindè non semel Fisci Regii Voto, & omnibus maturè perpensis.

Censuit servandam dispositionem Statutorum Cremonæ, & §. *Item statuimus, & præcipimus, quod nullus Notarius, qui non sit de Collegio*, & Collegii Notariorum ejusdem Civitatis sub rubrica vigesima §. *Nullus possit esse Notarius Actuarius ad aliquod Officium Civitatis*, & ita pro eorum observantia publicandum Edictum.

Mandat itaque Senatus ipse tenore præsentis sanctionis, & præcipit omnibus, & quibuscumque personis cujuscumque dignitatis, & conditionis, Universitatibus, & Collegiis Civitatis, & districtus Cremonæ, ne inposterum audeant sub quocumque prætextu, & causa in conficiendis quibuscumque Instrumentis, & actis publicis uti opera Notariorum, qui non sint de Collegio Notariorum dictæ Civitatis, & ipsismet Notariis de Collegio, ne audeant Instrumenta,

menta, & acta corrogare cum aliis Notariis, qui non sint de dicto Collegio, sed teneantur juxtà dispositionem memoratorum Statutorum, & Ordinum ipsa Instrumenta, & acta à Notariis de dicto Collegio rogari facere sub pœna scutorum ducentum pro qualibet vice, pro qua contrafactum fuerit applicanda pro tertia parte Fisco Regio, pro alia tertia parte Collegio, & pro alia tertia parte Accusatori, & alia etiam majori pœna arbitrio Senatus. Et ulteriùs ubi contractus celebrati Instrumenta, & acta contra formam dictorum Statutorum rogata, & corrogata fuerint, sint ipso jure nulla, & nullius valoris, & dictis Instrumentis, & actis nulla adhibeatur fides in judicio, vel extrà judicium, & ut omnibus innotescat publicari, & affigi ad loca solita ejusdem Urbis, & districtus, injungendo Magnificis per tempora Prætoribus, & aliis Judicibus ejusdem Civitatis, ut ordinata in præsenti Edicto inconcussè servari faciant, & contrà Contraventores ad prædictas pœnas procedant. 1695

Angelus Maria Maddius.

Ordo, ut Sportulæ solvantur Thesaurariis etiam in causis Delegatis.

MDCXCV. Die ii. Septembris.

CUm Senatus sub die 20. Julii, & 13. Augusti proximè elapsi nonnullas ediderit sanctiones in re Sportularia, quæ pro ejusdem rectà administratione, & ad tollendas corruptelas visæ sunt expedire, ne contingat in illarum executione oriri aliquam hæsitationem quoad causas delegatas, quæ licèt in sanctionibus prædictis signanter non fuerint expressæ, virtualitèr tamen in iis continentur; mandat propterea is Ordo, quod in quacunque causa, in qua Judex, seù quispiam alius fuerit delegatus, solutio Sportularum exindè provenientium fieri debeat in manibus Thesaurariorum, seu Deputatorum ad illarum exactionem tantùm, nec Notarii, aut Cancellarii ipsorum Delegatorum possint in ea quovis modo se immiscere sub pœna aureorum centum, & majori, etiam arbitrio Senatus. F. Cesatus.

Editto in materia delle Sportole.

ESsendo una delle particolari cure, con le quali il paterno zelo dell'Eccellentissimo Senato suole invigilare al compimento di giustizia, e all'indenità de' Particolari, l'indagare, se in materia di Sportole, o processi criminali, siano state commesse estorsioni, o frodi in pregiudizio delle Parti, o delli diritti destinati dalla Maestà del Re nostro Signore al medesimo Eccellentissimo Tribunale, e procurare con ogni modo più efficace, che quando siano state commesse, pervengano a notizia, a fine di castigare i colpevoli, e col castigo loro rimediare agli abusi nell' avvenire; perciò è venuto in parere si pubblichi il presente Editto.

Col quale si prescrive a qualunque Officiale, o Particolare abitante nel luogo, ove sarà affisso il presente Editto, che debba notificare al Dottor Francesco Bernardino Ravizza Delegato generale nella detta materia delle Sportole, nel termine, che dal detto Delegato sarà prefisso al piede dell'Editto, qualunque frode, estorsione, o pregiudizio, che avrà notizia, o saprà essere stara fatta negli anni passati in detta materia di Sportole da' Giudici, Tesorieri, Attuarj, Notari, Scrittori delle Curie, Officii, ed Officiali ordinarj, e Delegati nelle cause, e processi criminali, e dependenti a Giudici ordinarj, o Delegati, sotto pena a chi non notificarà nel detto termine ad arbitrio del medesimo Eccellentissimo Tribunale, e dover poscia detto Delegato generale prendere le informazioni, e farne poi distinta relazione al medesimo Tribunale Eccellentissimo, per prendere sopra ciò quelle provisioni, che stimarà più proprie per compimento di giustizia, al qual effetto si è ordinato al detto Delegato generale, che si porti nelle parti, che dal medesimo Senato Eccellentissimo gli saranno assegnate.

Concedendosi pure con questo Editto l'impunità a qualunque Complice, il quale nel detto termine notificarà dette frodi, estorsioni, o pregiudizj, purchè non sia Giudice, o Officiale come sopra.

E acciocchè non s'abbia a tralasciare per qualche rispetto, veruno di propalare gli aggravj, estorsioni, e pregiudizj seguiti, si promette d'esser anco tenuti segreti quelli, che non volessero esser nominati, bastando che somministrino al medesimo Delegato generale tutti gl' indizj possibili per poter mettere in chiaro tali aggravj, e concussioni.

E dell' affissione, e pubblicazione di questo Editto nella presente, e nelle altre Città, e parti di questo Stato, ove si porterà detto Delegato generale, e ne dovrà formar rogito. Milano li 7. Ottobre 1695.

C. M. Maddius.

Ordo

Ordo pro Thesaurariis Sportularum.

1696 MDCXCVI. Die xxvi. Januarii.

PRoposita in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnificum D. Com. Senatorem Trottum delegatum, i formatione facta per Egr. ejusdem Ordinis Thesaurarium circà ulteriorem provisionem in materia exactionis Sportularum ob defectum Thesaurariorum, qui in Curiis præcipuè Majoris Magistratus onus ejusdem exactionis subire velint, & valeant, ac super aliis ad eandem rem spectantibus juxtà eidem demandata, & prout in dicta informatione continetur, omnibusque diligenti exami e perpensis.

Censuit Senatus approbandos esse Thesaurarios Cremonæ, Papiæ, & Laudæ, ità tamen, ut pro illis teneantur eorum respectivè substituentes, seù eligentes juxtà Ordines pro solutione facienda Sportularum singulo trimestri, & de fideliter eorum Officium exercendo, & Thesaurarius Senatus Excellentissimi curet, ut adamussim rectè, & fideliter in umbant exactioni, ac solutioni earundem juxtà Ordines.

Respectu Curiæ Novariæ, eundem Prætorem curare debere exactionem Sportularum, earumque solutionem singulo trimestri faciendam, & Thesaurarius Senatus curet, ut omnia ritè, & sedulò adimpleantur juxtà Ordines.

Respectu Domus Ossulæ, præstita idonea fidejussione, admittendum Joannem Lucinum, quem proposuit Egr. Thesaurarius ad munus Thesaurarii pro exactione Sportularum, sin minùs teneatur Prætor ad eas exigendas, & solvendas ut suprà, & juxtà Ordines.

Idem servandum respectu personarum, quas pariter proposuit idem Egr. Thesaurarius in Officiis Seprii, Varisii, & Cumi.

Quo verò ad Officium Marthesanæ teneri eundem Vicarium ad exactionem Sportularum, & solutionem singulo trimestri.

Et pariter idem servetur in reliquis locis recensitis in dicta informatione, & Thesaurarius Senatus adhibeat omnem diligentiam, curetque, ut diligenter, & fideliter omnia respectivè, ut supra sequantur, & serventur juxtà pariter Ordines in hac materia editos.

Federicus Cossa pro Egr. Arbona.

Ordo super materia Sportularum.

MDCXCVII. Die ix. Martii.

1697 REferente Magnifico Senatore Don Cæsare Vicecomite in materia Sportularum Delegato in Excellentissimo Mediolani Senatu supplicem libellum eidem per Petrum Antonium Latuadam porrectum, quo exposuit se gravatum non parum censeri in summa librar. 5128. 12. 9. per Egregium Thesaurarium ejusdem Amplissimi Ordinis taxata pro Sportulis Ordinationis per dictum Latuadam obtentæ ab Amplissimo D. Senatore Vicecomite, & Egregio D. Capitaneo Justitiæ Condelegatis, scilicet *suspensa criminalitate causam civiliter cognoscendam* occasione processus contrà eumdem Latuadam instructi ad querelam Fratrum de Antoniottis, exponentium dictum Latuadam malè, & dolosè se gessisse in negorio, quod exercebat in communione cum dictis querelantibus, & ut ex dicto supplici libello, & voto dicti Egregii Thesaurarii in calce ejusdem exarati una cum Taxa Sportularum cum eodem voto exhibita, super quibus die 18. Januarii proximè præteriti decrevit dictus Amplissimus Pater Vicecomes *facto priùs deposito penès Thesaurarium Officii dicti Egregii Capitanei Justitiæ, dictum Egregium Thesaurarium informare debere*, prout dictum depositum factum fuit per dictum Latuadam.

Referente quoque alium supplicem libellum eidem Amplissimo Patri Vicecomiti per eundem Latuadam denuò porrectum ad effectum, ut donèc cognosceretur de ejus juribus circa memoratam taxam, mandaret Thesaurario Officii dicti Egregii Capitanei Justitiæ, ut abstineret à distributione dicti depositi, quo in Senatu per dictum Magnificum D. Senatorem Vicecomitem proposito die 30. Januarii proximè præteriti, dictum fuit: *remittantur omnia ad Egreg. Thesaurarium Senatus, coràm quo Partes faciant sua incumbentia termino dierum octo, & referat cum voto*.

Itèm referente rationes juris, & facti deductas, & alatas per dictum Latuadam pro executione decretorum ur suprà dicto Egregio Thesaurario Senatus adversùs dictam ejus taxam una cum annotationibus, & responsis ad singulas dictarum rationum ut supra per dictum Egregium Thesaurarium factis, & datis cum ejus voto tenoris sequentis, videlicet:

Illustrissimo Signore.

Pietro Antonio Latuada umil. ser. di V. S. Illustriss. vien caricato per conto di Sporrole per il decreto seguito sopra li due voti Fiscali a relazione di V. S. Illustrissima nella causa del processo construtto ad instanza delli Fratelli Antoniotti sopra titoli numero 74., pretendendo la somma di lir. 5128. 12. 9., il che pare così strano al

al Supplicante, che dovendo anche lui fare le sue diligenze per accertare il dovuto di ragione, ha pensato ricorrere a V. S. Illustrissima

Umilmente supplicandola voglia degnarsi concedergli quel termine le parerà a fare le sue incombenze, affinchè il Supplicante non resti aggravato più del dovuto per giustizia, il che spera ec.

18. *Januarii* 1697.

Facto priùs effectivo deposito penès Thesaurarium Officii, Egr. Thesaurarius informet cum voto.

Signat. Don Cæsar Vicecomes.

1697. 23. Januarii.

Exposuit Supplicans Latuada in suprascripto eius supplici libello fortasse ex summa taxata per Thesaurarium Senatus Excellentissimi, & pro qua nunc pulsatur à Thesaurario Officii Egr. Capitanei Justitiæ, posse sentere aliquod gravamen, petens propterea sibi aliquam dilationem concedi ad faciendâ sua incumbentia; dictus verò Thesaurarius Senatus Excellentissimi pro majori fundamento suæ taxæ, dicit ad eam devenisse inspecto priùs, & examinato toto processu, & successivè recognitis tot libris vulgo di Cassa, Scartapazzo, Copialettere, aliis tribus, vulgo Mastri per dictum Latuadam conscriptis spatio annorum decem, unà cum diversis annotationibus, fasciculis litterarum, ac alio libro vulgo parìtèr Mastro ultimo loco per Rationatorem Fagnanum, de consensu Partium electo, composito ad effectum, ut sibi magis, magisque de ommissis parcellis, & veritate earundem constaret, de quibus omnibus in dicto processu fit mentio. Consideravit exindè dictus Thesaurarius dispositionem Ordinum contentorum in Cod. Sport. fol. 50., & præscripta in taxa generali cap. 35., de quibus etiam facta legitur mentio in dicta eius taxa, quæ hic datur sign. A. Undè sentit Thesaurarius Senatus insubsistens esse omne dubium gravaminis, & proindè Thesaurarium dicti Officii ad ulteriora procedere debere contrà dictum Latuadam supplicantem pro consecutione dictarum Sportularum in summa ut suprà taxata, se tamen &c.

Subscr. Oliverius Thesaur.

Consideratis resultantibus ex processu per Illustrissimum D. Senatorem Don Cæsarem Vicecomitem, & Egr. D. Capitaneum Justitiæ Condelegatos instructo ad querelam Caroli Francisci, & Bernardi fratrum de Antoniottis contrà Petrum Antonium Latuadam, eo quià ipse Latuada in præjudicium societatis inter se, & dictos Fratres Antoniottos innitæ usquè de anno 1681. ommiserit diversis temporibus per cursum annorum decem quamplures parcellas capitalis exactas à diversis personis ad numerum septuaginta quatuor annotare in libro Capsæ communis, ad effectum defraudandi Socios de iisdem capitalibus in summa ferè librarum centum mille: considerata ideò 1697 dispositione Ordinum Senatus Excellentissimi registrat. in Cod. de Sport. pag. 50., quod pro tot delictis, etiam si sint ejusdem generis ex intervallo commissis, tot quoque debeantur honoraria, sentit infrascriptus Egr. Thesaurarius, & Delegatus, Sportulas exigendas esse pro qualibet ex dictis ommissionibus, & sic pro septuaginta quatuor cap. in corp. juxtà taxam generalem in cap. 35. attenta qualitate Ordinationis per præfatos DD. Condelegatos faciendæ favore dicti Latuadæ pro executione sententiæ Senatus Excellentissimi diei 3. mensis currentis, in qua sancitum remanet, ut *suspensa criminalitate, causa civilitèr cognoscatur* sequendo etiàm dispositionem Ordinum Senatus Excellentiss. in hac materia editorum sub die 6. Aprilis 1691. pag. 132. registr. in dicto Cod. de Sport. in hunc modum, videlicet:

Illustrissimo D. Senatori Vicecomiti Delegato pro dictis septuaginta quatuor tit. in corp. ut supra	lib. 314. .
Et pro visionibus quadraginta duabus habita ratione ad fol. processus, actuum, & librorum in eo enuntiatorum, atque recognitorum, juxtà Ordines prædicti diei 6. Aprilis 1691.	lib. 252. .
Dicto Illustrissimo D. Senatori Vicecomiti	lib. 566. .
Egr. D. Capitaneo Justitiæ	lib. 566. .
Egr. DD. Fiscalibus	lib. 283. .
Senatui Excellentissimo	lib. 1415. .
Pro detrimento monetæ	lib. 943. 6. 8
Pro actis	lib. 31. 10.
Pro processu habita ratione ut suprà in fol. 1400. in rationem fol. 12. pro singulo fol.	lib. 840. .
Ostiario	lib. 7. .
Pro agiis	lib. 232. 11. 9
Et pro præsenti taxa	lib. 244. 4. 4
In totum de moneta currenti	lib. 5128. 12. 9

Mediolani die 14. Januarii 1697.

Subscrip. Oliverius Thesaurarius Senatus.

Illustrissimo Signore.

Non essendo stato possibile all' umiliss. serv. di V. S. Illustrissima Pietro Antonio Latuada di poter far legger nel Senato Eccellentissimo una sua supplica, nella quale sono espresse le sue ragioni circa la tassa delle Sportole in somma di lire 5128., e come in fatti per l'ordinazione *suspensa criminalitate, causam civilitèr cognoscendam*, a causa che gl' Illustrissimi Signori Senatori Lettori nel fine del mese sono gravati di molte Suppliche, acciò il deposito fatto d'ordine di V. S. Illustrissima in mano del Tesoriere Pichinino resti in piedi fin tanto, che non siano sentite le

1697 sue ragioni, ricorre alla clemenza, e giustizia di V. S. Illustrissima

Umilmente supplicandola degnarsi ordinare al detto Tesoriere Pichinino ritenghi in sospeso il detto deposito senza passarne alla distribuzione fin tanto, che le ragioni del Supplicante siano sentite in Senato Eccellentissimo, il che spera seguirà in breve, e spera ec.

30. *Januarii* 1697.

L. Remittantur omnia ad Egr. Thesaurarium Senatus, coràm quo Partes faciant sua incumbentia termino dierum octo, & referat cum voto &c.

Signat. Vicecomes.

P. P.

P. R.

Rationes juris, & facti deductæ Egr. Thesaurario Senatus Excellentissimi adversùs taxam Sportularum factam in præjuditium Petri Antonii Latuadæ.

Prætendentibus Carolo Francisco, & Bernardo fratribus de Antoniottis, Petrum Antonium Latuadam malè, & dolosè se gessisse in negotio materno sermone *di ricevere, e spedire* cum aliis dependentibus, quod exercebant in communione sub nomine *di Bartolomeo Faraudi, e Compagni*, nec non plures parcellas scientèr ommisisse describere in libro *di Cassa*; animo fraudandi dictos fratres, criminalitèr exposuerunt coràm Egr. Capitaneo Justitiæ hujuscemodi factum instando, ut contrà Latuadam procederetur de mala, & dolosa administratione, & approbatione parcellarum ad sui tantùm utilitatem.

Supèr istà expositione assumptæ fuerunt informationes, & ad instantiam Exponentium Condelegatus fuit Amplis. Pater Vicecomes, & cum dictus inculpatus detineretur in Carceribus alia de causa, licèt injustissima, ut est notorium, fuit sequestratus per dictos fratres, & expost dimissus mediante fidejussione de stando, & parendo juri, & judicatum solvendo, & finè examine, nec aliis peractis diligentiis.

Instante Latuada declarari rem habere originem à facto civili; impugnantibus Antoniottis, excitatus fuit Regius Fiscus, qui bis fuit in voto causam civilitèr cognoscendam suspensa criminalitate.

Post diuturnum temporis lapsum, propositis votis prædictis in Senatu Excellentiss. per Ampliss. Patrem Vicecomitem censuit idem Ordo juxtà Vota Fisci.

Delata Ordinatione Thesaurario Pichinino pro habenda taxa Sportularum, ipse, inaudito Latuada, habito primo colloquio cum Thesaurario Senatus, liquidavit Sportulas in grandiosa summa libr. 5128. 12. 9. computatis agiis Pichinini in summa librarum 232. 11. 3., & taxa Thesaurarii Oliverii in libris 244. 4. 4. ascendentibus in totum ad libras 476. 16.

Visa fuit Latuadæ humil. M. V. ser. maxima cum admiratione liquidatio prædicta nimis exorbitans, & talitèr aberrare, nedum à juris tramite, sed ab Ordinibus, & Statutis de materia disponentibus, nec non ab antiqua, & recenti praxi, ut omnino digna sit moderatione, & reductione à clementi, & suprema Justitia M. V.

Gravamina sunt patentia.

Tum quià agitur de facto ab initio, in progressu, & in fine merè civili, idest de unica administratione negotii communis habente pro sua materia objectiva, & finali unicum negotium *di ricevere, e spedire.*

Ergò expositio nedùm non habet principium criminalitatis, cum verificatio hujus criminationis dependeat à finali redditione rationum, quæ cum civilis sit, omnem excludit criminalem actionem, & præcipuè quando Latuada integram, & finalem redditionem adhùc non reddiderat Antoniottis.

Immò jam per Exponentes in comparatione civili pro tali habita, & declarata, ut infrà.

Sed nec etiàm dividi potest in plura capita, cum ommissiones in libro *di Cassa* ex adverso consideratæ tendant ad unum finem ad probandam scilicet dolosam administrationem, & dictæ ommissiones in expositione fuerunt positæ tamquàm media ad eundem finem, non tamquam capita criminum separata independentèr à dicto fine.

Hinc duo resultant.

Primò; quod pro facto in suo principio, medio, & fine merè civili, nemo exponi criminalitèr potest, nec minùs gravari ad solvendas Sportulas, nec ad succumbendum alicui pœnæ.

Non refragante Sportulas esse solvendas ex ordinatione *causam civilitèr cognoscendam*, ut in taxa Sport. in cap. 35. de anno 1658., ac etiàm pro ordinatione in casu suspensæ criminalitatis, ut ex decreto Senatus Excellentissimi 1695. 6. Aprilis, quod decretum continet tantùm declarationem circa mediam relationem, circà visiones, & processus, & circa solutionem Sportularum ab innocentibus æqualitèr cum Reis &c., & ut fusius ex eo &c., non autem in dicto decreto Senatus censuit talem fore modum, & formam titulorum.

Enim verò cum Ordinationes istæ exorbitent à juris dispositione strictè intelligi debent de ordinatione emanata ad favorem Rei jam peracti; at quia Supplicans fuit simplicitèr, & indebitè criminalitèr delatus pro facto de sui natura civili, non est comprehensus ejus casus sub dispositione dictarum ordinationum.

Nimis enim injustum esset eundem gravare pro Sportulis præcipuè in grandiosa summa pro facto, quod nullam cohærentiam, nec simpatiam habet cum criminali natura, alitèr si hoc daretur omnia negotia,

tia, omnesque societates finem haberent criminalem, quo exemplari publicum commercium in damnum S. R. M., & Subditorum huic Dominio detruncaretur.

Minùs obstat in ordinationibus prædictis disponi tot capita, tot Sportulæ.

Quia resolutio pendet ab eodem principio.

Secundò. Unitas negotiationis, unitas personarum, unitas finis in Administrante, & unica voluntas Exponentium tendens ad unicè gravandum Supplicantem de dolosa administratione, ut protestati fuerunt in petitione civili facta coràm Amplis. Patre Vicecomite sub die 30. Julii 1693. ibi: *Quibus stantibus dictus Adversans malè administravit prædictam negotiationem, & satis de fraude, & dolo constat &c.*

Insimul (inquam) considerata excludunt multiplicitatem delictorum, adeo ut unico tantum titulo dolosæ administrationis Sportula taxanda sit, non solum ex juris dispositione, sed etiam ex antiqua, & recenti observantia, cujus exempla infrà exarantur, ultrà alia infinita in libro *Giornale* Thesaurariorum existentia.

Nec Supplicans pro facto civili, & penitùs impunibili ad imparia debet judicari, & plus gravari, quam gravati fuerint Rei jam peracti in recensitis exemplis criminalitatem substantificè continentibus.

Pro actibus successivis ad eundem finem determinatum repetito dolo tendentibus non multiplicantur capita, sed tantum gravatur pœna, tamèn unica, juxta notoria juris principia.

Tum quià constans est in jure, quod pro sententia interlocutoria non habente vim deffinitivæ nulla debetur Sportula.

In casu Supplicantis impugnari non potest natura meræ interlocutoriæ sententiæ, suspensa criminalitate, dum non truncat negotium principale, nec substantiale emergens, sed expectat exitum judicii civilis.

Ergo super unico tantùm titulo, non verò super pluribus distribui debet Sportula.

Non reluctante ordinatione diei 6. Aprilis 1691. ibi: *ità tamèn, ut ubi contingat postea tolli absolutè criminalitatem, vel procedi ad ulteriora criminalitèr, fiat earum compensatio, nè ipsæ Sportulæ duplicentur.*

Nàm quidquid sit in aliis causis, in præsenti casu, cum notoria sit natura civilis actionis, ut quoque Pars Adversa protestata fuit in sua comparitione judicii civilis, cujus acta non habuerunt sub oculis Egr. Advocati Fisc. votantes.

Non dependet resolutio criminalitatis à futura aliqua ordinatione, sed ipso jure ruit, & evanescit.

Et disposita compensatio in dicta ordinatione in deffinitiva elusoria omnino remaneret, quando factum civile pro justificatione Supplicantis, & sui ootorietate eundem innocentem præmonstraret.

Tum quià ad omne pejus acervus 74. parcellarum, super quo Pichinious Thesaurarius Officii superfœtavit taxam ad numerum earundem, in facto non subsistit, cum plures parcellæ separatim per ipsum considerata sint annexæ, & una influat in alteram, adeo ut non sint plura capita diversa capacia multiplicationis Sportularum etiam remotis rationibus suprà exaratis, & semper reduci deberet pro justitia, tum quià munus non est Thesaurarii coacervare dictas parcellas, sed Rationatoris pro constituenda unica tantum summa totius damni. 1697

Tùm deniquè, quià Ordo Senatus Excellentiss. 1641. 14. Septembris pag. 50., & Ordo 1625. 11. Martii pag. 64. in Cod. Sportularum habuerunt expost contrariam constantem interpretationem, & observantiam, non obstante, quod in eis semper legitur de Reis peractis, non autèm de tantùm accusatis, ut videre est in pluribus taxis factis per Thesaurarium Senatus, & Delegatos, & præcipuè in actis Notarii Actuarii Arrigoni in Prætorio anni 1693. 28 Septembris, in quodam processu instructo coràm Spectab. Quæstore Cantono, & Egr. Prætore Abiati Crassi contrà plures Fraudatores Annonæ inquisitos de exactione cujusvis generis bladorum bis, & ter, diù, noctùque singulis hebdomadis, mensibus Januarii, Februarii, & Martii; undè si tituli erant computandi à numero bis, erant vigintiquatuor, & si à numero ter, erant trigintasex; Nihilominùs Delegatus generalis Ravitia sustinebat unum tantum esse titulum rationibus, & juribus in sententia diei 28. Septembris 1693. deductis, & Thesaurarius Senatus recedendo ab Ordine enuntiato in Cod. Sport. pag. 50., & 64. sustinebat gravandos esse dictos Inquisitos pro tribus titulis tantùm, ea ratione, quod deducta per Delegatum Ravitiam sunt ea metipsa, quæ faciunt ad casum Lattuadæ, ibi, §.

Quando si scorge nel Reo aver l'animo intento a commetter un delitto determinato, benchè si facci con replicati atti, & diversità di tempo, si dice un sol delitto, quod votum Thesaurarii approbatum fuit per Senatum Excell., ut ex injuncta sanctione, quæ exhibetur, quod exemplar facit statum pro Supplicante pro unico tantùm titulo, juxtà allegata per Thesaurarium, & circa pluralitatem similium Taxarum ad eruendam veritatem poterit Senatus Excellentiss. excitare Delegatum Ravitiam cum ejus juramento; Idcircò fortiùs in præsentiarum, agitur de Supplicante, cui ounquàm lis contestata fuit, quia consumptum non fuit delictum, & ratio plausibilis est, quoniàm dictus Supplicans si in libro Capsæ annotare ommisit aliquas parcellas debitorum, ut suppositum fuit à Querelantibus, attamen dictæ parcellæ adhùc apertæ erant in libro

Ooo 2 ma-

1694 mastro, pro quibus semper tenebatur reddere rationem, an exactæ, vel non fuissent in redditione calculorum, & ad effectum criminandi Supplicantem, necesse erat prius per dictos Antoniottos interpellare Supplicantem, an aliquid annotandi haberet, vel ne in libro Capsæ ad eruendum dolum, quibus rationibus non adest Criminalitas, ergò una cognitio, & unica solutio.

Concurrentibus itaque tot, tantisque rationibus, exemplis, & fundamentis, non potest executioni demandari dicta taxa respectu quantitatis titulorum.

Non ommissis autèm aliis tribus gravaminibus; unum nempè tot visionum; aliud verò ingentis quantitatis foliorum processus; tertium enim mercedis taxæ Thesaurarii Senatus.

Respectu visionum ad num. 42., ut tantæ sint, computati fuerunt libri, epistolæ, & similia concernentia negotium, quæ fuerunt considerata ab Accusatore corpora delictorum, quod dato, & non concesso, Supplicans in aliquo delinquisset, corpora delictorum debent considerari, & non pro illis actis, qui cadunt sub cognitione Judicis, quia in hoc casu merè cadunt sub cognitione Rationatoris, per quem innitis calculis unum tantum gravamen librarum centum mille circitèr erit excitatum Supplicanti, ut asserit Thesaurarius Senatus, & sic dictæ visiones reducendæ erunt ad numerum illorum foliorum, & actuum, qui merè cadunt sub cognitione Judicis, & non aritmeticorum, ut in similibus cum aliis fuit practicatum.

Respectu quantitatis processus eadem ratio militat, quæ pro visionibus ut suprà, & ad ratam visionum solvendus erit processus.

Quo ad tertium pro taxa Thesaurarii Senatus; cum non fuerit à Supplicante requisita non debetur, & si Thesaurarius Pichininus ad majorem sui ipsius experientiam, & si creatus Delegatus in re Sportularia, potuit æquè benè consulere Thesaurarium Senatus absque gravamine Supplicantis, quoniam si hæc praxis introduceretur, esset dirimere auctoritatem Thesaurario Senatus faciendi revisiones ad instantiam Partium, quia fatuus esset dictus Thesaurarius si recedere vellet à prima taxa facta inaudita Parte, pro qua jam habuit salarium.

Hæc omnia deducta fuerunt oretenùs, & in scriptis Egreg. Thesaurario, nullatenus unum, & idem est, quoniam aliud responsum non dedit Supplicanti, quàm munus suum esse conficere taxas super Ordinibus, non autem teneri ad justam interpretationem dictorum Ordinum, tunc Supplicans recessit sine fructu deductorum, quia si Egr. Thesaurarius non tenetur ad interpretationem dictorum Ordinum, quomodo fieri possunt taxæ, nam si fient tantùm super consuetudine, illa est contraria. Allegavit ultimo loco Egr. Thesaurarius suprà memoratum Ordinem 11. Martii 1625. in Cod. ad pag. 64., cui non respondit Supplicans, dum ut suprà protestatus fuit idem Egr. Thesaurarius non teneri ad interpretatiouem, nunc respondet M. V., ille Ordo loquitur pro examinibus Reorum, qui spontè se constituunt impicti in eodem processu de pluribus delictis diversi generis, vel etiam ejusdem pro intervallo ommissis, tot debentur honoraria, quod sunt delicta à verbo *censuit* pro examinibus usque ad illud diversi generis, non est ad nostrum casum, à verbo *ejusdem ex intervallo ommissis*, idem est commissis cum pluribus personis, & ut suprà dictum est in illo allegato in pag. 50.

Proùt, & in casu Christophori Galli, qui in sua decoctione, multi passi fuerunt gravamina, & non unus tantùm.

Quibus omnibus retentis dicta fuerunt à fortiori pro explicatione Ordinum allegatorum ab Egr. Thesaurario, quæ quovis modo distant à nostro casu, dum illi solummodò tendunt pro examinibus Reorum spontè constitutorum, & pro ordinatione relaxatoria Rei constituti, & similium, non autèm de casu Supplicantis, quod est de transferendo processu de loco ad locum cum sola cognitione naturæ causæ.

Quapropter Supplicans Latuada sperat ad tollenda talia gravamina condignam provisionem, quod &c.

1697. 9. Februarii.

Decrevit Senatus Excellentissimus ad supplicem libellum Petri Antonii Latuadæ, quo exposuit se gravatum à sportulis per Thesaurarium ejusdem Amplis. Ordinis taxatis in summa librar. 5128. pro titulis eidem adscriptis in processu, & petiit interim, & donèc cognoscatur de ejus juribus, depositum earundem factum penès Thesaurarium Officii Capitanei Justitiæ stare in suspenso, & ut ex decreto tenoris sequentis videlicet:

30. *Januarii* 1697.

L. Remittantur omnia ad Egr. Thesaurarium Senatus, coràm quo Partes faciant sua incumbentia termino dierum octo, & referat cum voto.

Exindè die septima Februarii subsequentis manè comparuit dictus Latuada, & cum eo J. C. Andreas Galbiatus ejus Patrocinator, coràm dicto Thesaurario Senatus, opponendo, & deducendo præsentibus Pichinino Thesaurario Officii, & Confalonerio Notario causæ, ad eundem effectum interventis, ut infrà, nempè.

Agi de facto ab initio, in progressu, & fine merè civili.

De unica administratione negotii communis, & sic de facto continuato.

De expositione, quæ non habet principium criminalitatis ex eo, quod verificatio hujus criminalitatis pendet à finali redditione rationum.

De ommissionibus, quæ in plura capita dividi

dividi non possunt, tamquam tendentibus ad eundem finem, & ad probandam dolosam administrationem.

Et successivè, quod Ordo 1641. 14. Septembris intèr alios ut infrà enunciatos, haberit interpretationem, & observationem contrariam in pluribus taxis factis per dictum Thesaurarium Senatus Excellentiss., & Delegatos, præcipuè in actis Notarii Actuarii Arrigoni in Prætorio anni 1693. 28. Septembris contrà plures Fraudatores Annonæ de exactione bis, ter, noctùque, singulis hebdomadis, mensibus Januarii, & Martii, à quibus & si Delegatus Generalis J. C. Ravitia sustineret, unum tantum esse titulum, rationibus per eundem J. C. Delegatum Ravitiam in sententia deductis, exactæ fuerunt nihilominùs Sportulæ, pro capitibus, juxtà votum dicti Thesaurarii, nulla habita ratione ad deducta per dictum J. C. Delegatum Ravitiam, ibi: *Quando si scorge nel Reo l'animo intento a commetter un delitto determinato, benchè si facci con repplicati atti, & diversità di tempo, si dice un sol delitto*, proùt supponit dictus Latuada nunc in suo casu.

In reliquis impugnando quantitatem sol. processus, visiones, ac mercedem Thesaurarii pro taxa ab eo facta, & ut ex actu exceptionum coràm dicto Thesaurario per dictum Latuadam propositarum in allegatis, & deductis ut suprà.

Verum ad demunstrandum, teneri dictum Latuadam, non obstantibus per eum deductis ut suprà, ad tot solutiones Sportularum, quot sunt capita ommissionum, parcellarum, in præjuditium Societatis, de quibus processatus reperitur, deducuntur per dictum Thesaurarium Senatus Excellentissimi infrascriptæ declarationes.

In Cod. Sport. fol. 8. habetur Ordo diei 8. Martii 1595. Censuit Senatus, ubi agatur de delictis diversi generis, vel etiàm ejusdem, quæ ex intervallo commissa sint, ut eo casu pro singulis delictis, solvantur quoque singula honoraria; Si verò delicta facta sint eodem tempore, & ad eundem finem tendant, cum delinquentes teneantur solum pœna majoris delicti, statuit ut tunc unicum tantùm debeatur honorarium.

In eodem Cod. pag. 20. die 11. Martii 1595. decrevit Senatus, ut in causis Criminalibus, ubi agatur de delictis diversi generis, vel etiàm ejusdem, quæ ex intervallo commissa sint, pro singulis solvantur quoquè singula honoraria.

In eodem Cod. Sport. fol. 50. tergò declaravit Senatus sub die 14. Septembris 1641. Philippum de Monte impictum de Usuræ crimine, teneri ad solutionem Sportularum pro tot cap. quot sunt delicta.

In eodem Cod. fol. 64., & 65. declaravit die 7. Octobris 1643. Jo. Baptistam Balbianum Reum de nonullis suppressionibus, & immutationibus in præjuditium Marci Antonii Cribelli inhærendo decreto Excellentissimi Senatus diei 11. Martii 1625. in eodem Cod. registrato pag. 20. teneri ad tot honoraria, quot sunt delicta dictarum suppressionum, & immutationum. 1697

Itèm in eodem Cod. fol. 132. sub die 6. Aprilis 1691. legitur Ordo, quod in casu suspensæ tantùm Criminalitatis; juxtà normam taxæ in cap. 35. solvantur Sportulæ.

In taxa autem generali dicto cap. 35. habentur declarationes sequentes videlicet:

Per le dichiarazioni, che la causa abbi origine da contratto, o sublata Criminalitate, civilitèr esse cognoscendum; overo causam, & Partes esse remittendas ad Judicem Civilem, o simili, che operano l'istesso effetto, si ha da pagare per ciascun capo, e ciascun Processato.

Itèm in eadem Taxa cap. 56.

Per rispetto poi di quelli, che rubbano diverse volte a' lor Padroni, o ad altri, a' quali servano, hanno da pagare le Sportole, non però in capitale per ciascun delitto distinto, pro re, vel tempore, eziandio con la relazione, se saranno indiziati, o fatti Rei, come di sopra alli num. 28. 29. 30. 31., & 51. dictæ Taxæ generalis.

Itèm cap. 57.

E lo stesso per rispetto di chi ajuta, o tien mano.

Itèm cap. 58.

Essendo processato alcun' Amministratore, o Deputato di Comunità, o Luogo Pio, o d'altri, che avesse impegnato, o venduto dieci, o più pegni di persone diverse, alla sua cura commessi, in una, o più volte, ha da pagare per ciascun capo.

Additur, quod in causa Christophori Galli processati ab Egr. D. Capitaneo Justitiæ de duodecim cap. vulgò *di furto* in præjuditium diversorum, fuit declaratum tàm respectu propositionis in Curia, quàm ejusdem Galli liberationis, deberi tot solutiones Sportularum, quot capita delictorum.

Siquidem exactio Sportularum vim habere incipit à quantitate, numero, & qualitate capitum delictorum, quæ ex querelis, expositionibus, denuntiis, & alitèr ad Officium Maleficiorum delatis, & ex informationibus superindè sumptis, promant, & ratione cognitionis, quam adhibet Judex super eorundem capitum singularitèr, & debitè refferendo existentia, sivè insubsistentia, tot solutiones Sportularum, quot sunt capita delictorum, præstandæ sunt, juxtà præscripta in dictis Ordinibus.

Quod autèm memorati Ordines egeant interpretationibus, & argumentis à contrario sensu, proùt ex parte dicti Latuadæ præsumitur, non videntur iidem Ordines Thesaurario tàm obscurè loqui, dùm clara est eorum dispositio, & observantia.

Taxæ, quæ allegantur ad exemplum, nec minùs faciunt ad casum dicti Latuadæ, cum

1697 cum aliud fit in nonnullis casibus, quibus contingat aliquem per tres menses delinquere, reiterando actus bis, vel tèr in hebdomada, sed absquè eo, quod sciantur nec dies, nec certæ, ac individuales qualitates actuum, prout sunt casus, qui in exemplum allegantur; ex ea enim incertitudine necesse est aliquem determinatum numerum pro aliqua habenda regula constituere, aliud verò, & dolosè, & fraudolentèr, ut Querelantes deposuerunt, Latuadam ommisisse parcellas, quæ singulæ continent certam summam, diem, mensem, & annum, & nomen Debitoris certi, & quæ intervallo temporis exegit, & exactæ dicuntur à diversis personis diversis de causis, quæ omnia habent suas certas quantitates, omnesque alias distinctas, & proprias circumstantias, ultrà quod diversitas est inter delicta procedentia à Proclamatibus, & publicæ causæ præjudicialia, cujusmodi sunt allegata exempla, pro quibus ex officio proceditur, & casum nostrum, in quo agitur de delictis privatis, quæ habent Querelantem, & Instantem. Die autèm 14. Novembris 1658. Senatus Excellentissimus, cum dubitatum fuisset in exactione Sportularum eidem Ordini debitarum pro liberationibus, quæ tunc fiebant virtute Decreti Gratiosi; utrum attendenda essent capita delictorum, licet pro pluribus unica tantùm condemnatio secuta fuerit, vel ipsa tantum condemnatio; Censuit tot solutiones accipiendas, quot capita delictorum distincta, qua sanctione attenta clarè demunstratur per unicam punitionem non minui numerum delictorum pro exactione Sportularum, pœnamque augeri secundum numerum eorundem delictorum.

Ratio autem exigendi Sportulas in antiquo, & indubitato jure habet ejus fundamenta, ut scripsere Doctores in eadem materia loquentes.

Non enim Sua Catholica Majestas ejus Reg. Litteris diei 23. Julii 1622. dupplicationem earundarum Sportularum concessisset Excellentissimo Senatui in augmentum salarii, quod tenuissimum erat, & sustinendi dignitati longè impar, scilicet singulis Senatoribus quingentorum ducatorum, & mille Præsidi ex dicta dupplicatione conflandorum, nisi ejus Regia Mens executionem habitura fuisset, dum consideravit non solum ex dicta dupplicatione salarium proventurum sufficiens, sed illam futuram etiam proficuam ad supplendos ejusdem Amplis. Ordinis usus, ut explicant eædem Litteræ Regiæ.

Hinc igitur quantum urgeat exactio dictarum Sportularum, ex dicta Regia Mente, & ex tenuitate emolumentorum, quæ à nonnullis annis retrò, & in præsens ab eodem Amplissimo Ordine percipiuntur, intelligi potest: nam expeditiones tàm Civiles, quàm Criminales ob Subditorum calamitates quotidiè decrescunt, & ob eandem causam multo magis minuuntur Sportulæ; adeout vix duo ex quatuor trimestribus eidem Amplissimo Ordini debitis in anno solvi possunt, indè sequitur, quod accuratè agendum, & procedendum sit tum in sustinendis dictis Sportulis, tum in curanda earundem exactione, ut hæc omnino fiat non recedendo ab observatione Ordinum, & præcipuè disponentium in casibus, de quibus suprà.

Deveniendo autem ad visiones, constantèr sustinet Thesaurarius eas in num. 42. per eum taxatas deberi, cum non semel, sed iterùm, atque iterùm revoluto processu contrà dictum Latuadam instructo, & attentè considerato numero librorum in eodem processu enunciatorum, & exhibitorum per Rationatorem electum ad calculos Societatis prædictæ, unà cum ejusdem Rationatoris examinibus magis, atque magis intentio dicti Thesaurarii fundetur.

Ex dispositione enim dicti Rationatoris habetur non tantùm numerus librorum, scilicet *di Cassa*, *Mastro*, *di Ricordi*, *de Conti*, *de Spedizioni*, *altro Mastro*, *Summariissimo*, *Scartapazzo*, *Copialettere Giornali*, *e Mazzi di lettere*, eosque, & singulos in progressu ejusdem examinis nominasse, & ostendisse ad magis ejus dicta comprobanda; sed etiàm permultas difficultates habuisse in inveniendis, & detegendis parcellis, quas ommiserat Latuada, & de die in diem novas parcellas ommissas, & in præjuditium de Antoniottis exactas per dictum Latuadam detegi, ut in processu fol. 85. tergo, ideoque tàm ex capite non annotati temporis, scilicet diei, mensis, & anni, in exactione dictarum parcellarum ommissarum, repertarum prius in dictis respectivè aliis libris *de Ricordi*, *de Conti*, *Spedizioni*, *Scartapazzo*, *Copialettere*, *di Spese*, *e Lettere*, quam ex capite non annotatarum earundem parcellarum in libro Capsæ cum eadem distinctione maximum præjuditium, & grave damnum dictos Antoniottos sensisse, & sensuros esse, tàm respectu interusuriorum, quàm obligationis accipiendi ad cambia pecunias, dùm Capsa semper Creditrix apparebat, & ipsi Antoniotti de nihilo disponere poterant in eorum indigentiis, ut ex processù à fol. 76., usque ad fol. 88., in quibus reassumptis præcedentibus examinibus interrogatus denuò legitur dictus Rationator de causis, & scientia ommissionis dictarum parcellarum exactarum, & distinctè respectu temporis non annotatarum in libris respectivè, ut suprà dictum est; undè cum sub cognitione Judicis dicta Testium cadant, & per eum ponderari debeant, an sint relativa recapitis, & libris per dictum Rationatorem enunciatis, & exhibitis, ut suprà, proculdubio visiones pro rata fol. ad quæ dicta recapita, & libri ascendunt

(pro

1697

(pro illis tamèn foliis, & actis, quæ ad calculandas dictas visiones requiruntur, & pernecesse sunt consideranda) debentur Judicibus, & Senatui Excellentissimo. In dubium etiàm revocari non potest, quin documenta, & alia acta, quæ probant corpus delicti debeant comprehendi in visionibus, ut disponunt Ordines Senatus Excellentissimi in cap. 35. Taxæ generalis, & alii editi ad Votum Delegati Cotromani die 13. Novembris 1679. supèr precibus Protectorum Carceratorum Cremonæ, & quia contrarium, quod prætendit dictus Latuada longè à veritate, praxi, & à jure aberret.

Considerata igitur multiplicitate dictorum librorum, ultrà alios per multos ejusdem Societatis, quos revolvit dictus Rationator electus ex eo magis, quod libri Capsæ, ut dictus Rationator deponit in processu à fol. 43. tergo usque ad 45., regulati à dicto Latuada, & curæ ejusdem omnes involuti reperiebantur, pleni parcellis, aliis glosatis, aliis vulgo *Stornate*, aliis dupplicatis, ultrà alios errores calculi, & summas erratas, non ad alium finem, quam ut dictus Latuada semper appareret Creditor Capsæ, & quod libri vulgo *Giornali*, ut in eodem processu fol. 55. tergo, non potuerint per dictum Latuadam propria manu conscribi, nisi cum magna suspicione Societatis; junctisque simul processu, & actis exhibitis pro certo tenet Thesaurarius potius moderatè, quam rigorosè se gessisse in taxandis dictis quadraginta duabus visionibus, & ideò ad eas solvendas, Latuadam adigendum sentit.

Quo ad mercedem processus, ea etiàm sustinetur favore Notarii juxta taxam ejusdem Thesaurarii Senatus, cum à quantitate foliorum ejusdem processus, & Actorum procedat quantitas visionum pro Judicibus, & Senatu Excellentissimo jàm ut suprà taxata.

Prout & merces dicto Thesaurario Senatus est debita pro taxa Sportularum ut suprà per eum facta, non obstantibus per Latuadam oppositis scilicet, quod onus calculi incumbat Thesaurario Officii, qui ubi nesciat, imputet sibi, & quod per dictum Thesaurarium Senatus ad hujusmodi taxam deveniri non potuerit, nisi fuisset per dictum Latuadam petita priùs revisio; Agitur enim de provincia taxandi Sportulas, quæ semper facultativa eidem Thesaurario Senatus, & Delegatis fuit, nunc autèm prælativè declarata eidem Thesaurario Senatus, qui antequam de quantitate Sportularum per dictum Latuadam solvenda deliberaret pernecesse existimavit, se die 13. Januarii proximè præteriti, unà cum Notario causæ, & Thesaurario Officii conferre ad domum Rationatoris (ad ponendos calculos dictæ Societatis electi) pro inspiciendis libris, de quibus ut suprà facta fuit mentio, penès eundem Rationatorem existentibus, quorum habita condigna ratione, & insupèr ex processù resultantium, habitisque coràm se non semel, sed iterum dictis Thesaurario Officii, & Notario causæ, eisque auditis, ad earundem Sportularum taxam devenit, contrà quam nunc reluctatur dictus Latuada, qui tantò magis (credendum est) reluctatus fuisset contrà Thesaurarium Officii, si is pro ejusdem summæ solutione ante taxam dicti Thesaurarii Senatus, eundem pulsasset, ultrà quod ex particulari jussione dicto Thesaurario Senatus in expeditione causæ dicti Latuadæ injunctà, eandem taxam perfecit, & solidum unum tantum pro singula libra taxati sibi diudicavit, nulla habita ratione, quod visis libris processuum, Delegati duos accipiant, ut notorium est, & observantia docet; Undè cum dictus Thesaurarius Senatus ultrà visionem tàm exactam, & necessariam processus, actorum, & librorum, de quibus suprà, & in eodem processu fit mentio per multas alias diligentias adhibuerit, & labores sustinuerit, etiàm in accedendo denuò ad domum dicti Rationatoris die 25. currentis mensis Februarii ibi eo manè toto consumpto in diligenti revisione dictorum librorum, ne in taxandis dictis visionibus aliquod æquivocum, seu error irreperet, quod absit, dum potiùs, ut jàm dictum est, moderatè, quàm rigorosè recognovit se continuisse; non videt idem Thesaurarios quomodo possit impugnari ejus merces solidi unius tantum pro libra; nam non desunt Biennales tàm Majoris, quàm Minoris Magistratus, Thesaurarii, & alii Deputati ad exactionem Sportularum, adeuntes dictum Thesaurarium Senatus pro reportandis ab eo taxis, nulla interveniente Partis instantia, nec requisitione, & hoc pro majori cautione, ut dicunt, summæ per eosdem exigendæ pro sportulis, & dependentibus &c.

Dum Taxa generalis cap. 35. ut suprà allegata, respectu declarationum; *causam habere originem à contractu, vel sublata criminalitate, civiliter cognoscendam*, & sequen., & Ordo paritèr ut suprà allegatus diei 6. Aprilis 1691. in Cod. Sport. fol. 132. clarè declarant, quod etiàm in casu suspensæ tantum criminalitatis, solvantur Sportulæ ad normam præscriptam in dicto cap. 35. Taxæ generalis, corruunt per dictum Latuadam ultimo loco deducta in contrarium, cum ejus casus non distet ab his per dictum Thesaurarium jam ut suprà allegatis, & cum respectu pluralitatis capitum delictorum, tàm pro examinibus Reorum spontè constitutorum, quàm pro ordinationibus relaxatoriis eorum, eadem ratio militet dictæ pluralitatis capitum, quæ servatur in Ordinibus remittentibus causas ad Judicem civilem, & suspensam tantum criminalitatem declarantibus.

His

1697 His itaquè sic ut suprà stantibus, & firma semper, & in quocumque casu manente dispositione Ordinum ut suprà enuntiatorum, & aliis pro eorum omnimoda observatione per dictum Thesaurarium Senatus ut supra allegatis; sentit idem Thesaurarius, per dictum Thesaurarium Officii distribuendas pecunias penès eum per dictum Latuadam depositas, juxtà taxam ejusdem Thesaurarii Senatus Excellentissimi, non obstantibus per eundem Latuadam ut suprà deductis, se tamèn &c.

Subscripsit Oliverius Thesaurarius.

Omnibus maturè consideratis, ac benè perpensis,

Censuit is Ordo approbandum Votum Egr. Thesaurarii Senatus, non obstantibus deductis. F. Belingerius.

Ordo, ut Magnif. DD. Senatores in quocunque accessu faciendo pro munere Senatorio utantur opera alterius ex Ostiariis Senatus.

CAROLUS II, Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Ostiarii Senatus nostri, preces nobis dedere sequentes, videlicet:

Potentissimæ Rex.

Ostiarii Senatus Excellentissimi M. V. jamdiù postularunt, ut quotiescumque contingeret aliquem ex Amplissimis Patribus accedere debere pro munere ad exercendam aliquam delegationem, uteretur opera unius ex dictis Ostiariis, qui eidem Amplissimo Patri inserviret in quocumque accessu, & placuit M. V. annuere eisdem precibus, injungendo Amplis. Patri de Araciel, ut uteretur opera dicti Ostiarii in delegatione eidem collata in accessu ad Civitatem Cremonæ pro constructione processus M. V. noti; Ad normam prædictæ sanctionis dictus Amplis. Pater de Araciel in accessu superindè secuto usus fuit opera Ostiarii Galleræ, sed expost cum aliæ secutæ sint delegationes, tàm justa evanuit provisio, quod cedit non minus in grave detrimentum Senatoriæ dignitatis, quàm in præiudicium dictorum Ostiariorum humil. M. V. ser., qui proindè decreverunt ad M. V. confugere, illam humiliter exorando dignetur decernere in posterum in quocumque accessu ex Amplissimis PP. faciendo pro munere Senatorio, uti debere opera unius ex dictis Ostiariis, prout practicatum fuit, ac practicare assolent cætera Suprema Tribunalia, quod &c.

Quibus in Senatu nostro lectis, per has nostras de ipsius Ordinis Sententia, decernimus in posterum in quocumque accessu ex Spectab. Patribus faciendo pro munere Senatorio, uti debere opera unius ex dictis Ostiariis, & de hoc decreto volumus Cancellarios Spectab. Senatorum nostrorum moneri. In quorum fidem præsentes Sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die prima Junii MDCXCVII. F. Belingerius.

Ordo, ut Delegati Sportularum informationes sumant de denuntiis pro delictis, quæ remissione partis tolluntur, à Notariis in actis non redactis.

MDCXCVIII. Die x. Januarii.

1698 Senatui quoque visum est dignum animadversione, quod per Notarios in Officio Marthesanæ introductus mos fuerit recipiendi denuntias quasdam à Consulibus alatas pro titulis, qui dicuntur de Statuto, quive remissione tolluntur, & simul schedulas, quibus inest attestatio concordiæ inter partes secutæ media certæ pecuniæ quantitate, quibus attentis, denuntias ipsas in actis amplius non redigunt; Quæ omnia, tamquam legibus odiosa, Senatus ipse cum sæpè irrita declaraverit, potissimum in Ordinibus conditis sub diebus 22. Aprilis 1624., 10. Januarii 1686., & 30. Junii 1687., eo magis, cum sub hac levium specie, graviorum delictorum, in Justitiæ fraudem, occultari possint denuntiæ. Censuit idem Ordo Delegatis injungendum, ut super prædictis informationes sumant, & de resultantibus moneant Magnificos DD. Senatores Delegatos opportunè provisuros, aucta contra relatos Notarios pœna scutorum vigintiquinque, aliaque graviori ipsius Senatus arbitrio.

Cesatus.

Ordines pro recta Justitiæ administratione, ac justa Sportularum exactione.

MDCXCVIII. Die x. Januarii.

Et si pro recta justitiæ administratione plures per tempora emanaverint Ordines ad tollendos abusus, & corruptelas, quas ex nimia aliquorum calliditate, & pessima praxi introductas, multoties audivit Senatus: Nundum tamen satis consultum fuit, quin, accuente in dies malitia hominum ingenia, nova semper fraudatio-

num

num genera irrepferint, quibus ideò pro munere fuo occurrere volens is Ordo, ad fingula Capita, de quibus meminit relatio eidem facta per Delegatos in re Sportularum, fuper quibus etiam Egr. ipfius Ordinis Thefaurarium audivit, ejufque voto habito, fubfequentes fanctiones, condendas cenfuit, quamprimùm promulgandas, ad hoc, ut omnibus, fed præfertim Jufdicentibus, Actuariis, & Thefauearns, innotefcant.

Primò, in primis autem, cum obfervatum fuerit in Officiis potiffimùm Pheudalibus, & maximè in illis, in quibus vel Prætor, vel Notarius, aut neuter eorum fiftit in loco, deficere libros Caufarum Criminalium, qua de re permiffum non eft Delegatis, perluftrantibus Provinciam, ipfos libros invifere, ad hoc, ut conftet de omnibus ordinationibus, & liberationibus factis, & ad illarum normam fiat opportuna Sportularum liquidatio; mandat propterea Senatus, renovandos Ordines diei 22. Aprilis 1624., 26. Septembris 1675., & 30. Junii 1687., in hac materia editos, quibus cautum eft, teneri Jufdicentes, tàm Majoris, quàm Minoris Magiftratus, fub pœnis ibidem contentis conficere, & fervare librum, ut vulgò del *Battefimo*, in quo redigatur fideliter notula omnium librorum Criminalium, cumque confignare Delegatis tempore illorum acceffus, itaut in cafu contumaciæ, vel contraventionis liceat ipfis Delegatis procedere præceptis pœnalibus contrà Prætores, & Notarios, expreffa pœna aureorum bifcentum, & majori etiam arbitrio Senatus, eos quoque cogendo ad fiftendum in Carceribus Egr. Capitanei Juftitiæ, modò poft tranfmiffa præcepta non deveniatur ad aliquam condemnationem, quin prius re participata cum altero ex Magnificis Patribus in hac re Delegatis; Mandatque infuper Senatus, teneri Judices Majoris Magiftratus eundem monere de executione prænarratorum Ordinum.

Secundò, vifum eft dignum præcipuè animadverfione, quod in quolibet Officio quamplurimæ caufæ inexpeditæ reperiantur, & quod pejùs eft in permultis locis Pheudalibus adfint non modicæ accufationes, & denuntiæ, vel tantùm defcriptæ in libris, abfque ulteriori proceffu, fivè etiàm in ipfis libris infertæ, fed nundùm defcriptæ id, quod cedit in grave præjuditium Juftitiæ, ejufdemque adminiftrationis: Quocireà Senatus cenfuit renovandos Ordines diei 30. Junii 1687., & 14. Maji 1693., ne eorundem excidat memoria, & pro majori ipforum obfervantia, vult liceare Delegatis procedere contrà quofcunque conremptores, & contraventores, vel non adimplentes, mox refultantia referenda Magnificis Delegatis, opportunè provifuris, circà modum procedendi juxtà facti, & indiciorum qualitatem.

1698

Tertiò, licet diftrictè mandatum fit Jufdicentibus, quod procedi per eos debeat in caufis tàm Capitalibus, quàm Corporalibus, & pecuniariis, in quibus verfatur Regii Fifci intereffe, ufque ad conclufionem in ipfis, nihilominùs, eifdem fit mora, vel per gratiofa Pheudatariorum decreta, vel injungentia, nè ulteriùs quifpiam moleftetur, & fimilia, fivè etiàm admittendo poftulatos de criminibus ad fe defendendum per Procuratorem extrà Carceres, vel eofdem liberando præftita fidejuffione de ftando, & parendo juri; quæ omnia cum malè oleant, tùm apud Juftitiam, tùm apud ea, quæ fæpiùs refcripta funt in materia fportularum, defervientium pro alimentis ejufdem Juftitiæ; Renovatis ideò Ordinibus diei 26. Septembris 1675., & 4. Septembris 1681., in cafu autem contraventionis hifce non obftantibus, tribuit is Ordo facultatem Delegatis procedendi, modò fuperiùs expreffo.

Quartò, quamvis per Ordines pluries editos, & difpofitionem Taxæ generalis Sportularum cautum fit, quid, & quantum exigi debeat pro liberationibus, quæ fiunt in caufis criminalibus, apparuit fæpè tamen valdè exiguam per Jufdicentes aliquos Senatui referri fummam, eo fub prætextu, quod expeditæ fuerint defectu inftantiæ Partis; Jubet ideò Senatus teneri deinceps relatos Jufdicentes de integra Sportularum portione juxtà cafuum, & inditiorum qualitatem, non obftante memorata claufula, tanquam non apta ad immutandam tituli qualitatem: hocque decreto monet Delegatos, ut cafus particulares, & Auctores hinc retrò dictorum decretorum, & ordinationum, eidem Ordini referant, opportunè provifuro.

Quintò, fummoperè lædi vifum eft Senatui Juftitiæ miniftrationem. & fraudem Sportularum exercefcere, ex quo plures Jufdicentes per multas fecerint ordinationes, liberando Reos abfque impenfa, vel Carceribus mancipatos, ob Armorum delationem, & retentionem poft multos dies, approbantes nempè facultates quafdam arma deferendi, à Capitaneis Bladorum, aut Datiorum Imprefariis, datas antè, vel poft detentionem, aut proceffus inftructionem, alii verò ex Judicibus retardantes ad extremum relaxationis Detenti diem, Peritorum juditium, fuper qualitate armorum, undè interdum de vetitis in non vetita tranfmigrant, aliofque non detentos, fed de armorum quidem delatione indiciatos, fimilium facultatum fuffragio, liberant abfque impenfa; Quamobrem ftrictè mandat is Ordo, nullam in pofterùm habendam effe rationem earundem facultatum, nifi favore eorum, qui in actu detentionis, illas penès fe habentes, exhibuerint; & quo ad Proceffatos, dictas liberationes minimè valere, nifi

1698 facultates fuerint servatis servandis expeditæ, & registratæ in illis Officiis respectivè, in quibus registrandæ sunt; & quod respicit ad judicia Peritorum, nisi facta fuerint statim post acceptam referentis exhibitoris relationem, & antè processus prosecutionem; aut nisi in casu, quo aliter per Senatum in contrarium ordinatum fuerit; secùs gravandos esse Judices, qui eas fecerint, de integra sportularum portione, juxtà titulorum, inditiorumve qualitatem.

Sextò, non minus correptione dignos existimavit Senatus per plures Jusdicentes, qui non modo scienter, quàm dolosè sanctionibus Senatus ejusdem, & signanter diei 10. Januarii anni 1686. contravenientes, Reorum favore, frequentes fecerunt ordinationes liberatorias in causis tùm Capitalibus, tùm referibilibus, addita clausula, rebus stantibus, vel defectu indiciorum, nulla per eos servata spontanei constituti, vel Reorum eorundem examinis forma præscripta in recitato Senatus Consulto pro processus perfectione, adeò necessaria, iis præcipuè in casibus, in quibus adsunt inditia ad decernendam, vel decreta jam fuit captura, undè ex hac ommissione, tùm Justitiæ, tùm Sportularum recto regimini grave detrimentum quotidiè serpit; Ideo ne ulteriùs progrediatur, decrevit omninò recitatum, & alios servandos Ordines in hac materia editos, contraventoresque à dicta die 10. Januarii 1686. citrà, teneri ad integram Sportularum importantiam Senatui spectantem, juxtà facti, & inditiorum merita.

Septimò, ad tollendas hæsitationes, quæ multoties in foro versari audivit is Ordo, ex reportatis ad Fisci Votum rescriptis, ut Judices informent per litteras, seu rescribant merita causæ; affectando incongruam interpretationem, quod tantundem non debeatur pro hujusmodi relationibus, quantum solvi servatum fuit pro relationibus status causarum, ad præscriptum, in capite vigesimoquinto Taxæ generalis, eo quod relatio per litteras, restricta sit ad exiguam foliorum quantitatem; Considerato enim per Senatum, quod pro ea construenda, universum processum perlustrari necesse sit, nè superindè propterea sit ambigendum decretum est; In his casibus (ubi non rescribatur ex Officio) tot deberi Sportulas, & visiones, quot dictum capitulum vigesimumquintum Taxæ generalis exprimit, pari modo, & ordine solvendas, prout in relationibus definitivis, vel statuum causarum, regularique visiones juxtà quantitatem foliorum processus originalis.

Octavò, eget quoque Senatus provisione, introducta per aliquos Jusdicentes, corruptela circa Reorum spontaneum constitutum, non solùm in veritatis præjuditium, sed & Sportularum, dum effingentes delinquentium accessum ad Prætorium alia de causa vel privata, vel civili, ordinant in actis redigi relationem detentionis, licet anteà eorundem Reorum concordarint accessus, ipsique spontè comparuerint, cui versutiæ occurrere volens idem Ordo, mandat Delegatis, ut sumant superindè informationes, & ubi adsit fraus, vel doli suspicio, eundem Senatum moneant, opportunè provisurum.

Nonò, licet in Taxa generali capitulo 69. cautum sit, pro compositionibus, quæ per Judices fiunt, totidem Senatui, quot pro Curia exigi solet, erogari debere, ad eas omnes supprimendas, intellexit Senatus, nonnullos Jusdicentes, præcipuè in Provincia Cremonensi, fictas condemnationes in contumaciam versùs Communitatem, vel quos de jure, simulasse contrà Inquisitos, & tamen nec Communitati, nec interesse habenti, aliquid applicantes, pro se totam receptam à Reis pecuniam retinere; Quocircà Senatus præcipit in his casibus servandos utique dictos ordines, de quibus mentio habetur in Taxa generali Typis impressa.

Decimò, non sine gravi animadversione omittendus est, oè magis serpat, abusus, per aliquos parvi habentes Senatus sanctiones, in non describendo nummos in margine libri processus, & folii, ubi fiunt liberationes Reorum, ad finem utique occultandi veritatem, & nè in revisione librorum per Delegatos, de certa ab iisdem vel Thesaurariis, vel Notariis, recepta summa in sortem Sportularum, conveniri queant, quamvis per hunc Ordinem; sanctione diei 20. Julii 1675., pœna aureorum centum, & graviori illius arbitrio fuisse cautum, eos non lateat: Ideò vult iterùm renovari, & servari idem Senatus Consultum diei vigesimi Julii 1675., aucta adversùs contraventores pœna aureorum vigintiquinque, ac majori arbitraria ut supra; Itant contraventores de præterito teneantur etiam dicta pœna aureorum 25., & in futurum, etiam de arbitraria: Delegatis verò injunxit, ut contrà de præmissis noxios procedant.

Undecimò, ad notitiam quoque Senatus devenit, graviter Justitiam lædi, & Sportulis non leve parari discrimen, ex facili admissione attestationum, non modò indigentium, & pauperum, ac miserabilium favore, non servata dispositione Ordinum diei 26. Aprilis 1674., & 15. Maji 1675., sed quidem, ob eas admissas favore filiorum familias, quorum Genitores bona stabilia possident, prout & favore Syndicorum, Regentium, & Consulum Communitatum, de delicto in munere processatorum, aut Communitatis interesse respiciente, ac etiam Pistorum, Cauponum, Molendinariorum, Cupedinariorum, Negotiatorum, Trafficantium, & Artes quomodolibet exercentium, sub colore, quod stabilia,

ſtabilia, & iſti non poſſideant, licet aliundè facultatibus polleant, qua de re, ut ſciant omnes, quidnam deinceps ſervandum ſit; Senatus mandat, eas non eſſe admittendas atteſtationes favore filiorum familias, Conſulum, aliorumque ſuperiùs memoratorum, & in caſibus de quibus ſupra; & reſpectu admittendarum favore illorum, qui ſunt in caſu, eas omnes eſſe regiſtrandas ad calcem proceſſus originalis, effectus, ut per Delegatos occaſione eorum acceſſus, conſiderari poſſint, ſub pœna nullitatis: Cæterùm monendos Egr. Fiſcales, ut cautè admodùm ſe gerant in admittendis atteſtationibus paupertatis, & miſerabilitatis.

Duodecimò, valdè pariter miratus eſt is Ordo, dùm percepit, per quoſdam Minoris Magiſtratus Juſdicentes, fieri annotationes in primo folio proceſſus, per verba. Expedita; Remiſſa ad Majorem Magiſtratum; vel remiſſa ad Auditorem Generalem; quibus artibus, & machinationibus ſilentium proceſſibus imponitur, nec non et relaxatis detentis, fieri ordinationes cum fidejuſſione reſpectu Partis intereſſe, hiſque attentis peſſimo exemplo cauſas deſiderantes pro complemento Juſtitiæ expeditionem, obmuteſcere; Propterea Senatus mandat, teneri Juſdicentes, ubi in libris habeatur annotatio per verbum expedita, vel docere de expeditione, vel per Delegatos, cam fore habendam rationem Sportularum, perindè, ac ſi ipſa cauſa fuerit expedita, & in poſterùm annotationem faciendam eſſe in folio, ubi fuerit expedita; Quo verò ad aliam annotationem per verba; Remiſſa ad Majorem Magiſtratum; faciendam per Delegatos relationem Magnificis DD. Patribus Delegatis de caſibus ſingularibus, ut iis viſis opportunè provideri poſſit; Et quod attinet ad aliam annotationem per verba; Remiſſa ad Auditorem Generalem, non licere in poſterùm Judicibus, cauſas quaſcunque remittere ad ipſum Auditorem, vel alium Judicem Militarem, Inconſulto Senatu, ſub pœna eidem arbitraria.

Decimotertiò, per plura Juſtitiæ, & Sportularum præjuditia, orientia potiſſimùm ex non ſervata per Juſdicentes, & eorum Syndicatores, ordinum, & inſtructionis diſpoſitione ſatis pro nunc ſibi ſuadet Senatus ſublata remanere debere per litteras Patentes, propè lapſo biennio, Syndicatoribus expeditas, firmis tamen manentibus Ordinibus in hac materia editis, quos omninò ſervari jubet.

Decimoquartò, animadvertit etiam Senatus, quod per omiſſionem Conſulum, & Antianorum, in deferendis denuntiis delictorum Majori Magiſtratui, & ſignanter Terrarum, & Plebium Oggioni, Incini, Seveſi, Putheoli, & Canziani, eo forſan ſub colore, quod poſt illarum conceſſionem in Pheudum non recognoſcant jurisdictionem Majoris Magiſtratus Officii Marthefanæ, quamvis per Nov. Conſt., & Senatus ſanctionibus diei 30. Auguſti 1661., & 30. Junii 1687., cautum ſit teneri indiſtinctè deſerre delictorum denuntias Majori priùs Magiſtratui, quàm Minori, ſub pœna aureorum centum, & graviori corporali hujus Ordinis arbitrio, nè contravenientes impunè evadant; Decrevit Senatus injungere Delegatis, ut de caſibus, in quibus de omiſſis denuntiationibus conſtet, eundem Ordinem certiorem reddant, ut opportunè provideri poſſit. 1698

Decimoquintò, cum contra Juſdicentes, & præcipuè Juriſdictionis Verbani Lacus, & Officii Crodi non modicæ auditæ fuerint quærimoniæ ob gravamina Subditis illata, extortaſque ab ipſis libras ſexdecim, & ſolidos ſexdecim, prætextu Viſitationis, intrà miliaria duo, ac etiam in locis reſidentiæ factæ, atque pro cauſis merè civilibus, & levibus, nec talem merentibus actum, id quod permiſſum non videatur, ex diſpoſitione Ordinum, quos condidit Senatus ſub diebus 10. Martii 1665., & 30. Junii 1687., & ulteriùs ex librorum perluſtratione per Delegatos agnitum fuerit, tales Juſdicentes, Proceſſatos liberaſſe, & ab his libras decem, & ſolidos decem (inauditis etiam Actoribus) exegiſſe, earumque diſtributionem factam eſſe inter Prætorem, & Notarium, Sportularum verò nomine pro Senatu ſolidos decem tantùm reſpondidiſſe, contra tenorem Taxæ generalis cap. 69. mandat ergò Delegatis, ut reſpectu ſimilium Viſitationum invigilent, pro relatorum ordinum obſervantia, & ubi contrarium reperiant, vel Partes reclament earum curent reintegrationem; Quo verò ad liberationes, vult tantundem ſolvere teneri Juſdicentes Senatui, quantum pro ſe ipſis exactum, conſtiterit.

Decimoſextò, Senatui quoque viſum eſt dignum animadverſione, quod per Notarios in Officio Marthefanæ introductus mos fuerit recipiendi denuntias quaſdam à Conſulibus allatas, pro titulis, qui dicuntur de Statuto, quivè remiſſione tolluntur, & ſimul ſchedulas, quibus ineſt atteſtatio concordiæ inter Partes ſecutæ media certæ pecuniæ quantitate, quibus attentis, denuntias ipſas in actis ampliùs non redigunt; Quæ omnia tamquam legibus odioſa, Senatus ipſe cum ſæpè irrita declaraverit, potiſſimùm in Ordinibus conditis ſub diebus 21. Aprilis 1614., 10. Januarii 1686., & 30. Junii 1687., eo magis cum ſub hac levium ſpecie, graviorum delictorum in Juſtitiæ fraudem occultari poſſint denuntiæ; Cenſuit idem Ordo, Delegatis injungendum, ut ſuper prædictis informationes ſumant, & de reſultantibus moneant Magnificos DD. Senatores Delegatos, opportunè proviſuros, aucta contrà relatos Notarios

1698 pœna scutorum vigintiquinque, aliaque graviori ipsius Senatus arbitrio.

Decimoseptimò, horror planè est meminisse, quod per quosdam Jusdicentes, vel ex causa imperitiæ in conficiendis processibus causarum criminalium, vel propter nimiam illiciti lucri cupiditatem, aut non clarescant indicia ad favorem Regii Fisci, quibus subtractis, crimina remanent impunita in perniciem Reipublicæ, aut repentino ictu pereant, corrumpente pecunia sacra juris penetralia: illucescunt enim prima fronte delicta capitalia in ipsamet inscriptione titulorum, mox sensim fiunt de minimis, utpotè vel examinatur unicus Testis, vel examen plurium dirigitur sordes ad perimendas probationes. Qua de re Senatus monitos vult Judices, ne obliviscantur eorum muneris, quod in administratione Justitiæ concomitantem exigit integritatem, prout meminerunt sanctiones diei primæ Decembris anni 1643., quæ, ut inconcussè serventur, mandat ulteriùs Delegatis, quatenùs sedulò incumbant in detegendis auctoribus hujusmodi fraudationum, & machinationum, mox de iis eundem Ordinem moneant, opportunè, ut par est, in re tanti momenti, provisurum.

Cesatus.

Renovatio Ordinis diei 25. Februarii 1693. pro notificatione facienda pro Consules funerum Ecclesiasticorum beneficiatorum.

MDCXCVIII. Die xxii. Augusti.

UT occurratur indebitis molestiis, quæ inferri possint Subditis, & Consulibus Provinciæ Novariensis in danda notitia decessus eorum, qui Beneficium Ecclesiasticum possident, tàm habens Curam Animarum, quàm non, prout expostulatum fuit per Syndicum Generalem Comitatus Novariæ in suis precibus, Senatus Excellentissimus sanxit, accedente etiam Voto Regii Fisci, renovandum esse Edictum sub die xxv. Februarii anni 1693. editum pro recto regimine Oeconomatus, cum novissimis in eò additis, mandans propвтереà, ut singuli Jusdicentes in finibus suæ Jurisdictionis diligenter curent, nè ullum omninò vacet Beneficium Ecclesiasticum, sivè annexum habens Curam Animarum, sivè non habens, quin statim, per litteras de ea vacatione certiorem faciant eundem Ordinem, ac Subœconomum Provinciæ, in qua Jusdicunt sub pœna suspensionis à munere, & etiam graviori, arbitrio ejusdem Senatus, & ut singuli Consules Oppidorum, & Pagorum totius Provinciæ Mediolanensis sub pœna scutorum ducentum auri, & alia etiam corporali arbitrio ut supra, ni paruerint, denuntient Jusdicentibus suis Ordinariis intrà quatriduum mortes quorumcumque Clericorum Benefitiatorum, & etiam Parochorum, quæ in ipsorum Consulum locis contingent; ità ut dictus terminus dierum quatuor statutus dictis Consulibus ad ferendas denuntias, sit Consulibus Terrarum distantium à dicta Civitate Novariæ per decem milliaria, Consulibus verò Terrarum distantium ultrà decem milliaria sit octo dierum, prædictique omnes termini intelligi debent respectu Benefitiatorum morientium extrà Provintiam, & Comitatum Novariæ à die similis scientiæ obitus; Denuntias autem prædictas jubet Senatus recipi gratis.

Pro observantia igitur præmissorum, & omnibus ut supra sanctio hæc innotescat, mandat idem Ordo Egr. Prætori Novariæ, aliis Jusdicentibus successoribus pro tempora, ut eam per publicum Edictum evulgari curent, ne dum in dicta Civitate Novariæ, sed etiam in locis insignioribus ejusdem Comitatus, in quibus publicari solent etiam alia Edicta, illudque, & alia in subjecta materia inconcussè servent, & à prædictis, & singulis Consulibus, & ab aliis omnibus respectivè ut supra ad unguem servari curent sub pœnis, de quibus supra.

Federicus Cossa pro Egr. Tatto.

Ordo, ut Judices singulo anno transmittant ad Egr. Capitaneum Justitiæ notulam Bannitorum.

MDCXCVIII. Die xx. Novembris.

CUm actum in Senatu fuerit de inobservantia Ordinum diei 18. Maji 1624., & diei 16. Junii 1664. districtè mandantium quibuscumque Jusdicentibus hujus Dominii tam Majoris, quam Minoris Magistratus, ut Bannitos in eorum respectivè Officiis describi curent in albo intrà terminum à Nov. Constit. præscriptum, mox eorum notulam transmittant ad Egr. Capitaneum Justitiæ, cujus curæ commissa esse debet publicatio singulorum Bannitorum, conficiendo exactam eorundem schedulam, eamque remittendo ad singula Offitia.

Censuit is Ordo renovandos narratos Ordines, ut inconcussè ab omnibus observentur, dandasque litteras Magnificis Prætoribus Papiæ, & Cremonæ, ut notulas Bannitorum transmittant ad manus Illustrissimi Præsidis, exindè remittendas ad Egr. Capitaneum Justitiæ, ut exequatur, quod ad eum

eum spectat, juxtà præmissas sanctiones. Edendos autem hos novissimos Ordines omnibus Jusdicentibus, & affigendos in quibuscumque Officiis, monendosque Syndicatores, ut memores sint de ipsorum observantia. 1700

A N N O T.

EX novissimo Ordine diei 27. Martii 1741. Notulam Bannitorum per Judices trasmitti debet ad Excellentissimum Senatum.

Ordo, ne Lectores Ticinensis Universitatis exerceant aliquod Offitium biennale.

MDCC. Die xi. Januarii.

INter tot, tantaque monumenta Regiæ clementiæ erga suos Subditos, & Vassallos, cum præfulgeat etiam illud in Ticinensibus hujus Dominii Gymnasiis, in quibus ex Regio ære præstantur rudimenta Adolescentibus, qui in litterario, ac Jurisprudentiæ curriculo velint operam suam impendere; Ità Senatus, cui commissa est cura ipsius Papiensis Univerfitatis, cum observaverit, quod interdum nonnulli ex Lectoribus, licet addicti ipsi publico muneri, nihilominus tantum sibi vacare existiment, ut ad munia biennalia petant promoveri, retenta etiam Lectura, quod tamen minimè patitur debitum assistentiæ ab iis præstandæ pro benefitio studentium: idcircò districtè sic cavendum doxit.

Quod si quis ex Lectoribus Ticinensis Universitatis obtinuerit aliquod Offitium biennale, ipso jure, & facto cecidisse intelligatur à munere Lecturæ, sciatque Senatum provisurum fore de alio Lectore: quam sanctionem, ut omnibus innotescat, publicè affigi mandat. F. Cesatus.

Ordo, ne fiant compromissa de causis pendentibus coram Senatu, sine ejusdem dispensatione.

MDCC. Die xvi. Februarii.

FActo verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu de compromissis, quæ fiunt à partibus in causis pendentibus coram eodem Ordine sine ejusdem dispensatione, tam de jure tantùm, quam de jure, & amicabili, tùm in Jusdicentes ordinarios, tùm in Advocatos, Causidicos, aliasque personas, ex quo accidit quod latis sententiis arbitramentalibus, seu Laudis, disceptatum sit sæpiùs inter partes coram eodem Ordine de eorum invaliditate.

Censuit is Ordo non posse amplius dicta compromissa in posterum fieri inconsultò Senatu sub pœna nullitatis, & in hunc sensum dandam notitiam Abbatibus utriusque Collegii Jusperitorum, & Notariorum hujus Civitatis, & quibuscunque Prætoribus aliarum Civitatum, ut moneant eorum respectiva Collegia Jurisperitorum, & Notariorum in eorum Jurisdictionibus degentium de hac sanctione, curentque pariter ejusdem publicationem media affixione hujus sanctionis in eorum respectivis Cancellariis, transmissa notitia ad manus infrascripti Secretarii de ipsius executione.
Angelus Maria Maddius.

A N N O T.

IN Ordine diei 30. Aprilis 1726. Senatus Excellentissimus decrevit in posterum non esse concedendas hujusmodi dispensationes.

Ordo, ut petens, & non obtinens coram Senatu avocationem causæ, censeatur condemnatus in expensis taxandis per Egregium Secretarium, nisi ab eisdem fuerit expresè absolutus.

MDCC. Die v. Maji.

CUm de anno 1553. die 13. Novembris Senatus cupiens omni studio quantum liceret lites omnes coarctare animadvertetit, nonnullos coloratis precibus quandoque obtinere, vel partes ad eundem Ordinem evocari, vel preces cum supersedentia inthimari, hocque pacto, & lites protrahere, & expeditiones impedire; ideò Senatus Consulto mandavit, & edixit, quod quicumque recitatas evocationes, aut inthimationes impetraverint, ubi nihil à Senatu obtineant, censeantur in omnibus expensis condemnari per Secretarium taxandis, nisi expresè ab eodem ordine fuerint absoluti, quod si Supplicantes tales fuerint, qui verosimiliter quid petendum sit, ignorent, Senatus animadvertet in eos, in quos animadvertendum judicaverit, & tale edictum renovatum fuit sub die 21. Junii 1667. cum animadversione in Causidicos, & cum inter alios Ordines Senatus conditos die 15. Januarii 1586. & 11. Augusti 1616. dispositum fuerit, quod cum in publica audientia, vel super mutuis responsis ordinatur partes uti debere juribus suis succumbens censeatur in expensis condemnatus, orta est controversia super dubio, an petentes evocationes,

1700 nes, & non obtinentes censeantur condemnati in expensis tum tantum, quando Senatus utitur hac formula partes utantur juribus suis, vel uti debere juribus suis, non verò quando adduntur alia verba, puta coram inferioribus, vel in remedio sibi competente, vel aliter, ideò Senatus audito Collegio Egregiorum Secretariorum.

Censuit, & edicit, quod in quocunque casu ubi agatur de avocatione causarum ad Senatum, partes talem avocationem petentes, & non obtinentes censeantur semper condemnati in expensis quocunque modo decretum conceptum fuerit, nisi expresse tales petentes, & non obtinentes fuerint ab eodem Ordine ab expensis absoluti, quod si Supplicantes tales fuerint, qui verosimiliter quid petendum sit ignorent, Senatus animadvertet in eos etiam Causidicos, in quos animadvertendum judicaverit, & ità inconcusè servari mandat.

F. Belingerius.

A N N O T.

Fuit renovatus in Ordine diei 9. Junii 1714. qui incipit *cohibere curavit &c.*

Ordo, ut Judices in relationibus definitivis exprimant ætatem delinquentium.

MDCC. Die xxiii. Julii.

Sicuti expedit Reipublicæ, nè delicta impunita remaneant, ità æquè postulat Justitia, ne major Delinquentibus pœna indicatur, quam cautum sit in Legibus, Statutis, & Ordinibus, ex quorum dispositione stat pro regulà temperandas pœnas quoad eos, qui tempore patrati criminis minores fuerint. Cum autem intellectum sit, aliquando irrepsisse in expeditione causarum criminalium, ut quià in relationibus nulla penitùs habita sit mentio minoritatis, deventum ideò fuerit per Senatum ad condemnationem in pœnam pro modo flagitii, perindè ac si Delinquentes fuissent majores, quod durum nimis videtur, ut venia, quam leges dederunt ætati, auferatur in judicando à prænarrata ommissione; Idcircò is Ordo, coràm quo opportunè actum fuit de hac re, sanctionem condendam censuit, juxtà alias jam editas.

Qua districtè mandat omnibus istius Domini Jusdicentibus, ut in posterùm toties quoties contigerit agi de minoribus aliquo de crimine postulatis, etiamsi fumus minoris ætatis non emerxerit ex processu offensivo, sed tantum habeatur ex oculari inspectione prudenti Judicis judicio, eam nihilominus exprimant in respectivis eorum votis subjiciendis relationibus definitivis, quas transmiserint, factà ibi mentione gradus ipsius minoritatis pro maturiori ejusdem Ordinis deliberatione, aliter ipse, ut par erit, animadvertet; Quod ut omnibus innotescat, & indistinctè servetur vobis mandat, ut de hac sanctione certiores faciatis Judices Minoris Magistratus, quos habueritis in ditione vestra, & de executione quam primum Senatum moneatis.

Cesatus.

Ordo, ut Judices in relationibus definitivis adjiciant Indicem omnium resultantium ex processu.

Regina, & Gubernatores Regnorum Hispaniæ &c., ac Status Mediolani &c.

Dilectè noster. Cum actum fuerit in Senatu, præsente & audito Fisco, de modo facilioris expeditionis causarum criminalium adeò necessariæ complemento Justitiæ, ex ipsius Ordinis sententià mandamus vobis, ut in posterum quoties transmitti contingat ad Senatum relationes definitivas delictorum, eisdem adjungatis saltem Indicem omnium resultantium ex processu, ne ultrà quam par est detineatur. De hac verò sanctione moneatis Judices Pheudales in ista Ditione vestrà, ut ab omnibus indistinctè servetur, secus Senatus opportunè animadvertet contra negligentes. Mediolani die xxvi. Novembris MDCC.

F. Cesatus.

Ordo, ut Causidici exhibeant privilegium Laureæ Doctoralis termino mensis.

MDCCI. Die xxiv. Februarii.

1701 Facto verbo in Senatu nostro, præsente Fisco per Magnif. Senatorem D. Don Cæsarem Vicecomitem de abusiva praxi nonnullorum Causidicorum, qui actis judicialibus se subscribunt Juris Consultos, eundemque titulum exprimi student in Diario Fori Mediolanensis, etiamsi de eorum Laurea Doctorali non constet; Quapropter

Censuit idem Ordo promulgandum Edictum, ut, termino mensis per dictos Causidicos exhibeatur Privilegium eorum Laureæ Doctoralis in manibus Egr. subsignati Secretarii, ut haberi possit ratio, quæ Juris fuerit;

fuerit; quo termino elapso, & non exhibitis eorum respectivè documentis, non audeant in posterum uti titulo J. C. sub quacumque pœna pecuniaria, & etiam corporali Senatui arbitraria; Super emergentibus verò in hac materia eundem Magnif. Vicecomitem providere debere pro ut sibi facto etiam verbo in Senatu si ei videbitur. 1701

Federicus Cesatus.

A N N O T.

1 DOctorem se asserens, & Officium Doctoris exercens, cum non sit, potest puniri pœna falsi Cancer. *var. resol. par. 2. tit. 2. nu. 274.*

2 Qualiter Doctoratus possit probari per exhibitionem privilegii, vel per testes, qui inter fuerint Doctoratui, vel per testes deponentes de fama, sive vidisse privilegium examinant Rota Rom. *par. 10. recent. decis. 271. nu. 2., & sequ., & par. 11. decis. 73. nu. 6., & sequ*, & Mascard. *de probat. conclus. 528. per tot. tom. 1.*

Mognus Fossatus.

Ordo, ut Judices in transmissione ad Senatum status condemnationum, remittant etiam inditia, & Actus inthimationum, inquisitionis, banni, & citationum perhemptoriarum per extensum.

MDCCI. Die vii. Maji.

CUm animadverterit Senatus quandoque per Judices hujus Dominii Mediolani in transmissione statuum condemnationum capitalium ommitti inditia, & actus inthimationum inquisitionis, banni, & citationum perhemptoriarum per extensum; idcircò idem Ordo huic ommissioni occurrere volens, sanctionem condendam censuit juxtà alias jam editas.

Quà districtè mandat omnibus hujus Dominii Jusdicentibus, ut quotiescumque contingat transmitti ad Senatum status condemnationum capitalium, simul remittant inditia, & actus inthimationum inquisitionis, banni, & citationum perhemptoriarum per extensum ut supra. Quod, ut omnibus innotescat, & indistinctè servetur, vobis injungit certiores faciatis de hac sanctione omnes Jusdicentes Minoris Magistratus, quos habebitis in Jurisdictione vestrà, & de executione quamprimùm Senatum moneatis.

Michael Maddius pro Egr. Arbona.

Ordo super materia Sportularum.

MDCCII. Die xiv. Januarii.

CUm actum fuerit in Senatu de præjuditiis diminutionis Sportularum, & de debitis resultantibus contra aliquos ex illarum Thesaurariis, & Exactoribus.

Censuit Senatus Egr. Thesaurarium ejusdem Ordinis omni adhibita diligentia, curare debere exactionem dictarum Sportularum, cogendo etiam Thesaurarios Curiarum Cremonæ, & Papiæ ad solvendum quidquid resultaverit per eos deberi, & juxta mentem Senatus, quam habebit à Magnif. Com. Trotto.

Relatis tandem per Magnif. D. Senatorem Com. Aloysium Trottum Delegatum dictis Ordinibus in eodem Senatu, una simul cum animadversionibus super difficultate exigendi dictas Sportulas per Egr. ipsius Ordinis Thesaurarium noviter factis.

Decrevit idem Senatus renovandos suprascriptos Ordines, eisque in suo robore permansuris procedendum contra eos, qui hinc retro dispositioni Ordinis diei 15. Martii 1623. contravenere, ac contra illos, qui dispositionem Edicti diei 19. Januarii 1637. non servarunt, comprehensis quibuscunque Jusdicentibus, Judicibus, Notariis, Thesaurariis, seu Officialibus, ad quorum manus hucusque pecuniæ pervenere, tam in Officiis Majoris, quam Minoris Magistratus, atque quibuscunque aliis Regiis mediatè, vel immediatè Potentissimo Regi 1702 nostro, & Mediolani Duci subjectis in hoc Dominio, & ab Illustr. Magistratibus Ordinario, & Extraordinario, vel alio quovis Tribunali dependentibus, atque delegatis. Et teneri statim Officiales, vel Thesaurarios, atque quoscunque alios Sportularum Exactores cujuslibet Officii, in quo causæ criminales pertractantur, omnino conficere, & in posterum retinere clarum, & distinctum librum, in quo singulæ pecuniarum parcellæ, earumque species, & à quo, & qua de causa exactæ describantur, cum relatione ad librum, & folium processus, super quo secutæ sunt ordinationes, seu relationes, vel alia acta, ob quæ aliqua pecunia sit exigenda, & aliam similem ex dicto libro extractam notulam singulo mense, respectu habitantium Mediolani, & singulo trimestre quoad habitantes extra Mediolani Civitatem cum pecuniis exactis, & ad eorum manus perventis, ad dictum Senatus Thesaurarium respectivè remittere, non obstante quavis anteacta consuetudine, vel stylo contrario, sub pœnis respectivè, & debitè referendo

indictis

1702 indictis utsuprà, & salvo jure procedendi contra eos, qui hinc retro dictam dispositionem non servarunt, & Thesaurarium Senatus de trimestre in trimestre Magnificos Senatores in hac re delegatos, de executione hujus Ordinis monere debere. Delegaris vero ad revisionem Sportularum injungit, ut super hujusce sanctionis observantia, occasione Officiorum visitationis pro suo munere quoque invigilent, & Magnificos Delegatos pariter moneant, ut contra noxios procedant.

Et ut omnibus innotescat, ne aliquis ignorantiam prætendere audeat, mandat is Ordo hoc Edictum publicari in hac Urbe Mediolani in locis solitis, & affigi ad omnes Cancellarias Officiorum, vel Tribunalium, & in aliis Civitatibus, Oppidis, & locis pariter publicari solitis, & affigi etiam ad omnes Cancellarias, & Officia, in quibus causæ criminales pertractantur, & omnibus Officialibus, ad quos spectat, jubet, ut de illius publicatione, & affixione relationem ad manus Egr. subsignati Secretarii remittant, & omnia superius contenta inviolabiliter servent, & servari faciant.

Bellingerius.

Attestatio Secretarii Senatus de authoritate de stylo competenti D. Senatori Delegato in causis alicujus Minoris.

MDCCII. Die iii. Junii.

Atteſtor ego infrascriptus Reg. Duc. apud Excell. Senatum Mediolani Secretarius, sicuti in causis Pupillorum, & Minorum, quoties Delegatus remanet aliquis ex Amplissimis PP. ipsius Ordinis per litteras, quæ expediuntur è Cancellaria, ad hoc ut super emergentibus tutelæ, curæ, educationis, & hujusmodi, provideat prout sibi; talis Magnif. D. Senator Delegatus providet de Tutore, seu Curatore, salarium eidem decernit, alimenta pupillaria taxat in ea quantitate, quam juxta vires Patrimonii, & statum ejusdem, congruam esse cognoverit, de modo gerendæ administrationis, ejusque rationibus reddendis statuto tempore, disponit, officium denique Judicis nobile impertitur in omnibus concernentibus interesse ipsorum Minorum tutò, & validè, nec circa quascunque hujusmodi sanctiones dubitatur, saltem prudenter de illarum validitate, & subsistentia ex defectu potestatis, seu jurisdictionis, sed pro firmis, & validis habentur, & ita indistinctè servatur. In casu itaque, de quo agitur, cum servata fuerint servanda de stylo, nempè ex actis constet, citatos fuisse tàm Agnatos, quàm Cognatos proximiores Minorum de Tenchis, tum ad videndum præsentari litteras Delegationis collatæ Amplissimo tunc Senatori, nunc in Supremo Rerum Italicarum Consilio Regenti Don Petro Jacobo Rubino, tum sinperindè porrigi juditialem petitionem factam per D. Petrum Maddium, adversus quam nihil fuit oppositum, vel deductum, tum denique proferri ordinationem, cujus in citationis termino emanavit ipsa ordinatio decretoria, seu confirmatoria tutelæ, & curæ, taxationis salarii, alimentorum, ac aliorum, videtur dubitari non posse de viribus ejusdem ordinationis juxtà consuetudinem istius Fori, hæcque attestatio de veritate per me fuit edita pro executione decreti diei 29. Aprilis proximè lapsi, de quo penès me; & pro fide

Cesatus Reg. Duc. apud Excell. Mediolani Senatum Secretarius.

Renovatio Ordinum circa Sportulas exigendas ab iis, qui absque impensa liberantur occasione visitationum.

PHILIPPUS V. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Ex sententia Senatus, coram quo lectæ fuerunt informationes Thesaurarii Curiæ Laudensis excitati ad dicendum quid ei occurreret super recursu per Carceratorum illius Civitatis Protectores Spectabili Comiti Trotto Senatori nostro ex Delegatis in materia Sportularum porrecto, ob prætensam per dictum Thesaurarium Sportularum solutionem ab iis, qui absque impensa in Visitatione ipsorum Carceratorum secuta sub die 23. Decembris anni nuper evoluti 1701. gratiati extitere, Regii Fisci, ac Egr. ejusdem Ordinis Thesaurarii superindè excitatorum, quorum sensa in eo stetere, ut ad Sportularum, & dependentium tenerentur solutionem juxtà Ordines ab eodem Senatu nostro editos sub diebus 31. Maji 1617., & 13. Januarii 1679., & omnibus maturè perpensis, censuimus dictis Ordinationibus factis non esse apponendam manum; Cæterùm omnes Judices monendos esse, ut in posterum omninò servent dictos Ordines in hac materia editos, etiam in Relaxis, quæ fiunt occasione Visitationum, & benè advertant, quod ubi eis contraveniant, de proprio tenebuntur; de qua sanctione vos monemus, ut ità exequamini. Mediolani die vii. Julii MDCCII.

Gallarinus.

Ordo,

Ordo, ne statutum causarum, vel condemnationum, aut alia rescripta in causis criminalibus consignentur partibus interesse habentibus. 1702

PHILIPPUS V. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Senatus, coràm quo pro complemento justitiæ, & partium indemnitate actum fuit, decrevit, in posterùm consignandos non esse partibus interesse habentibus omnes, & quoscunque status causarum, vel condemnationum, aut quælibet rescripta in causa Criminali, sed ea tradenda esse personis fide dignis ad hoc ut tutò pervenire debeant; & remittenda obsignata ad manus respectivè Egr. Secretarii nostri Provincialis, vel Cancellarii, ut quam citiùs expediri possint sub pœna arbitraria Ordini nostro contrafacientibus, de qua sanctione ex ipsius Ordinis sententia vos monitos esse volumus. Mediolani die ix. Augusti MDCCII.

Cossa.

Renovatio plurium Ordinum.

MDCCII. Die xxvii. Novembris.

Ordines, decreto Senatus Excell. hujus diei de verbo ad verbum renovati, sunt diei 10. *Januarii* 1610., 28. *Novembris* 1629., 3. *Aprilis* 1642., 18. *Junii* 1661., 15. *Februarii* 1663., 4. *Septembris* 1681., & 20. *Novembris* 1681., *quorum tenor hic ommittitur, quia jam est in suis respectivis locis impressus.*

Ordo, ut Notarii describant in libro denuntias delictorum, & Consules duplicem copiam denuntiæ defferant, alteram tradendam Notario, & alteram secum reportandam cum confessione præsentationis.

MDCCII. Die xxvii. Novembris.

Ut fraudibus obviam iret Senatus Excellentissimus Mediolani, quæ hactenus per parvi habentes illius sanctiones persæpè committebantur, ob occultationem Ordinationum, Accusationum, Denuntiationum, ac Processuum in Causis Criminalibus, præcipuè in Officiis Feudalibus hujus Mediolani Dominii in præjuditium non tàm Justitiæ, quàm Subditorum damnum, & messis Sportularum perniciem, quamvis velut quotidiana merces pro alimento eidem Excellentissimo Ordini, ob pondus, & æstus in publicam utilitatem assiduè sustinendum, ex Regia Munificentia elargita fuerit, peculiari Senatus Consulto diei 5. Junii 1685. imposuit Delegatis ad revisionem earundem Sportularum, ut pro eruenda notitia delictorum, quæ in locis Feudalibus succedere contingit, eam ex libris Jusdicentium Majoris Magistratus, atque ex denuntiationibus, quæ per Consules illuc deferuntur, desumerent, cujus tenor talis est videlicet. (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Pro habenda quoque omnium delictorum distincta notitia in quocunque Officio hujus Mediolani Dominii inter alias sanctiones diei 14. Maji 1693. aliud condidit Senatus decretum, ubi jussit, omnes teneri Notarios, servare Librum, in quo peculiariter describere deberent denuntiationes delictorum, quas dietim contingeret per Consules, seù Antianos deferri, cujus itidem tenor est, videlicet. (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Et habita super modo eripiendi tales, nè magis serpant abusus, matura consideratione, jubet Senatus, (recitatis sanctionibus in suo robore renovatis) hoc Edicto perpetuò duraturo, strictè præcipit cuicunque Notario Criminali inservienti pro Actuatio, vel pro Coadjutore in Officiis Majoris Magistratus, in posterum, eum non audere pro Notario, Prætore, Fiscali, L.T., aut Syndicatore alicui Officio Pheudali inservire, sed uni soli, vel majoris, vel minoris muneri (altero eorum omninò dimisso) operam navare, sub pœna pecuniaria, & corporali eidem Excell. Ordini arbitraria, eo etiam addito, ut non concedantur licentiæ nisi re proposita in eodem Senatu.

Pro reparando utique abusui adeò perniciosò dispersionis denuntiarum, idem Ordo pariter edixit hinc in anteà teneri omnes Notarios cujuscunque Officii tàm Majoris, quàm Minoris Magistratus servare librum peculiarem, & in eo de die in diem describere, & annotare omnes denuntiationes, & accusationes quas per Consules, Antianos, aut Querelantes sibi præsentari contigerit, cum expressione nominis Actoris, & Rei, ac titulorum qualitatis, sub pœna privationis Officii, ac etiam corporali arbitrio Senatus Excell. in casu contraventionis.

Omnes verò Consules, & pro eis Communitates Terrarum Dominii Mediolani in casu aliquod delictum denuntiandi, duas denuntiæ copias similes Notario ferre, unamque eidem tradere, aliam verò cum

Qqq con-

1701 confessione præsentationis ab ipso Notario facta reportare, eamque servare eo loci, in quo cæteræ Communitatis scripturæ asservari consuescunt; & dictos Notarios, ad quorum manus pervenerint, unam denuntiæ copiam recipere, & super alia confessionem facere, & Consuli, Antiano, seù præsentatori restituere, ad effectum, ut si contingat aliquem ex Consulibus ob ommissam denuntiam, molestiam pati, eam Justitiæ exhibere possit, atque ad effectum, ut in futurum quocunque tempore per Delegatos ad revisionem Sportularum, vel alios à Senatu deputandos adinveniri, ac recognosci possint pro eruendis illis, qui nimia aviditate, in Justitiæ discrimen, ac Sportularum perniciem enixè perflagrant, sub pœnis pecuniariis, & corporalibus respectivè à Nov. Const., & Ordin. Senatus contrà ommitteotes, denuntias occultantes, seù in iis minus fideliter se gerentes comminatis.

Hocque Edicto promittit Senatus, quod quicunque detulerit ad eundem Ordinem, vel Magnificos Senatores Provinciales respectivè, etiam singulariter aliquam fraudem per Notarios, seù Jusdicentes, ac Consules, & ut supra, in præjuditium Justitiæ, & Sportularum, secretæ habebuntur eædem delationes, ac delatores ipsi, ultrà lucrum tertiæ partis illius pœnæ pecuniariæ, in quam condemnari continget fraudatores.

At ne quis ignorantiam prætendere valeat, hoc Edictum publicari mandat, & affigi in omnibus locis opportunis, & consuetis tàm Regiis, quàm Pheudalibus Dominii Mediolani, & per omnes Jusdicentes exactarum adhiberi observantiam in quocunque Officio, & in quacunque Jurisdictione. F. Bellingerius.

Ordines pro recta administratione Justitiæ.

MDCCII. Die xxvii. Novembris.

LEctis in Excellentiss. Mediolani Senatu per Magnif. Comitem Senatorem Don Aloysium Trottum ex Delegatis in re Sportularum, animadversionibus ab Egr. ipsius Ordinis Thesaurario propositis ob non servatam dispositionem Ordinum diei 14. Januarii 1672., & 10. Julii 1687., per omnes ferè Jusdicentes tàm Majoris, quàm Minoris Magistratus post habitorum, sequentis exempli. (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Et relatis eodem tempore ommissionibus successorum in Officio, non referentium gesta per Syndicatores, minusque causarum pendentium notulam, ad præscriptum litterarum Patentium, quæ cum approbatione eis dantur, nec non et Syndicatorum non conficientium, nec relinquentium, & multoties occultantium Libros Syndicatus, penès Officium post perfectum Syndicatum, ex quibus Justitia non leve patitur discrimen, quibus occurrere volens corruptelis.

Censuit is Ordo, teneri in posterum omnes Syndicatores tàm Regios, quàm Feudales hujus Dominii Mediolani formare librum Syndicatus, in quo enunciari, & registrari habeant omnia acta per eos gesta, durante Syndicatu, & tempore ProPræturæ, & quæ in causis Criminalibus succedi contigerit, cum insertione relationis Syndicatus per eos gesti, etiam si nulla interveniat querela, seù accusatio, & in recessu ab Officio, Librum ipsum, & omnia dicta acta Successori relinquere, ità quod in eodem Officio semper servari possit, & per Delegatos ad revisionem Sportularum tempore Visitationis adinveniri, eosque Syndicatores pro ordinationibus, vel relationibus de Sportulis conveniri valeant, unà cum cæteris Libris Criminalibus, quos initio Syndicatus ab Officiali Syndicando receperint, pariter super dicto Libro Syndicatus singulatim registrandos; Prætores verò successores gesta per Syndicatores Senatui referre, & ubi ipsi Syndicatores in biennio succedant, gesta tempore Syndicatus pariter Senatui referre debere, æquè ac notulam causarum omnium pendentium, & impedimenta, si quæ &c. ad manus Egregii respectivè Secretarii Provincialis, omninò remittere debere, sub pœnis respectivè, & debitè referendo pecuniariis, & corporalibus arbitrio ejusdem Excell. Ordinis.

Et ad effectum, ut omnibus in Officiis præsens decretum innotescat nedùm, sed retineatur, jubet Senatus semel oexum litteris Patentibus tàm Syndicatoribus, (ut in recitato Libro registrari faciant,) nec non Prætoribus tempore eorum approbationis ex Cancellaria insinuetur.

F. Bellingerius.

Renovatio plurium Ordinum pro recta Justitiæ administratione, & conservanda messe Sportularum.

MDCCII. Die xxvii. Novembris.

AUdita in Senatu Excellentissimo Mediolani relatione per Magnificum Senatorem Co. Don Aloysium Trottum alterum ex Delegatis in re Sportularum facta de contentis in consultatione per Egr. illius Thesaurarium temissa, conquerentem de exigua, & ferè ad nihilum perlapsa earundem Sportularum exactione, ob neglectam

per

per quos spectat, in Officiis tùm ordinariis Jusdicentium, tùm Delegatorum in causis Criminalibus, tot Ordinum, pro salubertima Justitiæ administratione, & eadem Sportularum messe conservanda jam sæpè conditorum, & signanter eorum diei 17. Novembris 1657., quo omnes Notarios Criminales Officiorum Mediolani monitos esse voluit, ut in termino 15. dierum illinc futurorum, notulam omnium librorum Criminalium, penès eos existentium, eidem Thesaurario remitterent, indictà aureorum 25., & majori pœna Senatus arbitrio; alterius diei primi Februarii 1683., in quo Notariis Coadjutoribus, vel quibuscunque aliis in Cancellarios assumptis, in Officio Civitatis Papiæ, ad constructionem Processus causarum Criminalium præscriptum fuit, referre debere utilia Actuariis ad normam eorum Coadjutorum, & libros restituere eidem, cui tamquam Provinciali onus processus ipsos construendi spectaret, ut servarentur; alterius diei 5. Junii 1685.; in quo pariter jussit Senatus omnibus Notariis, qui in Cancellarios assumpti quibuscunque Delegatis inservientes, post mensem à die inchoati Processus, ipsi Senatus Thesaurario notulam librorum eorundem processuum remitterent, expressà arbitrio ejusdem Ordinis pœna; alterius diei 30. Junii 1687., quo cavetur, in omnibus Officiis Criminalibus Status Mediolani per Notarios rubricandos esse libros in Codice uno nuncupato del Battesimo, & Delegatos in causis Criminalibus, quoscunque teneri per eorum Notarios Cancellarios rubricari facere libros Processus eorum delegationis in Officio illius Judicis ordinarii, & Majoris Magistratus, in cujus Jurisdictione subessent dicto in Codice appellato del Battesimo, nec non et ipsi Officio notulam Causarum Delegatarum, & nomina Processatorum in eis ad ipsum Judicem remittere, ut semper adinveniri possent pro edendis delictorum generalibus, ut persæpè contigit, Attestationibus ab Actuario ad id deputato, quoque Notarii Coadjutores tàm Officii Egr. Capitanei Justitiæ, quàm Prætoris Mediolani, aliarumque Civitatum, & locorum Majoris Magistratus dicto in termino mensis, tenerentur eandem notulam dare Actuario per Jusdicentes deputando, super dicto libro peculiariter registrando, & retinendo, alterius diei 17. Julii 1687., quo similiter idem Senatus præscripsit omnibus Delegatis, ut Notariorum approbatorum opera solummodò uterentur in constructione Processuum Criminalium cujuscunque Delegationis, & tàm eos, quàm Notarios Cancellarios teneri notitiam dare sæpedicto Thesaurario Senatus omnium Processuum per eos constructorum, ad effectum ab eis debitas exigendi Sportulas, indictà utrique pœna solvendi eas de proprio, ac majori per eundem Ordinem arbitranda, quorum tenor est ut sequitur. (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Et propositis remediis ad tutamen obeundum tantæ corruptelæ, pro observantia omnimoda recensitorum Ordinum, utique necessaria, & omnibus maturè ponderatis.

Censuit Senatus relatos Ordines adamussim servandos esse in omnibus Officiis hujus Urbis, & aliarum Civitatum, & locorum Dominii Mediolani, & teneri omnes Notarios, vel Actuarios, vel Coadjutores termino dierum quindecim proximè futurorum, & tàm inservientes in Officiis Egr. Capitanei Justitiæ, quàm Prætoris, & Judicum Equi, & Galli hujus Urbis, quàm in illis Judicis Monetarum, Datiorum, Sanitatis, Vicarii Provisionum, Victualium, Bladorum, Commissarii Oloræ, ac aliorum, in quibus Causæ Criminales, seu Fisci interesse respicientes, aut contraventionis Ordinum vim habentes pertractantur, notulam quorumcunque librorum Criminalium penès eos respectivè existentium tàm occasione Officii ordinarii, cui incumbunt, quàm constructorum quavis de causà etiam delegatà, & cum quocunque Delegato ordinariæ Jurisdictioni mediatè, & immediatè Regi Nostro in eodem Dominio Mediolani subjecto, & etiam eorum, quos de præsenti penès se non retinent, assignando locum, in quo, & personam penès quam reperiantur notulam distinctè conficere, eamque in Codice prædicto nuncupat. del Battesimo, registrare, & aliam similem notulam eodem in termino consignare, & cum effectu tradere eidem Thesaurario Senatus, effectus, ut super eis per Delegatos ad revisionem Sportularum fieri possint opportunæ Visitationes, pro inveniendis Sportularum debitoribus; Et respectu aliarum Civitatum, & Officiorum cujuscunque Jurisdictionis tàm Majoris, quàm Minoris Magistratus Dominii Mediolani, teneri omnes Notarios, aliorum etiam Officiorum Datiorum, Piscationum, Navigationis, Bladorum, & aliorum cujusvis generis Criminum à quocunque Magistratu, vel Tribunali dependentium, similem, & distinctam notulam conficere, in Codice prædicto registrare servando ut supra, & in posterum continuare, & eodem termino dierum quindecim similem cum registr. in dicto Codice collationatam, consignare, & cum effectu tradere Jusdicentibus illius Civitatis, vel Provinciæ Majoris Magistratus, quorum in Jurisdictione degunt, & in dicto Codice per ipsos Jusdicentes registrari facere penès Actuarium peculiariter deputandum, ad effectum prædictum servandum, & in posterùm, ità ab omnibus inconcussè servandum in omnibus Officiis, & Provinciis Status Mediolani sub pœna in iisdem Ordinibus in calce hujus sanctionis renovandis contenta, ac

Qqq 2 majori

1702 majori corporali, etiam suspensionis à munere arbitrio ipsius Senatus.

Et ad effectum, ut omnibus innotescat, & faciliùs consequatur effectus, mandat is Ordo, hoc Senatus Consultum cum dictis Ordinibus publicari, & affigi in hac Mediolani Urbe, aliisque in Civitatibus, Oppidis, & locis omnibus ipsius Mediolani Dominii, in quibus Proclamata publicari, & affigi solent, atque Jusdicentibus omnibus Majoris Magistratus, minoris, Officialibusque, & Delegatis respectivè quomodocunque Criminales ad Processus incombentibus seriò injungit, ut eorundem Ordinum exactam observantiam curent, & lapso dicto termino, ii ad quos spectat, Senatum moneant contrà contumaces, & transgressores opportunè, & congruè provisurum,

F. Bellingerius.

Renovatio Ordinis, ut Judices subscribant ordinationes in libro originali processus, & secuta prius solutione Sportularum.

MDCCII. Die xxvii. Novembris.

FActo verbo in Senatu Excellentissimo Mediolani per Magnificum Senatorem, Com. Don Aloysium Trottum Delegatum de pernicioso abusu olim in Causis Criminalibus terminandis introducto, & in Officiis præsertim Egr. Capitanei Justitiæ, & Prætoris, ac Judicum Urbis Mediolani, quàm in aliis frequentiori usu recepto, ex quo quamplurimæ subscribuntur Ordinationes liberatoriæ Reorum favore in foliis, & non in libro, & ad calcem Processus originalis contrà præscriptum Senatus Consulti diei 22. Maji 1652., cuius tenor sequitur. (*Ommittitur, quia jam est suo loco impressus.*)

Addita enim cautelosè nunc clausula in subscribendo (*solutis Sportulis*) quæ Ordinationes posteà vel à Reis ipsis, vel eorum Patrocinatoribus, absque ulla prorsùs Sportularum solutione traditæ, vel penès eos continuò retinentur, vel post diuturnam retentionem, & rarò præsentantur, aliæ verò Notariis Causæ, non autem Thesaurario datæ, attestatione Notarii de recepta eorum liberatione contenti, ulteriùs registrare eas facere non curant, adeò ut Justitia delusa, acta processus legitimè non terminant, & Sportulis nunquam solutis, tantarum causarum etiam gravium species, ut fumus evanescunt, quibus occurrere volens Senatus, cui nil aliud magis cordi est, quam tales extirpare abusus, habita super eis matura deliberatione.

Censuit is Ordo, renovato iterùm supra inserto Senatus Consulto diei 22. Maji 1652., eoque ad unguem servato, nullo in posterum Judici cujuscunque conditionis tàm præsentis Urbis, quàm aliarum Civitatum, & locorum ejusdem Dominii, licere aliquam Ordinationem favore Processatorum in foliis subscribere, remoto omni prætextu, sed eas subscribere debere in libro ad calcem Processus Originalis, imò in dicto libro eas non subscribere posse nisi secuta priùs solutione Sportularum, de qua fit mentio in eodem libro, sub pœna solvendi de proprio Sportulas totius importantiæ ejusdem Processus, ac majori Senatus arbitrio in casu contraventionis; Notarios autem Ordinationes recipere non posse in foliis subscriptas, sed eas priùs in libro registratas, & solutis Sportulis, ac recepta in libro fide Thesaurarii de dicta solutione, subscribi facere, neque fidem secutæ liberationis dare, nisi priùs prædictis omnibus adimpletis, sub pœna pecuniaria, ac corporali, etiam suspensionis à munere ad arbitrium ejusdem Excellentissimi Senatus: Et de hàc sanctione monendos esse omnes Jusdicentes, ut eorum Notarii eam in Officio registrent, & perpetuò affixam in loco patenti retineant, nè ullo unquam futuro tempore illius oblivisci contingat, sed inconcusè ab omnibus servetur.

F. Bellingerius.

Renovatio plurium Ordinum super re Sportularia, & Ordo, ut Judices Majoris Magistratus in initio cujuslibet biennii cogant Prætores Pheudales ad sibi præsentandas approbationem, & liberationem Syndicatus expeditas à Cancellaria Senatus.

MDCCII. Die xxvii. Novembris.

PRopositâ in Senatu nostro Consultatione per Egr. ipsius Ordinis Thesaurarium nobis factâ, in eo præcipuè insistente, quod rectum ad Justitiæ regimen, Ordinum observantiam, & Sportularum messem conservandam pertinet, signanter eorum diei 9. Januarii 1610., 23. Novembris 1629., 3. Aprilis 1642., 18. Junii 1661., 15. Februarii 1663., 26. Augusti 1678., 4. Septembris, & 20. Novembris 1681., quorum exemplar his nostris alligatum accipietis, & præsertim quo ad Pheudales Jusdicentes hujus nostri Dominii, & habitâ super eis, ac remediis in ea nobis propositis maturâ consideratione;

Censuit is Ordo, nè ipsorum Ordinum ulterius protrahatur executio, quorum meminit ipsa Consultatio, ut inconcusè serventur, eos ad litteram renovari; Vobis verò injungi, prout his nostris seriò injungimus, ut iis acceptis statim pro præsenti, & deinceps sub initio cujuslibet Biennii, cogatis omnes Prætores, & Jusdicentes Pheu-

Pheudales isti Vestræ Jurisdictioni suppositos, sub pœnis pecuniariis, & corporalibus ipsis in Ordinibus nostris expressis, ad vobis illicò præsentandam approbationem cujuslibet eorum Præturæ, cui de præsenti incumbunt, & antecedentes liberationes Syndicatus pro munere à quolibet eorum anteà exercito, à Cancellaria Senatus nostri expeditas, ad quem effectum notulam quoque illorum Officiorum Pheudalium vestræ Jurisdictionis, in quibus pro lapso Biennio, & pro currenti, servati respectivè, aut non servati fuere memorati Ordines, his nexam sub signo I. remittimus, ut statim eundem Senatum nostrum de executione hujus sanctionis moneatis; Procedendo contra transgressores, eosque à munere suspendendo, donec aliud fuerit per ipsum Ordinem nostrum judicatum, salvo etiam jure procedendi contrà enuntiatorum Ordinum hinc retrò transgressores. 1702

F. Bellingerius.

Ordines circa materiam Sportularum.

MDCCII. Die xxviii. Novembris.

UT benignam sibi, per Potentiss. fæl. record. Philippum olim Regem Hispaniarum, & Mediolani Ducem, impartitam duplicationis Sportularum, munificentiam in augumentum quotidiani alimenti, litteris in Aula Matritensi expeditis sub die 23. Julii 1622. roboratam, suo semper pro posse conservaret Senatus Excellentissimus Mediolani, eam, ut omnibus mercedem notam faceret, normamque cum qua unusquisque in exactione, & solutione prædicta se se continere posset, utique certam daret, sub die 15. Martii 1623. hanc methodum servare jussit, videlicet. (*Ommittitur hic tenor dicti ordinis, quia jam est suo loco impressus.*)

Veruntamen malitia ioterdum orta, & hominum avaritia adolescente, earundem Sportularum exactionem negligentes, & debitam earum opportunis temporibus ut supra præscriptis, erogationem protrahentes Exactores, & Thesaurarii, eundem Excellentissimum Ordinem ad novam legem condendam, aliis pœnis fulcitam, invitarunt, ea propter, re in eodem Senatu discussa, sub die 19. Januarii 1637. aliud Edictum promulgari decrevit, quod sequitur. (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Cumque magis, atque magis in dies creverit debitorum numerus, & eorundem negligentia nedùm, sed & multorum Exactorum, qui pecunias receptas pro Senatu, propria in Crumena retentas, licet pluries ab Egr. Senatus Thesaurarii diligentiis, Delegatorum visitationibus, ac Commissarii impulsu perciti, pertinaciter adhùc solutionem protrahebant, fretus hic Ordo, alterum in hac re decretum edidit sub die 14. Januarii 1702. hujus tenoris. (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Relatis tandem per Magnificum D. Senatorem Com. Aloysium Trottum Delegatum dictis ordinibus in eodem Senatu, unà simul cum animadversionibus super difficultate exigendi dictas Sportulas per Egr. ipsius Ordinis Thesaurarium noviter factis.

Decrevit idem Senatus renovandos supracitatos Ordines, eisque in suo robore permansuris, procedendum contrà eos, qui hinc retrò dispositioni Ordinis diei 15. Martii 1623. contravenere, ac contrà illos, qui dispositionem Edicti diei 19. Januarii 1637. non servarunt, comprehensis quibuscunque Jusdicentibus, Judicibus, Notariis, Thesaurariis, seù Officialibus, ad quorum manus hujusmodi pecuniæ pervenere tàm in Officiis Majoris, quàm Minoris Magistratus, atque quibuscunque aliis Regiis mediatè, vel immediatè Potentissimo Regi Nostro, & Mediolani Duci subjectis in hoc Dominio, & ab Illust. Magistratibus Ordinario, & Extraordinario, vel alio quovis Tribunali dependentibus, atque Delegatis; Et teneri statim omnes Officiales, vel Thesaurarios, atque quoscunque alios Sportularum Exactores cujuslibet Officii, in quo Causæ Criminales pertractantur omninò conficere, & in posterum retinere clarum, & distinctum librum, in quo singulæ pecuniarum parcellæ, earumque species, & à quo, & qua de causa exactæ describantur, cum relatione ad librum, & folium processus, super quo secutæ sunt Ordinationes, seù Relationes, vel alia acta, ob quæ aliqua pecunia sit exigenda, & aliam similem ex dicto libro extractam notulam, singulo mense respectu habitantium Mediolani, & singulo trimestre quo ad habitantium extrà Mediolani Civitatem, cum pecuniis exactis, & ad eorum manus pervenris ad dictum Senatus Thesaurarium respectivè remittere, non obstante quavis anteacta consuetudine, vel stylo contrario, sub pœnis respectivè, & debitè refferendo indictis ut supra, & salvo jure procedendi contrà eos, qui hinc retrò dictam dispositionem non servarunt. Et Thesaurarium Senatus de trimestre in trimestre Magnificos Senatores in re Delegatos de executione hujus Ordinis monere debere; Delegatis verò ad revisionem Sportularum injungit, ut super huiusce sanctionis observantia occasione Officiorum visitationis pro suo munere quoque invigilent, & Magnificos Delegatos pariter moneant, ut contrà noxios procedant.

Et ut omnibus innotescat, oe aliquis igno-

1703 ignorantiam prætendere audeat mandat is Ordo, hoc Edictum publicari in hac Urbe Mediolani in locis solitis, & affigi ad omnes Cancellarias Officiorum, vel Tribunalium, & in aliis Civitatibus, Oppidis, & locis pariter publicari in locis solitis, & affigi etiam ad omnes Cancellarias, & Officia, in quibus Causæ Criminales pertractantur, & omnibus Officialibus, ad quos spectat, jubet, ut de illius publicatione, & affixione relationem ad manus Egr. subsignati Secretarii remittant, & omnia superiùs contenta inviolabiliter servent, & servari faciant.

Bellingerius,

Ordo, ne Judices Mediolani faciant relationes deffinitivas super processibus originalibus, sed illas compillent in scriptis cum votis Curiæ,

MDCCIII. Die xviii. Aprilis,

Recognovit Senatus non convenire, quod per Jusdicentes hujus Urbis fiant relationes deffinitivæ super processibus Originalibus, ut paucis ab hinc annis introductum est. Idcircò huic abusui occurrere volens, censuit, ac mandat omninò servari ordines in hac materia alias editos præcipuè sub die decimaquarta Decembris anni 1694. Et ideò dandas litteras Egr. Capitaneo Justitiæ, ac ejus Vicario, sicuti etiam Egregio Prætori, ac Judicibus ad Signum Galli, & Equi, ut in posterum accedant compilatis relationibus deffinitivarum in scriptis juxtà memoratos Ordines, & laudatum antiquum morem cum votis Curiæ, nisi aliter in aliqua causa eis per Senatum ordinatum fuerit, curentque sedulò, ac omni brevitate perfectiones, & expeditiones processuum, & causarum pendentium, reprobata facilitate eas protrahendi usque ad tempus transmissionis damnatorum ad remum,

Carolus Gallarinus,

Renovatio plurium Ordinum pro exactione Sportularum,

MDCCIII. Die ii. Maji,

Facto per Magnif. Senatorem Com. Trottum verbo in Senatu de emergentibus, ac nonnullis peragendis diligentiis circa rem Sportularium; Propositisque eodem tempore mediis conducentibus ad tollendas fraudes, quæ in dies committuntur, ut debitum, & iustum sortiatur complementum, promptamque ipsarum Sportularum exactio em assequi, lectisque Senatus Consultis, & Ordinibus in hac eadem materia factis sub diebus 14. Maji, 23. ejusdem, & 27. Junii anni 1693.

Censuit idem Ordo renovatis ipsis ordinibus; quo ad debitores antiquos Sportularum ab anno 1680. exclusivè retrò Magnif. Com. Senatorem Don Aloysium Trottum, & March. Senatorem Don Franciscum Redenascum Delegatos, eorumque in eadem re successores, auditis Partibus, Thesaurario, & Delegatis providere debere cum plenà, & absolutà facultate, prout sibi juxtà casuum qualitates, & circunstantias. Ab indè verò in anteà excutiendos debitores, & procedendum, prout juris, & juxtà Ordines in hac materia editos.

Distribuendas inter Magnificos Senatus Provincias, itaut unicuique Provinciæ assignatæ, cuilibet ex Egregiis Secretariis præesse debeant duo Magnifici Patres, inter quos fiat divisio pro rata Officiorum Criminalium, eorumque sit cura agendi juxtà mentem Senatus, quam tenent, Curiis autem Senatoriis Cremonæ, & Papiæ præesse debere Illustriss. Præsidem, Mediolani verò Civitatis Magnif. Senatorem Antiquiorem in Ordine, ità tamen, ut distributio delegationis facienda inter omnes Magnificos Patres, censeatur restricta ad ea, quæ tangunt rectam Justitiæ administrationem tantùm ad normam Ordinum, firma in reliquis manente delegatione Magnificorum Comitis Trotti, & Marchionis Redenaschi.

Et quia intellectum est in nonnullis Pheudis, vel non fuisse electos Syndicatores, vel ubi electi fuerint, nullam ad Senatum pervenisse relationem Syndicatus, prout etiam Prætores ipsos Pheudales interdum non fuisse priùs, ut par est à Senatu approbatos; ideò erit onus cujuslibet ex Egregiis Secretariis certam habendi notitiam ex eorum actis respectivè Provinciæ, quid servatum fuerit in similibus à decennio citrà usque ad annum 1699. inclusivè, & ubi in aliquo Pheudo invenerint contraventionem adversùs Ordines moneant Senatum, opportunè provisurum juxtà reservationem factam in litteris, & Ordinibus diei 27. Novembris 1702., quorum vigore contrà transgressores pro annis 1700., & 1701. in anteà proceditur,

De condemnationibus pecuniariis habendam rationem cum casus evenerit.

Dandas litteras omnibus Magnificis Senatoribus ad normam superiùs expressæ delegationis, cum injuncta designatione uniuscujusque Provinciæ, & annexis Ordinibus ad hanc rem facientibus, usque in hanc diem factis, & sedulò curent pro eorum pru-

prudentia ipsorum Ordinum observantiam, & ubi aliquid occurrat dignum Senatus cognitione in eodem verbum faciant.

Renovatis litteris diei 27. Junii 1693. teneri omnes Jusdicentes tàm Majoris, quàm Minoris Magistratus remittere notulam causarum pendentium ab annis quatuor, & ultrà ad arbitrium Magnificorum Senatorum, ad quem effectum renovandas litteras singulis Jusdicentibus. 1703

Egr. Thesaurarium curare debere executionem præsentis, & aliorum Ordinum spectantium ad exactionem Sportularum.

D. G. Tattus.

Ordo, ut Jusdicentes tam Regii, quam Feudales observent Nov. Constit. TIT. DE OFFIC. QUÆSTOR. EXTRAORD. CAP. FIN., ET IN TIT. DE ACCUSAT.

MDCCIII. Die xx. Decembris.

NOvis Constit. *tit. de Offic. Quæstor. Extraord.* cautum est, ut omnes Jusdicentes, & Officiales hujus Dominii certo termino notulam omnium mulctarum, & condemnationum pecuniariarum, quas fecerint ad ipsos Quæstores mittant sub pœna contrafacienti ammissionis salarii sex mensium Fisco applicanda, *in cap. fin.*, ut teneantur omnes Officiales singulo mense Magistratui mittere notulam querelarum, & denuntiarum, quæ eo mense factæ fuerint, in quibus pœna sanguinis, vel interesse Fisci vertitur, & *in tit. de Accusat.*, ut omnes Jusdicentes teneantur in fine cujuslibet mensis ipsis Quæstoribus omnia nomina, & cognomina Reorum delatorum transmittere, ubi de interesse Fisci agi possit, expressa qualitate delictorum, & qui processus expediti fuerint, expediendique sint, sub pœna ammissionis salarii trium mensium, quoties id non observaverint, Fisco applicanda; Et licet Senatus Excellentissimus alias ad preces nomine Fisci Regii sibi porrectas edixerit Nov. Constit. dispositionem omnino servandam, tamen ex iterata consultatione per eundem Magistratum eidem facta sub die 20. Novembris currentis anni intellexit aliquos ex Jusdicentibus, & præsertim Feudatariorum dictar. Nov. Constit. dispositionem negligentes, condemnationes pecuniarias pro executione Proclamatum ab eisdem factas, eidem Magistratui non trasmittere, & quam sæpius illas proprio Fisco Pheudali totaliter vindicare, seu uti verbis (cui de jure) nulla tamen expost data notitia dicto Magistratui; ne autem abusus iste magis invalescat.

Hoc novo decreto mandat Senatus omnibus, & singulis Jusdicentibus Regiis, ac Prætoribus Pheudatariorum, ut omninò memoratas Constitutiones servent, sub pœnis in eis contentis, & alia etiam graviori ipsi Ordini arbitraria, de cujus quidem decreti, nec non aliorum hujusmodi observantia expressa ratio in Syndicatu exigetur, & quatenus opus fuerit, etiam ante tempus Syndicatus.

F. Bellingerius.

A N N O T.

REnovatus fuit Ordine diei 27. Novembris 1705., 13. Januarii 1708., 16. Maji 1709., 30. Julii 1710., 28. Januarii 1722., 20. Novembris 1728., & 27. Augusti 1729.

Ordo circa modum sedendi in Curiis inter Causidicos Collegiatos Syndicatores, & alios Judices.

PHILIPPUS V. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

JUris Consultus, & Causid. Colleg. hujus Mediolani Civitatis Cajetanus Franciscus Clarus, & Petrus Franciscus de Advocatis uti Syndicatores Vicarii Prætorii ejusdem Urbis preces nobis dedere sequentes videlicet:

P. R.

Cautum est per jus Patrium in *cap.* 30. *vol.* 2., quod quinque sint Syndicatores Officii Prætorii Mediolani; Cum eadem auctoritate inter hos, duo sunt ex Causidicis Coll., qui à Collegio eliguntur, quive utendo eadem auctoritate sedere solent in Curiis cum voto; Licet verò jam præscriptus sit ordo sedendi etiam in visitationibus Carceratorum per sententiam Senatus M. V. diei 16. Decembris 1585. hujus tenoris: 1704 *Facto verbo in Senatu Mediolani, quomodo in visitatione Carceratorum facienda, sedere debeant ProPrætor, ProJudices, & Fiscales, ac Protectores, & habita super hoc negotio opportuna contemplatione. Censuit Senatus à parte dextra sedere debere ProPrætorem postea Fiscales, tàm longioris, quàm brevioris Togæ, deindè Protectores Togatos, à parte verò sinistra omnes quatuor ProJudices ordine suo, deindè Protectores brevioris Togæ sine præjudicio jurium partium in petitorio*, & prout in Libro styllatus qu. Jo. Baptistæ Blanchini typis impresso in verbo Syndicatores Curiæ Prætoriæ; Contingit Cajetano Francisco Claro, & Pe-

1704 & Petro Francisco de Advocatis Syndicatoribus à dicto Collegio Causidicorum in parte Syndicatus Officii Prætoris electis, ac fid. fs. M. V. servis, quod occasione eorum accessus ad visitationem Carceratorum habita die decima quinta mensis præsentis, reperuerunt non esse variatum dictum ordinem sedendi, nisi per Fiscalem Syndicum Furnium, qui loco sedendi à manù dextera, post Syndicatorem Prætoris, & inter Advocatos Fiscales, ac Nob. Protectores, se intrusit sedendo à manù sinistra, sicque immediatè post alios duos Syndicatores Judicis Galli, & Equi, prætendendo quod Suppl. licet æquales dictis aliis Syndicatoribus, sedere deberent post dictum Fiscalem Syndicum Furnium, & sic in ordine Protectorum brevioris Togæ, quod est absurdum, & nusquam practicatum ex quo sint indivisibiles omnes Syndicatores in munere Syndicatus, adeòut si occasione Curiarum edixit M. V. *die 16. Junii 1695. Abbates sedentes sedere debere immediatè post Judices*, multo magis, & fortiùs id debeat servari favore Syndicatorum, ratione indivisibilitatis Officii, & alterius sanctionis, de qua suprà. Deduxerunt Supplicantes incuntinenti eorum jurà, sed ob reverentiam Amplissimi Calchi, & Gallarati, qui præerant recesserunt facto per dictos Amplissimos Patres decreto, ut recessus esse deberet sine præiudicio jurium Supplicantium, & quod defferri deberet in manibus Egregii Secretarii visitationis opportuna protestatio, ut factum est; Reliquum est igitur, ut Supplicantes tuendo jura eorum officii confugiant ad M. V. illam humil. exorando, dignetur occurrere remedio magis proprio prò circumscriptione attentati per dictum Fiscalem Furnium patrati, ordinando insuper Syndicatori dicti Prætoris, ut omnino servari curet occasione aliarum convocationum dictum ordinem sedendi, ità ut dictus Fiscalis Furnius sedere debeat apud alios Fiscales Togatos, & ab eorum latere, non interrumpendo ordinem aliorum quatuor Syndicatorum, ut semper practicatum fuisse intelligunt Supplicantes ab eorum Antecessoribus, quod &c.

Fisque coram Senatù nostro lectis die xviii. Decembris prox. lapsi, unà cum enunciata protestatione per dictos Syndicatores facta, & nobis exhibita prò maturiori deliberatione, jussimus dandas litteras Egr. Syndicis Fiscalibus nostris Cruceo, & Furnio, ad dicendum quid eis occurreret super petitis per eosdem Syndicatores Supplicantes, & interim respectù interventus Supplicantium in Curiis servari solitum.

Datis autem ipsis Egr. Fiscalibus dictis litteris, fuerunt contumaces; Omnibusque iterùm in Senatù nostro propositis per has nostras, ex ipsius Ordinis sententia mandamus Syndicatori dicti Egr. Prætoris, ut occasione aliarum convocationum servari omninò curet recitatum ordinem sedendi itàut nominatus Fiscalis Furnius sedere habeat apud alios Fiscales Togatos, & ab eorum latere non interrumpendo ordinem aliorum quatuor Syndicatorum, in quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani die xi. Aprilis MDCCIV.

Ordo, ut in causis criminalibus Almi Collegii Germanici, & Ungarici de Urbe privativè procedat Egr. Capitaneus Justitiæ Mediolani.

PHILIPPUS V. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum Senatus noster vigore Regiarum nostrarum jussionum declaraverit non posse in Causis Criminalibus Almi Collegii Germanici, & Ungarici de Urbe, ejusque hominum per alium Judicem, quam Egr. Capitaneum Justitiæ procedi, ex Fisci nostri etiam Voto mandavimus sub die 9. Septembris 1688., sicuti per has nostras, & ad preces Ven. Patris Francisci Marliani Procuratoris dicti Almi Collegii iterùm mandamus, ut si qui reperiuntur in Officio vestro instructi processus contrà homines dicti Almi Collegii, illos remittatis dicto Egr. Capitaneo Justitiæ Judici Privativo, & ubi aliquid habeatis in contrarium rescribatis. Mediol. die xvi. Decembris MDCCIV.

Ordo, ut criminaliter procedatur contra Reum de delicto licet in aliena jurisdictione patrato.

Prætori Vallissaxinæ.

1705 Dilectè noster. Moniti fuimus litteris vestris Magnif. Senatus nostri Præsidi exaratis de nece Ambrosii Rati loci Præmanæ patrata à Carolo ejus Fratre in Civitate Venetiarum, super quibus Fisco nostro audito, vobis mandamus, ut curetis sedulò incumbere perfectioni processus, & delinquentis detentionem assequi, mox Senatui nostro de resultantibus moneatis ad effectum, ut pro habendo corpore delicti à Civitate Veneta possint interponi opportuna, & in similibus consueta Offitia. Mediolani die xi. Maji MDCCV.

Bellingerius.

Ordo, ut Judices transmittant Magistratui Reddit. Extraord. notulam confiscationum, condemnationum, mulctarum, denunciationum, ac querelarum. 1705

PHILIPPUS V. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cùm actum fuerit in Senatu nostro de tollendis abusibus, qui in præjuditium Regii nostri Ærarii committuntur ex incuria nonnullorum Jusdicentium tùm Regiorum, tùm Feudalium, qui negligunt, prout tenentur ad præscriptum Nov. Constit., ac Ordinum nostrorum, transmittere ad Magistratum Reddit. nostrorum Extraord. notulas Confiscationum, descriptionis bonorum, Condemnationum, ac Mulctarum, nec non querelarum, ac denuntiationum. De ipsius Ordinis sententia Vobis mandamus, ut inconcussè servetis dispositionem Nov. Constit., & Ordines Senatus in hàc materià emanatos. Insuper mandamus Syndicatoribus, ut invigilent pro observantia dictorum Ordinum, monendo Senatum de inobservantia, si quæ reperitur. Mediolani die xxvii. Novembris MDCCV.

F. Belingerius.

A N N O T.

Renovatus fuit Ordine diei 13. Januarii 1708., 16. Maji 1709., 30. Julii 1710., 28. Januarii 1712., 20. Novembris 1728., 27. Augusti 1729.

Ordo, ne Judices relaxent Reos pro inserviendo Militiæ, nisi prius monito Senatu, ubi agatur de causis ad eundem referibilibus.

PHILIPPUS V. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

1706

Dilectè noster. Cum innotuerit Senatui nostro per Judices vigore rescriptorum Reos è Carceribus pro inserviendo Militiæ relaxari, ex ipsius Ordinis sententia mandamus Vobis, ut quotiescumque præsententur rescripta pro relaxandis detentis in Carceribus vestris ad inserviendum Militiæ, antequam executioni mittantur, ubi agatur de Causis referibilibus ad Senatum nostrum, eundem moneatis opportunè provisurum. Mediolani die vii. Januarii MDCCVI. F. Belingerius.

Ordo, ut in causis, in quibus agitur de interesse Fisci, tam ordinariis, quam delegatis admittatur Advocatus Fiscalis quibuscumque processibus, actis, & examinibus Testium.

PHILIPPUS V. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Ex sententia Senatus, coram quo propositæ fuere occlusæ preces J. C. Francisci Gazinelli Advocati Fiscalis istius Civitatis: censuimus, etiam ex Fisci nostri voto, pro causis adhuc expediendis, & in quibus ingeritur Fisci interesse, tam ordinariis, quam delegatis, tum per Nos, tum per Illustrem L. T. nostrum, teneri Jusdicentes requirere, & admittere Advocatos Fiscales quibuscunque Processibus, actis, & examinibus Testium ad formam Nov. Constitut. sub pœnis Nobis benevisis. De quo vos monemus, mandantes ut ità exequamini. Mediolani die xvi. Januarii MDCCVI.

Maddius.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Comi nostro dilecto.

Renovatio Ordinum pro Baricellis, & Satellitibus.

MDCCVI. Die iii. Julii.

Anno 1694. die 18. Novembris consulere volens Senatus Justitiæ incolumitati, ac publicæ utilitati, & ut provisum remaneret præsertim in hac Civitate de congruo satellitii numero necessario tùm in criminibus vindicandis, tùm in quibuscunque Justitiæ actibus exequendis, ac etiam ut occurreretur ipsius fraudibus, & concussionibus, nec non illicitis pactionibus nonnullos Ordines vulgandos curavit; Cum autem idem Ordo alios serpere abusus cognoverit, illa denuò renovari, nonnullaque eisdem addi jussit, ut omnia inviolabiliter in posterum serventur, quò circà idem Ordo mandat.

Executiones omnes præceptorum in causis civilibus intrà Urbem, & Corpora Sanctorum, quæ à die harum publicationis in anteà relaxabuntur per Egregium Capitaneum Justitiæ, seù ejus Vicarium, Prætorem Mediolani, Judices Galli, & Equi, Vicarium Prætorium, nec non per Consultores, & Consules Justitiæ, ac per Abbates, & Consulem Mercatorum, committendas esse ad exequendum, & faciendas privativè per Baricellos utriusq; Officii hujus Civitatis, aut eorum respectivè L. Tenentes, vel per quoscunque alios satellites in eorum Turmis descriptos.

Non licere Baricello Campestri, aut

 ejusdem

1705 ejusdem satellitibus, in ipsis executionibus faciendis se immiscere, prout nec servitoribus, quos vocant delli Cancelli, itaut istis in posterum permissa tantùm sit inthimatio citationum, aliorumque actorum civilium.

Extrà verò Civitatem, & Corpora Sanctorum posse unumquemque pro ejus arbitrio uti opera illius satellitii, quod magis expedire ipsi videbitur.

Officio Egregii Capitanei Justitiæ inservire debere tres Baricellos, quorum unusquisque sibi eliget L. Tenentem, & constituat sibi turmam saltem duodecim satellitum, computato L. Tenente, illi verò Egregii Prætoris Baricellum unum cum duobus L. Tenentibus, & viginti satellitibus.

Teneri omnes hujusmodi servitores dare nomen juxtà ordines, & præstare fidejussionem ad normam Statuti in actis Egregii Vicarii Provisionum, & ulteriùs se describere in Officio, cui inserviunt, penès Actuarium scilicet in illo Egregii Capitanei Justitiæ, penès eum, qui per ipsum Capitaneum fuerit electus, & in Officio Prætorio apud Actuarium Provincialem Civitatis, ibique etiam præstandam à Baricellis idoneam fidejussionem saltem aureorum centum de benè se gerendo in eorum exercitio, & de solvendis damnis, casu quo executiones per eos fiant minùs legitimè, & de restituendo quidquid indebitè fuerit oblatum tàm per ipsos, quàm per eorum respectivè satellites.

In executionibus faciendis servandos per Baricellos, & satellites adamussim Ordines jam editos, nec quidquam ulteriùs exigere licere sub quovis titulo, ultrà quam præscriptum est ex Statutis, Novis Constitutionibus, & Ordinibus prædictis, tàm circà mercedem, quàm circà alia, & hæc omnia sub pœna privationis exercitii, refectionis omnium expensarum, & damnorum pro interesse partis id damnum passæ, ac alia quacunque corporali per Senatum arbitranda, ità ut teneantur Baricelli de malè gestis ab eorum respectivè satellitibus, & partes, ad quarum instantiam factæ fuerint executiones à satellitibus, qui non sint solvendo, neque fuerint adscripti, neque idoneam præstiterint fidejussionem in casu excessus eorum mercedis teneantur ad refectionem omnium expensarum factarum, & damnorum passorum.

Actu verò executionum, quæ fiunt in pignoribus debitorum cavendum à Baricellis, & eorum familia ab exportitione pignorum extrà locum sub titulo, & prætextu eorum mercedis, quæ exigi prætenditur à debitoribus, sed teneri illa quoque deponere una cum aliis ad formam Ordinum, ut deindè per Judicem causæ relaxentur prout juris, & hoc sub pœnis superiùs expressis. Teneri propterea Actuarios prædictos habere librum, in quo describi debeant nomina, & cognomina Baricellorum L. Tenentium, ac satellitum, ac fidejussorum ut supra præstandorum, ut de iis constet sub pœna suspensionis à munere in casu inobedientiæ.

Non licere cuiquam tàm directè, quàm per indirectum, & tàm secretis, quàm pandictis conventionibus pacisci cum aliquo ex Baricellis, sivè satellitibus de emungenda, seù dividenda pro rata mercede ex Ordinibus debita Executoribus pro ipsius executionibus faciendis, & hoc sub pœna dupli, & majori etiam arbitrio Senatus, ità ut si quis pandiderit Senatui, vel Magnifico Marchioni Gallarato delegato turpitudinem hujusmodi pactionis lucretur dimidiam partem pœnæ exigendæ à contraventoribus, & secretum habeatur ipsius nomen.

Firma pro nunc manente conventione inita per Congregationem Provinciarum cum Baricello Campestri cogendum eundem ad retentionem viginti equorum, & totidem satellitum pro ejus turma, qui describere se non possint in alio Officio istius Civitatis præter nomen dandum in actis Egr. Capitanei Justitiæ restrictivè ad servitium Campestre, ipsumque Baricellum teneri cum familia se exhibere singulis mensibus lustrationi, seù recognitioni faciendæ ad effectum recognoscendi, an dictus numerus extet coram Egr. Capitaneo Justitiæ, & Magnifico Senatore Delegato, ità ut præfatus Capitaneus sit sollicitus de observantia, & ità servandum esse per alios Baricellos cum eorum turmis in eorum respectivè Officiis.

Per ipsum Baricellum Campestrem, nisi legitimè fuerit impeditus tanquam diversimodè jussus ab habentibus auctoritatem, de quibus jussionibus constare debeat, perlustrandas esse continuò vias Provinciarum istius Dominii; ità tamen ut toties quoties antequam ad lustrationem prædictam se conferat, teneatur exquirere in utroque Officio hujus Civitatis nùm adsint mandata capiendi, inquisitiones, perhemptoriæ citationes, vel alia quæcunque acta judicialia executioni mittenda, seù inthimanda. Post regressum verò reddendam per eum rationem de gestis Egregio Capitaneo Justitiæ, & aliis respectivè Judicibus, & hæc omnia sub pœna privationis exercitii, ac quacunque alia etiam corporali arbitrio Senatus.

Exercitium autem dicti Baricelli Campestris in futurum esse debere biennale, nec ad exercitium prædictum elapso biennio quemquam continuandum sub quocunque prætextu, nisi re in Senatu proposita, approbationem fuerit consecutus.

Pro quarum observantia Senatus censuit delegandum Magnificum Marchionem Gallaratum, ut pro consueta ejus diligentia sit solicitus de executione, in qua versatur Justitiæ, & publicum servitium providendo prout sibi. A. M. Maddius.

Ordo,

Ordo, ut in transmittendis, vel sequestrandis Reis in Reg. Officiis Mediolani exprimantur saltem genericè tituli delictorum. 1706

JOSEPH PRIMUS Romanorum Imperator &c., & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Actum fuit in Senatu nostro de abusu inrroducto in Officiis Egreg. Capitanei Justitiæ, & Prætoris hujus Urbis in transmittendis detentis, vel eis sequestrandis in ipsis respectivè Officiis, nullis expressis titulis eorum respectivè delictorum; Propterea idem Ordo dicto abusui occurrere volens mandavit in posterum nullos recipi in ipsis respectivè Officiis detentos, nec sequestra admitti, nisi expressis titulis saltem genericè sub pœna contrafacientibus, eidem Ordini arbitraria, quod vobis etiam innotescere volumus, ut ubi occurrat, detentos per vos transmitti, vel sequestrari, sanctionem hanc servari cureris. Mediolani die primo Octobris MDCCVI.

Federicus Cossa.

Renovatio plurium Ordinum circa Sportulas, & recta administrationem Justitiæ in causis criminalibus.

MDCCVII. Die v. Maji.

Acto in Excellentissimo Senatu de pluribus gravibus abusibus, qui ex diligentiis peractis per Magnificos Delegatos in re Sportularia in Visitatione, & recognitione diversorum processuum Criminalium instructorum in Officio Prætorio hujus Urbis annis 1702., 1703., 1704., & 1705. emerserunt, tàm in maximum Justitiæ detrimentum, quàm in spretum Ordinum ipsius Excellentissimi Senatus, ac etiam manifestum præjuditium, & detractionem Sportularum eidem Senatui in partem stipendii à Potentissimis Regibus nostris assignatarum.

Primò. Ob plurimos processus à Notariis inchoatos, & prosecutos, nullà facta mentione, vel communicatione alicui Judici.

Secundò. Ob quamplures processus inchoatos, mox non prosecutos, & relictos in expeditos per annos.

Tertiò. Relaxationis delinquentium, & detentorum fidejussoribus de se consignando, & ex post non fuisse citatos dictos fidejussores ad ipsos principales consignandum.

Quartò. De processibus plurimis expeditis cum cautelosà clausulà, *solutis prius Sportulis*, quæ exindè solutæ non apparent, sed Ordinationes posteà vel à reis ipsis, seù eorum patrocinatoribus absquè ulla Sportularum solutione retinentur, attestatione Notarii de receptà eorum liberatione contenti, ulteriùs eas registrari facere non curant cum Justitiæ, & Ordinum delusione.

Quintò. Alios processus expeditos finè expressione, quod sint solutæ Sportulæ, & non habità fide Thesaurarii de earum solutione.

Sextò. Alios, & quidem plurimos expeditos fuisse tàm per Judices, quàm per Syndicatores, & liberatos delinquentes cum liberationibus *absquè impensà*, absque attestationibus paupertatis, seù miserabilit tis contrà dispositæ à Nov. Constit., & Ordinibus Senatus. 1707

Septimò. Repertas fuisse plerasque remissiones registratas à Notariis in calce processuum absquè prævio decreto Judicis contrà Ordinum dispositionem.

Ad primum. Censuit is Ordo, firmis manentibus omnibus aliis Ordinibus in subjectà materià conditis, citandos Notarios ad dicendum, quarè condemnari non debeant in pœnas ab Ordinibus præscriptas, & deputandos intrà dies quatuor per Magnificos Delegatos, Judices, sub quibus ipsi processus dirigantur, & perficiantur. In futurum verò teneri Notarios, statim receptis querelis, seù denuntiis certiorem facere aliquem ex Judicibus, & respectivè eum, cui sunt adscripti sub pœnà scutorum vigintiquinque in quolibet casu, ac etiàm suspensionis à munere, & aliis arbitrio Senatus imponendis, ac etiam audiendos ipsos Judices, ut dicant eorum occurrentia circà prædicta.

Ad secundum. Observandos omninò Ordines anni 1563. diei 24. Octobris scilicèt, ut Jusdicentes processus coràm se pendentes, & quos in posterùm agi contigerit intrà præfixos terminos perficiant, aut causas, quarè perfecti non fuerint Senatui, quàm primum reddant sub pœna suspensionis à munere, & aliis Senatui arbitrariis, & Judices teneantur in examinibus Reorum in causis capitalibus, & aliis gravibus, in quibus pœna corporalis est imponenda personaliter intervenire, & assistere juxtà disposita in Nov. Constit., & aliis Ordinibus, & præsertim 26. Novembris 1541.

Ad tertium. Citandos statim fidejussores ad suos principales consignandum, & ubi contumaces sint, deveniendum ad eorum condemnationem, monendumque alterùm ex Magnificis Delegatis de executione hujus Ordinis sub pœnis in proximo antecedenti capitulo contentis.

1707 Ad quartum. Dentur Ordines Thesaurario Senatus, ac aliis Thesaurariis pro omnimodà exactione ipsarum Sportularum non solutarum, & hoc tàm contrà Judices, quàm contrà Notarios, qui Ordinationes receperint contrà manifestam dispositionem tot Ordinum Senatus, & præsertim diei 17. Novembris 1657., & diei 27. pariter Novembris 1702., ac 22. Maji 1652.

Ad quintum. Dicti Thesaurarii promptioribus remediis curent exactionem ipsarum Sportularum à Judicibus, qui contravenerunt juxtà recitatos Ordines diei 17. Novembris 1657., & 27. Novembris 1702.

Ad sextum. Executioni mittantur quamprimùm ordinata per Senatum, præcipuè sub die 10. Januarii 1686. contrà Judices, & fidejussores, eorumque bona, & hæredes respectivè, & in posterum pro Ordinationibus, & liberationibus, si quæ contrà præscriptos Ordines fient absque impensa, teneantur etiam Notarii ad Sportularum solutionem de proprio, irremissibiliter exigendam, ultrà alias pœnas Senatus arbitrio, ac præsertim privationis à munere.

Ad septimum. Quo ad remissiones in genere, serventur omninò Ordines diei 10. Januarii 1686., ità quod in posterum nullo modo recipiantur sinè Judicis decreto, & Sportularum solutione sub pœnis in eodem Ordine præscriptis, & signanter quod teneantur insolidum Judices, & Notarii ad solutionem Sportularum, casu quo similes remissiones non præsentaverint Thesaurariis, vel fuerint negligentes in illis præsentandis, vel monendis Thesaurariis, quibus etiàm Senatus injungit, ut invigilent pro executione præsentium Ordinum, & Magnificos Delegatos in re hac Sporrularia moneant de eorum executione, ut contrà inobedientes, & noxios procedant, eosque ad omnimodam executionem compellant.

Dandas litteras Egregiis Syndicis Fiscalibus Crucejo, & Applano, ut sedulò invigilent pro perficiendis processibus in Officiis Mediolani juxtà Ordines.

Dandas litteras Magnificis Senatoribus, ut juxtà jàm ordinata per Senatum curent pro spectatà eorum integritate in singulis Provintiis eisdem commendatis administrationem Justitiæ, & processuum rectàm instructionem ad normam Ordinum anni 1703. 2. Maji. Bellingerius.

Ordo pro celeri expeditione causarum civilium, & criminalium.

CAROLUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. D. Princeps Eugenius à Sabaudia Locum Tenens noster remisit ad Senatum exemplar litterarum nostrarum Regiarum diei trigesimi mensis Septembris nuper evoluti demandantium promptam, & eo minori quo fieri possit partium dispendio, expeditionem causarum tùm civilium, tùm criminalium de præsenti pendentium, & in futurum agendarum, eoque in dicto Ordine nostro proposito, litteras ipsas omninò exequi volentes, de ipsius Ordinis sententia mandamus vobis, ut sedulò earundem causarum expeditioni incumbatis, promptamque justitiam Subditis nostris administretis, secùs sciatis, eundem Ordinem nostrum gravitèr in vos animadversurum, nec passurum, in eorundem Subditorum præjudicium, ac justitiæ detrimentum causas ipsas protrahi. Mediolani die xxiii. Novembris MDCCVII.

F. Cossa.

ANNOT.

Renovati fuit Ordine diei 27. Martii 1741.

Renovatio Ordinis diei 27. Novembris 1705. pro transmittendis per Judices Magistratui Reddit. Extraord. notulis condemnationum, ac denuntiarum.

CAROLUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

1708 Dilectè noster. Proposita in Senatu nostro Consultatione, quam nobis remisit Magistratus Redditum nostrorum Extraordinariorum circa incuriam omnium Jusdicentium biennialium tàm Regiorum, quàm Feudalium in transmittendis ad eundem Tribunal notulis condemnatorum, aliarumque querelarum, ac denuntiarum, de ipsius Ordinis sententia, audito prius Fisco nostro, decrevimus reiterandos vobis Ordines ad normam illorum de anno 1705. datorum; propterea iterùm vobis mandamus, ut inconcussè observetis dispositionem Novarum Constitut., & Ordines Senatus in hac materia emanatos seriò injungentes, ut omninò solliciti sitis pro observantia dictorum Ordinum, monendo Senatum de inobservantia, (si quæ reperitur.) Mediolani die xiii. Januarii MDCCVIII.

Carolus Gallarinus.

ANNOT.

Renovatus fuit Ordine diei 16. Maji 1709., 30. Julii 1710., 28. Januarii 1722., 20. Novembris 1728., 27. Augusti 1729.

Ordo,

Ordo, ut Judices, ubi præsententur Reorum gratiæ cum clausula QUOAD PERSONAM TANTUM moneant Magistratum, vel Referendarios. 1708

CAROLUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Acto in Senatu nostro, præsente, & audito Fisco, occasione propositionum gratiarum, de præjudiciis, quæ inferruntur Regio Ærario Reddit. nostrorum Extraordinariorum ex incuria eorum Judicum, qui negligunt prædicto Magistratui transmittere notulam Confiscationum, seù mulctarum; Vobis mandamus, ut quotiescumque in Officiis vestris præsententur gratiæ in quibus adsit clausula, *quoad personam tantùm*, certiorem reddatis eundem Magistratum, vel ejusdem respectivè Refferendarios. Mediolani die viii. Junii MDCCVIII.

F. Belingerius.

Ordo, ut Judices relationem faciant de ordinationibus factis ab eorum Præcessoribus, eorumque Syndicatoribus cum clausula ABSQUE EXPENSA.

CAROLUS III. Hispaniarum Rex &c., & Mediolani Dux.

Dilectè noster. Cum compertum fuerit per vos negligi Ordines à Senatu nostro conditos diei 5. Maji 1707., signanter in cap. 6. disponente, ut teneantur omnes Jusdicentes relationem facere de omnibus ordinationibus factis ab eorum Præcessoribus, eorumque Syndicatoribus cum clausula *absque expensa*, nec non de decretis Gubernii mandantibus Reorum absolutionem gratis, & aliis rescribendi ex officio in subjecta materia, mandamus vobis, ut statim ex officio transmittatis ad N. N. alterum ex Spectab. DD. Senatoribus nostris Delegatis, notulam distinctam ipsarum ordinationum, & executioni demandetis etiam Ordines in hac materia editos sub die 6. Aprilis 1691. Mediolani die Veneris xv. Junii MDCCVIII. Gallarinus.

Declaratio valoris Aurei.

MDCCVIII. Die vi. Octobris.

Universis & singulis attestor ego infrascriptus Reg. Duc. Secretarius apud Excell. Mediolani Senatum, quod ubi ab eodem supremo Ordine contingit decerni, aut judicari, erogandam ab aliquo certam quantitatem, sive pro unica vice tantum, sivè per tempora successivè, & in decretis, vel sententiis præmissis exprimitur summa solvenda in numero aureorum, talis declaratio sic facta, indistinctè, & absque ulla dubitatione designat, & determinat quantitatem solutionis in qualibet specie monetæ currentis, habita ratione cujuscunque aurei in libris sex pro unoquoque, adeo ut circa hujusmodi taxationem determinatam non contigerit unquam, nec contingat dubitari, cujus in veritatis testimonium pro executione decreti emanati à suprascripto Excelso Auditorio sub die 3. currentis mensis ad preces D. Marchionis Balestrini, præsentem attestationem edidi, neque subscripsi hac die 6. Octobris 1708.

Cesatus.

Declaratur Collegium Patellanum esse sub protectione Senatus.

Nobile Collegium Patellanum olim ab Amplissimo Regio, & Ducali Senatore Patellano institutum, quod aperiri jussit pro instruendis in liberalibus disciplinis Adolescentibus, suo sub patrocinio pluribus jam annis complexus est Senatus Excellentiss., Magnifico Comite Regente, ac ProPræside Don Aloysio Trotto in ejusdem Patronum tam dignè designato, cujus fælicissimis sub auspiciis, spectata prudentia, sedulitate, ac labore laudabiliter excultum, sicuti non mediocre Mediolanensium, atque exterorum Convictorum incrementum fecit, ita etiam numero supra quadraginta, virtutibus, & pietate florens in maximum hujus Urbis decus, eommodum, & ornamentum cessit: Ne verò ullis unquam temporibus cadere id possit in dubium, idem 1709 Ordo Excellentissimus supradicto Collegio petenti tradendas per subsignatum Egr. Secretarium testimoniales litteras censuit, ex quibus prædictum Collegium Patellanum specialiter, & in præsentiarum actualiter sub protectione ejusdem Senatus esse, omnibus, & singulis pro veritate innotescar. In quorum testimonium præsentes sigilli Regii, quo utimur, impressione muniri, & edi jussimus. Mediolani die xv. Januarii MDCCIX.

Federicus Cossa.

ANNOT.

Protector Delegatus nunc est Magnif. Marchio Don Petrus Goldonus Vidonus Aymus optima animi indole, Justitiæ zelo, omniumquè virtutum genere summoperè ornatus.

Magnus Fossatus.

Ordo

1709 *Ordo pro transmittendis Magistratui Extraord. Reddit. notulis condemnationum, ac querelarum.*

CAROLUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Propositis in Senatu nostro novissimis litteris nostris Regiis Hortæ datis die 19. Aprilis nuper elapsi circa inobservantiam omnium Jusdicentium biennalium tàm Regiorum, quàm Pheudalium in transmittendis ad Magistratum Redditum nostrorum Extraordinariorum notulis Condemnationum, aliarumque querelarum, in quibus interesse Fisci ingeritur; De sententia ipsius Ordinis denuò Vobis mandamus, ut omnino, & promptè exequamini Vobis demandata, secus sciatis Senatum in vos valdè animadversum. Mediolani die xvi. Maji MDCCIX.

Cossa.

A N N O T.

Renovatus fuit Ordine diei 30. Julii 1710., 28. Januarii 1722., 20. Novembris 1728., 27. Augusti 1729.

Ordo circa modum votandi in Congregatione Malæ Mansionis Mediolani inter Carceratorum Protectores Civiles Nobiles, & Causidicos Collegiatos.

MDCCIX. Die ix. Augusti.

Propositis in Excellentissimo Mediolani Senatù per Magnificum D. Senatorem Comitem Modegnanum Relatorem binis Consultationibus Prioris Congregationis Protectorum Carceratorum hujus Civitatis, in Causa Controversiæ vertentis, inter Protectores Civiles Nobiles, & Protectores Causidicos de Collegio ejusdem Urbis, supplici libello dictorum Protectorum Civium Nobilium una cum responso Protectorum Causidicorum de Collegio, quæ sunt exempli sequentis videlicet &c.

Illustrissimo Signore Signore Padron mio Collendissimo.

Essendo nata Controversia nella Congregazione della Mala Stalla tra Signori Cavalieri di Spada, e Signori Causidici, per pretendere questi di votare alternativamente in essa, e quegli opponendosi di voler continuare nel loro possesso d'essere li primi ne' voti, mi stimo in obbligo come Priore della medesima di porgerlo alla notizia di V. S. Illustrissima, acciò con la providenza più opportuna al caso, la Congregazione non ne patisca fra tanto verun pregiudizio, ricusando li Signori Causidici per tal motivo d'intervenirvi, e tanto sperando dal zelo incomparabile di V. S. Illustrissima faccio alla medesima divotissima riverenza. Di V. S. Illustrissima. Da questa sua Casa li 23. Settembre 1708.

Sottoscritt. Divotiss., ed Obbligatiss. Ser. Francesco Schiafinati ec.

In calce. Illustriss. Sig. Conte Presidente Don Luca Pertusati ec.

Illustrissimo Signore.

Essendosi adunata la Congregazione della Mala Stalla per trattare alcuni interessi concernenti al di lui benefizio, nacque altercazione fra Signori Nobili, e Signori Causidici Collegiati per la preminenza nel votare, presumendo li Signori Nobili di dover in corpo essere preferiti a' Signori Causidici, ed essi supponendo doversi cominciare da' Signori Nobili, ma d'indi succedere alternativamente ad uno di loro, in prova di che fu da' Signori Causidici esibita Sentenza del Senato Eccellentissimo seguita fin dall'anno 1670., per cui venne dichiarato, che il metodo di votare fosse alternativo fra le Parti, cominciando de' Signori Nobili, il di cui tenore viene quì annesso; essendone addimandata da' Signori Causidici l'esecuzione di tale Sentenza, fu opposto da' Signori Nobili, che l'uso praticato già da sei, o sette anni in circa si era, che precedesse intiero il lor rango, a quello de' Signori Causidici, per conseguenza non volere admettere la suddetta disposizione in contrario, nè acquettandosi alcuna delle Parti, benchè se ne procurasse la composizione, attesa l'urgenza degl' interessi, che dovevano trattarsi del L. P., perchè non venissero questi defraudati, stimai bene, come Priore immeritevole della Congregazione usare del medemo ordine di votare di già praticato da molti miei Antecessori, cioè con la preminenza de' Signori Nobili, e d'indi de' Signori Causidici, quali recusando di dare in tal guisa il loro voto, se ne partirono, con protesta di nullità di quanto fosse in Congregazione operato, e con reciproca protesta de' Signori Nobili di voler mantenere il loro asserito possesso di precedenza, le di cui vicendevoli proteste, si esibiscono. Perchè dunque non abbi ad aver luogo altre volte simil discordia, e perchè si possino trattare con quiete gli affari spettanti al Luogo Pio, ho stimato preciso, con il consenso ancora delle Parti il porgere avviso ad V. S. Illustrissima con l'esibizione degli opportuni ricapiti, perchè si compiaccia con la superiore sua autorità

torità dare quegli ordini, che stimerà più convenevoli al caso, mentre con umil inchino faccio a V. S. Illustrissima divotissima riverenza. Milano 20. Marzo 1709.

Subscrip. Di V. S. Illustriss. umiliss. ser. Arialdo Alciati Procuratore.

Illustrissimo Signore.

Essendo insorta tra Cavalieri Nobili, e Signori Procuratori del Luogo Pio della Mala Stalla una nuova, e mai più intesa differenza, con la quale li detti Signori Procuratori pretendono votare alternativamente con detti Nobili contro la presente, ed antica consuetudine, come dalla fede qui ingionta sottoscritta da' passati Priori, e Signori Togati, chiaramente si vede, che però non volendo detti Nobili pregiudicare a questo loro sì giusto possesso, alla solita inalterabile Giustizia di V. S. Illustrissima confidati, umilmente la supplicano volere dare subito ordine a' detti Signori Procuratori, che tralascino questa da loro promossa pretensione, e seguitino secondo lo dettame usato per lo passato, protestando ad V. S. Illustrissima, come attualmente protestano li detti Signori Nobili, che più tosto rinoncieranno alla loro Città tal carica, che intervenirvi con un loro sì notabile pregiudizio, sì perchè e per titolo d'equità, e di convenienza pare se gli debba tal precedenza, come anche se admettessero questa novità contro il loro possesso, si farebbe un nuovo stato, con evidente discapito de' loro Successori, che è dire di tutta la loro Città, il che come giusto, dall'innata equità di V. S. Illustrissima sperano ec.

P. R.

Orta de anno 1670. contentione inter Protectores Carceratorum hujus Magnificæ Civitatis ex Nob. Civibus ex una, & ex Nob. Causidicis de Collegio parte ex alterà, super modo colligendi eorum vota, sustinentibus Causidicis votare debere prælativè ad Nob. non Causidicos, cum alternativè etiam votare consuevissent cum Protectoribus Togatis; hunc enim controversiæ statum patefaciunt preces typis tunc temporis impressæ, quæ M. V. exhibentur signat. A. Placuit M. V. *sub die 12. Septembris ejusdem anni* contentionem dirimere, decernendo, ut decrevit *vota pro nunc esse colligenda alternis vicibus, incipiendo tamen à Nobilibus, ut ex sanctione, quæ in authenticam formam M. V. exhibetur sign. B.* Habuit hæc sanctio executionem quietè, & pacificè per triginta, & ultrà annos, cum perpetuo Nob. Civium silentio, quæ trigennalis observantia dicto titulo judicati per M. V. præmunitam completam, & irrectractabilem præstat Protectoribus Causf. ità votandi præsumptionem, & ut ex attestationibus, quæ M. V. exhibentur sign. C. Audiunt nunc Protectores Causidici quandam attentatam per Comprotectores ex Nob. Civib. novitatem, & turbationem dictæ eorum possessionis, seu quasi alternatìm ut suprà votandi, & conatum quemdam contrà dictam M. V. sanctionem veniendi; Innotuit enim quædam consultatio facta M. V. per Egreg. J. C. C. Protectorem Priorem dictæ Congregationis Protectorum Carceratorum anni proximè elapsi, super quà nihil aliud placuit M. V. decernere sub *die 26. mensis Septembris*, quam quod *L. Junctis antecedentibus ad lecturam, ut iterùm fiat verbum*; Verùm neglecta fuit hujus decreti per impetrantes executio, & destitum ab omni ulteriori instantia, donec per Egr. J. C. C. modernum dictæ Congregationis Priorem alia transmissa fuit M. V. Consultatio diei 20. Martii prox. elapsi, super quà non immemor M. V. præcedentis decreti, iterùm sub die 14. ejusdem mensis decrevit *L. Jungantur cum supplici libello Nobilium, & remittantur ad lecturam servatis servandis, monitis Partibus*; sed desiderio Nob. non arrisit hoc quoque M. V. decretum, cujus iterùm non curata, sed penitùs, & huc usque neglecta apparet ab impetrantibus executio, sed cùm interim non negligant Nobiles prædicti attentare turbationes possessionis alternatim ut supra votandi, Protectorum Causidicorum de facto ordinem prævertendo, quò circà coacti fuerint Causidici protestationibus jus suum præservare, & ad evitanda scandala abstinere à congressibus, donèc eorum indemnitati M. V. consulere dignetur; Ideò cum agatur de re jàm à M. V. decisa ut suprà, deque observantia rei à M. V. decisæ ut suprà nefas sit ambigere in notorio plusquam patenti, quidquid Nobiles elato nimium dicto, Carceratorum protectionem potiùs se deserturos, quàm à novitate contrà tenorem Sententiæ M. V. per eos excitata recedere protestari non dubitaverint, è contrà Protectores Causf. fidiss. M. V. servi semper in protectione Carceratorum prò eorum viribus constantissimi extituri, justitiam, & quietem implorantes, ad eam confugiunt

Humiliter supplicando dignetur junctis hisce precibus cum antecedentibus ut suprà decernere non esse quidquàm contrà tenorem sanctionis M. V. anni 1670. 12. Septembris per dictos Nob. Protectores Carceratorum innovandum; Sed in omnimoda ejusdem executione continuari debere, quod &c. Et omnibus maturè perpensis, una cùm juribus, & documentis hinc indè dimmissis, & exhibitis.

Censuit Senatus Partes informare debere in meritis coram dicto Magnifico Comite Modegnano, & interim servanda ordinata per Senatum de anno 1670., non obstantibus deductis &c. F. Belingerius.

Deman-

1710 *Demandatur observantia Ordinum editorum circa rationes administrationis à Confraternitatibus reddendas Judicibus laicis.*

CAROLUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Per D. Principem Eugenium à Sabaudia L. T. nostrum remissæ fuere ad Senatum litteræ vestræ eidem exaratæ in materia reddendarum rationum administrationis gestæ, & gerendæ per Priores Confraternitatum istius jurisdictionis vestræ. Datum proinde fuit Ordini nostro super narratis litteris decretum diei 22. Februarii proximè evoluti, ut provideamus, prout convenire existimabimus. Qua propter etiam ex Fisci nostri voto mandamus vobis curetis observantiam Ordinum in re, de qua agitur, monendo Senatum de iis, quæ digna ejus notitia cognoveritis pro quacumque opportuna providentia. Mediolani die ii. Martii MDCCX.

Castellinus.

A tergo Sapienti J. C. Prætori Cassiani nostro dilecto.

Ordo, ut detentis in Carceribus Mediolani ex ordine Prætorum Pheudalium subministrentur alimenta.

MDCCX. Die xi. Julii.

Cum multoties Prætores Pheudales pro tutiori Reorum custodia, eos traduci curent ab eorum respectivè Offitiis ad Carceres huius Civitatis, absque eo quod eis subministrentur necessaria alimenta, & quod magis est, non expeditis eorum causis, quod cedit in eorundem Reorum præjudicium, & justitiæ detrimentum. Actum itaque fuit de hac re in Senatu. Enixè ideò mandat idem Ordo omnibus Prætoribus Pheudalibus, ut deveniant quam primum ad expeditionem causarum criminalium coram eis pendentium, curentque, ut eisdem respectivè detentis in dictis Carceribus Mediolani pro tutiori eorum custodia, subministrentur alimenta, secùs idem Ordo graviter in eos animadvertet.

F. Bellingerius.

ANNOT.

In Ordine diei 17. Novembris 1603. præscribitur etiam quod per Pheudatarios detur fidejussio de subministrandis hisce alimentis.

Ordo, ne aliquid exigatur à Notariis criminalibus pro visitationibus casuum fortuitorum.

Illustrissimo Signore.

Giulio Cesare Pessina Cancelliere del Senato Eccellentissimo, ed umiliss. ser. di V. S Illustrissima, come il Maggiorestimo, e Possessore de' Beni nella Comunità di Villanuova, Pieve di Vimercato Ducato di Milano, gli rappresenta esser seguito un caso fortuito nella Cassina detta la Graffignana, sotto detto Territorio in una Fanciulla addimandata Maria d'età circa anni trè, figlia di Andrea Nava, affogatasi in una Foppa piena d'acqua, ivi vicina: Portata dal Console la denonzia, si è fatta la visita del Cadavere dal Notaro Attuario Frigerio dell' Offi. io Regio della Martesana, il quale mediante un papele, o sii termine di giorni trè a pagare la spesa della visita, pulsa la Comunità, come dall' avviso, che ad V. S. si esebisce, e perchè il Supplicante con tutta la Comunità credono di certo non aver a soccombere al pagamento di questa visita, ma bensì doversi pagare dal detto Andrea Padre di detta defonta, massime, che in altri casi simili la Comunità non ha mai patito molestia alcuna, ma bensì il capo di Casa del defonto: Per tanto il Supplicante per ripararsi da questo dispendio, che di ragione non se gli aspetta, a' piedi di V. S. Illustrissima ricorre

Umilmente supplicandola restar servita ordinare al Sig. Fiscale della Martesana, come Luogo Tenente del Sig. Vicario Absente, acciò dii ordine a detto Frigerio, ed a qualunque altra persona a chi s'aspetta, ad effetto sii levata del tutto la suddetta molestia contro il Supplicante, e la Comunità, indrizzandola contro al detto Andrea Nava Padre della detta defonta, persona idonea al pagamento, il che, come giusto spera ec.

Tenor monitionis.

Egr. J. C. D. Vicarius Reg. Offitii Marthesanæ, sic Instante D. Thesaur. Offitii supradicti juribus suis quibuscumque semper salvis &c. statuit, & assignavit, ac statuit, & assignat infrascript. debitor. personaliter, vel &c. terminum dierum trium proximè fut. post &c. ad dandum, & solvend., ac solvisse habend. præfato Instanti summam infrascriptam causa inferius exprimend., aliter dicto termino elapso, & dicta summa

ma non soluta, seù dicto Instante non satisfacto, concedetur quodcunque opportunum præceptum executivum &c in bonis dicti debit. absque alia monitione. Item pro expensis &c. Et de hujus intimatione plena dabitur fides relationi Ferdinandi Sevesi servit. Dat. Oppidi Vicomercati die septima mensis Julii anni 1710.

Consul Syndici, & Homines Communitatis Villænovæ debitores præfati Instantis summæ lib. octo, solid. octo Imper. causa importantiæ mercedis visitationis factæ per alterum ex Notariis dicti Officii pro Cadavere Mariæ Navæ in Capsina Graffignana in acquis submersæ, ut ex juditio, & actis &c. item pro expensis &c.

Subscript. Cossa Advoc. Fisc. L. T.

A tergo. Villanova. Al Console, Sindici, ed Uomini.

Al Fante per l'intimazione soldi venti.

1710. 12. Julii.

Egr. Thesaurarius informet cum Voto.

Signat. Arrigonus.

Reducuntur petita in suprascripto supplici libello ad tollendam molestiam Communitati, eandemque inferendam Patri filiæ fataliter submersæ, in quo cautè agendum est. Non enim officit allegare consuetudinem in similibus, quæ tamquam abusus valdè præjudicialis, & contra expressam, & repetitam sanctissimam mentem Senatus Excellentissimi attendi minimè debet, ut videre est ex hic annexo Senatus Consulto &c.; Siquidem cum nec Pater, qui tale infortunium passus est, ne redatur afflictio, nec Communitas ad quidquam teneantur pro dicta media visitatione, sentit Thesaurarius Senatus Excellentiss. tollendam esse dictam molestiam illatam dictæ Communitati, hanc non esse dicto Patri inferendam, & in hunc sensum dandas litteras Egr. Fiscali Marthesanæ, se tamen &c. 1710

Subscript. Oliverius Thesaurarius Senatus Excellentiss. delegat. &c.

1710. 15. Julii.

Cum Voto Egr. Thesaurarii.

Signat. Arrigonus.

(*Tenor autem enunciati Ordinis, qui est diei 15. Novembris 1662. hic ommittitur, quia jam est suo loco impressus.*)

Tenor litterarum Senatus Excellentissimi Advocato Fiscali Marthesanæ, uti L. T. Vicarii absentis.

Consideratis expositis in occluso supplici libello Nob. Julii Cæsaris Pissinæ Reg. nostri Cancellarii apud Senatum nostrum, uti majoris æstimati, & Possessoris bonorum sit. in Communitate Villænovæ Plebis Vicomercati hujus Ducatus alteri ex Delegaris in re Sportulatum porrecto, una cum informatione per Egr. Thesaurarium ejusdem Ordinis jussu nostro superindè facta, cum Senatus Consulto diei 15. Novembris anni 1662. in hujusmodi casu nobis exhibito, decrevimus tollendam esse enuntiatam molestiam illatam dictæ Communitati hancque non esse Patri dictæ defunctæ inferendam, vobis propterea mandamus, ut ita exequamini. Dat. Mediolani die 15. Julii 1710.

Subscript. Belingerius.

A tergo. Advocato Fiscali Marthesanæ L. T. Vicarii absentis nostro dilecto, & sigillat. &c.

Ordo pro transmittendis per Judices Magistratui Extraord. Reddit. notulis condemnationum, & confiscationum.

CAROLUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum sub die 28. Aprilis nuper evoluti vobis remiserimus exemplar Regiarum litterarum nostrarum mandantium omnibus, & singulis Jusdicentibus hujus Status, ut nullatenus ommitterent transmittere ad Magistratum Redd. Extraord. notulam condemnationum, & confiscationum, quæ in eorum respectivè Offitiis secutæ sunt, & fieri contingent, in causis coram eis pendentibus sub pœnis in eis contentis, & insimul mandaverimus, ut omninò in eis contenta executioni mitterentur. Cum autem supervenerint novæ litteræ Regiæ nostræ diei sexti labentis mensis Julii Senatui nostro directæ in subjecta materia pro omnimoda earum executione, quibus in Senatu nostro lectis, de ejusdem Ordinis Sententia mandamus vobis, ut illicò exequamini jam vobis in eis ordinata in hac materia, monendo, Senatum de executione, aliter sciatis Senatum opportunè provisurum in vos animadvertendo. Mediolani die xxx. Julii MDCCX.

Castellinus.

A N N O T.

Renovatus fuit Ordine diei 28. Januarii 1722., 20. Novembris 1728., & 27. Augusti 1729.

Ordo pro tollendis nonnullis abusibus in materia Sportularia.

MDCCXI. Die v. Decembris.

Quamvis sollicitus semper fuerit Senatus de tollendis non minùs abusibus, & corruptelis per tempora introductis in fraudem Sportularum, quàm etiam de non permittendis excessibus, & gravaminibus Partium in subjecta materia: Nihilominùs, 1711

1711 hilominus, cum res adhuc indigere videatur majori providentia juxtà dispositionem Regiarum fanctionum, is Ordo maturè discussis emergentibus, præsens Edictum promulgandum censuit.

Quo districtè mandat Delegatis in re Sportularia, oè in posterum pro eorum arbitrio, ex quovis titulo accedant ad perlustrandam aliquam hujus Dominii Provinciam, & ad visitationem librorum Criminalium, sed teneantur omninò ipsum futurum accessum participare Magnificis Comiti Regenti Trotto, ac Comiti Gambaranæ habentibus superiorem delegationem, ab iisque obtinere opportunam facultatem toties quoties, non aliter concedendam, quàm intellecta necessitate memoratæ perlustrationis, ac visitationis adhibendæ juxtà casuum contingentias.

In casis, quibus aliquis ex Amplissimis Senatoribus, vel quilibet alius Administer, seu Jusdicens adjonctus fuerit Judici in constructione processus, vigore delegationis emanatæ, tam ex Officio, quàm requirentibus Partibus oon fiat taxatio, nec gravventur Partes ipsæ dupplici Sportularum solutione, unica tantùm sufficiente, quæ legitimè fuerit debita.

Abstinendum à quacumque molestia contrà Communitates ex causa debiti Sportularii contracti per Prætores Pheudales respectivorum locorum, eamque dirigendam simpliciter contrà debitores, eorumque bona, & eorum fidejussores.

Quæ omnia indistinctè servanda edicit Senatus sub pœnis eidem arbitrariis in casu contraventionis.

F. Cesatus.

Ordo, ut nulla merces solvatur pro visitationibus intra duo milliaria.

CAROLUS VI. Romanorum, & Hispaniarum Rex, ac Mediolani Dux &c.

1712 Dilectè noster. Propositis in Senatu novissimis litteris tuis diei 12. Maji proximè lapsi ad Magnificum ejusdem Ordinis Præsidem exaratis super solutione mercedis Visitationis fracturarum isthìc per ignotos patratarum prætensæ tum à Notario Officii Prætoris Laudæ, tum per Actuarium istius Officii tui, super quibus junctis priùs antecedentibus; Fiscus noster excitatus subjecit, ex sententia Senatus decrevimos, causas, de quibus agitur, esse Minoris Magistratos, nilque debitum esse tàm Notario Curiæ Laudensis, quæ in iis nullam habet Jurisdictionem, quàm Notario istius Officii Pheudalis, cum secutæ sint intra duo milliaria. Volumus igitur hanc fanctionem nostram utrique Judici innotescere, mandantes, ut in posterum in quocunque simili caso ita servetur, nec Senatus molestia afficiatur hujusmodi rricis, attenta lege in Ordinibus scripta. Mediolani die xviii. Junii MDCCXII. Cesatus.

A tergo. Prudenti viro Prætori Cavenaghi Laudensis nostro dilecto, & sigill. &c.

Ordo pro notificandis funeribus Ecclesiasticorum Benefitiatorum.

MDCCXII. Die xii. Augusti.

SÆpè à nobis editi fuerunt Ordines pro recto regimine Oeconomatus, ut singuli Jusdicentes in finibus suæ jurisdictionis diligenter curent, ne ullum omninò vacet Beneficium Ecclesiasticum, sivè annexam habens curam Animarum, sivè non habens, quin statim per litteras de ea vacatione certiorem faciant Senatum nostrum, ac Suboeconomum Provinciæ, in qua jusdicunt, sub pœna suspensionis à munere, & etiam graviori arbitrio ejusdem Senatus, & ut singuli Consules Oppidorum, & Pagorum totius Provinciæ Mediolanensis sub pœna scutorum ducentorum auri, & alia etiam corporali arbitrio ut supra, ni psruerint, denuntient Jusdicentibus suis Ordinariis intrà quatriduum mortes quorumcunque Clericorum Beneficiatorum, & etiam Parochorum, quæ in ipsorum Consilum locis contingent. Cùm autem intellexerimus hosce Ordines valdè negligi, denuò mandamus Jusdicentibus, & Consulibus omnibus, ut sub iisdem pœnis ad onguem servent memoratos Ordines, sciantque ipsorum vigilantiam à Regiis, & publicis commodis in hoc valde requiri; Declaramus tamen quo ad Consules, & Antianos, istos non teneri inconsulto Senatu. F. Cesatus.

Ordo, ut nulla habeatur ratio Instrumentorum, & Testamentorum, quæ sint confecta à Notario Apostolico.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, ac Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum propositæ fuerint in Senatu nostro litteræ Abbatum Collegii Notariorum Novariæ monentes abusum nonnullorum Præsbyterorum, & Parochorum istius Jurisdictionis, & inter cæteros Ven. Præsbyteris Christophori Ragutii

gutii Parochi loci Formatiæ se se ingerentium in conficiendis Instrumentis, & testamentis contrà dispositionem Ordinum, super quibus, Fisco nostro audito, de ejusdem Ordinis sententia, mandavimus dictis Abbatibus, ut publicato Edicto nomine Senatus nostri in ista Novariensi Provintia omnibus notum fiat, quod nulla habebitur ratio, nullaque dabitur fides quibuscunque Instrumentis, & Testamentis, nisi fuerint rogata à Notariis approbatis ab eodem Collegio, & de hoc decreto vos monendum, prout monemus, ut invigiletis pro omnimoda ejus observantia. Mediolani die viii. Novembris MDCCXIII. 1713

Gallarinus.

Ordo, ut Judices Majoris Magistratus cogant Prætores Pheudales ad docendum de approbatione Senatus, & Syndicatus liberatione.

MDCCXIII. Die xvi. Decembris.

QUamvis edixerit pluries Senatus, nè quis ex Judicibus Pheudalibus hujus Dominii, expleto biennio, continuari possit in munere exacto, neque aliam Præturam exercere, etiam titulo ProPrætoris, L. T., aut substituti, non reportata priùs absolutione à Syndicatu, ac opportuna exindè approbatione, intellexit nihilominus inobservantiam horum Ordinum adeò irrepsisse, ut hujusmodi sanctiones omninò negligi videantur in grave detrimentum Justitiæ, & perniciem Subditorum; Occurrere itàque volens huic corruptelæ, etiam ex Regii Fisci voto, & re in Senatu proposità.

Censuit idem Ordo, feriò, & districtè injungendum, prout mandat, omnibus Jusdicentibus Majoris Magistratus, ut Pheudales Prætores eorum Provinciæ illicò cogant ad docendum de approbatione à Senatu habità, de adimpletis Ordinibus, de Syndicatus antecedentis liberatione, omniumque nomina, & condisionem referant ad manus Egr. Secretarii Provincialis respectivè.

F. Belingerius.

Ordo, ne Sollicitatores aliquid pacifcantur cum satellitibus pro eisdem consignandis præceptis executivis realibus, & personalibus exequendis.

MDCCXIV. Die x. Aprilis.

FActo per Magnif. Marchionem Gallaratum in Senatu verbo de abusu introducto per nonnullos ex Sollicitatoribus causarom versantibus in Foro, qui obtentis favore eorum respectivè Principalium præceptis executivis realibus, ac etiam personalibus, nec non perquirendi, & similibus, occasione illorum executionis habendæ, dum per ipsos fit consignatio Satellitibus, eodem actu non timent cum iis facere pactiones quoræ mercedis debitæ Executoribus ad formam Ordinum, seù emungere tamquam pretium consignationis illicitum, & per sordes, certam peconiæ quantitatem, undè posteà eveniunt familiariter adeò concussiones, & extorsiones, quæ committuntur per Familiam Satellitiam in detrimentum Justitiæ, & Partium præjudicium; Propterea, ut occurratur huic malo nimium pernicioso.

Censuit is Ordo publica hac sanctione mandandum, prout mandat, omnibus operam suam, & follicitudinem præstantibus in caosis, nè audeant quovis modo, tam per se, quam per submissam personam, vel aliter facere cum Famulis Executoribus pactum aliquod pecuniarium, aot quidquam, vel leviusculum ab iis, etiam spontè dantibus consequi ex causa consignationis memoratorum præceptorum judicialium, ac mandatorum, sub pœna nedum suspensionis, verùm etiam privationis ipsius muneris ipso jure, & facto incurrendæ, constito de contraventione, quæ satis probata habebitur ex secretis, & extrajudicialibus informationibus, nec non carcerationis, & majoris etiam arbitrio Senatus, qui ut omnibus innotescat, jubet pœnalem hanc sanctionem promulgandam, ejusque exemplaria affigenda locis solitis, & præcipuè apud Collegium Notariorum hujus Urbis, ut & ipsum invigilet pro executione. 1714

Cesatus.

Ordo, ne quis ingrediatur Aulam Senatus eo terminato.

MDCCXIV. Die vi. Junii.

ET si alias cautum fuerit per Senatum neminem ingredi posse in ejusdem Aulam, eo terminato, nihilominùs adsunt nonnulli, qui spretis Ordinibus in eam ingredi audent. Quare hisce inconvenientibus occurrere volens, Senatus mandat, ut nemo etiamsi sit ex Cancellariis, cæterisque Officialibus Cancellariæ in eadem Aulam ingrediatur, præter Egr. Secretarium, & Cancellarium hebdomadarios, & Coadjutorem,

1714 torem, qui registrat decreta, qui visionem decretorum alicui non permittat: Respectù autèm Cancellariorum, & aliorum Officialium ingredi possint, quatenùs ab Illustrissimo D. Præside, & Amplissimis PP. fuerint vocati, injungendo Ostiariis Senatus, ut omninò dispositionem hujus Ordinis servari curent. Pœna verò in Contraventores erit, quæ Senatui convenire videbitur. A. M. Maddius.

Ordo, ut Preces in actu relationis causarum sint breves, & porrigantur tempore debito.

MDCCXIV. Die ix. Junii.

ANimadversum est, inolevisse, & in dies magis, magisque serpere hoc malum, ut immensibus expeditionibus causarum, porrigantur per Partes preces admodum prolixæ actu relationis legendæ in substantiâ nil majus continentes præter repetitionem deductorum jam in actis, vel in jurium allegationibus, undè inutilitèr detinetur non parum Senatus in hujusmodi lecturâ importunis litigantium instantiis affectatâ in ipsomet limine ferendæ sententiæ; Ut igitur in posterùm mos adeò pessimus coerceatur.

Mandat Senatus omnibus Causidicis, & Advocatis, quatenus ominò abstineant à similibus, sed si quid fortè novum iis occurrat proponendum, quod faciat ad causæ necessitatem, seù utilitatem, utantur brevibus in ipsa novarum precum compilatione restrictâ præcisè ad punctum non anteà pertractatum, nec discussum, earumque porrectionem non differant ad diem decisionis causæ, sed eas prævie exhibeant saltem Magnifico Relatori, ut maturiùs esse valeat examen, quàm in calculo proferendæ decisionis; Secùs sciant, opinionis suæ diminutionem fore passuros ubi contravenerint, & ulteriùs in eos Senatum animadversurum pro modo contraventionis, etiam per viam suspensionis à munere, ac majoris pœnæ ejusdem arbitrio.

Cesatus.

Ordo, ut Judices quolibet mense transmittant notulam Carceratorum cum titulis delictorum, & causarum referibilium pendentium.

MDCCXIV. Die ix. Junii.

PLuries, atque pluries mandatur per Senatum Jusdicentibus, ut ad eundem remittant Schedulas causarum coram ipsis respectivè pendentium, nec non Carceratorum in eorum Officiis; veruntamen multorum culpabilis est negligentia, licèt palliata variis prætextibus, ad quos jam dudum tollendos censuit denuò promulgandos Ordines. (*Nempe dici 23. Julii 1683., quorum tenor ommittitur, quia jam est suo loco impressus.*)

Ulteriùs, nè in futurum incidat oblivio, aut locus sit excusandæ omissioni tàm perniciosæ rectò reddendi juris ordini, mandat Senatus universis hujus Dominii Jusdicentibus tàm Majoris, quàm Minoris Magistratus, ut semota qualibet exceptione impedimenti allegabilis, nusquam admittenda unoquoq; mense indistinctè remittant ad manus Egr. Secretarii respectivè Provincialis Schedulas detentorum in eorum Carceribus, expressis ibidem titulis criminum, de quibus sunt impicti, nec non causarum referibilium coram ipsis pendentium.

Habitis autem ipsis notulis quoquo mense faciendam per unumquemque Secretarium in sua Provincia consignationem Magnif. PP. Delegatis in unaquaque Provincia, ut re in Senatu proposita provideri possit, prout magis convenire videbitur; Eodemque actu monendos Magnif. Delegatos prædictos, si qui fuerint negligentes in transmissione narratarum Schedularum singulis mensibus, ad hoc ut contrà inobedientes, pariter re in eodem Ordine propositâ, sumantur pœnales deliberationes, quæ congruant inobservantiæ coercendæ.

Cesatus.

Ordo, ut petens avocationem causæ etiam privilegiatæ, & non obtinens censeatur condemnatus in expensis.

MDCCXIV. Die ix. Junii.

COhibere curavit Senatus omnì tempore nimiam licentiam illorum, qui sub clypeo Privilegii desumpti ex *l. unic. C. quando Imper.* etiam si agatur de modica substantia verè non merente Senatoriam cognitionem gravioribus implicitam, nihilominùs importunis petitionibus eam exquirunt, sivè ex vi litteralis comprehensionis in Textù præallegato, sivè etiam vigore extensionis eidem accomodatæ per Interpretes, ad quam importunitatem arcendam prodierunt geminati Ordines dati sub die 13. Novembris 1553., & postremò 5. Maji 1700. inhærendo aliis in eis enunciatis, & sunt prout sequitur. (*Ommittitur tenor, quia suo loco jam est impressus.*)

Sequendo autèm in hac parte dispositionem novissimarum sanctionum Regiarum, salutem Justitiæ concernentium Senatus districtè mandat illarum observantiam, ne quis sub colore causæ privilegiatæ satagat petere ejusdem avocationem ad Supremum, ubi

ubi cum ipso Privilegio non concurrat æstimabilitas rei litigiosæ, quæ si non efficiat causam Senatoriam ad præscriptum Nov. Constitutionum, saltèm talis sit, quæ congruè movere valeat ejus animum ad indulgendum imploratæ audientiæ, in casu contrario denegandæ cum condemnatione in expensis indistinctè posthac exigenda ab omnibus contrafacientibus, ultrà alias pœnas jam indictas Causidicis Auctoribus hujusmodi petitionum. 1714

Cefatus.

A N N O T.

1 OPtimo jure sic fuit sancitum, quia in causis minimis, & parvi momenti cessat privilegium *l. un. C. quando Imperator &c.*, ut late probat Novar. *de elect., & variat. fori sect. 4. quæst. 41.*

Quænam autem causæ dicantur modicæ, & parvi momenti, ut cesset dictum privilegium
2 examinat laudatus Novar. *d. sect. 4. quæst. 42.*, & secundum magis communem DD.
3 opinionem hoc pendere ab arbitrio Judicis firmant Gutieres *canon. quæst. lib. 1. cap. 11. num. 61.*, Menoch. *de arbitrar. cas. 27. nu. 10.*, Muscatell. *in praxi part. 1. glos. petitur. nu. 28.*, & alii apud Novar. *ubi supra num. 7.* *Magnus Fossatus.*

Renovatio Ordinum pro Syndicatoribus.

MDCCXIV. Die ix. Junii.

QUamvis Justitiæ recta administratio Senatus cordi altè impressa eidem suaserit promulgationem plurimorum Ordinum per tempora, juxtà ingruentem necessitatem evellendi abusus, & corruptelas; quià tamen experientia docuit numquam satis consultum remansisse, quin nova semper emerserint absurda; Idcircò is Ordo, nedum pro implemento proprii muneris, verùm etiam in obsequium saluberrimarum Jussionum S. R. Cath. Cæs. Majestatis datarum sub die 29. Octoris 1711., decrevit hoc Edicto renovandas sanctiones jam olim editas in materiâ Syndicatuum, nè affectari possit earum ignorantia, vel quidquam allegari ad excusandam contraventionem indistinctè, & irremissibilitèr post hac puniendam eo genere pœnarum respectivè expressarum aliisque prout infra.

Cefatus.

A N N O T.

ORdines hìc renovati, sunt diei 4. Decembris 1557., 14. Novembris 1573., diei 19. Novembris 1575., diei 23. Novembris 1639., & diei 14. Januarii 1672., quorum tenor ommittitur, quia jam est suo loco impressus.

Ordo, ut in Testes examinentur Pueri ex aspectu, & sagacitate idonei.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Litteris vestris Magnif. Senatus nostri Præsidi exaratis moniti fuimus de nece Christophori Ruffini annorum novem ictu Baculi patrata per Joseph Tabaccum, seu Donatum, super quibus Fiscus noster, junctis occlusis precibus dicti Joseph Donati, subjecit; Vobis mandamus, quod Pueros in Testes nominatos, ubi ex aspectu, & sagacitate idoneos cognoveritis, examini subjiciatis, mox perfectis perficiendis, resultantia referatis; præstita autem fidejussione per dictum Joseph Tabaccum, seu Donatum de se consignando toties quoties in summa aureorum centum, ab irreparabilibus abstineatis per dies viginti postquam rescripseritis. Mediolani die xxvii. Maji MDCCXV. 1715

Castellinus.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Vallis Saxinæ nostro dilecto.

Ordo, ut Cancellarii Visitationum Carceratorum expediant litteras sibi commissas intra dies octo post quamlibet Visitationem.

MDCCXVI. Die v. Martii.

ETsi ex Ordinibus, & decretis, quæ fieri solent per Magnificos Senatores ad Carceratorum visitationem Deputatos satis perspecta esse debeat Cancellariis sollicitudo, & cura, quæ ab eis exigitur, in absolvendis commissionibus, quæ muneri eorundem demandatæ sunt; Usu tamen compertum est, quandoque torpere nonnullorum diligentiam, cum agitur de exarandis, expediendisque litteris Jusdicentibus hujus Dominii, vigore ordinatorum per eosdem Magnificos Visitatores, ex quo cursus Justitiæ plerumque intervertitur ob retardatam criminalium causarum expeditionem; Quocircà, volens Senatus huic morbo occurrere; præsenti hac sanctione, in vim perpetuæ legis valitura, indistinctè jubet Cancellariis Visitationum per tempora, 1716

1716 pora, ut pro eorum munere omninò expediant litteras intra dies octo post quamlibet Visitationem, juxtà ordinanda per Magnificos Visitatores, superindeque moneant eosdem Magnificos Visitatores de executione data, itidemque de occurrentiis, seu exindè secutis post litterarum transmissionem, mandans proindè, ut mandavit Egregiis Secretariis, ut inconcusse hunc Ordinem servari faciant. Carlius.

Ordo, ne in Foro Seculari attendantur in causis Scripturæ, Præcepta, & alia Acta subscripta à Causidicis Curiæ Ecclesiasticæ.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum in Senatu nostro actum fuerit de coruptelà introductà per Causidicos hujus Curiæ Archiepiscopalis, qui subscribunt Acta, Scripturas, Præcepta, & alia in causis coràm Foro nostro Regio actitatis, cui coruptelæ occurrere volentes, de ejusdem Ordinis sententià, decrevimus, dandas esse litteras omnibus Jusdicentibus nostris hujus Civitatis, ut memores aliàs ordinatorum per eundem Senatum, signantèr de anno 1686., nulla in posterum Acta, Scripturas, & Præcepta transire permittant, quæ sint subscripta à Causidicis Ecclesiasticis non approbatis in Regio nostro Foro, alitèr sciant hunc Ordinem opportunè provisurum; ideòque de hac sanctione nostrà vos certiorem reddere duximus, mandantes, ut ità executioni mittatis. Mediolani die xxviii. Martii MDCCXVI.

Cossa pro Egr. Cesato.

Ordo pro servanda Taxa Sportularum præscripta occasione decreti gratiosi.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum Senatus noster vigore Cæsarei Regii nostri Decreti generalis Indulti taxam honorariorum, & Sportularum indixerit, in cunctis hujus Dominii Officiis omninò servandam, propterea de ejusdem Ordinis Sententia annexum exemplum ejusdem taxæ ad vos remittimus, mandantes ut eam servetis, & servari faciatis. Mediolani die xviii. Junii MDCCXVI. Cesatus.

Declarationes super exactione Sportularum occasione Decreti gratiosi.

Illustrissime Domine.

Non desunt in hac Metropoli, qui nimia subtilitate Taxæ Sportularum nunc editæ pro Ordinationibus faciendis vigore Decreti gratiosi diversas faciunt exceptiones ob easdem Sportulas erroneis prætextis defraudandas in omnimodum Senatus Excellentissimi, & DD. Curialium præjudicium, adeout ob me subtrahendum ab importuna vexatione in dies illata pro resolutione diversorum quæsitorum, quæ in subjecta materia mihi fiunt, & ut ipsis cautè consultum remaneat, novam super infrascriptis capitibus declarationem per D. V. Illustrissimam ejus supremo, & infallibili judicio fiendam inherendo etiam menti dicti Excelsi Ordinis, quam tenet, expostulare arbitratus sum, nempè

Primò, an dictæ Sportulæ exigendæ sint in moneta currenti, aut brevi, non obstante augumento enuntiato in dicta novissima Taxa.

Secundò, an debeantur etiam Judicibus salarium de Publico habentibus.

Tertiò, an juxtà prædictam Taxam debeatur Sportula pro qualibet Ordinatione tantùm, scilicet unicum honorarium, quamvis facta favore diversarum Personarum, & agatur de pluribus criminum titulis, seu pro singulo liberando, & titulo licet excedat numerus trium Personarum impictarum in eodem processu de pluribus delictis diversi generis, vel etiam ejusdem ex intervallo commissis.

Quartò, quid exigendum in causa delictorum non capitalium, neque corporalium, de quibus in recensita Taxa nihil dispositum fuit.

Quintò, & ultimò, an admittendæ sint fides paupertatis, & miserabilitatis pro dictis Ordinationibus, non obstante suprascripta adeò tenui Taxa.

Et interim protectioni Illustriss. D. V. me commendo, quàm D. O. M. diù incolumè servet.

Ejusdem Illustriss. D. V. Mediolani die 6. Julii 1716.

Humil. ser. Felix Borsanus Thesaurarius Sportularum utriusque Officii hujus Civitatis.

6. Julii 1716.

Egr. Thesaurarius informet cum voto.
Signat. Gambarana.

1716.

1716. 9. Julii.

Obsequendo Thesaurarius D. V. Illustriss. decreto sentit.

Quo ad primum excitatum dubium: Exactionem brevis Monetæ Sportularem consuetam servandam esse: Augmentum enim illud libr. 2. 10. non regulare scatet ex ipsa Taxa generali edita, sed speciale tertii S. R. C. M. indicti ad supplementum salarii Senatorum.

Quo ad secundum: Expressum pariter accipiendum sensum à prædicta Taxa *à Judicibus, & à quolibet ex Jusdicentibus* servanda, quibus ea equidem moderata indistinctè constituta est.

Ad tertium: Vigere Ordines Senatus Excellentissimi anni 1658. die 14. Novembris, quibus sancitum est tot solutiones accipiendas esse, quot sunt capita delictorum, & illos anni 1664. 18 Augusti, quibus decretum est ad preces Jacobi Blanchini, & Jo. Jacobi Ritii ejus Socii virtute impetratæ usque sub die 16. Decembris 1658. declarationis, quod fuerint in casu Decreti gratiosi teneri, etiam ob unicam tantum Ordinationem pro *singulo* solvere personæ Prætoris libr. sex, & tres personæ Actuarii.

Ad quartum: Sæpè dictam moderatam Taxam verbis generalibus conceptam ibi, *& in causa non capitali* libr. tres omnibus delictis, quæ capitalia non sunt aptam provisionem conferre.

Ad quintum, & ultimum: Admittendas esse attestationes paupertatis, & miserabilitatis in casu etiam gratiosi Decreti, ut anno 1662. 17. Augusti pronuntiatum legitur à Senatu Excellentissimo cum Fisci voto, & ex declaratione ejusdem Senatus Excellentissimi Indulto anni 1658. adjecta constat §. *à miserabilibus autem Personis;* Ita denique sentit Thesaurarius, se tamen &c.

Subscripta Oliverius Thesaurarius Generalis Senatus Excell.

13. Julii 1716.

L. Cum voto Egr. Thesaurarii dempto pro nunc secundo capite, super quo pendent excitatoriæ datæ Judicibus à Senatu.

Ill. Com. Vicecomes P.P.

Taxa servanda à Judicibus, & Curiis hujus Status Mediolani, earumque Thesaurariis, sivè deputatis ad exactionem Sportularum pro ordinationibus faciendis vigore Decreti gratiosi anni 1716. 18. Junii.

In Prætoriis Cremonæ, Papiæ, ac in Officio Capitanei Justitiæ, & Prætorio Mediolani.

PRo Jusdicentibus, & pro qualibet ordinatione facienda in causa capitali lib. sex lib. 6. .

Pro Senatu Excellentissimo totidem, & insuper lib. duæ cum dimidia pro augumento tertii S. R. C. M. indicti ad suplementum salarii Senatorum, & sic in totum lib. octo cum dimidia lib. 8.10.

In causa verò non capitali libr. tres lib. 3. .

Et totidem pro Senatu, ac pro eodem etiam lib. duæ cum dimidia ratione dicti augumenti, ità ut in totum exigantur lib. quinque cum dimidia lib. 5.10.

In aliis, & quibuscunq; Offitiis hujus Dominii.

Pro quolibet ex Jusdicentibus, & pro qualibet ordinatione facienda in causa capitali lib. sex lib. 6. .

Et in causa non capitali libr. tres lib. 3. .

Pro Senatu Excellentissimo totidem respectivè referendo.

Nam pro tertio augumenti scilicet lib. duarum cum dimidia exactio fiet à Thesaurario Senatus, tempore quo à dictis Jusdicentibus fiet consultatio, juxra ordines, & declarationes emanatas ad ipsum decretum lib. 2.10.

Pro Notariis causarum exigi debebit dimidium ejus, quod pro Judicibus ut supra taxatum fuit.

Er nihil penitùs præter supra expressum exigatur sub pœnis, quæ in declarationibus ad ipsum decretum factis continentur.

Renovatio Ordinum, ne admittantur per Judices Rescripta non expedita è Cancellaria Senatus.

MDCCXVI. Die vi. Novembris.

QUamvis iteratis Ordinibus indecoram, & exitiosam consuetudinem à quibusdam in foro militantibus introductam, præsentandi Notariis Actuariis Officiorum ne dum Egregii Capitanei Justitiæ, Regiique Vicarii, sed & aliorum Jusdicentium hujus Civitatis, & Dominii, Senatus rescripta, licet non è Cancellaria edita, & Egregii Secretarii subscriptione munita, de medio tollere sæpius conatus sit. Excelsus Ordo, & sub die 4. Martii 1665. Omnes Jusdicentes seriò monuerit, ut

1717 ut hosce Ordines servarent; iterumque sub die prima Maji 1675. Sancivernt contrafacientibus pœnam fo'vendi de proprio, aliasque eidem Ordini arbitrarias; adhuc tamen hujusmodi abusur irrepere. Referente Magnifico Com. Gambarana altero ex Magnificis Delegatis in re Sportularia intellexit, ut itaque perniciosa hæc corruptela omninò eliminetur. Mandat renovari, ac typis emulgari prædictum Ordinem anni 1675., illiusque executionem ab omnibus Jusdicentibus hujus Civitatis, & Dominii exigi, eundemque Magnificum Com. Gambaranam agere debere circà inobservantiam juxtà mentem Senatus, quam tenet.

Belingerios pro Egr. Maddio.

ANNOT.

ENunciatus Ordo anni 1675. est diei primæ Maji jam suo loco impressus.

Ordo circa Sportulas exigendas in casibus, in quibus necessaria non est Partis remissio.

MDCCXVII. Die vii. Maji.

LItteræ familiares Consultativæ Egr. Vicarii Marthesanæ ad Egr. Thesaurarium Senatus Excellentiss., & delegatum missæ, ac Consultatio prædicti Egr. Thesaurarii ad Spectab Com. Senatorem Gambaranam alterum ex Magnificis Delegatis in re Sportularia exarata pro petentibus Ordinationes liberatorias in casibus, in quibus necessariæ non sunt Partium remissiones cum ea diminutione Sportularum ab instructionibus jam per Senatum editis ad executionem Cæsarei Regii Indulti præscriptarum.

Dopo gionto a questo mio Officio mi è stata fatta instanza, perchè passassi alla liberazione d'alcuni Processati (con il Decreto grazioso) per delitti, che non si ricerca la remissione, adducendomi, che il termine di sei mesi prescritto dal Senato Eccellentissimo riguarda solamente l'ottenere, e presentare detta remissione dentro del detto termine, ma non già limita il tempo della liberatoria d'altri delitti, assicurandomi ciò praticarsi anche dagli Officii di cotesta Città, sopra di che per mia maggior informazione ho diligentemente riconosciuto li libri dell' antecedente Decreto grazioso, ed ho veduto liberazioni fatte dopo tre, ed anche quattro anni, ch' era di già spirato il suddetto Decreto, e ciò senz' alcun particolar Ordine del Senato Eccellentiss. Riflettendo io, che nei delitti, ne' quali non si ricerca la remissione non posso pulsare li Delinquenti, ed in conseguenza non saranno d'alcun profitto alla messe Sportularia, crederei poter passare all' Ordinazione atteso Decreto grazioso, con che ho stimato proprio consultare con V. S. per mio governo, quale prego di qualche riscontro unito con suoi comandi, mentre sono

Sottoscr. Giacomo Tellò.

Vimercato 5. Aprile 1717.

Illustrissime Domine.

Quotidiè excitatum dubium per Jusdicentes, novissimè Egr. Marthesanæ Vicarius consultiva epistola Thesaurario proponit hæsitabundus, an effluxo semestri de levibus quidem delictis gratiosas liberationes admittat, fortassis eo tantum ab Excelso Ordine, ad Partium remissiones in gravibus reportandas præfinito; Quod equidem Suprema decisione dignum existimavit idem Thesaurarius, licèt ex nonnullis libris criminalium processuum illas per triennium, aut quadriennium post anterius Indultum meminerit præ dictus Egr. Vicarius in praxi servatas; quippè non præviis specialibus ejusdem Senatus Excellentiss. Ordinibus. Sentiret attamen hujusmodi liberationes mi ssi Sportulariæ valdè proficuas, cum similia delicta, quæ Partium remissione non indigent, neque actibus irreparabilibus excuti possunt, plerumque sepeliantur. Cæterum moderata taxa quo ad corporales titulos nuperrimè edita importantiam Sportularum dicto Senatui Excellentiss. ad normam generalis in prædictis simplicibus statutariis debitarum plenissimè adæquat, aliqood tantum lucro Notariorum juxtà folia processuum accrescenti afferens detrimentum. Quaproptèr D. V. Illustrissimæ Oraculum consulere opportunum duxit se tamen &c.

Subscript. Oliverius Thesaurarius Senatus Excell.

Omnibusque in Senatu maturè perpensis, præsente Egr. Advocato Fiscali Calcho.

Censuit Senatus rescribendum Egr. Vicario, ut à petentibus Ordinationes liberatorias in casibus, in quibus necessariæ non sint Partium remissiones, exigat eam tantum Sportularum quantitatem præscriptam ab instructionibus jam per Senatum editis pro executione Cæsarei Regii Indulti.

Cesatos.

Ordo, ut in causis restitutionis in integrum serventur N. C., & Ordines.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noster. Acto in Senatu nostro de introducta corruptela in causis restitutionis in integrum, quo ad suspensionem, de ipsius Ordinis sententia, Vobis man-

mandamus, ut cautè vos geratis, curando dispositionem Novar. Constitutionum, & Ordinum, alitèr sciatis Senatum ipsum in Vos gravitèr animadversurum, prout etiam contra Causidicos subreptores dictarum superfessoriarum. Mediolani die xxv. Junii MDCCXVII. 1718

F. Belingerius.

Ordo, ut procedatur ad ulteriora contra Reos non præsentatis remissionibus intra tempus ab Indulto gratioso præfixum,

MDCCXVIII. Die xi. Aprilis.

Eccellentissimo Signore,

Le cause criminali di quest' Officio, per la spedizion delle quali si richiedono le remissioni, che già furono le ragioni di quelle acquistate al Regio Fisco, pria sortisse la beneficenza del Cesareo Reale Indulto, si vedono la maggior parte pendenti, e non ostante, che il Fisco abbi tutta la ragione d'instare, perchè si proceda sì per cagion del delitto, che deve punirsi, sì perchè il Delinquente non riportò le dovute remissioni nel termine di sei mesi, secondo la chiara, e litterale disposizione dell' Indulto medesimo, sentendosi però nelle Curie diverse opinioni sopra di questa materia, quale nel mentre s'agita, resta inarenata tutta la messe Sportularia con grave danno dell' Eccellentissimo Senato, e delle Curie stesse, restando anche ne' maggiori misfatti i Delinquenti impuniti, ho stimato preciso per maggior sicurezza, e per non maneare nel mio ministero darne all' Eccellenza Vostra la notizia per ottenerne sopra il modo di procedere dal Senato Eccellentissimo la decisione, mentre faccio col maggior ossequio all' Eccellenza Vostra divotissima riverenza. Tortona 8. Aprile 1718.

Di Vostra Eccellenza

In angulo. L'Eccellentissimo Sig. Marchese Reggente Don Giorgio Clerici Presidente del Senato Eccellentissimo di Milano.

Sottoscr. Devotiss., ed obbligatiss. Servidore Pietro Maria Clavena Avvocato Fiscale.

1718. 10. Aprilis.
Ad lecturam. Signat. de Clericis.

11. Aprilis 1718.
L. Audito Magnifico de Esmandia pro Fisco, rescribendum Fiscali Derthonæ, ut procedat ad ulteriora in narratis causis, pro ut juris.
Magnificus March. Regens Olivatius.
Excellentiss. Præses.

Fiscali Derthonæ.

Proposita in Senatu, audito Fisco nostro consultatione, quam Ill. Marchioni de Clericis ejusdem Ordinis nostri Præsidi fecistis sub die 8. currentis mensis super causis isto in Officio pendentibus, in quibus per Delinquentes præsentatæ non fuere remissiones intra tempus ab Indulto præfixum, de ejusdem Ordinis Sententia mandamus vobis, ut in ipsis causis ad ulteriora pro ut juris procedatis.
Sign. Gambarana ProPræses, Olivatius.

Ordo, ne quis emat Medicinalia ab Officinis non subjectis jurisdictioni Egr. Prothophysici, seu Collegii Pharmacopolarum.

MDCCXVIII. Die xxx. Augusti.

Edixit aliàs Senatus Excellentiss. Mediolani horum Subditorum bono, regioque commodo prospiciens, nè quis huic Dominio subjectus per se, vel per alium, directè, nec indirectè sumat, sivè emat medicinalia ulla, nonnisi ab Officinis sub jurisdictione Egregii Prothophysici, & seu Collegii Pharmacopolarum existentibus, æstimoque contribuentibus, indictà contrafacienti pœnà aureorum centum Fisco Regio, & Accusatori pro dimidià applicandà; cum autem hujus salutaris Edicti inobservantiam in dies magis augeri intellexerit, in grave præjudicium Pharmacopolarum hujus Urbis, & Papiæ, qui coram eodem Excellentissimo Ordine pro opportunà providentià institerunt, cupiens itaque huic corruptelæ admodum perniciosæ, nè diutius invalescat, pro suo studio, obsistere hoc novo Edicto ubicumque promulgando.

Senatus ipse mandat, & præcipit omnibus, & singulis huic Dominio subjectis, nè quis in posterum per se, vel per alium directè, aut indirectè sumat, sivè emat aliqua medicinalia, nisi ab Officinis eorum, qui Jurisdictionem Prothophysici, sivè Collegii Pharmacopolarum recognoscunt, & ad æstimum concurrunt; sub pœnà cuicumque inobedienti aureorum centum, quæ pro dimidia Fisco Regio, & Accusatori applicetur, jubet etiam, tum Magnificos Cremonæ, ac Papiæ, tum hujusce Metropolis, aliarumque Civitatum Egreg. Prætores opem suam ad hujus sanctionis custodiam diligenter conferre, monendo Senatum de contraventoribus, opportunè provisurum. Gallarinus.

1720

ANNOT.

Renovatus fuit Ord. diei 24. Julii 1739., pro cujus observantia emanavit Proclama S. E. diei 25. Julii 1740.

Ordo, quod cognitio criminis commissi super via Regia existente intra Territorium Pheudale spectet Minori Magistratui.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Propositis in Senatu nostro actitatis super articulo jurisdictionalis controversiæ inter vos, & Vicarium Justitiæ vertentis occasione criminalium processuum in utroque Offitio respectivè instructorum contra Jo. Angelum de Casalibus Pastorem Bergomensem ob tentatam per vim carnalem copulam in Angelam Franciscam Salatam Uxorem Jo. Baptistæ Girardi super via regia existente intra fines Terrarum Pilastrelli, & Bavilii istius juridictionis Mettoni: Examinatisque deductis tum per vos, & Fiscalem istius Pheudalis Curiæ in consultationibus superinde factis, tum per dictum Vicarium Justitiæ etiam super petito per vos, & non permisso examine delinquentis insequente offensa detenti, & ad carceres Regii Offitii traducti, mox à dicto Vicario sub fidejussione relaxati, una cum juribus hinc inde respectivè dimissis, nec non votis Fisci nostri pluries super omnibus, & super utroque processu excitati, & demum lectis dicti Fiscalis Pheudalis precibus annexis tempore propositionis causæ porrectis, omnibusque seriò perpensis, de ipsius Ordinis sententia censuimus causam spectare ad Minorem Magistratum, & ideo mandamus Vicario Justitiæ, ut processum ab eo instructum, & omnia acta vobis remittat; quod vos scire volimus mandantes ut super eis ad ulteriora procedatis. Mediolani die vi. Julii MDCCXX. Gallarinus.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Mettoni nostro dilecto.

ANNOT.

Non desunt, qui sustinent cognitionem delicti commissi in via publica spectare ad
1 Majorem Magistratum ex eo quia via publica fit de regalibus, ut volunt DD. relati à Gatto *de Majori, & Minori Magistratu lib. 2. quæst. 24. à nu. 1. ad 7.*, in contrarium tamen
2 est verior, & communior sententia, quia via publica est quidem Principis, quoad dominium, & protectionem, sed quoad jurisdictionem est Pheudatarii, qui judicat in finibus ejusdem viæ publicæ, ut pluribus adductis probat laudatus Gattus *cit. quæst. nu. 8., & sequ.* *Mognus Fossatus.*

Ordo, quod Consules Justitiæ Mediolani exercere possint eorum jurisdictionem etiam in Locis inpheudatis pro causis civilibus.

Prætori Mariani.

Dilectè noster. Consideratis expositis in annexo supplici libello Stephani Longoni Illustri Marchioni de Clericis Senatus nostri Præsidi porrecto, una cum voto Fisci nostri superinde excitati, mandamus vobis, ut à quacunque molestia contra Supplicantem abstineatis, salvo eidem jure repetendi expensas, & damna à quibus de jure, si, & prout juris. Mediolani xvii. Julii MDCCXX.

Eccellentissimo Signore.

Non potendo Stefano Longone Affittuario de' Beni del Nob. D. Gio. Francesco Gallarati, ed umilissimo servidore di V. E. esser soddisfatto de' fitti d'una pezza di Terra sublocata a Gasparo Capellini, dovette ricorrer al Giudice per riportar un Precetto di reposiziune degl' istessi frutti, co' quali doveva esser pagato, e perchè la pratica comune del Ducato di Milano è di ricorrere a questi Giudici di Milano, e massime a' Consoli di Giustizia, a' quali da' Statuti *al cap. 54. vol. 2.* vien data l'universal Giurisdizione in tutto il Ducato, massime che nel Borgo di Mariano, dove abita il Capellini non vi sono nè Procuratori per distendere Precetti, nè vi risiede Attuario Civile.

Questo debitore in vendetta della riposizione, ha posta querela nanti quel Podestà, di tenore, che il Supplicante abbi turbata la Giurisdizione feudale, ed il Podestà si è lasciato trasportare a trasmettere al Supplicante l'ingionta Inquisizione, contestando il titolo di turbata Giurisdizione feudale.

Questa novità di titolo obbliga il Supplicante a portarsi a' piedi dell' E. V. con giusta doglianza contro detto Podestà.

Poichè sendo certo, che dove non v'è materia di delitto, non v'è tanpoco per il Reato qual è l'Inquisizione, nè mai v'è materia di delitto, dove non v'è legge penale di Nuove Constituzioni, Gride, o Ordini,

Ordini, a cui si contravenga; mai potrà il Podestà quand' anche avesse studiato, lo che non ha fatto, non essendo nè Dottore, nè Notaro, nè Letterato, indicare in qual parte delle Nuove Constituzioni, Gride, o Statuti si ritrovi pena a chi ricorre al Giudice Superiore anche deviando dal proprio feudale, bensì nel *tit. de Pheudis* si trova stabilita la pena contro li Feudatarj, e Giudici suoi, che ardiscono tirar a sè li Cittadini.

Per altro poi il Supplicante, che ha per sè la lettera dello Statuto, e vede giornalmente eseguirsi anche ne' Feudi li Decreti de' Consoli di Giustizia nelle cause Civili, mai si sarebbe sognato, che potesse armare titolo di turbata Giurisdizione Feudale, se pur anche tal turbazione fosse punibile, lo che mai si è sentito nel Foro.

Oltre di che ogn' uno sa, che il rimedio della declinatoria si è apponto ritrovato, quando si va da un Giudice incompetente, nè per questo si dà mai querela di turbata Giurisdizione, quando tutti li Giudici sunt sub eodem Præside, e tutte le Leggi, che parlano di turbata Giurisdizione, si restringano solo a chi chiama il Suddito del Prencipe, o nanti l'Ecclesiastico, o altro Prencipe, perchè allora veramente s'offende la Giurisdizione del proprio naturale Padrone. 1720

Questa facilità di far Processi, e trasmetter Inquisizioni senza titolo, e dove niuna legge resiste all' operazione, merita tutta l'animadversione, e però il Supplicante

Umilmente supplica l'E. V. degnarsi riprovare detta Inquisizione, ordinando a detto Podestà di non dar molestia, nè spesa al Supplicante, che così spera ec.

A tergo. Di Stefano Longone.

1720. 13. Julii.

Junctis &c. Ad Fiscum edoctum, sin minùs ad Egr. Benignum.

Signat. De Clericis.

A N N O T.

Concordat alter Ordo diei 21. Maji 1726.

Ordo, ne admittantur Preces, vel Acta non subscripta ab Advocato, vel Causidico.

MDCCXX. Die xxv. Septembris.

EXcellentissimus Senatus Mediolani invigilans eo, quo solet, studio, ut è Foro Judiciali abusus, & corruptelæ eliminentur. Anno 1686. plures condidit Ordines, illorumque observantiam publico Edicto præscripsit, pro tutiori Justitiæ, bonique publici implemento; & signanter circa subscriptionem actorum cujusvis generis omninò faciendam ab Advocato, vel Causidico Partium, quibus utique imposuit, ut in precibus, sivè responsis, aliisque actis, præsertim coram Senatu abstinere debeant à verbis, & periodis lædentibus collitigantes; indictis cuicumque contrafacienti pœnis, etiam Actuariis, hujusmodi acta recipientibus; prout latè habetur in cap. 4., & 28. eorundem Ordinum; quorum observantia, cum ab aliquibus negligi videatur, nè pernitiosum hoc absurdum amplius invalescat.

Idem Excellentissimus Ordo iterum districtè jubet, nullo modo in posterum admittendas esse quascumque preces, neque recipi debere cujusvis generis acta, tam in ejus Cancellaria, quàm in aliis subseliis, quæ subscriptione Advocati, vel Causidici, saltem approbati careant; Item quæ oblocutiones, ac irritantia verba contineant, sub pœnis in enunciatis Ordinibus impositis, & etiam majoribus, arbitrio Senatus; hocque publicè expositum, pro omnium notitià mandat asservari.

Castellinus.

Ordines pro recta, & celeri expeditione Causarum Criminalium.

MDCCXXI. Die vi. Maji.

PRoposita in Excellentissimo Mediolani Senatu per Magnificum D. Com. Senatorem Don Georgium Giulinum Consultatione per Egr. Prætorem ejusdem Urbis juxtà mentem etiam Curiæ Prætoriæ facta sub die 16. mensis Aprilis nuper elapsi, unà cum Voto Regii Fisci superinde emanato circa inobservantiam Ordinum ejusdem Excellentis. Senatus die 30. Junii 1687. prò expeditione causarum criminalium editorum.

Censuit Senatus prædictos Ordines esse renovandos cum nonnullis additionibus in hunc qui sequitur modum, nempè

Primò, neminem in posterum admittendum esse in Notarium in aliquo Offitio Regio, nisi per triennium inservierit in aliquo Offitio pariter Regio, tanquam Scriptor, & nisi pnit necessariam approbationem Magistratus, reportaveritque etiam approbationem à Senatu, audito Fisco, prævia attestatione habilitationis ab ea Curia, in qua operam priùs dederit in praxi, & prævio etiam examine ab altero ex Magnificis DD. Senatoribus Delegatis, vel ab aliquo alio per eundem subdelegando, ac exhibitis omninò delictorum attestationibus. 1721

Secundò, teneri quoscunque Judices in fine eorum biennii referre Senatui qualita-

 tes,

1721 tes, mores, peritiam, & numerum Actuariorum, Notariorum, Coadjutorum, & Scriptorum, existentium in eorum respectivè Officio, quod deferunt, ità ut non possint liberari à Syndicatu, nisi hoc adimpleverint.

Tertiò, Actuarios Officii Egr. Capitanei Justitiæ, ac Egr. Prætoris hujus Urbis, & aliorum Officiorum Regiorum, non posse admitti ad dictum munus, nisi priùs per triennium inservierint in aliquo Officio Regio, uti Notarii, & nisi reportata habilitatione ut supra expressa in primo Capite.

Quarto, non esse diminuendum numerum Actuariorum, neque eorum Coadjutorum inconsulto Senatu, tàm in Officio Egr. Capitanei Justitiæ, quàm in illo Egregii Prætoris hujus Urbis.

Quintò, nullum Actuarium, seù Notarium Coadjutorem, qui inserviat in Officiis Regiis posse inservire in Officiis Pheudalibus, tamquàm Prætorem, Fiscalem, Locum Tenentem, & Syndicatorem sub pœnis Senatui arbitrariis.

Sextò, sub eadem pœna non posse dictos Notarios, & Coadjutores penès se retinere pecunias, mobilia, aliosve effectus Reorum, exceptis tamèn rebus, quæ possunt inservire prò corpore delicti, seù inditio, sed omnia deponere debere penès Thesaurarium eorum Officii, seù exercentem munus Thesaurarii, ubi Thesaurarius non adsit, nisi alitèr fuerit decretum per Judicem Causæ.

Septimò, teneri Notarios statim post receptam querelam, vel habitam notitiam alicujus delicti, eam redigere in actis, certiorem reddere Judicem suum, si id contigerit in loco residentiæ ipsius Judicis intrà unum diem, si autèm id evenerit extrà dictum locum, intrà triduum, vel statim post redditum ipsius Notarii sub pœna Senatui arbitraria.

Octavò, in omnibus Officiis libros omnes criminales esse rubricandos, ut vulgò, & impropriè dicitur baptizandos, & teneri quoscunque Delegatos curare per eorum Actuarios, seù Cancellarios rubricari ut supra eorum libros processuum in Officiis Judicum ordinariorum, mox mittere notulam Causarum, & nomina processatorum illi Officio, in quo fuerint libri rubricati ut supra. Idemque servandum per Judices Pheudales circà rubricationem prædictam, eosque teneri curare fieri eamdem rubricationem in Officio Majoris Magistratus eorum respectivè Provinciæ in libro peculiari ad hunc effectum destinando, & libros rubricandos ut supra termino dierum sex ab illis Actuariis, vel Notariis, qui habitant in Officiorum Regiorum locis, & termino dierum quindecim à cæteris, & propterea in attestationibus delictorum in posterum faciendis in Officiis Regiis ab eorum Actuariis requirendi non solum sunt Notarii ejusdem Officii, sed etiam omnes alii Notarii Officiorum Pheudalium, qui libros processuum criminalium in prædicto Officio Regio rubricare, seù baptizare ut supra tenentur, nec aliter esse edendas attestationes prædictas, sub pœnis, de quibus supra.

Nonò, renovandum Ordinem Senatus diei 8. Novembris 1632., & ideò mandat singulis Jusdicentibus ordinariis, & Delegatis, qui Detentos miserint ad Carceres Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani, ut die vigesimo cujuslibet mensis, certiorem faciant in scriptis, & absque ulla prorsus impensa unum ex Actuariis Criminalibus de statu causæ dictorum Carceratorum, ut in notulis Visitationum exprimi possit, si dicti Judices forenses sint, & extrà hanc Urbem degant, ut in ea domicilium eligant, ubi possint admoneri, proinde ac habitantes in Urbe, ut si sit opus ipsi, vel eorum Notarii Actuarii rationem reddant processuum, & prestò sint tempore Visitationum ipsorum Carceratorum juxtà Senatus Consultum diei 20. Decembris anni 1617. in suo robore duraturum; Qui prædicta non observaverint iis pœnam aureorum decem irrogetur applicand. indigentiis Carceratorum, simùl interdicatur cognitione causæ, eaque devolvatur ad ipsum Capitaneum, vel Prætorem, si detenti erunt in Carcere illius, vel hujus, qui quidem Capitaneus, & Prætor expensis dictorum Judicum curabunt acta, & processus ad se transferri, misso in id ipsum Notario, si modò appaturerint ex binis Visitationibus de illorum negligentia, & inobservantia. Quem Ordinem Senatus mandat ultrà prædicta Officia Reg. Capitanei Justitiæ, & Prætoris Mediolani extendi, & servari debere etiam in quibuscunque aliis Regiis Officiis, quotiès ad illorum Carceres transmittantur Carcerati ab aliquibus Judicibus Pheudalibus, seù Delegatis.

Decimò, quatenus contingat ejicere aliquem Notarium ab aliquo Officio cum causæ cognitione ex Senatus decreto, non posse inconsulto eodem Senatù admitti ad inserviendum in altero Officio, sub pœna etiam corporali Senatus arbitrio.

Decimoprimò, teneri Coadjutores intrà mensem notitiam dare Actuario per Egr. Capitaneum Justitiæ, Prætorem, & Judices respectivè omnium causarum, quæ per eos fuerint instructæ, ad quem effectum Actuarius eligendus ut supra teneat librum peculiarem, in quo registrentur, hocque sub pœna suspensionis ab Officio per bimestre prò prima vice, & prò altera vice privationis à munere, ac graviori etiam arbitrio Senatus irremissibiliter irroganda, si qui fuerint in posterùm inobedientes.

Decimosecundò, renovandos omninò Ordines Senatus, & præsertim illum diei 16. Januarii 1684., scilicet, ut quicunque Jusdicentes

dicentes Regii, omninò curent, ut à Confulibus Pheudorum deferantur denuntiationes deliĉtorum juxtà Ordines Majori Magiſtratui intrà terminos à diĉtis Ordinibus præfixos, & de non obſervantibus moneant Senatum. Item ut Aĉtuarii ſtatim, atque ad ipſos deferantur denuntiationes deliĉtorum de iis moneant ſuos Juſdicentes, & ſaltem infrà unum diem poſt quam delatæ fuerint, eas referant in libros. Juſdicentes verò invigilent, ut hic Ordo ſervetur, & ſi quem ex Aĉtuariis contrafeciſſe compererint, eum ſuſpendant ab Officio, & moneant Senatum.

Decimotertiò, quoslibet Prætores, Vicarios, & Juſdicentes Regios, teneri ſtatim excitare Dominos Bancarum Criminalium in eorum Officiis exiſtentium ad exhibendum eorum titulos, & dicendum quid quid eis occurrerit circà exaĉtionem penſionum, quas exigunt ab Aĉtuariis in quantitate, ut circumfertur nimis excedente.

Decimoquartò, renovandos Ordines, ut Proteĉtores Carceratorum aſſidui ſint, & diligentes, ſecùs Senatum proviſurum.

Decimoquintò, poſſe Aĉtuarios, & Coadjutores exigere ſolutionem Viſitationum, ubi locus Viſitationis diſtet per milliaria duo à loco Officii, non obſtantibus aliis ordinibus Senatus contrarium diſponentibus. 1721

Decimoſextò, Notarios in poſterum inchoare non poſſe proceſſus ſuper leĉtura expoſitionis, aut querelæ, aut denuntiationis in Teſtibus examinandis ſub pœna ſuſpenſionis à munere Senatui beneviſa.

Demùm teneri Aĉtuarios, Notarios, & Coadjutores omnium cauſarum pendentium notulam decem ab hinc retroaĉtis annis conficere, & reſpeĉtivè eorum Judicibus tradere intrà bimeſtre ſub pœna privationis, etiam in caſu, quod eam tradiderint, ſed minus fidelem. Earum autem omnium pendentium, quæ magis antiquatæ ſunt, aliam notulam conficere, & tradere ut ſupra teneri intrà ſex menſes ſub eadem pœna. Egregios indè Capitaneum Juſtitiæ, & Prætorem Mediolani curare debere diĉtarum notularum exemplaria, ſingulis Egregiis Syndicis Fiſcalibus itidem tradenda, ut prò eorum munere ſolliciti eſſe valeant expeditionis diĉtarum Cauſarum pendentium.

Ordo, ut Judices tranſmittant relationes definitivas, & ne deveniant ad ordinationes liberatorias pro deliĉtis referibilibus.

MDCCXXI. Die xxiv. Maji.

Etſi plurièes, plurieſque per Ordines, & Litteras Senatus demandatum ſit univerſis, & ſingulis Juſdicentibus hujus Dominii, ut ſine morâ tranſmittant relationes deffinitivas eorum, qui impiĉti ſunt de homicidiis, aliiſque deliĉtis tùm capitalibus, tùm referibilibus, nec ullo modo ſibi licitum faciant properare in ſimilibus ad Ordinationes liberatorias, quacumque clauſula, ac titulo valatæ ſint, diĉto Ordine inconſulto; uſu tamèn compertum eſt, non parùm exoleſcere in dies obſervantiam adeò providæ legis.

Quò circà volens Senatus quantum fas eſt occurrere intollerando huic morbo, nè pars ſincerior Juſtitiæ labefaĉtetur, diſtriĉtiùs mandat omnibus, & quibuſcumque Juſdicentibus tàm Majoris, quàm Minoris Magiſtratus, ut incunĉtanter procedant ad perfeĉtionem proceſſuum in cauſis de quibus ſupra, non retardatâ in minimo tranſmiſſione deffinitivarum, caveantque in futurum, ne ſub ullo prætextu etiam remiſſionis, aut aliter quomodocumque ad inconſultas hujuſmodi liberationes deveniant, ſecùs intelligant quicumque contrafaĉturi, fore in eos graviter animadverſurum Senatum, ſeque experturos ultrices Syndicatus leges etiam antè ipſum tempus Syndicatus, cujus ſanĉtionis noſtræ tenorem tranſmitti ad omnes Juſdicentes Senatus mandat, ut eorum muneris memores ità inconcuſsè, inviolabiliterque exequantur, reddita ſtatim notitia eidem Ordini de receptione præſentis Senatus Conſulti ad manus infraſcripti Egregii Secretarii.

Carlius.

Renovatio Ordinum pro tranſmittendis per Judices Magiſtratui notulis mulĉtarum, & condemnationum.

MDCCXXII. Die xxviii. Januarii.

Decreto diei 13. Januarii 1684. edixit Senatus, & mandavit omnibus Juſdicentibus, ac etiàm Pheudatariorum Prætoribus hujus Dominii, ut omninò ſervare debeant Novas Conſtitutiones *in tit. de Offic. Quæſtor. Extraordinar.* juxtà diſpoſita in eo ſequentis tenoris. (*Ommittitur tenor, quia jam eſt ſuo loco impreſſus.*)

Cum autem nuper auditum ſit, aliquos ex Juſdicentibus non curaſſe relatorum Ordinum obſervantiam, in grave præjuditium jurium Regii Fiſci; idcircò ne pernicioſæ hujuſmodi inobedientiæ abuſus ulteriùs progredi poſſit. 1722

Idem Ordo juſſit renovari enuntiatum Decretum 13. Januarii 1684., & iterum diſtriĉtè

1722 districtè mandat omnibus, & singulis Jusdicentibus prædictis, præsentibus, & futuris, ut in posterum soliciti sint pro omnimoda dictorum Ordinum observantiâ sub pœnis in eo comminatis, monitis eisdem Judicentibus, quod in re tanti momenti non deerit Senatus vigilantia.

Castellinus.

ANNOT.

Renovatus fuit Ord. diei 20. Novembris 1728., & 27. Augusti 1729.

Ordo, ut Notarii Criminales omnino registrent denuncias, easque participent respectivis Judicibus.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Acto in Senatu nostro de præjuditiis occurrentibus circa rectam administrationem Justitiæ in Offitiis, ex eo, quod ab aliquibus Notariis Criminalibus ommittantur registrationes denunciarum, earumque participationes Judicibus, atque protrahatur registrum expositionum à Partibus delatarum, contra præscriptum etiam in Regiis Cæsareis nostris Ordinibus, hocque inconveniens procedere visum fuit ex irrepto emulationis abusu augendi pensiones dictorum Offitiorum Criminalium excedentes justum illorum redditum; cupiens autem idem Ordo, ut pessima hujusce corruptelæ radix quanto citius evellatur; injunxit Spectabili Senatori Comiti Gambaranæ, ut pœnali Edicto statim promulgando, curet habere à Proprietariis Bancarum Criminalium cujuscunque Officii hujus Dominii eorum privilegia, & à Notariis Investituras super eis habitas, & referat Senatui pro opportunâ providentiâ; Vobis interim de ejusdem Ordinis sententia mandamus ut moneatis Notarios Criminales istius Offitii vestri, ut omninò curent partes suas adimplere in registratione, & participatione prædictis, sub pœnis jam alias in similibus per Senatum indictis, & præsertim immediatæ suspensionis à munere, aliisque ab eodem Ordine imponendis, juxta casuum circumstantias, & de harum receptione præfato Spectabili D. Comiti Senatori Gambaranæ notitiam dabitis. Mediolani die xi. Maji MDCCXXII.

Castellinus.

Ordo, ut nulla merces exigatur à Notariis Criminalibus pro visitationibus casuum fortuitorum.

CAROLUS VI. Dei gratia Romanorum Imperator, Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Regentes Communitatis Lonati Putheoli dederunt nobis preces sequentes, videlicet.

P. R.

Pluries Maiestas Vestra consulendo publicæ Indemnitati edixit nullam in casibus fortuitis deberi mercedem pro accessibus, & visitationibus, quæ fiunt à Notariis, & signanter anno 1662. die 15. Novembris generali Edicto mandavit omnibus Jusdicentibus, aliisque Officialibus, ut decreta ipsa servent, & servari faciant inconcussè, & prout ex sanctione Senatus Excellentissimi Majestatis Vestræ tenoris sequentis: (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Similiter anno 1710. die 12. Aprilis ad preces Julii Cæsaris Pessinæ, audito Egregio Thesaurario ejusdem Ordinis tenoris sequentis: (*Ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus.*)

Placuit decernere tollendam esse enunciatam molestiam illatam dictæ Communitati, hancque non esse Patri dictæ Defunctæ inferendam, ac mandare ità exequi; Quamvis clara sit dictorum Ordinum dispositio, nullatenus ex ordine Egregii Vicarii Seprii, & ad instantiam ejus Notarii Actuarii, excitatur Communitas Lonati Putheoli ad solutionem librarum octo, solidor. octo Imperialium pro visitatione per eum factâ filiæ Joannis Garati ejusdem Communitatis fataliter submersæ, quarè ne violata remaneat dispositio Ordinum Majestatis Vestræ in hac materia pluries, atque pluries editorum, duxerunt Regentes dictæ Communitatis humilimi Majestatis Vestræ servi ad eam confugere, humiliter exorando dignetur decernere servandos fore, & esse recensitos Ordines Senatus Excellentissimi Majestatis Vestræ, & proinde dictam Communitatem non esse contra dispositionem dictorum Ordinum molestandam, mandareque dicto Egregio Vicario Seprii, & omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut dictos Ordines omninò observent, & observari faciant, sub pœna in ipsis Ordinibus inflicta, quod &c.

Quibus visis per has nostras decernimus servandam esse dispositionem enunciatorum Ordinum nostrorum; mandantes Vicario Seprii, aliisque Jusdicentibus nostris, ad quos spectat, & spectabit, ut ità servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, ac registrari jussimus. Mediolani die xxix. Maji MDCCXXII.

Cossa.

Ordo, ut transmittatur relatio definitiva etiam absque solutione Sportularum ob impotentiam debitoris. 1723

Prætori Vallis Saxinæ.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, ac Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Respondentes litteris per vos Magnif. Regenti Senatori nostro Marchioni Olivatio in re Sportularia Delegato conscriptis super impossibilitate exigendi Sportulas pro relatione definitiva Bernardini Melesi istis Carceribus nexi, etiam ex voto Fisci nostri superinde excitati, mandamus vobis, ut in relato casu transmittatis ad Senatum enunciatam relationem definitivam, salvo jure consequendi recensitas Sportulas, & alia debita, quoties aliquo futuro tempore aperiatur locus ad prædicta obtinendum contra quos de jure. Mediolani die vii. Junii MDCCXXIII.

Carlius.

Ordo, ut Judices invigilent contra delatores Armorum vetitorum, & super perfectione processuum criminalium.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Senatus, cui summoperè cordi est delicta severè coerceri, pro majori horum Subditorum quiete, & securitate, lectis Regiis Cæsareis litteris nostris super hoc ex Aula nostrà recenter editis, ac Fisci nostri voto superinde habito, mandat vobis ut omni possibili diligentià invigiletis super Armorum vetitorum delatione, ex quorum abusu tot homicidia, & delicta in Reipublicæ perniciem frequenter patrantur, nec non etiam ut ad præscriptum Novarum Constitutionum, & Regiorum Ordinum processus causarum criminalium perficiatis, & Senatui ipsi definitivè referatis. Mediolani xi. Augusti MDCCXXIII.

Stampa.

Ordo, ne Judices Locorum forensium Mediolanensis Ducatus prohibeant eorum Actuariis recipere in actis Relationes Inthimationum factarum per Satellites alienæ Jurisdictionis.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Habito Fisci nostri voto super annexis litteris Abbatum Collegii Notariorum hujus Urbis Illustri Marchioni de Clericis Senatus nostri Præsidi scriptis, mandamus vobis, ut attentis expositis, Actuarium Civilem istius Officii vestri, ex enunciata causa receptionis Relationum à Satellitibus alienæ Jurisdictionis, non molestetis contra solitum, & ubi aliquid in contrarium habeatis, rescribatis, & interim à quacunque novitate abstineatis, donec aliud fuerit per Senatum nostrum ordinatum. Mediolani die x. Augusti MDCCXXIV. 1724

Gallarinus.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Varisii nostro dilecto.

Ordo, ut Judices perficiant, & referant processus in causis homicidiorum.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Pluries sancitum fuit à Senatu per singulos Jusdicentes hujus Dominii omni possibili celeritate perficiendos processus in causis homicidiorum remissis sine mora ad eundem Ordinem definitivis relationibus; crescente autèm ex inaudita quantitate homicidiorum, quæ nunc committuntur, necessitate delinquentes severè puniendi, ut etiam eorum exemplo cæteri à patrandis homicidiis abstinere discant, mandamus vobis, ut sedulò processus in hac materia in Officio vestro pendentes perficiatis, mox absque cunctatione dicto Ordini nostro definitivè referatis, & in casu negligentiæ sciatis, quod habebitur ratio tempore Syndicatus. Mediolani die ii. Julii MDCCXXV. 1725

Origonus.

Ordo,

1726 *Ordo, ne Judices observent Constitutionem Summi Pontificis Benedicti XIII. super Immunitate Ecclesiæ.*

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, ac Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Habitis Fisci nostri sensis super Constitutione typis impressa, & nuviter per Summum Pontificem Benedictum XIII. edita, tangente Immunitatem Ecclesiæ, ac Delinquentes ad eam confugientes per Illustrem L. T. nostrum ejus Decreto diei 11. Julii 1725. nuper elapsi ad Senatum remissa, qua paucis reformatis, quibusdam additis, confirmat in reliquis Bullam de anno 1591. à Summo Pontifice Gregorio XIV. in subjecta materia promulgatam, junctis etiam binis Regio-Cæsareis Rescriptis per ipsum Illust. L. T. nostrum ejus Litteris ad eundem Senatum remissis, aliisque antecedentibus prædictam Bullam Gregorianam concernentibus, de ipsius Ordinis sententia vobis mandamus ut pro munere vestro dictam Constitutionem Benedictinam nullo modo, nulloque casu recipiatis, neque observetis. In reliquis opportunè providimus. Mediolani die xxvi. Martii MDCCXXVI. Origonus.

A N N O T.

Conferunt jam annotata ad Ordinem 3. Martii 1667.

Ordo, ne concedantur dispensationes pro faciendis Compromissis Causarum pendentium coram Senatu.

MDCCXXVI. Die xxx. Aprilis.

Acto in Senatu Excellentissimo de frequentioribus instantiis, quæ fiunt à Partibus pro reportandis dispensationibus deveniendi ad Compromissum Causarum pendentium coràm præfato Excellentissimo Ordine.

Censuit Senatus, servandos Ordines, nec concedendas in posterùm hujusmodi dispensationes, sivè causæ fuerint sub perhemptorio, sivè non, ipsasque Partes agere debere respectiva incumbentia coràm Senatu opportunè in omnibus provisuro.

Carlius.

Ordo, quod Consules Justitiæ Mediolani exercere possint eorum Jurisdictionem etiam in Locis inpheudatis pro causis civilibus.

Prætori Albizati.

Dilectè noster. Habito Fisci nostri voto super annexo supplici libello Antonii, & Caroli Mariæ fratrum de Mazzucchellis Illustri Marchioni de Clericis Senatus nostri Præsidi porrecto, mandamus vobis, ut omninò à quacunque molestia contra Supplicantes abstineatis. Mediolani die xxi. Maji MDCCXXVI.

Eccellentissimo Signore.

Ad Antonio, e Carlo Maria fratelli Mazzucchelli abitanti nella Cassina Maysa Territorio di Carono Ghiringhello Servidori umilissimi dell' E.V. viene intimato asserito Precetto del Podestà d'Albizate sotto pena pecuniaria, e con minaccia di procedere d'asserita turbata Giurisdizione feudale tal volta che li Supplicanti proseguino il giudizio Civile contro Gio. Battista, e Santino Mazzucchelli pure abitanti in detta Cassina intentato nanti li Consoli di Giustizia di Milano, e come dallo stesso Precetto quì annesso sign. A.

Non hanno però li Supplicanti mai inteso, che ad alcuno, che ricorre al Giudice Superiore possa ascriversi un simil titolo di turbazione della Giurisdizione inferiore, non potendosi dare turbazione non solo dal Maggiore al Minor Magistrato, ma nè meno tra Giudici d'egual Magistrato, quando tutti sono sotto il medesimo Principe, nè potendo veramente dirsi turbata la Giurisdizione, se non quando chi è Suddito ad un Prencipe venga astratto ad altro Prencipe, o dal Tribunale Laico a quello Ecclesiastico, onde ben può degnarsi la superior comprensiva dell' E. V. conoscere quanto sia insussistente detto titolo di molestare li Supplicanti, ed ingiusto il detto Precetto.

Ma più ingiusto, ed indebito si convince per ovviare, se non indirettamente a' Supplicanti il proseguire la loro ragione nanti detti Consoli di Giustizia, a' quali per disposizione de' Statuti cap. 54. vol. 2. viene chiaramente conferita la Giurisdizione cumulativa in tutto il Ducato, ed è pratica universale di tutti il ricorrere a' detti Consoli di Giustizia, massime per aver prontamente l'amministrazione della medesima, non risedendo per lo più in luogo li Podestà Feudali, nè meno Attuarj, nè Procuratori, ed altri necessarj per assistere al

Patro-

Patrocinio delle Cause, come apponto succede nel caso presente, che se non per indiretto fine di defatigare ponno gli Avversarj aver instigato detto Podestà Feudale a proporre un così erroneo titolo di supposta lesione della sua Giurisdizione, ed a rilasciare detto insussistente Precetto.

Quindi sono costretti li Supplicanti per la loro indennità fare riverente ricorso all' E. V., quella

Umilmente supplicando voglia degnarsi riprovando detto Precetto ordinare a detto Podestà, che si astenghi dall' ulterior molestia per tal causa contro li Supplicanti, procedendo anche, acciò siino reintegrati dalle spese, e danni ec., il che ec.

Sottoscr. Tognola Notarius.

A tergo. Di Antonio, e Carlo Maria Fratelli Mazzucchelli.

1726. 11. Aprilis. 1726

Junctis &c. ad Fiscum Edoctum, sin minùs ad Egr. Marchionem Olivatium.

Signat. De Clericis.

In actis Provintiæ nulla reperiuntur antecedentia &c.

Subscr. Magnus Cancell. Provincialis.

1726. 17. Aprilis.

Insubsistens omninò est fundamentum adnexi hujus Præcepti ad Supplicantes transmissi, cum recursus ad Consules Justitiæ habitus, deductæ Statutariæ dispositioni innitatur. Deficit turbatio jurisdictionis, ubi Judex ad quem, fit competens, & à lege datus, & ubi diversa non habeatur Fori ratio: Quare

Sentit Fiscus injungendum huic Prætori, ut omninò à quacumque molestia contrà Supplicantes abstineat, se tamen &c.

Signat. P. Æ. Olivatius.

Ordo, ne Mulieres fungantur munere Consulis.

Prætori Vallis Saxinæ.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Habito Fisci nostri voto super consultatione vestra Illustri Marchioni de Clericis Senatus nostri Præsidi exarata circa modum procedendi contra Communitatem Primesunæ istius Jurisdictionis eo quia in Consulem elegit Mulierem Annam Mariam Cattaneam, & ex parte ejusdem Communitatis nulla alata fuerit notitia isti Officio vestro de obitu secuto illius Parochi contra Ordines in subjecta materia evulgatos, vobis mandamus, ut cogatis Communitatem prædictam ad electionem Consulis juxta dispositionem Nov. Constit. Mediolani die prima Junii MDCCXXVI.

Carlius.

Ordo, quod causæ Merzariorum spectent ad Minorem Magistratum.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Proposito in Senatu responso istius Vicarii diei 15. Aprilis proximè præteriti ad litteras nostras diei 26. Martii nuper efluxi emanatas ad preces Comitis Vicomercati Don Jo. Baptistæ Sicci Borellæ, quibus ei mandavimus, ut in exercitio Jurisdictionis ipsi commissæ curaret jura Regii Fisci ita tueri, ne Jurisdictionem pheudalem læderet, aut turbaret, unde retineret nonnisi in casibus per provinciales leges, & Ordines præscriptis, & legitimis inditiis præcedentibus Regiæ Jurisdictionis nomine contra personas Minori Magistratui subjectas quidquam non esse attentandum juncta etiam alia consultatione vestra diei 30 Maji proximè elapsi, cæterisque antecedentibus, de ipsius Ordinis sententia prævio Fisci nostri voto superindè habito, decrevimus fore reiterandos memorato Vicario Ordines in dictis litteris diei 26. Martii expressos, eumque insuper monendom, ut omninò dictas litteras exequatur: Pro allegatis per vos causis Merzariorum ad ipsum Prætorium Officium vestrum privativè pertinentibus, nulla circa hujusmodi merces competente dicto Vicario Jurisdictione, & eidem Vicario injungendum, ut memoratas Capsulas, & alia quæcunque corpora delictorum, nec non processum, & acta vobis consignari faciat, ad quem effectum vos monemus, ut solliciti sitis de dicta consignatione, & ad ulteriora procedatis contra ipsos Merzarios prout juris, referendo referenda, de qua sanctione nostra monitum facimus etiam Fiscalem Marthesanæ, ut quod ad eum spectat, executioni mitti curet. Mediolani die xvi. Julii MDCCXXVII. 1727

Stampa.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Vicomercati nostro dilecto, & sigillat. &c.

1727

Ordo, ut in causa Cedulæ Infamatoriæ procedat Minor Magistratus.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Audito Fisco nostro super inolentia per vos porrecta, tum super puncto competentiæ jurisdictionalis exortæ inter vos, & Vicarium Marthæsanæ in causa Cedulæ expositæ in publica Platea Oppidi Vicomercati lædentis bonum nomen Ven. Canonici Marci Antonii Galli, tum super stylo non parum indecoro per eum retento in ejus responso nobis transmisso junctis etiam aliis antecedentibus, cunctisque in Senatu nostro relatis, de ipsius Ordinis sententia decrevimus in narrata causa corpus delicti, processum, & acta quælibet fore vobis consignanda, ipsumque Vicarium seriò monendum, ut in posterum debitam adhibeat moderationem erga vos, & præsertim coram dicto Ordine nostro, quo circa opportunos Ordines dedimus Fiscali dicti Officii pro dicta consignatione, vobis verò mandamus, ut curetis effectum demandatæ executionis, & in causa ad ulteriora procedatis prout juris referendo referenda. Mediolani die xvi. Julii MDCCXXVII. Carlius.

A tergo. Sapienti J. C. Prætori Vicomercati nostro dilecto.

Ordo pro transmittendis per Judices relationibus Homicidiorum, & vulnerum lethalium.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum propositæ fuerint in Senatu litteræ Illustris L. T. nostri cum inserto tenore Regio Cæsarei Rescripti nostri ab Aula Viennæ die 20. nuper elapsi mensis Augusti expediti disponentis, quod relationes homicidiorum, & vulnerum lethalium, quæ in dies sequuntur, quolibet mense nobis in dicta Viennensi Aula remitterentur facta mentione respectivorum Jusdicentium, per quos construuntur tales processus, nec non Sententiarum, quæ in eisdem causis proferuntur de ipsius Ordinis sententia, vobis mandamus, ut prænarratas relationes juxtà Ordines in subjecta materia editos transmittatis. Mediol. die xi. Septembris MDCCXXVII.

Stampa.

Ordo pro observantia, & pretio novi Antidotarii Mediolanensis.

MDCCXXVII. Die xv. Novembris.

Excellentissimus Mediolani Senatus, qui vidit, & benignè approbavit Mediolanensis Antidotarii reimpressionem à Regio Prothophysico Generali hujus Dominii novissimè procuratam, ut consuleretur publicæ utilitati, & averteretur jam penè extrema inopia ejusdem Voluminis, quod ipsius Excellentissimi Ordinis jussu jampridem per anteactum jamdiu Prothophysicum fuerat compositum, ac editum, & impressum anno usque 1668., ac ab alio successivo anteacto Prothophysico renovatum, editum, & reimpressum de anno 1698., sicut etiam copiosam, & laudabilem additionem, ac modernam Compositorum manipulationem, tum ad Galenicam, tum ad Chimicam pertinentium præsentis Prothophysici opera, & studio ex modernis Scriptoribus, & in arte Peritis accuratè descriptam; proposito una cum precibus Auctoris etiam voto Regii Fisci superindè excitati, ad similitudinem, & normam Decreti jam semel, & bis sanciti ab eodem Ordine in prima, & secunda Operis editione sub die 17. Decembris 1668., & 13. Septembris 1698., denuò decrevit, ut infrà videlicet:

Quod omnes, & quicumque Pharmacopolæ hujus Mediolanensis Dominii teneantur omninò sibi comparare librum, medicamenta conficere, & in sua arte operari ad præscriptum ejusdem Antidotarii, & non aliter, abdicatis quò ad usum, quibuscumque exterarum Regionum Pharmacopæis, & hæc omnia sub pœna aureorum quinquaginta pro quolibet Contrafaciente, qualiber vice applicandorum Regio Fisco.

Respectu verò præsentis reimpressionis prædicti Antidotarii cum additis, & renovatis per Prothophysicum, quod non possit per decennium ab hujusce Dominii Typographis sub quolibet prætextu, colore, vel causa typis cudi absque licentia in scriptis ejusdem Prothophysici, eoque defuncto illius Hæredum, sub eadem pœna applicanda ut supra. Cæterum, ubi contingeret prædictum Antidotarii Librum in alienis Regionibus reimprimi, prohibita omninò sit illius introductio in hoc Dominium sub pœna aureorum centum applicandorum ut supra.

Respectu verò pretii ipsius Libri, eo impresso, & recognito mandavit idem Ordo præ-

prætaxari per Egr. Secretarium dicti Excellentissimi Ordinis D. Don Petrum Antonium Castellinum ad id specialiter deputatum, mandavitque etiam omnibus Jusdicentibus, & aliis, ad quos spectat, & spectabit, ut hujusmodi Senatus Sanctionem observent, & observari faciant, & prout latiùs ex Autographo litterarum Patentium existentium penès subsignatum Egr. Secretarium Castellinum dat. die xv. prædicti mensis Novembris.

Opere demum absoluto, impresso, exhibitoque per ipsum Prothophysicum eidem Egr. Secretario, & subsequenter taxato per dictum Egr. Secretarium Castellinum in libris viginti quatuor Imperialibus (absque tamen compactione, vulgò legatura, e coperta) ut præmissa Senatus Sanctio, quam voluminosum hoc Perutile Opus, & Laudabile exigit, promptam, & inconcussam sortiatur executionem, utque omnibus innotescat, nec ignorantiæ excusatione quis tueri se valeat. 1727

Sancit, & edicit idem Ordo, præmissa omnia ubique locorum hujusce Dominii celebriorum, ut moris est, promulganda, esse sub pœnis, de quibus supra; Mandantes itaque dictis omnibus Jusdicentibus, ad quos spectat, & spectabit, ut præsens Edictum in suprascriptis locis publicari curent, illudque inconcusè servari faciant, ut supra, Castellinus.

Renovatio Ordinum, ut Judices singulo mense referant Senatui Homicidia, & vulnera læthalia secuta in eorum respectiva jurisdictione.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Litteris nostris diei 11. Septembris nuper elapsi in executione in Regio Cæsarei Rescripti ab Aula nostra Viennæ die 20. præcedentis mensis Augusti expediti singulis Jusdicentibus exaratis, opportunos eisdem impertiti fuimus Ordines ut singulo mense transmitterentur ad Senatum nostrum relationes Homicidiorum, & vulnerum læthalium, quæ in dies sequuntur in respectivis Jurisdictionibus; Perpauci autem rescripserunt usque adhuc juxtà demandata; Re itaque in Ordine nostro proposita prævio etiam Fisci nostri voto superindè habito de ipsius Sententia iterùm vobis mandamus; ut ultrà notitias, à vobis Illustri Senatus nostri Præsidi dandas, statim post secuta delicta juxta Ordines toties in hac materia editos, nulla interposita mora Senatui nostro ad manus subsignati Secretarii enontiatas relationes remittatis, summariè etiam explicando statum earundem causarum tàm de præsenti pendentium circà homicidia, & enuntiata læthalia vulnera, ex quibus subsecuta fuerit mors à dicto mense Septembris prox. præt. inclusivè in anteà, quàm quæ in posterùm sequi contingant, & Sententias contumatiales, quæ in unaquaque ex dictis causis jam prolatæ sint, & exindè proferentur, & ubi nulla Homicidia, aut vulnera de quibus supra patrari contingat in ista Jurisdictione, hoc ipsum Senatui referatis, & ità in posterùm inviolabiliter, & nulla proposita excusatione in fine cujuslibet mensis observabitis, atque de receptione harum litterarum, & registratione in Officiis vestris moneatis Senatum ad manus subsignati Secretarii ad id Delegati; Vos insuper monentes, ut omni diligentia prædictam Sanctionem nostram executioni mitti curetis, aliter sciatis graviter in vos animadversum iri per Senatum etiam ex abrupto, & ex informata conscientia, & exactam de quacumque negligentia rationem vos fore reddituros ne dùm in Syndicatu, verùm etiam post habitam ejusdem liberationem sub pœna Senatui arbitraria etiam suspensionis, & privationis à munere ad præscriptum Nov. Constit., & Ordinum. Mediolani, die xx. Novembris MDCCXXVII.

De Albertis.

ANNOT.

Renovatus fuit Ordine diei 15. Januarii, & 17. Aprilis 1728.

Renovatio Ordinum pro transmittendis singulo mense per Judices relationibus Homicidiorum, & vulnerum læthalium.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Graviter accepit Senatus, quod hucusque nullum ab isto Officio vestro allatum fuerit responsum litteris nostris dierum 11. Septembris, & 20. Novembris nuper elapsi anni 1727. singulis Jusdicentibus exaratis, ut singulo mense ad eundem Ordinem transmitterentur relationes Homicidiorum, & vulnerum læthalium, quorum causà subsequitur Sauciatorum obitus cum circumstantiis latiùs in ipsis litteris expressis. Re itaque iterùm in dicto Ordine nostro proposita, de ejusdem sententia vos monemus, ut nulla interposita mora deveniatis ad earundem littera- 1728

1728 rum implementum, fecus fciatis comminatas inobedientiæ pœnas per Senatum exactum iri. Mediolani die xv. Januarii MDCCXXVIII. De Albertis.

ANNOT.

Renovatus fuit Ord. diei 17. Aprilis 1728.

Ordo pro exercitio ordinariæ Jurifdictionis in circuitu Plateæ Caftri Portæ Jovis Mediolani.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hifpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti noftri. De Sententia Senatus, coram quo propofitæ fuere Cæfareæ Regiæ noftræ Litteræ ab Aula noftra Viennenfi emanatæ die tertia Decembris anni proximè elapfi continentes providentias per nos impertitas, ad occurrendum abufibus hinc retrò invectis per anteactos hujus Regii Caftri Portæ Jovis Præfectos, præfertim in præjuditium ordinariæ Jurifdictionis, decrevimus remittendum ad vos Capitulum concernens liberum exercitium dictæ ordinariæ Jurifdictionis, prout annexum remittimus, ut de contentis in eo certiores effe poffitis. Mediolani die vii. Aprilis MDCCXXVIII. Blancanus.

A tergo. Nob. Viris Abbatibus Collegii Notarior. Mediolani noftris dilectis.

Tenor enunciati Capituli Regio Cæfarei Ordinis.

Sobre al primer punto de corregir los abufos introducidos contra la Jurifdicion ordinaria hallandome informado, que los Ordenes Reales del años 1570., quanto los de 1574. eftablecieron la Jurifdicion del Caftellano hafta las primeras Cafas de la Ciudad, que tieren la puerta azia la Plaza del Caftillo, fin permitir el eftenderla mas, y prefcrivieron en el mifmo tiempo las Perfonas, y los cafos, que podian reconozerfe del Caftellano, como tambien la forma de practicar fu Jurifdicion, y el modo de coadjubar a la ordinaria, confignando los Delinquentes fugeros à ella, ò premitiendo exercitar los actos de Jufticia en el diftricto del Caftillo, fiempre que huvieffe neceffitad de hazerlo; pero que los Caftellanos no obfervaron los tales Ordenes, ni en el uno, ni en el otro punto, refpecto de aver eftendido la propria Jurifdicion à un gran numero de Cafas fuera de los limites prefcriptos en ellos, arrogandofe contra fu tenor la autoridad, que no les concedieron, y haviendo introducido, como neceffario el intervento de fus Officiales, en qualquiera acto juridico, les azen pagar unos crecidos derechos, en perjuicio de las Partes interefadas, dificultando tambien muchas vezes, que tengan efecto las providencias dadas per los Tribunales, pues avifando los Reos fe ritiran eftos, y efconden fus effectos, y configuientemente hazen infructuofas las diligencias de prenderlos, y de paffar à la Confifca fi es cafo que lo requiere, y hazen inutiles los actos, quando fe trata de caufas meramente civiles: Para remediar à los referidos graves daños, y dexar librè à la Jufticia ordinaria el caftigo de qualquiera Delinquente; Hè refuelto que des de oy en adelante fe limite, y quede reftringida la Jurifdicion del Caftellano à toda la Plaza del Caftillo, menos diez paffos antes de ilegar à las imediatas Cafas, que eftan à la vifta de dicha Plaza, fin permitirles alguna fobre las mifmas Cafas, pues con efta providencia podrian los Esbirros paffar à executar los Ordenes de fus Superiores por el diftricto de dichos diez paffos, entre las Cafas, y la Jurifdicion del Caftellano, dexandoles la forma de cumplir à fu cargo, y no podrà lamentarfe el Militar, refpecto de que jamas entraran los Esbirros, por ningun cafo en fu Jurifdicion, ni potran temerfe otros perjuicios, conteniendofe cada uno en fu precifo diftricto; pero fiendo igualmente neceffario dexar al Caftellano el arbitrio de faber fi en las Cafas vezinas à fu Fortalezza, fe hazen minas contra ella, ò fi fe intentan algunas otras cofas que puedan perjudicarle, declaro que dicho Caftellano ha de tener la facultad de reconozer las dichas Cafas imediatas en tiempo de Guerra, y ruina, o haviendo otro legitimo motivo de azerlo, de modo que puede vivir fin las mas minima fofpecha, y no puede jamas expuefto al menor riefgo mi fervicio, ni tenga ocafion el Caftellano de temer por efta Caufa inconveniente alguno, deviendofe affi mifmo invigilar por fu parte con particolar cuidado, en que no fe hagan fabricas en las vecindades del Caftillo, que pueden fer perniciofas, y en exercer fu prefcripta Jurifdicion en toda la Plaza del Caftillo, menos diez paffos antes de las referidas Cafas, fegun lo difponen los enunciados Reales Ordenes del año 1570., y 1574., fin eftenderla à otras Perfonas, y cafos fuera de aquellas contenidos en los mifmos Reales Ordenes, en virtud de los quales los Reos, ò Delinquentes fugetos ala Jurifdicion ordinaria, retirandofe à la fuya, devera hazer imediatamente que fe prendan, y remetirlos al Juez competente, conveniendo en efta forma a fu caftigo, y facilitando en todo lo poffibile la buena adminiftracion de la Jufticia.

Ordo

Ordo pro transmittendis singulo mense per Judices relationibus homicidiorum, & vulnerum lethalium. 1728

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Post datos per nos vobis Ordines, ut singulo mense relationes homicidiorum, & vulnerum læthalium, ex quibus subsecuta sit mors in Jurisdictione vestra, ad Senatum nostrum, & ad manus Egregii Secretarii de Albertis remitteretis, supervenere litteræ Illust. L. Ten. nostri, cum inserto tenore Regio Cæsarei Rescripti nostri, ab Aula Viennæ die 21. Januarii currentis anni expediti, quarum litterarum tenor hic annexus datur, vobis pro nunc, etiam ex Fisci nostri Voto mandamus, ut singulo mense remittatis ad Senatum nostrum distinctam notulam etiam delictorum, de quibus in dictis Regis Cæsareis litteris nostris. Mediolani die xvii. Aprilis MDCCXXVIII.

Carlius.

Ordo, ut Judices, ubi opus fuerit, utantur brachio Militari.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Exaratâ per Senatum Illustri Locum Tenenti nostro Consultatione sub die 9. labentis Septembris, ut Præfecto Militari Viglevani opportunos daret Ordines prò subministratione brachii Militaris Egr. ejusdem Civitatis Prætori quoties fuerit requisitus prò assequenda detentione Latronum, qui in nonnullos Belluarum Ductores immaniter sævierunt, certior factus fuit idem Ordo noster per Decretum dicti Illustris L. T. nostri diei 25. hujusmet mensis, omnibus Militibus Præfectis Fortalitiorum hujus Dominii injunctam fuisse promptiorem brachii Militaris subministrationem quibuscumque Jusdicentibus id requirentibus prò Justitiæ complemento; Propositò itaquè in dicto Ordine dicto decreto, stetit ejusdem Sententia illud esse jungendum cum antecedentibus; Vobis verò de præmissâ providentiâ notitiam damus, mandantes, ut quoties Militari assistentiâ indigeatis prò Justitiæ complemento, illam à Præfecto Militari viciniori requiratis, quæ ubi Vobis præstò non sit, Senatum nostrum statim moneatis. Mediol. die xxvii. Septemb. MDCCXXVIII.

Blancanus.

Renovatio Ordinum pro transmittendis per Judices Magistratui Reddit. Extraord. notulis Mulctarum, Condemnationum, querelarum, ac denunciationum.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Crevit adeò nonnullorum Prætorum incuria in transmittendis Magistratui Extraord. Reddit. (juxtà Sanctionem N. C. in tit. de Offic. Quæst. Extraord., & in cap. fin., nec non in tit. de accusat., & Senatus Consulta dierum 13. Januarii 1684., 28. Januarii 1722., ac 9. Aprilis 1725.) notulis Mulctarum, & Condemnationum pecuniarum, querelarum, atque denuntiationum, in quibus pœna sanguinis, vel interesse Fisci versatur, ac delatorum Reorum, processuumque tùm expeditorum, cum absolvendorum, ut ad Solium Cæsareum Regium nostrum illius notitia perventà Regiam Curam pro ea immediatè excutienda exegerit: Litteris ergò nostris Græcii datis die 18. Julii Ill. hujus Status Moderatorem jussimus Senatum monere, ut omnibus Jusdicentibus sub pœna dupli pro prima ommissione, & perpetuæ interdictionis à quocumque munere pro secunda, seriò injungatur promptam, & distinctam Senatui, & dicto Magistratui singulis mensibus relationem fieri omnium mulctarum, condemnationum, accusationum, denunciationum, & processuum, nec non pecuniarum ex dictis mulctis, & condemnationibus perceptarum, & percipiendarum juxtà casuum circumstantias, ut earum medio Senatus de omnibus instructus sit, Magistratusque satagere valeat Mulctarum, & Confiscationum exactioni, nec quidquam Fisco ex eis pereat; pro ut per omnes Jusdicentes deveniendum omni sedulitate, ac promptitudine ad expeditionem Causarum eorum Officio spectantium pro majori Justitiæ complemento, & ut celerior mulctis ad utilitatem Fisci locus fiat: Proposito itàque in Senatu nostro relato Cæsareo Rescripto, audito prius, junctis antecedentibus, Fisco nostro, de dicti Ordinis sententia, vobis districtè mandamus, ut omninò exequamini per Senatum decreta in dictis Ordinibus annorum 1684., 1722., & 1725., ac per nos ut supra in dicto Cæsareo Regio Rescripto sancita, nedum sub

pœnis

1728 pœnis in iisdem Ordinibus, ac Novis Const. indictis; sed etiam sub pœna Inobedientibus pro prima vice dupli ejus, quod non delata mulcta, vel confiscatio importaret Regiæ Cameræ, contribuendi, & pro secundà incapacitatis perpetuæ cujuscunque muneris: Insuperque vobis mandamus, ut in causis à N. C., & Ordinibus præscriptis solliciti etiam sitis pro bonorum descriptione, cavere igitur ne quid amplius in hac re à vobis desiderandum relinquatis; quia nulla erit omninò transgressoribus venia, & quælibet, vel levis ommissio à Syndicatoribus suo tempore solertissimè inquirenda erit; prout eorundem Syndicatorum Instructioni inserendum esse censuimus. Mediolani die xx. Novembris MDCCXXVIII.

Gallarinus.

ANNOT.

Renovatus fuit Ord. diei 27. Augusti 1729.

Ordo, ut Judices invigilent executioni Proclamatum contra Ægyptios.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Proposito in Senatu per Spectabilem Senatorem nostrum Marchionem Recalcatum, prævio Fisci voto, decreto Ill. L. T. nostri, cum inserta Consultatione Magistratus Redditium Nostrorum Ordinariorum, ac Relatione eidem Magistratui facta per Commissarium Salis residentem in loco Cassani super facto secuto inter eundem Commissarium, & Satellites, ac nonnullos Ægyptios occasione tentatæ perquisitionis in Capsinis Casellarum, de dicti Ordinis nostri sententia mandamus vobis, ut seriò invigiletis executioni Proclamatum contrà Ægyptios promulgatorum, animadvertendo etiam Syndicos, & Consules Communitatum, ut quatenùs per eorum Territoria vagentur omnimodam dictorum Proclamatum dispositionem servent, monendo etiam respectivos eorum Jusdicentes. Mediolani die xxvi. Novembris MDCCXXVIII.

Castellinus.

Ordo, ut Egr. Vicarii Generales nocturno tempore perlustrent vias Civitatis.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

1729 Dilectè noster. De Senatus sententia, coram quo, prævio Fisci nostri voto, ac præsentibus, & auditis Egr. hujus Urbis Prætore, ac Fisco prædicto, propositum fuit decretum Illustris L. T. nostri diei 26. Decembris nuperi, injunctam ferens notulam per Egr. hujus Urbis Prætorem dicto Illustri L. T. nostro remissam, nonnullorum, qui in locis sacris, & immunibus receptati, noctis tempore insultus, & robbarias per hanc Urbem committunt, & cujus notulæ tenorem hic adnectimus, mandamus vobis, ut nocturno tempore vias Civitatis una cum opportuno Satellitio, ac Brachio Militari vobis ex Ordine dicti Illust. L. T. nostri impertiendo perlustretis, & dictorum nominatorum detentionem, ubi è locis immunibus recedant, sedulò curetis, pront aliorum quorumcunque armis contra novissimi Proclamatis dispositionem incedentium, ac suspectorum, dum pro impertitione dicti Brachii Militaris dictus Ordo noster opportunam exaravit Consultationem dicto Illust. L. T. nostro. Mediolani die v. Januarii MDCCXXIX.

Gallarinus.

Ordo, ut Egr. Vicarii Generales construant processum contra Delinquentes detentos perlustrando nocturno tempore vias Urbis, ubi contra ipsos coram alio Judice non sit jam inchoatus processus.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Proposita in Senatu nostro Consultatione vestra diei 15. labentis, qua petiistis, ut postquam vobis litteris diei 5. hujusmet mensis mandavimus perlustrationem viarum nocturno tempore, & detentionem Reorum, & quorumqunque suspectorum, ac cum Armis contra dispositionem Proclamatum incedentium, vobis auctoritatem impertiremur, ut eorum respectu, quos vel cum Armis, aliove corpore delicti, vel in fragranti crimine deprehendi contingat, pro iis criminibus, in quibus nullus sit à quopiam ex Jusdicentibus inchoatus processus, & processum construere, & causam peragere valeatis, de dicti Ordinis sententia annuendum per vos petitis esse censuimus, de qua sanctione vos certiores esse volumus, & notitiam etiam dedimus Egregiis Capitaneo Justitiæ, & Prætori Mediolani. Mediolani die xxviii. Januarii MDCCXXIX.

Carlius.

Ordo,

Ordo, ne aliqua merces exigatur à Communitatibus per Notarios pro visitatione occasione incendii. 1729

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Habito Fisci nostri voto super responso per L. T. vestrum nobis dato diei 31. nupèr elapsi Januarii litteris per nos sub die 18. dicti mensis Januarii vobis datis circà prætensam mercedem pro visitatione facta ab altero ex Notariis istius Officii occasione cujusdam incendii secuti in dicto loco, de Senatus sententia, coràm quo cuncta simul juncta relata fuere per Spect. Senatorem Com. Don Jo. Baptistam Trottum alterum ex delegatis in re Sportularia decrevimus non teneri dictam Communitatem ad mercedem enuntiatæ visitationis factæ per Notarium Officii Marthesanæ, vobis ideò mandamus, ne permittatis pro hac causa Communitatem Serenii ulteriùs molestari, reintegrationem ejusdem pro impensis factis curetis, àc in futurum animadvertatis ad Ordinum observantiam, nec lato quidem ungue ab illis per Officiales vestros declinari sinatis. Insupèr decrevimus servandos omninò per omnes Jusdicentes hujus Dominii Ordines Senatus nostri diei 20. Maji 1713. in hac materia editos. Mediol. die xxiv. Maji MDCCXXIX.

Signat. Carlius, & sigillat. &c.

A tergo. Sapienti J. C. Vicario Marthesanæ nostro dilecto &c.

ANNOT.

Mercedem mediæ Visitatinnis, nempe libras 8., & solidos 8. posse exigi à Communitatibus in hisce casibus declaraverat Senatus Excellentissimus in Ordine diei 23. Augusti 1689., & iterum declaravit in Ordine diei 22. Aprilis 1715.

Renovatio Ordinum pro transmittendis per Judices Magistratui Reddit. Extraord. notulis Mulctarum, Condemnationum, Querelarum, ac Denunciationum.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum contra sanctiones Nov. Constit. in tit. de Offic. Quæst. Extraord., & in cap. fin., nec non in tit. de accusat., & Senatus Cons. dierum 13. Januarii 1684., 28. Januarii 1722., & 9. Aprilis 1725. diù apud aliquos Prætores, & Judices inolevisset incuria transmittendi Magistratui Redd. nostr. Extraord. solitas mulctarum notulas condemnationum pecuniariarum, querelarum, & damnationum, quæ pœnam corporis, sanguinisve, vel Fisci nostri involverent interesse, neç non Reorum delatorum, processuumque, tùm expeditorum, tùm etiam absolvendorum Indices, adeò ut tantæ, ac tàm præjudicialis Incuriæ notitia ad nostrum Cæsareo Regium Solium diù pervenerit, ideoque Regiam merito solicitudinem exigere videretur. Litteris nostris Græcii datis die 28. Julii 1728. Illustri hujus Status Moderatori jussimus Senatum monere, ut omnibus Jusdicentibus sub pœna duppli pro prima ommissione, & perpetuæ interdictionis à quocunque munere pro secunda seriò injungeretur promptam, & distinctam Senatui, & dicto Magistratui singulis mensibus relationem fieri omnium mulctarum condemnationum, accusationum, denuntiationum, & Processuum, neç non pecuniarum ex dictis mulctis, & condemnationibus perceptarum, & percipiendarum pro rerum, & casuum circumstantiis, ut per ea Senatus de omnibus instructus esset, Magistratusque satagere valeret mulctarum, & confiscationum executioni, nec detrimenti quidquam Fisco inferretur, inde etiam Jusdicentes majori sedulitate, ac promptitudine ad expeditionem causarum eorum Offitio spectantium pro justitiæ implemento venirent, & mulctæ celeriùs pro Fisci utilitate exigerentur. Proposito itaque in dicto Ordine nostro relato Cæsareo Regio rescripto, audito prius junctis antecedentibus Fisco nostro, de dicti Senatus sententia sub die 20. Novembris 1728. nuper exacti, Vobis, cæterisque omnibus Jusdicentibus, tam Majoris, quam Minoris Magistratus distinctè mandavimus, ut omninò executioni mitterentur per Senatum decreta in dictis Ordinibus annorum 1684., 1722., & 1725., ac per nos ut supra in dicto Cæsareo Regio rescripto sancita, nedum sub pœnis in iisdem Ordinibus, ac Nov. Constit. indictis, sed etiam sub pœna inobedientibus pro prima vice duppli ejus, quod non delata mulcta, vel confiscatio importaret Regiæ Cameræ contribuendi, & prò secunda incapacitatis perpetuæ cujuscumque muneris; insuperque mandavimus, ut in causis à Nov. Const., & Ordinibus præscriptis quisque ex Jusdicentibus prædictis sollicitus etiam esset pro bonorum descriptione, nec non caveret, ne quid amplius in hac re desiderari posset, nec ulla esset omninò venia trasgressoribus speranda, Syndicatorum etiam instructio-

1729 structionibus inferentes, ut leves quoque super his ommissiones summa cum cura, & solertia indagarent. Alio autem Cæsareo rescripto nostro diei 20. Julii nuper elapsi Viennæ dato, & per decretum Illustris L. T. nostri diei 6. Augusti Senatui remisso, visum fuit nobis injungere omnimodam executionem supracitati rescripti nostri diei 28. Julii effluxi anni 1728., nullaque interpositâ mora per Senatum adigendos esse omnes Jusdicentes sub dictis pœnis sd omninò singulis mensibus præstandas dicto Magistratui Extraord. Redd. notulas mulctarum, condemnationum, quærelarum, & Processuum, quæ Fisci Reg. interesse concernant; audito Fisco nostro junctis etiam antecedentibus, & omnibus in Senatu propositis de ejusdem sententia vobis iterum seriò mandamus (prò ut in simili mandavimus etiam singulis Jusdicentibus, sivè Majoris, sivè Minoris Magistratus, atque eorundem per tempora Syndicatoribus) ut hujusmodi condemnationum, & mulctarum, itidem Reurum delatorum nomina, & cognomina labenti quolibet mense respectivè omninò mittatis Magistratui Red. nostrorum Extraordinariorum sub dicta pœna pro prima vice dupli ejus, quod non delata mulcta vel confiscatio Reg. Fisci compendio resultaret, & pro secunda vice incapacitatis perpetuæ ad quodcumque munus offitiorum, hocque ultrà alias pœnas ex dictis Ordinibus Senatus annorum 1684., 1722., & 1725. editis jam indictis nedum Jusdicentibus ipsis, verum etiam respectivorum Offitiorum, Notariis, & Actuariis, ac aliis sub pœnis arbitrio Senatus indicandis. Volumus insuper vos retinere debere Ordines nostros in Cancellaria Vestra expositos, & de earum receptione Senatum nostrum certiorem facere debere; Vestrum ergo sit, ne quid amplius in posterum desideretur à vobis super executione per nos ut supra sancitorum omni vobis contrafacientibus, spe veniæ omnino præclusa. Mediolani die xxvii. Augusti MDCCXXIX.

Stampa.

Ordo, ne quis ingrediatur Aulam Senatus eo terminato præter Egr. Secretarium, Cancellarium, & Coadjutorem hebdomadarios.

MDCCXXXI. Die xiii. Novembris.

1731 Et si alias cautum fuerit per Senatum neminem ingredi posse in ejusdem Aulam, eo terminato, nihilominùs adsunt nonnulli, qui spretis Ordinibus in eam ingredi audent. Quarè hisce inconvenientibus occurrere volens, Senatus mandat, ut nemo etiamsi sit ex Cancellariis, cæterisque Officialibus Cancellariæ in eandem Aulam ingrediatur, præter Egr. Secretarium, & Cancellarium hebdomadarios, & Coadjutorem, qui registrat decreta, qui visionem decretorum alicui non permittat: Respectù autèm Cancellariorum, & aliorum Officialium ingredi possint, quatenùs ab Excellentissimo D. Marchione de Clericis Præside, & Amplissimis PP. fuerint vocati, injungendo Ostiariis Senatus, ut omninò dispositionem hujus Ordinis servari curent. Pœna verò in Contraventores erit, quæ Senatui convenire videbitur.

Gallarinus.

Ordo, ut in Mansione expeditionum Cancellariæ Senatus apponatur clausula EX OFFITIO.

MDCCXXXII. Die v. Martii.

1732 Ut citiùs, & cautiùs pro Regio Cæsareo Servitio, ac Justitiæ complemento pervenire possint Ordines, & rescripta ab hac Cancellaria respectivè expedienda, Jusdicentibus, eorumque Curialibus hujus Dominii, materias Offitii continentia, & Justitiæ cursum respicientia, quamvis sint ad instantiam Partis, mandat Senatus Egregiis Secretariis, ac Thesaurario, Cancellariis, cæterisque Officialibus hujus Cancellariæ, ut prò nunc, & donec alitèr fuerit per Senatum ordinatum, debeant, in mansione hujusmodi expeditionum, apponere clausulam *ex offitio* sub pœna eidem Senatui arbitraria, in casu inadimplementi, vel abusus prædictæ clausulæ *ex offitio*, in rebus non pertinentibus ad justitiæ administrationem. Stampa.

Ordo, ut Judices in litteris, aliisque scripturis materias Offitii continentibus transmittendis ad Senatum, vel alios Administros apponant in mansione clausulam EX OFFITIO.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. De sententiâ Senatus, mandamus vobis, ut Litteris, Processibus, Actis, Scripturis, Delineationibus, per vos transmittendis, tùm ad Illustrem Marchionem de Clericis Præsidem nostrum, tùm ad Spectabiles Senatores, sivè

sivè ad Egregios Advocatos, & Syndicos Fiscales, sivè ad Secretarios Ordinis nostri, ejusque Thesaurarium, ac Cancellarios, sivè etiam ad alios Judices hujus Dominii, quando contineant materias Officii, quæ cursum Justitiæ respiciant, quamvis sint ad instantiam Partium, debeatis in mansione apponere clausulam *ex officio* sub pœna arbitraria Senatui, in casu inadimplementi, vel abusus dictæ clausulæ *ex officio* in re ad administrationem Justitiæ non pertinente; Hæcque ad effectum, ut citiùs, & cautiùs pervenire possint narratæ expeditiones pro Regio Servitio, ac debito Justitiæ complemento, & certiores etiàm vos reddimus, quod prò Ordinibus, & rescriptis ad vos mittendis, apponetur eadem clausula *ex officio*, & ità servetis prò nùnc, & donèc à Senatu vobis alitèr fuerit ordinatum; de quà providentià moneatis etiàm Officiales, & Subalternos istius Officii vestri, ut & ipsi etiàm hanc providentiam exequantur; eamque paritèr providentiam innotescere volumus detentis in Carceribus istius Officii, & Protectoribus Carceratorum, ut in casu cujuscumque ipsorum recursus per epistolas ab ipsis conscribendas, in concernentibus Justitiam, utantur eodem signo *ex officio*; Cæterum opportunos Ordines dedimus Egregiis Secretariis, Thesaurario, Cancellariis, cæterisque Officialibus Cancellariæ nostræ, ut prò eo, quod ad eos spectat hujus providentiæ executionem sollicitè curent. Mediolani die v. Martii MDCCXXXII. 1732

Stampa.

Ordo, ut merces visitationis pro casu fortuito à Communitate persolvatur Notario primo visitanti, salvo jure illam restituendi Notario Magistratus, ad quem causam spectare declaratum fuerit.

J. C. Prætori Casalis Nucettæ.

MDCCXXXIII. Die vi. Martii.

Audito Egr. Senatus nostri Thesaurario; nec non Fisco nostro super relatione vestra Spectab. Senatori nostro Com. Don Jo. Baptistæ Trotto alteri in re Sportulari delegato facta diei primæ Januarii nuperi, circa mercedem debitam pro visitatione Cadaveris Antonii Morenæ improvisa morte correpti, nec non Francisci Cerisetti, mandamus vobis, pro ut ita mandamus etiam Egregio Prætori Derthonæ, ut servetis; tum Ordines Senatus nostri diei 30. Maji 1713., tum Sententias ab ipso Tribunali latas, alteram nempè 7. Februarii, & alteram 20. Martii 1713., in informatione dicti Egregii Thesaurarii relatas, caveatisque, ne Communitas dupplici impensa, dicta de causa gravetur, sed merces memoratæ visitationis provisionaliter exigatur à Notario, qui prior fuerit in visitando, itaut teneatur ad illius restitutionem, quoties causam ad Officium alterius Magistratus de Jurisdictione contendentis spectare declaratum fuerit, prout cautum habetur in præmemoratis Ordinibus ejusdem Senatus nostri 12. Novembris 1659. omninò observandis; Quo autem ad mercedem pro visitatione Cadaveris olim Francisci Cerisetti, decrevimus prædictos Ordines, & Sententias pariter servand.; & pro earum executione, mercedem pro nunc, & provisionaliter, spectare ad Notarium Curiæ Pheudalis, tamquam eum qui ad visitationem præcessit, mandamusque dicto Egregio Prætori Derthonæ, ut si aliquid in contrarium habeat, tam quo ad prioritatem dictæ visitationis, quam quo ad causæ pertinentiam, deducat quidquid &c. intra terminum dierum octo, abstinendo à qualibet molestia contra Communitatem per dies decem postquam rescripserit. 1733

Ordo, ut Judices absentes se restituant eorum Residentiæ.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Expedit Cæsareo Regio Servitio nostro, ut finè morà Vos conferratis ad Residentiam vestram, nec recedatis juxtà Ordines, curando Populorum quietem, Justitiæque administrationem, nec non invigiletis pro Carcerum, ac detentorum custodià, & de quocumque emergenti statim moneatis Ordinem nostrum ad manus Egregii Secretarii hebdomadarii; De quà autem sanctione de sententià Senatus Vos monemus, ut ità exequamini. Mediolani die xix. Octobris MDCCXXXIII.

De Albertis.

ANNOT.

Emanavit iste Ordo occasione advenientis Exercitus Gallosardi pro invadendo Mediolanensem Statum.

1734 *Declarationes Senatus ad Regium Indultum diei 25. Januarii anno 1734.*

Declarandum in primis, damnatos ad Remum in Carcere existentes, Regiæ mentis non fuisse sub Indulto comprehendere.

Beneficio autem præsentis gratiosi Decreti gaudere debere omnes tàm Subditos Mediolanensis Dominii immediatos, ac mediatos, quàm exteros. Et ubi Indultum loquitur de remittendis pœnis, intelligendum, sivè pœna ad Cameram Regiam Ducalem, sivè Pheudatariorum, sivè alicujus Communitatis spectaret. Ac etiam si aliqua pœnæ pars delatoribus, & aliis quoquo modo applicanda esset. Eam tamen pœnam remissam non intelligi, quæ realiter exacta fuerit, aut pro ea jam cautum remaneat: aut si bona descripta, vel actualiter apprehensa sint post latam à Judice sententiam.

Præterea ne absurdum aliquod, aut inconveniens in damnum Justitiæ, aut Fisci, aut Privati alicujus sequatur, si Judicibus inferioribus permitteretur facultas liberandi arbitratu suo Reos, & damnatos ex causis, & titulis delictorum gravibus, hanc facultatem Spectabilibus Præsidibus, & Egregiis Quæstoribus Redditüum tàm Ordinariorum, quàm Extraordinariorum in causis ad eos spectantibus, nec non Spectabilibus, Prætoribus Cremonæ, & Papiæ, & Egregiis Capitaneo Justitiæ, & Prætori Mediolani tantum, eorumque Curiis, quæ constant ex pluribus Togatis esse concedendam, & in casibus claris tantum; nam si dubius casus aliquis se offerat, ab ipsis quoque Senatus erit consulendus. Cæteris verò Officialibus omnibus interdicendum, ne ad alicujus liberationem inconsulto Senatu deveniant in casibus, in quibus agatur de pœna mortis naturalis, & de damnatis in contumaciam ad Remum.

Pacem, & remissionem Partis offensæ in casibus, in quibus necessaria est, Officialibus, ad quos spectat, citato Fiscali illius Civitatis, vel Loci ubi adsit, in authentica forma legitimè præsentandam. Inter casus autem, in quibus remissio Partis non requiritur, comprehendi casum provocationis ad rixam, simplicis insultus, primæ evaginationis, delationis armorum prohibitorum, ubi tamen vulnera, & percussiones non intercesserint, aut ubi animus deliberatus non intervenerit.

Et si crimen falsæ monetæ à beneficio Indulti exclusum remaneat, uberiùs tamen declarandum, omne crimen fabricationis falsæ monetæ, tonsionis, seù diminutionis monetæ, cujuscunque cussionis, esse de exceptis.

Ea quoque præsentis decreti verba, quæ de falsitate in Officio eum tertii præjuditio loquuntur, latiùs declaranda, ut ejusdem beneficio gaudere non debeant ii, qui dum Officiales essent, in eorum Officio deliquerunt, neque Notarii, qui falsitatem aliquam in Instrumentis, aut publicis Scripturis commiserunt, appellatione tamen eorum, qui dum Officiales essent, deliquerunt in eorum Officiis, neque Consules, neque Antianos contineri.

Insuper à beneficio Indulti excepta juxtà solitum intelligenda fore sequentia crimina.

Homicidium, ab eo patratum, qui alia duo homicidia commiserit, etiam si ob ea damnatus non sit.

Vulnus proditoriè sclopo rotato, aut aliter illatum, vel assassinio mediante, etiamsi mors secuta non fuerit, idque tam respectù mandantis, quam mandatarii.

Raptus mulieris honestæ, & si copula non sequatur.

Usus venereus cum Sanctimoniali in habitu, intra Monasterium degente.

Adulterantes sigillum Principis, aut Senatus, & etiam cujuscunque Ducalis Tribunalis.

Propinatio veneni, ex quo mors secuta fuerit.

Cædes Officialis Ducalis.

Qui seditionem movent, Populumque, aut Plebem adversùs Principis, vel Senatus decreta, & provisiones concitant.

Qui testimonium falsum in causa, in qua ingeratur pœna mortis naturalis, ad alicujus offensam dicunt, vel ab alio dici curant, aut mandant.

Qui exceptiones Reorum, ubi de mortis, vel mutilationis membrorum pœna agitur, impediunt, vel ab aliis impediri curant, aut mandant.

In hisce autem, aliisque casibus exceptis, damnatos in pœnam extraordinariam beneficio præsentis gratiosi decreti gaudere debere, si propter debilitatem inditiorum, aut minorem ætatem recessum fit à pœna ordinaria, modo ad Remum damnati non fuerint, iique in carcere existant.

In hisce rei Granariæ angustiis Regia clementia indignos etiam Fraudatores Annonæ, eorumque complices, & qui minùs fideliter se gesserint in exhibenda Granorum notula, seù quoquo modò defecerint à præscriptis in Proclamate diei 23. Decembris nuperi, illius dumtaxat exceptis, qui virtute postremi Edicti diei 6. mensis Martii proximè præteriti oportunas, ac sinceras fecerint Granorum notificationes.

Cum grassatio, seù robbaria ad stratam expressè reservata fuerit, quò ad cæteras robbarias declarandum, iis tantumodo Indultum prodesse, qui unicam tantum robbariam patraverint, eo etiam addito, quia in hisce temporum circumstantiis nimium frequentia sunt hujusmodi crimina, quod etiam si agatur de unica robbaria, quæ vel ratione summæ, vel aliter qualificata sit,

judi-

judicium erit Senatus, an gratioso decreto gaudere debeat; ita, & taliter, quod etiam pro unica robbaria remissio delobati intervenire habeat, si certus sit derobatus: vel Communitatis, & Civitatis, in quatum districtu ea fuerit patrata, si de derobato incerto agatur.

Terminum bimestris in Regio Edicto præscriptum ad reportandas remissiones, & alia oportuna peragenda, computandum à die datæ expeditionis harum declarationum.

Denique ubi agatur de abolendis processibus, condemnationibus, bannis, & aliis, servandam omninò annexam taxam à Senatu præscriptam occasione Indulti anni 1716., exigendam per Thesaurarios Officiorum, qui Officialibus, & Notariis portionem unicuique spectantem erogabunt, quòd si quid ultra taxam prædictam Thesaurarii exigere audebunt, pœnam etiam corporalem Senatui ipsi arbitrariam incurrent; Officiales verò, & Notarii, qui præter taxatam quantitatem aliquid titulo honorarii, vel solutionis processuum, aut cavalcatæ debitæ, seu quovis alio prætextu, recipere etiam à sponte dantibus audebunt, baratariæ, & concussionis pœna teneantur. In locis verò, seu Officiis ubi non solent esse Thesaurarii, & Judices, seu Notarii illud Officium gerunt, possint ipsi quidem exigere memoratam taxam; sed ubi excesserint recitatis pœnis, ac gravioribus ejusdem Senatus arbitrio, obnoxii fiet. Mediolani die xix. Aprilis MDCCXXXIV. 1734

Stampa.

Taxa servanda à Judicibus, & Curiis hujus Status Mediolani, earumque Thesaurariis, sivè deputatis ad exactionem Sportularum pro ordinationibus faciendis vigore Decreti gratiosi anni 1734. 25. Januarii.

In Prætoriis Cremonæ, Papiæ, ac in Officio Capitanei Justitiæ, & Prætorio Mediolani.

PRo Jusdicentibus, & pro qualibet ordinatione facienda in causa capitali lib. sex lib. 6. . .

Pro Senatu Excellentissimo totidem, & insuper lib. duæ cum dimidia pro augumento tertii S. R. M. indicti ad suplementum salarii Senatorum, & sic in totum lib. octo cum dimidia lib. 8.10.

In causa verò non capitali libr. tres lib. 3. . .

Et totidem pro Senatu, ac pro eodem etiam lib. duæ cum dimidia ratione dicti augumenti, ità ut in totum exigantur lib. quinque cum dimidia lib. 5.10.

In aliis, & quibuscunque Offitiis hujus Dominii.

Pro quolibet ex Jusdicentibus, & pro qualibet ordinatione facienda in causa capitali lib. sex lib. 6. . .

Et in causa non capitali libr. tres lib. 3. . .

Pro Senatu Excellentissimo totidem respectivè referendo.

Nam pro tertio augumenti scilicet lib. duarum cum dimidia, exactio fiet à Thesaurario Senatus, tempore quo à dictis Jusdicentibus fiet consultatio, juxta ordines, & declarationes emanatas ad ipsum decretum lib. 2.10.

Pro Notariis causarum exigi debebit dimidium ejus, quod pro Judicibus ut supra taxatum fuit.

Et nihil penitùs præter supra expressum exigatur sub pœnis, quæ in declarationibus ad ipsum decretum factis continentur.

Stampa.

Ordo, ut Notarii Actuarii pro visitationibus non exigant à Communitatibus ultra libras 8., & solidos 8.

DIlectè noster. Propositâ in Senatù nostro per Spectab. March. Senatorem Goldonum Vidonum Informatione eidem, tamquàm alteri in re Sportularia Delegato, per Egr. Thesaurarium dicti Ordinis exaratà, supèr indolentiâ Communitatis Neocastri Scripiæ de prætensâ per illius Notarium Actuarium ab eadem Communitate mercede libr. 16. solid. 16. pro visitatione Incendii illùc fecuti; Ex ejusdem Ordinis Sententiâ mandamus Vobis, ut sedulò animadvertatis, ut in quocunque casu necessariæ visitationis, in quo adstringi debeat Communitas in subsidium ob deffectum, vel impotentiam Delinquentium, non gravetur Communitas per Notarios Actuarios Vestros majori impensâ libr. 8. solid. 8., non obstante quacunque consuetudine in contrarium allegata, juxtà informationem ejusdem Egregii Thesaurarii, sub pœna Contrafacientibus Senatui nostro arbitraria; De quo Vos monemus, ut vigiles sitis, pro omnimoda observantia, sub pœna reddendi rationem tempore Syndicatus. Mediolani die xxii. Aprilis MDCCXXXV. 1735

De Albertis.

1735 *Ordine, che le esecuzioni, e descrizioni si faccino con l'assistenza degli Anziani.*

MDCCXXXV. Die Lunæ secunda Maji.

L'Illustrissimo Dottor Collegiato Regio Sig. Capitano di Giustizia in tutto lo Stato di Milano, come esecutore degli Ordini, e Sentenze del Senato Eccellentissimo, ed inerendo a lettere del medesimo Eccellentissimo Senato del giorno 26. Aprile prossimo passato, che sono del tenor seguente.

Dilectè noster. Relatis in Senatù nostro binis Consultationibus per Magistratum Sanitatis hujus Mediolanensis Status nobis exaratis tangentibus instantiam penès eum factam per Antianos Parochiarum hujus Civitatis pro tollendis abusibus contrà dispositionem Ordinum, & Novarum Constitutionum introductis occasione executionum Realium, quæ in dies fiunt in hac ipsa Civitate, & Corporibus Sanctis absque interventù dictorum Antianorum unà cum documentis in altera ex dictis Consultationibus exhibitis, ac Fisci nostri Voto superindè habito, de ipsius Ordinis Sententia, attentis expositis, decrevimus annuend. esse pro nunc Edicti renovationi juxtà exemplar anni 1682. typis impressum, quò circà vobis mandamus, ut ad prædicti Edicti renovationem deveniatis. Mediolani die xxvi. Aprilis MDCCXXXV.

Subscript. Bersanus, & sigillat. &c.

A tergo. Egr. J. C. C. Capitaneo Justitiæ Mediolani nostro dilecto.

Visto l'Editto dell' anno 1682. menzionato in esse lettere, e pubblicato ad instanza degli Anziani delle Parrocchie di questa Città, e Corpi Santi a tenore delle lettere Patenti del Senato Eccellentissimo del giorno 10. Novembre 1682. relative alli decreti del Senato Eccellentissimo emanati sotto li giorni 7. Aprile 1548., e 10. Giugno 1633., come da quelle del tenore seguente.

CAROLUS II. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

ANtiani Parochiarum hujus Civitatis preces nobis, unà cum Senatus Consulto diei xx. Junii anni MDCXXXIII. dedere sequentis tenoris, videlicet.

P. R.

Ad instantiam Antianorum Parochiarum Mediolani inherendo dispositioni Nov. Constit. tit. de Executoribus, & famulis jusdicentium, & Senat. Cons. diei 7. Aprilis 1548. emanavit anno 1633. die 20. Junii decretum Amplissimi Ordinis, quo sub pœnis eidem Amplissimo Ordini arbitrariis prohibetur Officialibus, Satellitibus Cameræ, Ostiariis, Commissariis Tribunali Provisionum inservientibus, nè in executionibus faciendis, tàm pro publico, quàm pro privato debito alia uterentur assistentia, ac opera, quàm prædictorum Antianorum, quorum labores versari circa publicam utilitatem, & maximè circa concernentia sanitatem publicam benè comprehenditur in dicto decreto 1633., cujus exemplar typis impressum M. V. exhibetur; Verùm, cum de præsenti quoque ejusdem decreti observantia in grave præjudicium, & damnum dictorum Antianorum, qui nullum salarium habent, & nihilominus continuò vigiles esse debent, tàm circa Ordinum à Tribunalibus eis datorum executionem, quàm pro denunciis delictorum, quæ in dies patrantur deferendis Judicibus maleficiorum, & si negligunt non leves impensas, & pœnas habere coguntur, per dictos Officiales, Satellites, Cameræ, ac Tribunalis Provisionum negligatur, dùm ipsi loco Supplicantium utuntur, sivè prius abutuntur assistentia Ostiariorum Magistratuum, & Tribunalis Provisionum, proptereà prædicti Antiani humillimi M. V. famuli pro remedio ad eandem confugere decreverunt, humilitèr exorando dignetur prædictum decretum, & Ordinem renovare, ejusque omnimodam observantiam prædictis Offitialibus, Commissariis, ac Satellitibus, tàm Cameræ, quàm Tribunalis Provisionum imperare pœnis M. V. benevisis contraventoribus impositis, injungereque Egr. Capitaneo Justitiæ, ejusque Egregio Vicario, & quibuscumque aliis Jusdicentibus, ut curent observantiam dicti decreti viriliter, & irremissibiliter procedant contra contraventores ad pœnas indictas, quod &c.

MDCXXXIII. Die x. Junii.

Conquerentibus Antianis Parochiarum Mediolani, quod, & si clara sit dispositio Nov. Constit. tit. de Executoribus, & famulis Jusdicentium, ac Senatus Consulti diei 7. Aprilis 1548. ut nullæ executiones, tàm pro publicis, quàm privatis fiant, nisi præsentibus ipsis Antianis, & pignora penès eos reponantur, nihilominus Executores, Officiarii, & Satellites Cameræ, & Tribunalis Provisionum inservientes, abutuntur Ostiariis Magistratuum, & aliis Officialibus Provisionum loco Antianorum in hujusmodi executionibus, contra formam Constit., & decreti Senatus, privando proptereà Antianos sua mercede, cui abusui occurrere volens Senatus Excellentissimus, quem non latet labores, & onera incumbentia muneri Antianorum, præsertim circa respicientia sanitatem publicam, hoc Edicto mandat, & expressè prohiber nè quicumque Executores, Officiarii, aut Satellites audeant posthac ullas executiones facere absque assistentia Antiani Parochiæ

prò

prò quovis debito publico ad formam Nov. Constit., & privato sub pœnis jam indictis, & alia ordini ipsi arbitraria, quas sciant se omninò daturas contraventores.

Locus ✠ Sigilli. Bilingerius Proveria &c.

Omnibusque consideratis unà cum voto Fisci nostri, per has nostras mandamus Egr. Capitaneo Justitiæ, ejusque Vicario, & quibuscumque aliis Jusdicentibus hujus Civitatis, ut curent observantiam recensiti decreti Senatus nostri, viriliter, & irremissibiliter procedant contra contraventores ad pœnas indictas, & in casu contraventionis etiam contra Sollicitatores, & Causidicos tanquam scientes, & participes ejusdem contraventionis. In quorum fidem, & præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Mediolani die x. Novembris MDCLXXXII.

Subscript. Maddius, & sigillat &c.

A tergo &c. Registratæ in filo Patentium.

Avendo li detti Anziani rappresentato come in oggi contravenendosi alli reiterati decreti del prefato Eccellentissimo Tribunale, ed al riferito Editto dell'anno 1682., come altresì contravenendosi alla disposizione delle Nuove Constituzioni, da cui viene proibito, che si faccino esecuzioni per debiti tanto pubblici, quanto privati se non alla presenza d'essi Anziani, e li pegni derobati si riponganno presso de' medesimi siasi nuovamente introdotto l'abuso di farsi dette esecuzioni, ed altri atti, senza la presenza come sopra, ma con l'assistenza di Esecutori, Ostiarj, o altri Offiziali delli Magistrati, o dell' Offizio di Provisione contro la disposizione come sopra.

Perciò ad instanza di Tomaso Turati Anziano della Collegiata di San Stefano Maggiore in Porta Orientale, e di tutti gli altri Anziani sì di questa Città, come de' Corpi Santi con il presente Editto, ed in virtù delle dette lettere del Senato Eccell. espressamente si comanda, ed ordina ad ogni, e tutte le Persone, delle quali si fa menzione in dette lettere Patenti del 10. Novembre 1682., cioè Offiziali, Fanti, Ostiarj, Commissarj di qualunque Tribunale, e Camera, niun riservato, qualmente in avvenire osservino, e debbano osservare la disposizione delle Nuove Constituzioni in questa materia, e li detti decreti del Senato Eccellentissimo, e non ardiscano di fare, o far fare esecuzioni, e descrizioni, se non saranno presenti essi Anziani, e li pegni si ripongano in tutto, e per tutto come resta disposto nelle Nuove Constituzioni, e sopra inserte lettere Patenti, ed Ordini sotto le pene già comminate, ed altre arbitrarie al Senato Eccellentissimo, ed in caso di contravenzione si procederà anche contro li Sollicitatori, e Causidici, come scienti, e partecipi della medesima contravenzione, come resta disposto, ed ordinato in dette sopra inserte lettere Patenti, ed Ordini.

Ed affinchè il presente pervenga alla pubblica notizia, e che nissuno possa allegare in avvenire scusa, o ignoranza, il prefato Illustrissimo Sig. Capitano di Giustizia ha ordinato, ed ordina che si pubblichi, ed affiga ne' luoghi soliti di questa Città, e s'intimi a chi sarà bisogno, dandosi relazione a qualunque pubblico Servitore, o Ostiario. Dat. Mediolani die suprascripto.

Signat. Castillionæus.

1735

Ordo pro condemnatione Prætoris ob captam novi muneris possessionem non exhibita liberatione Syndicatus.

Egr. Capitaneo Justitiæ Mediolani.

Dilectè noster. Proposita in Senatu nostro per Magnif. Com. Senatorem Oppizzonum relatione ProPrætoris Pallantiæ de possessione novi muneris capta per Prætorem N. N. non exhibita prius liberatione Syndicatus ad normam Ordinum, una cum voto Regii Fisci super ipsa excitati, mandamus vobis, ut eum citari faciatis ad allegandum quare condemnari non debeat in aureis centum ad normam Ordinum, & de executione monebitis Senatum, reprobatis gestis, ac nulla habita ratione possessionis per dictum N. N. captæ. Mediolani die xxii. Martii MDCCXXXVI. 1736

Bersanus.

Ordo, quod Consules Justitiæ Mediolani exercere possint eorum Jurisdictionem in toto Ducatu pro causis civilibus.

PRopositis in Senatu nostro per Spectab. Senatorem Marchionem Don Petrum Goldonum Vidonum supplici libello Columbæ Bellottæ viduæ Magnifico Senatus nostri Præsidi oblato, una cum Fisci nostri voto decrevimus sub die sexta præsentis mensis Julii; Partem semel respondere debere; mox, dato, vel non, responso, iterum in eodem Ordine nostro verbum fieri debere per præfatum Spectab. Marchionem Senatorem, intimatoque dicto supplici libello Jo. Baptistæ, Venerando Joseph, & Francisco Consortibus de Nivianis cum termino dierum trium ad respondendum, qui contumaces fuere, ut ex relationibus, de quibus in actis, ac denuò proposito in præfato Senatu nostro per recitatum Spectabilem Marchionem Senatorem Goldonum

1736 num enunciato supplici libello prædictæ Bellottæ cum documentis in eodem exhibitis, lectisque aliis precibus, actu relationis porrectis à memoratâ Bellottâ, ut ex dicto supplici libello, & precibus tenoris sequentis.

Illustrissimo Signore.

Dovette nel mese di Maggio passato l'umilissima Serva di V. S. Illustrissima Colomba Bellotti vidova lasciata dal fu Dottore Carl' Antonio Niviani per il conseguimento di sua Dote, ed augumento giudizialmente convenire Gio. Battista, e Fratello, Francesco, e Fratelli Zii, e Nipoti Niviani nanti i Consoli di Giustizia di questa Città. Quand' ecco si vede la Supplicante ad istanza di detti Gio. Battista, e Rev. Giuseppe Zii, e di Francesco Nipote abitanti nel Borgo di Abbiate-Grasso intimato Precetto d'ordine del Podestà di quel Borgo di tenore, che la medesima non debba agire, che nanti detto Podestà, sul motivo che ivi penda giudizio de' Creditori dell' Eredità del Marito della Supplicante, fra' quali sii stata anch' essa citata, e per l'asserito privilegio di quel Borgo, che niuno di quei Abitanti possi essere convenuto, che nanti detto Podestà, come dal medesimo, che quì si esibisce.

Illustrissimo Signore.

Nè l'uno, nè l'altro di ambedue questi pretesti ponno impedire alla Supplicante il proseguire detto Giudizio da essa incominciato nanti detti Consoli di Giustizia contro detti Gio. Battista, Reverendo Giuseppe, e Francesco, perchè se si parla del supposto giudizio di Concorso, questo supposto manca nel fatto, per non esservi stato, nè esservi verun giudizio di Concorso, altro non essendovi stato nanti detto Podestà, che quello per la deputazione di Curatore all' Eredità giacente del defonto Marito della Supplicante, come si vede dalla citazione, che pure s'esibisce. Tale verità viene anche comprovata dall' avere Giovanni anche in nome de' suoi Fratelli minori, altri de' Rei come sopra convenuti, aderito alla Giurisdizione de' detti Consoli di Giustizia, avendo questi nanti di essi proposta la loro eccezione, come da essa copia, qual pure s'esibisce. Laonde siccome ad istanza del suddetto Giovanni ancora fu ricercata la deputazione del Curatore, se vero fosse esservi Giudizio di Concorso de' Creditori nanti detto Podestà, avrebbe tosto anch' esso in nome come sopra addotta la stessa declinatoria proposta da' rispettivi suoi Zii, e Fratello. Se poi si parla dell' asserito Privilegio di quel Borgo, questo certamente non può militare nel nostro caso, sì perchè non pregiudica, nè deroga alla giurisdizione cumulativa, che hanno i Consoli di Giustizia di Milano, sì perchè trattandosi di una Causa, ove vengono convenute più persone, fra quali alcune, cioè il detto Giovanni abitante in questa Città, ove pure abita la Supplicante, ragion non vuole, che queste debbansi traere a quel Borgo, più tosto, che quelle abitanti in detto Borgo debbano venire a Milano, o pure in tal modo dover essere astretta la Supplicante a fare due Giudizj uno in Abbiate, e l'altro in Milano, come lo sarebbe nel caso presente, cioè uno contro detti Zii, e Nipote abitanti in Abbiate, e l'altro contro detto Giovanni in nome de' suddetti suoi Fratelli minori abitanti in Milano, lo che è contro ogni disposizione di ragione, che abborrisce la pluralità de' giudizj, maggiormente poi, ove colla pluralità di questi verrebbe a dividersi la continenza della Causa, con quell' assurdo di potere seguire diverse sentenze nella stessa Causa. Ciò che è indubitata disposizione di ragione, viene anche comprovato da una costante pratica, e stilo delle stesse lettere della Cancellaria del Senato Eccellentissimo, che si sogliono spedire in questi casi, perchè non si divida la continenza della Causa. E però vedendosi poi anche concesso questo Precetto da un Giudice, che non ha veruna giurisdizione nella persona della Supplicante abitante in questa Città di Milano, e così tendere sol tanto a desatigare la Supplicante, col protraersi in tal modo il conseguimento de' suoi Crediti, ha stimato riverentemente ricorrere a V. S. Illustrissima, quella

Umilmente supplicando degnarsi ordinare al detto Podestà, che si astenga dall' ingerenza nella Causa del suddetto precetto, il che ec.

P. R.

In Causa per humil. M. V. Ancillam Columbam Bellottam Viduam relictam à qu. J. C. Carolo Antonio Niviano promotâ coram Conf. Justitiæ hujus Urbis adversus Jo. Baptistam, & Fratrem, Franciscum, & fratres Patruos, & Nepotes de Nivianis, cum Spplicans doluerit coràm M. V. de Præcepto inhibitorio, & pœnali emanato à Prætore Abbiati Crassi, ad prætensum effectum trahendi coràm ipso Supplicantem, exindè per ipsam coràm eodem Prætore oppositâ declinatoriâ, & delatâ ad eundem Comparitione, tanta fuit ejusdem Prætoris, & ejus Actuarii in hac Causa pertinacia, ut modo sub uno, modo sub altero omninò insubsistenti prætextu, uterque recusaverit antedictam Supplicantis comparitionem, ac noluerit eam in actis redigi, ut scatet ex Epistolis, quæ hic annexæ exhibentur. Quamobrem, nè sit in hujus Prætoris arbitrio propriam jurisdictionem, ultrà limites juris extendere, ad M. V. Supplicans confugit, eam

Humiliter exorando dare litteras dicto Prætori, ut omninò se abstineat à quacunque

que ulteriori ingerentià in hac Causa, sed siniat Partes uti eorum juribus coràm dictis Conf. in Causa jam per Supplicantem introducta, quod &c.

Omnibusque maturè perpensis, & diligentèr consideratis, per has nostras, ex ejusdem Ordinis Sententià decrevimus, Suppl. uti debere juribus suis coràm Conf. Justitiæ, non obstante præcepto Prætoris Abbiati Crassi, data de hac providentià notitià eidem Prætori; In quorum fidem præsentes sigillo nostro muniras fieri, ac registrari jussimus. Mediolani die xvii. Julii MDCCXXXVI.

De Albertis.

Ordo, ne Judex Majoris Magistratus procedat contra Filium Massarii Pheudatarii, utque restituat ea de causa exactum.

Vicario Marthesanæ.

Dilectè noster. Audito Fisco nostro super rescripto vestro, alioque Prætoris Tritii, junctis antecedentibus respicientibus competentiam jurisdictionalem exortam inter vos, & dictum Prætorem in causa processus constructi ob mortem Pueri Caroli Matthiæ Scotti; omnibusque in Senatu nostro propositis, de ipsius Ordinis sententia decrevimus causam prædictam non ad Majorem Magistratum, sed ad Prætorem Pheudalem pertinere; ideoque vobis mandamus, ut in narratam causam vos non ingeratis, & exacta restitui faciatis. Prætori autem Tritii aliis litteris nostris opportunos Ordines impertimur, ut in ea juxta resultantia procedat, & Senatui referenda referat, si tamen nulla adsit Partis instantia, ut ex processu liqueat agi de facto merè casuali, de quo aliqua enunciato Antonio Pirolæ culpa non sit imputabilis, eum molestia non afficiatis juxta præcedentes Senatus litteras tum vobis, tum dicto Prætori Tritii transmissas. Mediolani die xxiii. Novembris MDCCXXXVI.

Consultatio Prætoris Tritii super relata causa.

P. R.

EX relatione, quam M. V. transmisit litteris diei 30. Augusti nuper elapsi super informationibus legitimè sumptis circa casuale infortunium Pueri Caroli Matthiæ Scotti jam sensus meos aperui, quod Conductor currus, qui compressit Puerum caret omni culpa etiam levissima; etenim incontinenti contigit lapsus in terram dicti Pueri, & transitus currus super ejus corpus, non relicto tempore Vectori Boves continendi; ideoque quoad me injustissimum crederem ulla vel minima molestia afficere Vectorem.

Non potest tamen hæc pheudalis Jurisdictio pati, quod Vicarius Marthesanæ in re adeo clara sibi libertatem facere voluerit personaliter se conferendi in hoc Oppidom ad construendum processum, quando ex ipsa denuntia intellexerat, & fatetur in ipsis ejus litteris, quod Ductor currus esset filius Massarii Comitis Cavenaghi, quasi nesciret (quod nescire turpe esset) quod Massarii Pheudatariorum subsunt ipsi Pheudatario, ejusque Jurisdictioni, vel quasi scire nollet, quod Comes Cavenaghus est Pheudatarius Tritii.

Hinc superfluit quidquam plus dicere super puncto Jurisdictionis, quando confitente Vicario, quod Pirola est Massarius Pheudatarii, nil aliud mihi remanet, etiam nomine Pheudatarii nimis offensi hac perturbatione sibi facta à Vicario, quam

Humiliter exorare M. V., ut dignetur in eum graviter animadvertere pro hac inexcusabili turbatione Jurisdictionis pro injusta, nulla, & indebita Captura laxata non tam contra sibi nullo modo suppositum, quam contra innocentem, quem talem in ipsius ejus litteris fatetur, ibi: *dal detto Antonio Pirola, che non fece riflesso al caduto figlio*; & pro extortis expensis eundem cogere ad restitutionem, prout à summa M. V. Justitia spero, & eidem fausta omnia deprecor. Tritii die xxiv. Septembris MDCCXXXVI.

M. V.

Humillimus Servus
J. C. Paulus Quintilius Merinus
Prætor.

A N N O T.

CUm Pheodatarii Colonos subesse Minori Magistratui jam pluries declaraverit Senatus Excell., sequitur procul dubio dicendum eorundem Filios esse suppositos eidem Magistratui; tum quia cum Pater, & Filius una, & eadem persona censeantur
1 *l. fin. C. de Impub., & aliis substitutis*, Fori privilegium Patri competens Filiis negari non debet, Gatt. *de Majori, & Minori Magistratu lib. 3. quæst 14. num 4.*; tum qoia Filii
2 participant de laboribus Patris super bonis Pheudatarii; idenque & ipsi potius considerandi sunt tamquam Coloni, quam uti Filii, ut per *textum in l. definimus 13. C. de Agricol., & censit. lib. 11.* ponderat Gatt. *ubi supra nu. 5.*
Quid verò dicendum sit de Filio emancipato, aut seorsim à Patre habitante, latè exa-
3 minat laudatus Gatt. *d. quæst. 6., & sequ.*

Magnus Fossatus.

Ordo

1736 *Ordo pro Typographis, & Bibliopolis.*

Nos Marchio Don Georgius Olivarius Reg. Duc. Senator Mediolani, Regens, & Pro-Præses Senatus Excellentis., & ab eodem delegatus super visione, & approbatione Librorum, & quorumcumque Operum &c. excudendorum, vendendorum, & promulgandorum in hoc Dominio per quoscumque Typographos, & Bibliopolas.

Sebbene con li molti Decreti fatti dal Senato Eccellentissimo di Milano, e li reiterati Editti altre volte pubblicati per ordine delli Signori Delegati suoi Precessori, di tenore, che non escano in pubblico Libri, nè Scritture contrarie a' buoni costumi, bene universale dello Stato, e quiete pubblica, e particolarmente quelli dell'anno 1627. 29. Ottobre, ed altri negli anni 1639. 6. Maggio, 1641. 27. dello stesso mese, 1656. 17. Agosto, 1670. 20. Maggio, 1683. 26. Marzo, 2. Settembre del medesimo anno, 13. Giugno 1694., 15. Aprile 1698., 24. Aprile 1701., 28. Gennajo 1715., 10. Settembre 1725., dovrebbe restare bastantemente proveduto all' importante loro osservanza; ad ogni modo avendo presentito, che qualch' uno de' Stampatori, e Librari di questa Metropoli, e Dominio, si fa lecito deviare dalle cose ordinate negli accennati Editti, a fine di provedere a qualunque contingibile abuso, ha determinato il prefato Illustrissimo Sig. Marchese Reggente Olivazzi delegato rinovare li suddetti Editti, acciò in ogni, e qualsivoglia caso non s'abbi d'addurre pretesto d'obblivione, ignoranza, o innavvertenza circa il contenuto in quelli, e nel presente Editto, da chiunque avrà ardire di contravenire, e far intendere a tutti generalmente li Stampatori, Librari, e qualsivoglino altri Venditori de Libri delle Città, e Terre tutte di questo Dominio, niuno eccettuato, che si procederà irremissibilmente, in caso di contravenzione, alle pene quì sotto comminate.

Ed in primo luogo, niuno dei Stampatori avrà ardire di stampare, nè far che si stampi, o ristampi alcun Libro, Opera, Relazione di successo, o altra cosa di qualunque sorta, se prima non sarà veduta, ed approvata dal detto Illustris. Sig. Sopraintendente, e sottoscritta dall' infrascritto Segretario, e ciò sotto pena come abbasso, ed anche corporale arbitraria al Senato Eccellentissimo.

In secondo luogo, che niuno ardisca, stampati, o ristampati che saranno li detti Libri, Relazioni, Opere, o altre Scritture, sebbene come sopra approvate, e sottoscritte, di contrattarle, divolgarle, nè permettere, che siano in qualunque modo divolgate, nè di lasciare, sotto qualsivoglia pretesto, sortire dalle loro Stamperie veruna copia delle medesime, se prima non avranno ottenuto dal riferito Illustrissimo Sig. Sopraintendente la licenza sopra una copia di qualunque Scrittura, Libro, ed Opera, come sopra stampata, con il solito decreto *Publicetur*, e ciò sotto la pena di scudi venticinque da applicarsi al Regio Fisco, e maggiore ancora corporale arbitraria al Senato Eccellentissimo, come sopra, secondo la qualità de' casi, e persone.

In terzo luogo avvertiranno li detti Stampatori a non porre nelle loro Stampe, come sopra approvate, il nome del detto Illustrissimo Sig. Sopraintendente, se non in caso, che nello stesso Libro, Opera, o Scrittura originale, egli si fosse sottoscritto col proprio nome, e ciò sotto la pena di scudi venticinque applicandi come sopra, come ancora, sotto la medesima pena, non dovranno lasciar sortire veruna stampa di Libro, Opera, o Scrittura, nelle quali non sia stampato il nome dell' infrascritto Segretario, in fede dell' approvazione da lui fatta nell' originale.

In quarto luogo si fa intendere dal prefato Illustris. Sig. Marchese Reggente Delegato a tutti li Stampatori di questa Città, e Dominio, che sotto alla censura del presente Editto, si vogliono generalmente compresi tutti quei Stampatori, e loro Lavoranti, che ardiranno stampare, o ristampare qualunque sorta di Libri, Opere, Relazioni, Scritture, Conclusioni, Odi, Sonetti, Bosinate, o Canzoni, e cose simili, a riserva solamente degli Atti, e Scritture riguardanti le Cause, che si trattano nel Foro, per le quali non saranno, per ora, tenuti riportare veruna approvazione.

Di più niuno Stampatore, Libraro, o Venditore de Libri, nè qualsivoglia altra persona, quantunque privilegiata, avrà ardire di vendere, nè divolgare alcun' Opera, nè Libro, che sia stampato in altro luogo fuori di questo Stato, se prima non otterrà l'approvazione, e licenza in iscritto dal detto Illustrissimo Sig. Sopraintendente, sotto pena della perdita de' medesimi Libri, ed Opere, e di scudi venticinque per ciascuna volta, che contraverrà, d'applicarsi come sopra; Avvertendo in oltre, che in caso di contravenzione, si procederà onninamente dal detto Illustrissimo Sig. Delegato alle pene di sopra espresse contro qualunque persona, niuna eccettuata; E ciò anche in esecuzione di speciale Decreto del sudetto Eccellentissimo Senato del dì 29. Agosto 1724., che però ciascuno starà avvertito a non trasgredire,

gredire, nè dar' occasione, che si debba procedere alle pene comminate ne' suddetti Ordini; al qual' effetto da' respettivi Giudici sarà pubblicato, ed intimato il presente Editto. Dat. Mediolani die xii. Octobris MDCCXXXVI. 1736

Marchio Don Georgius Olivatius.

Carlius.

Ordo pro abolitione processuum constructorum contra Subditos, qui occupato hoc Dominio à Gallosardis perseverarunt in Cæsareo servitio.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum, utriusque Siciliæ Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Proposito in hodierno Senatu decreto diei sextæ nuperi Decembris Illustris Junctæ Gubernii, injungentis, ut cuncta revocari debeant sequestra, executioni missa, vigore confiscationum, per Fœderatos transacto bello, demandatarum; habito superinde Regii Fisci Voto, summoperè comendare nón desuimus justum adeo providentiam, quæ egregiam fidem, ac singularem devotionem, per tot Vassallos, ac Subditos erga Augustissimum Cæsarem Regem Dominum jugiter servatam, nec unquam fervente hostili hujus Dominii occupatione, sub aspero 1737 etiam omnium fortunarum discrimine nutantem, perenni monumento extollit, atque ab omni vindicat injuria. Quamobrem, in sequelam præcitati decreti, de ipsiusmet Senatus Sententia Vobis mandamus, ut omnes processus, hac de causa per vos, vel Prædecessores vestros constructi, censeantur, & sint ex offitio aboliti; prout ita incunctanter exequemini; in reliquis opportunè providimus. Mediolani die viii. Januarii MDCCXXXVII.

Bersanus.

Ordo, ut Judices ad Senatum transmittant relationes definitivas, & notulam Carceratorum, perficiant processus pendentes, & abstineant ab ordinationibus liberatoriis in causis referribilibus.

MDCCXXXVII. Die vii. Junii.

Cum in Senatu, hodierna die, extrà ordinem convocato, serió actum fuerit, præsente, & audito Fisco, de remediis adhibendis ad coercendam scandalosam frequentiam homicidiorum, robbariatum, aliorumque delictorum, quæ in hac Metropoli, aliisque in locis huic Dominio suppositis, diù, noctuque patrantur; agnoveritque idem Ordo necessitatem satisfaciendi Justitiæ vindicativæ per æquè crebras, & exemplares punitiones, quæ delictorum gravitati respondeant, & sint terrori peccaturis, ut à flagitiis abstineant; Propterea volens quantum fas est, occurrere intolerando huic morbo, mandat omnibus, & quibuscumque Jusdicentibus, tàm Majoris, quàm Minoris Magistratus, ut nulla mora interposità, remittant ad manus infrascripti Egr. Secretarii, si quas habent in promptu relationes definitivas, eodemque tempore schedulas omnium in respectivis Carceribus detentorum, expressis ibidem titulis delictorum, de quibus impicti remanent, omnique celeritate perficiant processus adhuc pendentes, juxtà pluriès per Senatum sancita, referendò quàm primùm referenda; Caveantque omninò, ne sub ullo prætextu, etiàm remissionis, aùt aliter quomodocumque, deveniant in consimilibus causis, & aliis quibuscumque referibilibus, ad aliquas ordinationes liberatorias, secùs intelligant, qui non paruerint in omnibus præsenti Senatus Consulto, vel aliter, per congruum, & expeditum responsum non satisfecerint in eo Sancitis, quod ultrà suspensionem à munere, habebuntur prò erasis ex albo Biennalium, sine spe novæ admissionis; Et ne sit locus excusandæ ommissioni, vel negligentiæ, mandat Senatus hujus Sanctionis tenorem remitti ad omnes Jusdicentes in universum, ut eorum muneris memores, ità inconcussè, inviolatèque exequantur, reddita statim notitia eidem Ordini de receptione præsentis Edicti deferenda ad manus ejusdem subsignati Secretarii.

Carlius.

Ordo, ut Judices conficiant Relationes definitivas juxta normam præscriptam in aliis Ordinibus jam editis.

CAROLUS VI. Romanorum Imperator, Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Cum actum fuerit in Senatu de negligentià, & ommissione circà observantiam Ordinum à dicto Ordine præscriptorum 22. Junii 1565., & apud Garon. pag. 79. Impressorum, in conficiendis Causarum Criminalium Relationibus

1737 tionibus definitivis, ne ulteriùs in hac re invalescat abusus, de ejusdem Senatus Sententià mandamus vobis, ut omni sedulitate, & vigilantià, in conficiendis dictis definitivis relationibus, curetis omnimodam, & exactam ipsorum Ordinum observantiam. Mediolani die xviii. Junii MDCCXXXVII.

De Albertis.

Ordo, ne quis emat Medicinalia ab Officinis non subjectis Jurisdictioni Protophysici, sivè Collegii Pharmacopolarum.

MDCCXXXIX. Die xxiv. Julii.

1739 ETsi aliàs Excellentissimus Mediolani Senatus repetitis Edictis, tùm Regio commodo, tùm Subditorum hujus Provinciæ indemnitati sedulò prospicere curaverit, ne quis per se, vel per alium directè, nec indirectè sumat, sivè emat Medicinalia ulla, præterquàm ab Officinis sub Jurisdictione Egr. Protophysici, & Collegii Pharmacopolarum existentibus, pensitationi vulgò Estimo contribuentibus, indicta contrafacienti pœna aureorum centum Fisco Regio, & Accusatori pro medietate respectivè applicanda, graviter tamen intellexit Excellentissimus idem Ordo dolosam ejusmodi iteratarum Sanctionum inobservantiam, etiam in maximum præjuditium Pharmacopolarum hujus Metropolis, Cremonæ, & Papiæ, quorum nomine enixæ preces pro validiori providentià porrectæ nuper fuere. Cupiens itaque perniciosæ admodum corruptelæ, ne diutiùs invalescat, obsistere, novo hoc Edicto ubicunque promulgando.

Senatus ipse serio, districtèque mandat, & præcipit omnibus, & singulis hujus Dominii Subditis, ne quis in posterum per se, vel per alium directè, aut indirectè sumere, vel emere audeat aliqua Medicinalia, nisi ab Officinis eorum, qui Jurisdictionem Protophysici, sivè Collegii Pharmacopolarum recognoscunt, & ad pensitationem vulgò Estimo concurrunt, sub pœna cuicunque inobedienti aureorum centum pro medietate Fisco Regio, & pro alterà Accusatori applicandorum.

Prætereà jubet Senatus pro omnimoda hujus Sanctionis observantià tùm Magnificis Cremonæ, & Papiæ Prætoribus, tùm hujusce Metropolis, aliarumque Civitatum Jusdicentibus, ut adversùs Contraventores in fragranti repertos procedant, & per Capturam in casibus, in quibus eidem locus esse possit, ut ità delictorum corpora haberi valeant ad instruendum processum requisita: in reliquis opem suam ad hujusmet Edicti custodiam diligentèr conferant, & de Contraventoribus Senatum moneant opportunè provisurum.

Bersanus.

A N N O T.

PRo omnimodà observantia hujus Ordinis emanavit Proclama S. E. diei 25. Julii 1740.; & anno 1741 Summus Pontifex Benedictus XIV. probibuit Regularibus hujus Status vendere, vel alio titulo subministrare Medicinalia sub pœna excommunicationis.

Magnus Fossatus.

Ordo, ne Judices Pheudales discedant à loco eorum Residentiæ, non deputato Locum Tenente, nec secum deferant libros originales causarum Criminalium inconsulto Senatu.

GRaviter accepit Senatus corruptelam, per nonnullos ex Jusdicentibus Pheudalibus invectam, discedendi, scilicet, à respectivis eorum officiis, ommissà interim Deputatione Locum Tenentis, nec non asportandi penès se libros Originales causarum Criminalium: quod sanè in maximum Subditorum, rectæque Justitiæ administrationis, atque rei Sportolariæ præjuditium cedit.

Quamobrem ad occurrendum hujusmodi morbo, ne in deterius serpere contingat, seriò, districtèque hodierno Decreto mandat Senatus omnibus, & singulis Jusdicentibus Pheudalibus, ne in posterum recedere audeant ab ipsorum officiis, nisi priùs de Locum Tenente opportunè fuerit provisum, neve etiam asportare præsumant, inconsulto Ordine Nostro libros Originales causarum Criminalium sub pœna suspensionis à munere, ac condemnationis expensarum ergà Delegatos ad Revisionem Sportularum, ubi morari istos contingat in aliquo ex dictis officiis, sivè ob dictorum Judicum absentiam, nemine in Locum Tenentem Deputato, sivè ob asportationem librorum Criminalium inconsulto Senatu, in quantitate, quam Ordines præscribunt respectu Commissarii Exactoris Sportularum solvendam à morosis Debitoribus, nec non alia graviori arbitrio ejusdem Senatus. Quod ut omnibus innotescat, decrevit idem Ordo, Sanctionem hanc typis edendam, ac singulis Jusdicentibus Pheudalibus per antigraphum remittendam, ut in eorum Officiis, etiam ad Successorum documentum, registrari faciant, ibique affixum teneant, pro lege omninò servent, data subindè per unumquemque eorum notitià Senatui ad manus Egr. subsignati Secretarii de eisdem pervento hujusmodi Sanctionis exemplo. Dat. Mediolani die xxiv. Septembris MDCCXXXIX.

Bersanus.

Ordo,

Ordo, ut Carnifex abstineat ab exercitio Tabernæ, & pro expensis in exequendis sententiis Senatus extra Urbem observet Taxam pro ipsis stabilitam. 1741

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Bohemiæ, Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noster. Propositis in Senatu nostro litteris vestris Magnifico Marchioni Regenti Olivatio conscriptis una cum notulà nonnullorum, qui exercitium Carnificis assumere possunt, nec non aliis litteris dicto Magnifico Marchioni Regenti Olivatio exaratis unà cum minuta Capitulorum concordatorum cum Oratoribus Civitatum Cremonæ, ac Laudæ, occasione accessus Carnificis prò executione mittendis sententiis extrà Civitatem Mediolani, super quibus jnjunctis antecedentibus, Fiscus noster excitatus subjecit, de ejusdem Ordinis sententia decrevimus eligendum Joannem Baptistam Segale nuncupat. *Giuseppino*, sub cautelis de more servandis, antequam libertati dicti Offitii donetur, itaut servet adjunctam Taxam, & se omnino abstineat ab exercitio Tabernæ, de qua sanctione vobis notitiam damus. Mediolani die xiii. Februarii MDCCXLI. Bersanus.

A tergo. Egr. J. C. C. Capitaneo Justitiæ nostro dilecto.

Tassa da osservarsi dal Carnefice per l'esecuzione delle sentenze del Senato Eccellentissimo fuori di Milano.

1741. 27. Gennajo.

Nella sessione tenutasi oggi da' Signori Oratori di Cremona, Lodi, e dal Sig. Sindaco Generale del Contado di Como, sentitosi pure il Tesoriere Borsano circa il fissare la mercede al Carnefice per l'esecuzioni fuori di Milano, sono stati admessi da' sudetti Signori, come vantaggiosi a' Pubblici li seguenti Capitoli.

Primo. Che per qoalunque esecuzione di Sentenza di morte, sì di taglio di Testa, Forca, Ruota ec. si dii al Carnefice la somma di Filippi diecìotto di lire sette l'uno; Per l'esecuzione poi di qualunque altra Sentenza in pena straordinaria, come di Fostigazione, Berlina, Taglio di mano, Bollo ec. se gli diino solamente dodici Filippi.

Secondo. Che al di più si paghino al Carnefice le giornate in ragione di lire ventiquattro l'una, ed altre lire sei per Cibaria, Nollo, Stallazzo, e Rinfresco del Cavallo, in tutto lire trenta secondo la solita Tassa, e circa il numero delle giornate, non potendosi fissare certa regola generale per la maggiore, o minore distanza, verrà ciascuna volta determinato, ritenendosi, che le giornate di viaggio si regoleranno a miglia venti al giorno.

Terzo. Che mediante il pagamento come sopra per le giornate, ed esecuzioni, non possa il Carnefice pretender altro da' rispettivi Pubblici, neppure sotto titolo di Garzone, o Uomini per aggiutar a piantare, o spiantare la Forca, ma debba esser obbligo del medesimo condurre seco, e spesare le Persone necessarie; E non così però quando s'abbia a piantare Palco, perchè sarà questo a carico del Luogo, dove occorrerà l'esecuzione.

Quarto. Occorrendo doversi tirar a coda di Cavallo il Condannato a morte, si daranno di più al Carnefice altre lire venticinque, con che provveda esso il Cavallo.

Quinto. Non potrà pretendere maggior somma il Carnefice, ancorchè il Condannato a morte dovesse prima soccombere ad altre pene, verbi grazia di Tenaglia, di taglio di Mano, Cartelli, e simili.

Sesto. Se accaderà, che nello stesso tempo, e luogo s'abbi ad eseguire Sentenza contro più Persone, sarà tenuto il Carnefice eseguirle col pagamento come sopra, a riserva, che in tal caso se gli daranno di più altri Filippi due per ogni Condannato a pena di morte, ed un solo Filippo per ogni Condannato a pena straordinaria.

Settimo. In ordine al numero de'Fanti, che dovranno scortare il Carnefice, non potendosi prescrivere certa regola generale, si fissarà di volta in volta dall'Egregio Sig. Capitano di Giustizia, e non si farà alcun pagamento da' Pubblici, se non in vista della Tassa da farsi ogni volta dal Tesoriere del Regio Offizio di Giustizia nella regola come sopra rispetto al Carnefice, e rispetto a' Fanti secondo la solita Tassa ec.

Subscript. Concordat Joannes Palu lus ex Cancellariis Provincialibus.

Ita esse in actis. Subscript. Felix Borsanus in Regio Offitio Justitiæ Mediolani Notarius Actuarius attestatur, & pro fide &c.

Ordo pro celeri expeditione causarum criminalium.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Bohemiæ &c. Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noster. Acto in Ordine nostro, quantum ad hanc Provinciam Criminibus eluendam, nec non etiàm ad facinorosos (quibus undiquè præmitur) excutiendos, atque coercendos apprimè conducat celeris Justitiæ vindicis terror; audito superindè Regio Fisco, Vobis propterea, de ejusdem Ordinis Sententià seriò

1741 præcipimus, districtèque mandamus, ut juxtà aliàs per Senatum sancita, diligentèr curetis expeditionem Causarum Criminalium, lata etiam fer. fer. adversùs contumaces inquisitione, alitèr sciatis, severè in vos Senatum esse animadversurum data subindè per vos notitia Senatui ad manus Egr. subsignati à Secretis de recepto harum litterarum exemplo; In reliquis opportunè providimus media Consultatione ad Illustrem Locum Tenentem nostrum exarata. Mediolani die xxvii. Martii MDCCXLI.

Bersanus.

Ordo, ne Judices ullo sub prætextu deveniant inconsulto Senatu ad liberationem in causis referibilibus, & præcipuè in illis, in quibus agitur de furto, vel homicidio.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Bohemiæ &c., Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noster. Acto in Senatu de necessitate præcidendi validiori manu nonnullas corruptelas, in grave Justitiæ detrimentum invectas, per quas Homicidiorum præsertim, ac furtorum frequentiam enutriri contingit; audito superinde Regio Fisco nostro, nec non insistentes præcedentium Ordinum Vestigiis per nos in subjecta materia editorum, de ejusdem Senatus Sententia Vobis seriò, districtèque mandamus, ne ullo omnino sub prætextu etiàm remissionis, vel alitèr ad ullam liberationem, inconsulto Senatu deveniatis in quibuscumque Causis referibilibus, & præcipuè illorum, de furto, vel de Homicidio postulatorum, contrà quos urgeant ex Processu indicia ad reatum, sub pœna suspensionis à munere, ultrà nullitatis Vitium earundem Ordinationum: prætterquàmquod intelligatis, & Vos, ubi non parueritis, & illi, qui se liberari ut suprà fategerint, Reos ità absolutos iterùm ad Carceres, prò liberiori Justitiæ cursu, esse revocandos, iis tamen diffisis, ac redintegratis, sivè à Vobis, sivè ab Hæredibus Vestrum, & in subsidium à respectivis uniuscujusque Vestrum fidejussoribus, de omnibus expensis factis occasione, & causa consimilium liberationum: ad quem effectum districtè mandamus etiàm Officialibus delegatis in re Sportularia, ut prò omnimoda hujusce Sanctionis observantia, actu perlustrandi libros Criminales per Officia Prætoria, in id quoque sedulò advertere teneantur, exarata subinde, ubi opus fuerit, peculiari ad Senatum relatione, pro opportuna ut suprà in Transgressores animadversione; data interim per Vos notitia Senatui ad manus Egregii subsignati à Secretis, de recepto hujusmodi litterarum exemplo; dum in reliquis opportunè providimus, media Consultatione ad Illustrem Locum Tenentem nostrum exarata. Mediolani die xxvii. Martii MDCCXLI.

Bersanus.

Ordo, ut Judices quotannis in eorum Prætoriis affigi curent Album Bannitorum cum distincta expressione pœnæ, illudque ad Senatum remittant.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Bohemiæ &c., Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noster. Acto in Senatu de efficacioribus remediis ad radicitùs evellendam (quantum ferunt humanæ prudentiæ Vires) improbam maleferiatorum, atque perditorum Hominum Luem, nec non ad perenniùs constabiliendam promptiorem Justitiæ administrationem; audito superindè Regio Fisco nostro, de ejusdem Senatus Sententia, Vobis districtè mandamus, etiam in vim sanctionis posthac firmitèr servandæ, ut Album Bannitorum propè exitum cujuslibet anni in Offitio Prætorio Vestro, veluti prò rostris affigi curetis, affixumque jugitèr ad successorum itidem documentum, servetis, cum expressa distinctione pœnæ, in quam fuerint damnati, mox dictum Album ad Senatum quot annis remittatis, ut per exemplar typis subindè vulgandum opportunè moneantur etiàm cæteri Regii Prætores hujus Dominii, data illicò per Vos notitia Senatui, ad manus Egregii subsignati à Secretis, de recepto hujusmodi litterarum exemplo; In reliquis seriò providere non defuimus, media Consultatione ad Illustrem Locum Tenentem nostrum exarata. Mediolani die xxvii. Martii MDCCXLI. Bersanus.

ADDI-

Declaratio circa Clausulam SALVO JURE TERTII apponi solitam in dispensationibus §. COLLEGIIS N. C. TIT. DE PŒNIS. 1742

Præses, & Senatus Regius Provinciæ Mediolanensis.

UNiversis, ac singulis has inspecturis notum facimus, & attestamur consuevisse, ac solere Senatum nostrum nomine Regio concedere Subditis Majestatis Domini Regis Sardiniæ, cæterisque alienigenis dispensationem tùm acquirendi bona stabilia in hoc Mediolani Dominio, tùm ad effectum succedendi sivè ex testamento, sivè ab intestato in hæreditatibus, & bonis in ipso Mediolani Dominio sitis, relictisq; à Subdito, idque etiam post aditam Defuncti hæreditatem per alium ejusdem Dominii Subditum vel in remotiori, vel in æquali gradu Agnatum, vel Cognatum Defuncti, ac non obstante dispositione Novar. Constitut. Mediolani *tit. de pœnis*, *§. Collegiis cum §.§.* subsequentibus, & signantèr *§. Eo amplius*. Clausulæ autèm juxtà formularium nostræ Cancellariæ in hisce dispensationibus apponi solitæ istæ sunt. Modò bona suo cum onere transeant, salvum sit jus Tertii, forumque declinari non possit, & bona distent à finibus saltèm ad quatuor milliaria, deque instrumento possessionis superindè conficiendo rogatus extet Notarius hujus Dominii Originarius, & Incola, & modò forensis adeptâ possessione bonorum veniat habitatum in hoc Mediolani Dominio cum familia sua tota, vel saltem majori parte, quod si non venerit habitatum, vel posteà habitare desierit, bona acquisita ipso jure, & facto Fisco adjudicata censeantur. Hæ dispensationes effectum suum sortitæ semper sunt, atque in dies sortiuntur etiam in casu hæreditatis à Subdito, vel in remotiori, vel in æquali gradu jam aditæ, quippè clausula illa salvum sit jus tertii, juris tertii præservativa Mediolani solet intelligi, semperque intellecta fuit ad omnem alium effectum, quam ut possit impedimento esse dispensationi, vel consecutioni effectus ejusdem.

Consuevit etiam, & solet Senatus noster Exteris venientibus tàm ex testamento, quàm ab intestato hujusmodi dispensationes dare in Contradictorio Judicio post aditam hæreditatem per Subditum sivè ex testamento, sivè ab intestato venientem, istoque casu tum decretum dispensationis concedendæ, tum ipsæ dispensationes emanant etiàm cum clausulà non obstantibus deductis, deductis nempè per Subditum, qui se adita, vel non adita ut suprà hæreditate Contradictorem præbuerit, & nihilominùs adhùc intèr memoratas cæteras de stylo clausulas per nos apponitur etiàm ea salvum sit jus Tertii, quià si vel Contradictor, vel quispiam alius habeat jus aliquod deducibile in Concursu illius, qui per dispensationem effectus est velùt à principio Civis, & Subditus, possit de ipso jure suo experiri, firma tamèn semper manente, & effectum suum sortiente dispensatione in eo quod concernit obstaculum forensitatis à dispensatione ipsa in radice sublatum. Sic ex Monumentis nostri Ordinis constat. In quorum fidem præsentes vigore Senatus Consulti diei hodiernæ ad preces Illustris Principis Don Marci Antonii, & Comitis Don Rodulphi fratrum de Rasinis edi, sigilloque Regio quo utimur muniri jussimus. Datum Mediolani die xxv. mensis Augusti anni MDCCXLII.

Signat. Don Florentius de Albertis, & sigillat. &c.

Subscr. Rovalius Regius Cancellarius.

ANNOT.

QUando conceditur dispensatio in casu alienationis post acquisitionem, tunc semper
1 additur etiam clausula ut Instrumentum acquisitionis vim accipiat solùm à die
2 concessæ dispensationis, ut ex Formulario Cancellariæ Excell. Senatus, quod esse juri
conforme ex adductis per Osasch. *decis.* 119. *nu.* 28., Giurba *decis.* 55. *nu.* 16., Salgad.
labyrint. creditor. part. 2. *cap.* 10. *nu.* 61., *& cap.* 20. *nu* 36. testatur Magnif. Comes Senator,
ac Regens Caroell. *disquisit. jurid. pag.* 171. *nu.* 1.
Dispensatio, & habilitatio Forensis ut succedere possit dicitur donum Principis, & est una
3 ex gratiis dependens ab ejus arbitrio, qua mediante tollit impedimentum ab ejus lege
illatum Forensi Cyriac. *contr. for.* 205 *nu.* 205., *& sequ. vol.* 2.; & licet hujusmodi dispen-
4 sationes concedi soleant cum clausula *salvo jure Tertii*, quæ semper intelligitur in qua-
libet Principis gratia *l.* 2. §. *Si quis à Principe ff. ne quid in loco pub. C. super eo. de Offic. Deleg.*,
tamen accipi semper debet loqui de eo jure, quod procedit aliundè quam ab ipsa dispen-
5 satione Barbosa *tract. var. clauf.* 157. *nu.* 5., Rota Rom. *decis.* 720. *nu.* 6. *part.* 3. *recent.*, Gra-
tian. *discept. forens. cap* 209. *nu.* 4. *vol.* 2.; sive quia dispensatio causativa fieri potest etiam
6 in præjudicium juris tertio quæsiti, ut firmat in terminis §. *Collegiis*. Ripa *observ.* 300. *nu.* 4.;
sive quia Princeps habilitando Forensem etiam post captam possessionem à subdito pro-
7 priè non tollit jus alicujus privati, sed solum quod suum est, nam incapacitas Forensis
non provenit à jure naturæ, vel gentium, minusque à jure positivo communi, aut ex
favore, & privilegio conjunctorum Civium, sed à mera voluntate Principis, qui voluit
in sua ditione ita statuere, ac bonis sibi subjectis talem legem imponere; unde dispen-
sando restituit rem juris communis dispositioni, ac naturali libertati, & propterea tol-
lendo solum, quod suum est, nemini infert injuriam, ut egregiè ponderat Card. de
Luca *de Regal. disc.* 148. *nu.* 57., *& disc.* 177. *nu.* 23.

1742 Plures casus, in quibus judicatum fuit à Senatu Excell., & ab Illustrissimo Magistratu Extraord Reddit. Forensem dispensatione effectum capacem ante translatum dominium, & etiam post captam possessionem à Subdito, posse succedere, referuntur à Menoch. *cons.* 1089. *nu.* 14. *vol.* 11., & à Carpano ad Nov. Constit. *tit. de pœnis* §. *Collegiis nu.* 229., & 230.

Magnus Fossatus.

Ordo, ut nemo terminato Senatu ingrediatur in ejus Aulam præter Secretarium, & Cancellarium hebdomadarios, & Officialem, qui registrat Decreta, & quod singulis diebus per Cancellarium ut supra conficiatur statim notula Causarum expeditarum publicè exponenda in Cancellaria.

MDCCXLII. Die i. Octobris.

Etsi aliàs cautum fuerit per Senatum, signantèr in postremo Ordine diei 13. Novembris 1731., neminem ingredi posse in ejusdem Aulam eo terminato, nihilominùs adsunt nonnulli, qui neglectis Ordinibus in eam ingredi audent, ex quo plura in dies emergunt inconvenientia, quibus ideò occurrere volens Senatus, mandat, ut nemo etiamsi sit ex Cancellariis, cæterisque Officialibus Cancellariæ in eandem Aulam ingrediatur, præter Egr. Secretarium, & Cancellarium Hebdomadarios, & Officialem, qui registrat Decreta; mandando alteri ex Ostiariis Hebdomadariis, ut ab ostio Aulæ Senatus non recedat sub pœna suspensionis ab Officio, neque alicui, præter exceptos, ut suprà, ingredi permittat, donec per dictum Officialem completa non fit in Registro inscriptio Decretorum: Mandat insupèr Senatus Cancellario Hebdomadario, ut singulis diebus immediatè post recessum Senatus, componat notulam continentem nomina Partium, & Cancellarii, quarum causæ, vel preces eà die fuerint expeditæ publicè statim per Ostiarium exponendam ad ostium Cancellariæ, & Egr. Secretarius Hebdomadarius sit sollicitus de præmissorum executione; Pœna autem contravenientium erit respectu Officialium Cancellariæ suspensio à munere, respectu verò aliorum, pecuniaria arbitrio Senatus; Liceat tamen cæteris Egr. Secretariis ultra Hebdomadarium, ac etiam Egr. Thesaurario in Aulam ingredi quotiescumq;, vel sint accersiti, vel alloqui habeant Excellentissimum Præsidem, aut Amplissimos PP., prout id liceat aliis quibuscumque Officialibus, ubi contingat eos vocari in eandem Aulam, quod, ut omnibus quocumq; tempore notum sit, hujus Ordinis copia publicè exposita retineatur in Cancellaria.

Galliorius.

Ordo circa assignationem librarum quindecim mille annuarum pro Notariis Criminalibus.

Judicibus Mediolanensis Dominii.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Bohemiæ &c., Mediolani Dux &c. &c. &c.

1743 Dilectè noster. Ex sententià Senatus, coràm quo lectum fuit occlusum Reg. nostrum Rescriptum diei 23. Januarii proximè lapsi Viennæ datum, & per Ill. L. T. nostrum dicto Ordini remissum, decrevimus illud fore registrandum, mox jungendum cum antecedentibus, quapropter illius antigraphum ad vos transmittimus pro notitia. Mediolani die ix. Aprilis MDCCXLIII. Galliorius.

Tenor Regiarum Litterarum.

MARIA TERESA per la grazia di Dio Regina d'Ungheria, Boemia ec. Arciduchessa d'Austria ec. Duchessa di Borgogna, di Milano, di Parma, Piacenza, e Mantova ec., Duchessa di Lorena, e Barri, Gran Duchessa di Toscana ec.

Oto Ferdinando Conte d'Abbensperg, e Traun, Colonnello d'un Reggimento d'Infanteria, Consigliere Intimo di Stato di Sua Maestà, Maresciallo di Campo, Generale de' suoi Eserciti, Governatore, e Capitano Generale dello Stato di Milano, Parma, Piacenza, e Mantova ec.

Ill. Rev., & Magn. nobis dilectissimi. Teniamo da Sua Maestà il Reale Dispaccio del tenor seguente. MARIA TERESA, per la grazia di Dio, Regina d'Ungheria, e di Boemia ec., Arciduchessa d'Austria ec., Duchessa di Borgogna, e di Milano, Parma, Piacenza, e Mantova ec., Duchessa di Lorena, e Barri, Gran Duchessa di Toscana ec. Illustre Conte d'Abbensperg, e Traun, del nostro Consiglio Intimo di Stato, Generale d'Artiglieria, nostro Luogo Tenente, Governatore, e Capitano Generale per interim dello Stato di Milano, e delli Ducati di Parma, Piacenza,

 1743

za, e Mantova. Conoſciutaſi da Noi la neceſſità di provvedere ſopra l'ultimo punto della Conſulta del Senato de' 23. Novembre anno ſcorſo, in cui per maggiormente facilitare i mezzi, che abbiſogna pe'l ſuo riſtabilimento, e pieno corſo la giuſtizia punitiva, rilevando l'utile, che a queſta ne proverebbe, qualora il zelo, e la diligenza delli Notaj Criminali non vi foſſe del tutto intereſſata, e non reſtaſſe ormai ſcemato il loro numero per non aver eglino alcun pubblico ſtipendio, ed eſſere obbligati a gravoſe Penſioni verſo de' loro Proprietarj, ed a continue ſpeſe verſo de' Subalterni, ed avviliti nel comune concetto per non eſſere pregiato il loro Carattere; ha ſoggerito i rimedj per rogliere queſti inconvenienti, mediante l'aſſegnazione di quindici mille lire annue ſopra i Redditi di codeſta noſtra Regia Camera per rimunerare con eſſe le fatiche di quelli, e la vigilanza degli Eſploratori, e della Famiglia della Giuſtizia, e col renderſi detti Ufficj di Notaro Criminali più riguardevoli al Pubblico nell' onorifico. E volendo Noi al ſuccennato fine non ſolo animare Perſone idonee, ed oneſte ad eſercitarli, come ſi è per lo paſſato praticato, ma abilitare anche li Giudici più vigilanti, ed attivi a compiere il loro obbligo nella coſtruzione, e perfezione de' Proceſſi: Abbiamo perciò riſoluto concedere l'aſſegnazione delle mentovate 15.m. lire annue ſopra i Redditi di codeſta noſtra Regia Camera, colle quali poſſa il Senato con previa voſtra intelligenza, ed approvazione in ciaſcuno de' caſi, che anderanno occorrendo, rimunerare come ſopra, le fatiche, e vigilanza di dette Perſone, colle precauzioni però, che un tale fondo ſia deſtinato, ed impiegato a queſt' unico fine, e non per altri, anche urgenti, e di giuſtizia; che ſe ne renda il conto in ciaſcun' anno, ed occorrendo ſpeſe ſegrete a farſi, il Senato, cui tocca farle, ne dia l'atteſtato, e che detta ſomma s'impieghi ſolamente, quando le pene, o conſiſcazioni pecuniarie non baſtaſſero a ſupplire: Ed altresì dichiariamo, che la qualità di detti Ufficj, lodevolmente eſercitati, non poſſa giammai aver recato, nè recar poſſa in avvenire pregiudizio all' oneſtà propria, nè delle Famiglie di quelli, che gli ſerviranno, e ciò tanto a favore de' loro Anteceſſori, che de' loro Poſteri, anzi in avvenire avremo clementiſſima cura di maggiormente promovere chi particolarmente lo meriterà, volendo perciò, che ſia cura di detto Tribunale d'informarci per mezzo voſtro di quelli, che ſi diſtingueranno nella integrità, e diligente applicazione per eſſere da Noi conſiderati, e promoſſi ad impieghi maggiori; In conſeguenza di che vi ordiniamo, e comandiamo, che facciate intendere al Senato queſta noſtra Reale deliberazione per la ſua dovuta oſſervanza, e diate gli Ordini convenienti al Magiſtrato Ordinario, acciocchè dalli Redditi di codeſta noſtra Camera s'aſſegnino, e ſomminiſtrino annualmente le quindici mille lire, come ſopra accordati, e quando preſentemente non poteſſe quella ſoggiacere ad un tal peſo ſarà cura voſtra di trovarne i mezzi per ſupplire queſta partita, giacchè è troppo neceſſaria per abilitare la Giuſtizia a caſtigare i pubblici delitti, e premiare le fatiche di coloro, che vi preſtano la loro opera, e di eſſerſi il tutto così eſeguito ce ne darete conto. Di Presburg li 18. Ottobre 1741.

Firmat. MARIA TERESA. V. Marchio de Villaſor P. V. Comes Cervellonius Conſ. V. Cavalli R. V. Schmerling R. Paolo Bermudez della Torre. Il quale vi rimettiamo, affinchè reſtiate nell'intelligenza di quanto reſta da Sua Maeſtà preſcritto in queſto ſuo Reale Diſpaccio. Noſtro Signore vi conſervi. Dat. in Milano li trè Novembre 17quarant' uno.

Firmat. Conte di Traun. V. Pertuſatus. Paſtor.

Regiſtrat. in Cancellaria Secretiori. Vianus.

In Calce. Al Senato con Reale Diſpaccio di S. M., dichiarando l'Onorifico da oſſervarſi agli Ufficj de' Notari Criminali, con aſſegnare lir. 15.m. annue ſopra i Redditi della Regia Camera per loro rimunerazione, e ſpeſe, che potranno occorrere per la Giuſtizia punitiva.

A tergo. Ill. Rev., & Magn. Præſidi, & Senatui Provinciæ Mediolanenſis nobis dilectiſſimis. Et ſigillat. &c.

MARIA TERESA per la grazia di Dio Regina d'Ungheria, e Boemia ec., Arciducheſſa d'Auſtria ec., Ducheſſa di Milano ec.

Oto Ferdinando Conte d'Abbenſperg, e Traun, Colonnello d'un Reggimento d'Infanteria, Conſigliere Intimo di Stato di Sua Maeſtà, Mareſciallo de' ſuoi Eſerciti, Comandante delle Truppe in Italia, Governatore, e Capitano Generale dello Stato di Milano, Parma, Piacenza, e Mantova ec.

ILluſt. Spectab., & Egregii. Nobis dilectiſſimi. Teniamo da Sua Maeſtà il Reale Diſpaccio del tenore ſeguente: MARIA TERESA per la grazia di Dio, Regina d'Ungheria, e Boemia ec., Arciducheſſa d'Auſtria ec., Ducheſſa di Borgogna, di Milano, Parma, Piacenza, e Mantova, Ducheſſa di Lotena, e Barri, Gran

Ducheſſa

1743 Ducheſſa di Toſcana ec. Illuſtre Conte di Abbenſperg, e Traun, noſtro attual Conſigliere Intimo di Stato, Mareſciallo di Campo Generale, e Comandante delle noſtre Truppe, noſtro Luogotenente, Governatore, e Capitano Generale per interim del noſtro Stato di Milano, e delli Ducati di Parma, Piacenza, e Mantova. Ci è pervenuta notizia, di che ſin' ora non hanno avuto intiero effetto i noſtri Reali Ordini contenuti ne' Diſpacci de' 18. Ottobre 1741., e 23. Giugno dell' anno proſſimo ſcorſo nel punto, che riguardava l' aſſegnamento delle quindeci mille lire annue, che comandaſſimo doverſi ſituare ſopra i Redditi di codeſta noſtra Regia Camera per ripartirſi ai Notari Criminali, che ſervono nell' Ufficio del Capitano di Giuſtizia, per loro rimunerazione, e di altre Perſone impiegate ad invigilare ſopra la Giuſtizia punitiva, e per le ſpeſe, che per ciò potranno occorrere; E che per mancanza di detto aſſegnamento ſi trovano vuote otto Banche Criminali nell' antidetto Uffizio, ſenza che vi ſiano Perſone, che applichino ad occuparle, ſtante che non poſſano ricavare la loro ſuſſiſtenza dalle Cauſe Criminali per la ſomma povertà de' Delinquenti, dal che ne proviene non ſolo l' inconveniente di rimaner queſti per longo tempo trattenuti nelle Carceri, ma anco non poterſi punire li gravi delitti entro, e ſuori di codeſta Capitale: Perciò volendo Noi andar al riparo di tanti danni, e pernicioſe conſeguenze contro il noſtro Reale Servigio, e pubblica tranquillità di codeſti noſtri fedeliſſimi Sudditi, ſiamo venuta in comandarvi (come con ogni preciſione vi comandiamo), che diate i voſtri ordini al Magiſtrato Ordinario, acciocchè dalle vacanze, che anderanno occorrendo, de' ſoldi, ed altri peſi ſoſtenuti da quella Menſa dentro e fuori del Bilancio, faccia onninamente compire l' aſſegnamento di quindeci mille lire annue da Noi, come ſopra, deſtinato per i ſuddetti Notari Criminali, facendoſene la diſtribuzione dal Senato nella guiſa, che fu preſcritta coll' antidetto noſtro Reale Diſpaccio de' 18. Ottobre 1741. Ed affinchè non s' incontri verun' imbarazzo, nè difficoltà nell' eſecuzione di queſta noſtra Reale deliberazione, deroghiamo perciò tutti gli Ordini generali, e particolari, che vi ſono in cuntrario, e ſpecialmente quelli de' cinquantaquattro Capitoli, quelli che trattano della graduazione del Bilancio, quello del dieci Febbrajo mille ſettecento dieciſette, con cui ſi accompagnò la graduazione proviſionale dello ſteſſo Bilancio, quello del due Ottobre mille ſettecento quindeci, e tutti gli altri anteriori, e poſteriori, che proibiſcono l' accreſcimento di nuovi ſoldi, e peſi al Bilancio, non oſtante che ſieno tali, che richiedono ſpeciale menzione, mentre per queſto caſo vogliamo, che s'intendono derogati, come ſe individualmente foſſero ſpiegati, laſciandoli nella ſua forza, e vigore per l'avvenire. Che tal'è la noſtra poſitiva volontà. Di Vienna ventitrè Gennajo mille ſettecento quarantatrè.

Firmat. FRANCESCO. Vidit Marchio de Villaſor Præſes. Vidit Comes Cervellonius VicePræſes. Vidit Cavalli Regens. Vidit Schmerling Regens. Paolo Bermudez della Torre. Il quale vi rimettiamo, affinchè diate dal canto voſtro puntuale compimento a quanto la Maeſtà Sua ſi è degnata di comandare. Noſtro Signore vi conſervi. Dat. in Milano li 4. Febbrajo 1743.

Firmat. Conte di Traun. V. Pertuſatus. Bellinus.

Regiſtrat. in Cancellaria Secretiori. Vianus.

In calce. Al Senato con Reale Diſpaccio di S. M. colla deroga de' Reali Ordini per il compimento delle lir. 15.m. aſſegnate a' Notari Criminali, ed altre ſpeſe per la Giuſtizia punitiva.

A tergo. Illuſtri, Reverendis, ac Magnificis, Præſidi, & Senatui Provinciæ Mediolanenſis. Nobis dilectiſſimis. Et ſigillat. &c.



ADDI-



ADDITIO

Nonnullorum Ordinum, quorum notitia habita fuit post jam inceptam Impressionem.



Ordo, quod Abbates Collegii Causidicorum Mediolani procedant in causis Falsitatum juxta dispositionem Statutorum.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti nostri. Lectis in Senatu nostro occlusis precibus vestris, & eis maturè consideratis, sancitum fuit vos in dicta causa cum interventu præfati D. Callienti jam informati, servata dispositione Statutorum procedere debere, ita tamen, ut Scripturas, & jura opportuna edi faciatis. In posterum autem in aliis omnibus causis, in quibus de crimine Falsitatis adversus Notarios agetur, observandum esse allegatum Statutum. Quo vero ad petitam in annexis precibus Cæsaris Scotti è Carceribus relaxationem, Curiam pro Justitia deliberare debere. Sic itaque exequi curabitis. Mediolani die vii. Maji MDLXXXIII.

Octavianus Robius.

A tergo. Nob. Viris Abbatibus Collegii Notariorum Mediolani nostris dilectis.

ANNOT.

Plures alias Falsitatum causas remissas cognitioni Abbatum Collegii DD. Causidicorum recenset Baldinus *in Collectanea Ord. Colleg. Causid. pag mihi 14. col. 2., & sequ.*, & ita etiam declaravit Senatus Excell. die 8. Junii 1742. referente Magnifico Comite Senatore Don Hieronymn Maria Suzano. *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut expensæ factæ occasione processus solvantur à Reo non obstante gratia obtenta.

Vicario Seprii.

PHILIPPUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

Dilectè noster. Ad litteras vestras diei 28. mensis proximè præteriti, in quibus inter alia dicitis Curiam istam multas expensas fecisse occasione processus constructi contra Simonem Burrum, & Joannem Baptistam Romanum ob percussiones appostatè datas Tognino Pelagato, & dictos Burrum, & Romanum obtinuisse gratiam ab Illus. L. T. nostro, petitisque, ut non obstante gratia teneantur Burrus, & Romanus ad dictas expensas: Respondemus vobis mentis nostræ esse, ut Burrus, & Romanus non obstante dicta gratia teneantur ad omnes expensas occasione dicti processus factas; & concedimus vobis, ut illas in eorum bonis consequi possitis ipsis præmonitis. Mediolani die ultimo Julii MDXCVII. Poggius.

Ordo circa intelligentiam Statuti prohibentis cessionem fieri in præjuditium Mercatorum descriptorum.

PHILIPPUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

Dilecti nostri. Visis precibus Alexandri Tantii, & responsis Joannis Ambrosii Dulceboni, una cum replicatis per ipsum Tantium annexi exempli &c. Cum clarum sit, quod Statutum prohibens cessionem fieri non posse in præjuditium Mercatorum descriptorum, non intelligitur de quolibet Mercatore, sed de Mercatoribus descriptis, & sedentibus ad Tribunal; inter enim hos, & alios est differentia, & ita usus observavit. Ideo mandamus vobis, ut Supplicantem admittatis ad dictam cessionem, ubi sit in casu, non obstante dicta oppositione Dulceboni, & aliorum, qui eadem utantur exceptione. Dat. Mediolani die v. Novembris MDCI.

Ghilinus.

A tergo. Prudentibus Viris Abbatibus, & Consulibus Mercatorum Mediolani nostris dilectis.

Ordo,

Ordo, quod Debitores Mercatorum Lanæ Mediolani conveniri possint coram eorum Abbatibus, & Consulibus, & quod teneat obligatio facta à Filio simul cum Patre.

PHILIPPUS III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

DIlecti nostri. Visis precibus Claudii Cagnolii, & responsis Fratrum Ferrariorum una cum utrinque replicatis exempli inclusi; Mandamus vobis, ut ubi ex inveterata, & uniformi consuetudine narrata Statuta eam interpretationem receperint, ut conveniri possint coram vestro Tribunali Debitores Mercatorum Lanæ ex causa Draporum per ipsos Mercatores eis venditorum, servata tamen consuetudine ad ulteriora in dicta causa procedatis, non obstante allegata exceptione; quod Pater non præstiterit consensum Filio, cum simul in eodem Chirographo se obligaverint. Dat. Mediolani die xi. Julii MDCVI.

Landrianus.

A tergo. Prudentibus Viris Abbatibus, & Consulibus Mercatorum Lanæ nostris dilectis.

Preces enunciatæ in prædicto Ordine.

P. R.

CUm anno 1604. proximè præterito Joannes, & Fratres de Ferrariis juditialiter convenerint fidiss. M. V. servum Claudium Cagnolium coram Executoribus Cameræ M. V. ad solutionem nonnullarum pecuniarum, ut prætendunt per Supplicantem debitarum virtute Chirographi, ut ajunt, per Supplicantem una cum ejus Patre, absque tamen ejus licentia, & parabula, ut de jure, & ex dispositione Mediolani Statutorum requiritur, facti, & subscripti; Supplicans opposuit principaliter exceptionem incompetentiæ dictorum DD. Executorum, & petiit causam, & partes ad suos Judices competentes remitti, opposuitque etiam, verum subordinatè, plures exceptiones, & defectus, quos dictum Chirographum patiebatur, & ex quibus Supplicans in aliquo non teneri prætendebat, & inter alios, defectum licentiæ, & parabulæ Patris, quam in dicto Chirographo intervenisse non apparet, ex quo stante nec tenet asserta obligatio, Item exceptionem susceptæ obligationis alienæ, & promissionis facti alieni absque renunciatione. Item exceptionem, quod metus causa, & ob reverentiam paternam ad dictam assertam obligationem devenerit, & alia plura, de quibus in actis præfatorum DD. Executorum. Cum autem dicti DD. Executores dicta exceptione declinatoria non attenta, non attentisque etiam aliis, ut supra, oppositis, in dicta causa ad ulteriora procedere niterentur, coactus fuit Supplicans ad M, V. confugere, quæ primò mandavit dictis Executoribus, ut causa ipsa, & partes ad suos Judices competentes remitterentur; secundo loco iisdem Executoribus adhuc renitentibus, ut dictas litteras M. V. ad eos datas omnino exequerentur; nec permitterent, ut Supplicans ad M. V. redire cogeretur; Tertio vero loco eisdem Executoribus dictas binas litteras spernentibus scripsit in hanc formam, videlicet: *Inclusas preces Claudii Cagnolii ad vos mittimus mandantes, ut narratam causam ad suos Judices competentes remittatis per Senatum nostrum, jam injunctum dicitur, ne cogamur aliquibus remediis uti, ut discatis jussis Senatus parere*; & ut ex ipsis litteris, quæ M. V. exhibentur, pro quarum etiam executione coactus fuit Supplicans obtinere à D. tuno Vicario Prætorio Mediolani præceptum inhibitorium, & pœnale dictis DD. Executoribus, & dictis Ferrariis, ne coram eis dictum Supplicantem convenirent; tacuerunt dicti Ferrarii adversantes à dicto anno 1604. in hunc usque diem, quo cum facti sint nonnulli Abbates, & seu Consules Mercatorum Lanæ ipsorum Adversantium Amici, & familiares, absurdè, & impertinenter prætendentes, quod agatur de causa Mercantili, & de Lanificio, ex quo in prætenso Chirographo dicitur debitum provenire ex tanta quantitate Panni, & Saleæ pro vestitu Filiæ, & Sororis debitè referendo Supplicantis, & ejus Patris, ipsum Supplicantem coram ipsis Consulibus Mercatorum Lanæ convenerunt; Supplicans autem ipsorum Consulum incompetentiam opposuit, ex quo clarum est, & ex lectura etiam Statutorum eorundem Consulum Mercatorum Lanæ cernitur ipsos non habere jurisdictionem, nisi inter eosdem Mercatores, & exercentes dictam artem, & eorum Operarios, & non contra prætensos debitores Mercatorum, & prout ex ipsis eorum Statutis, quorum copia hic M. V. exhibetur; petiitque causam, & partes ad suos Judices competentes remitti, & seu saltem super ipsa exceptione declinatoria expressè, non autem progressu ad ulteriora in dicta causa, declarare cum consilio Sapientis; opposuit etiam, sed subordinatè ut supra, exceptiones, & defectus oppositos coram Executoribus; & propterea exceptionem reficiendarum expensarum illius juditii per Adversantes coram dictis Executoribus intentati, & derelicti, quæ exceptio de jure impedit litis ingressum: Verum cum dicti Consules Mercatorum Lanæ nimis dictis Adversantibus faventes, & asser-

asserit in eorum jurisdictionem ampliare, studentes, dicta exceptione declinatoria, aliisque, ut supra, in actis deductis licet juridicis, postergatis, spretoque consilio Sapientis, ut supra, petito; ad ulteriora in dicta causa contra Supplicantem procederent contra M. V., notam dispositionem Statutorum, Nov. Constit. Mediolani, quibus cavetur, ut petito per aliquam partium consilio Sapientis in aliqua causa teneantur Judices causam committere, Supplicans ad M. V. iterum confugit; quæ litteras dedit dictis Consulibus Mercatorum Lanæ, tenoris sequentis, videlicet: *Philippus III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. Dilecti nostri. Ad vos mittimus annexas preces Claudii Cagnolii mandantes, ut narratam causam, ubi ejus cognitio ad vos de jure non spectet, ad suos Judices remittatis. Dat. Mediolani die vigesimo septimo Februarii 1606. Signat. Alexander Besutius. A tergo. Prudentibus Viris Abbatibus, & Consulibus Mercatorum Lanæ Mediolani nostris dilectis, & sigillat.*; & prout ex ipsis litteris, quæ cum precibus M. V. exhibentur. At ipsi Consules dictas litteras quoque nihili facientes, tamquam conditionem illam: ubi de jure dicta causa ad eos non spectet, continentes; & sic uti ipsius exceptionis cognitores, ne fatui dicantur in declarando se Judices incompetentes, & in remittendo dictam causam, licet illa de jure eis non spectet ut supra, & in actis demunstratum fuit; non solum dictam causam remittere, sed nec etiam super ipsa exceptione declinatoria cognoscere, & declarare voluerunt, & ea non attenta, non attentisque dictis M. V. litteris ad ulteriora in dicta causa procedunt. Quare com clarum sit etiam ex lectura Statutorum dictorummet Consulum Mercatorum Lanæ ut supra exhibitorum, hanc causam ad eos non spectare, nimisque durum sit litigare coram Judicibus incompetentibus, & ita se habentibus; prout se habent dicti Consules Mercatorum Lanæ in dicta causa; cogitur denuo Supplicans ad M. V. confugere

Humiliter supplicando, ut dignetur mandare dictis Consulibus Mercatorum Lanæ; ut causam omninò remittant; aut saltem cum agatur de exceptione declinatoria jurisdictionis ipsorummet Consulum Lanæ, cujus exceptionis non convenit, quod ipsi sint Judices, & cognitores, ne judicant in causa propria; agaturque in dicta causa de aliis exceptionibus, quæ exquirunt juris cognitionem, quam non habent ipsi Abbates, & seu Consules Mercatorum Lanæ, iisdem mandare dignetur, ut dictam causam committant Jurisconsulto Collegiato Mediolani partium confidenti, vel unius in contrarium, seu renitentiam alterius, qui in primis, & ante omnia super dicta exceptione declinatoria cognoscat, & expresse declaret super ea, quod cum justum sit speratur &c.

Die xv. Martii 1606.
Pars respondeat.
Signat. Maynoldus. & Subscr. Landrianus Secretarius.

P. R.

Non erubescit Claudius Cagnolius in causa admodum clara M. V. defaticare, quamplures nogas allegando pro aufugienda solutione, & per eum tanto tempore procrastinata; viderunt enim fidiss. M. V. servi Joannes, & Fratres de Ferrariis supplicem libellum M. V. porrectum per dictum Cagnolium, in quo summoperè Adversans insistit super eo quod Abbates, seu Consules Mercatorum Lanæ Mediolani jurisdictionem non habeant in causa per respondentes mota contra dictum Claudium sub eo prætextu, quod ipsi Abbates, seu Consules habeant jurisdictionem limitatam, & eam non se extendere ad eam causam per respondentes motam. Quod quidem ommitti poterat, postquam tum ex forma eorum Statutorum, tum ex privilegiis eorundem clarè patet ipsos Consoles habere jurisdictionem etiam contra quoscunque debitores artem Lanificiam exercentes, quæ M. V. exhibentur. Dum verò circa merita ipsius causæ pars adversa asserit debitum contraxisse absque licentia, & parabula ejus Patris, in cujus potestate erat, & propterea obligatio nulla redditur; Respondentes dicunt dictum debitum contractum fuisse cum licentia dicti ejus Patris stante subscriptione dicti ejusdem Patris pariter facta super eodem Chirographo ad præsentiam Patris, & Filii subscripto, ex quo infertur parabulam, & consensum tacitè extitisse; ultra quod inter Mercatores non attenduntur isti apices juris, tanto magis, quando ex lectura ejusdem Chirographi apparet respondentes tradidisse rem mercantilem pro ornanda ejusdem Adversantis Sorore tempore, quo ipsa Monasterium ingressa fuit, quæ si Monasterium ingressa non fuisset, respondentes haberent actionem ad rem venditam, & Sororem spoliassent, & per consequens id in ejusdem Adversantis verecundiam cessisset; quæ pro responsione etiam sufficiant; Dum Adversans dixit factum alienum promisisse. Nam dignoscat M. V. an hæc promissio dici possit facti alieni; quia propriè dicitur factum proprium, non autem alienum; tum quia ipsi tenebantur induere dictam eorum Filiam, & Sororem; tum quia respondentes rem mercantilem non tradiderunt mulieri, sed ipsis Patri, & Filio, qui se in solidum obligaverunt. His accedat, quod dato, sed non concesso, quod ageretur de Indumentis cessis ad usum ipsius Mulieris, & per consequens, ipsa non autem Adversans teneretur,

tur, quia responderetur, quod ipse Adversans tenet, & possidet bona, super quibus ipsa Mulier habebat jus petendi dicta Indumenta; Propterea cum hic agatur de causa mercantili favorabili, & ex ipsis Statutis, & privilegiis clarè dignoscatur quam impertinens sit petitio Adversantis.

Rogant respondentes ipsam M. V., ut nil aliud decernere dignetur, quam quod partes utantur juribus suis, ut sperant &c.

ANNOT.

PArabolam Patris volitam à Statuto Mediolani *cap. 416. vol.* 1. in obligatione Filii familias, dicitur intervenire, & contractum esse validum, ubi Pater, & Filius simul se obligant, ut laté probat Tranchedin. *consult. 48. vol.1., & consult.116. vol. 2.*, ubi *nu.9.* refert plures decisiones Excell. Senatus nostri, & attestationem factam per integrum Collegium DD. Causidicorum approbatam anno 1601 ab eodem Excell. Ordine: & hanc opinionem esse magis communem, & receptam in Rota, & Curia Romana attestatur Card. de Luca *de alienat. disc. 37. nu. 26.* *Magnus Fossatus.*

Ordo, ut criminaliter de Scaccho procedatur contra Depositarium non restituentem depositum.

Judici ad Signum Equi Mediolani.

DIlectè noster. Bartholomæus Vicecomes inclusas preces nobis dedit, quibus visis mandamus vobis, ut constito de narrato deposito, & quod pignora penès Glussianum Depositarium reperta non fuerint, & in ejus bonis executio fieri non possit propter inhibitionem Uxoris, terminum trium dierum ipsi Depositario assignetis ad depositum exhibendum, & ubi illud eo in termino minimè exhibeat, criminaliter de Scaccho omnino procedatis, & justitiam faciatis. Mediolani die viii. Augusti MDCIX.

Ordo, ne Magistratus Extraordinar. Redditum cognoscat de causis inter Partes, secluso interesse Fisci.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux.

FRatres de Tosinis dederunt nobis preces exempli sequentis, videlicet:

P. R.

Cum ob delictum Joannis Tosini confiscata, & aprehensa fuisset quædam Domus communis, & indivisa inter eum, & fidiss. M. V. servos Bartholomæum, & Jo. Baptistam ejus Fratres; publicatis de more Cridis ex ordine Magistratus Extraordinarii, multi contradixerunt prætensi Creditores Patris confiscati, & Supplicantium, ratione hypotecæ, quam in dicta Domo habere prætendunt; contradixit, & Uxor confiscati ratione dotis suæ Marito traditæ; contradixerunt quoque Supplicantes ratione fideicommissi à Patre facti, nec non et ratione aliarum prætensionum suarum, & quilibet eorum separatas sententias contra Fiscum obtinuit salvo jure tertii; Interim vero Magistratus ratione privilegii, quod Camera habet, totam Domum distraxit, qui licet Judex esse non possit ex forma N. C. nisi inter Fiscum, & privatos ratione partis dictæ Domus, & quæ Fisco spectabat, tamen vult etiam cognoscere inter ipsos Supplicantes, & dictos prætensos Creditores, & Uxorem confiscati quoad portiones dictæ Domus spectantes Supplicantibus, quæ tamen in confiscationem, & aprehensionem venire non possunt, sic disponentibus dictis Constitutionibus, & quod plus est adhuc vult cognoscere, quis eorum prior, vel potior sit, sed etiam pretium portionum dictæ Domus spectans Supplicantibus, prædictis prætensis Creditoribus, & Uxori relaxare contendit sub fidejussione contra omnes juris terminos, antequam inter illos, & Supplicantes cognoscatur de eorum juribus, & per eorum Judices competentes, quod est privare Supplicantes eorum dominio, & possessione ante causam cognitam, quod juri expressè repugnat, quia non est ab executione inchoandum; Propterea cum hæc cognitio non spectet ad prædictum Magistratum, ne sequantur dicta absurda, decreverunt Supplicantes ad M. V. confugere

Humiliter supplicando dignetur mandare prædicto Magistratui Extraordinario, ut postquam de interesse Fisci non agitur, sed tantum de bonis Supplicantium, quæ non sunt confiscata, & agitur tantum inter ipsos Supplicantes, & dictos prætensos Creditores, qui sententiam ad eorum favorem reportaverunt à dicto Magistratu, tamen ea lata fuit quoad partem confiscati, & contra Fiscum tantum, non autem contra Supplicantes, qui non erant in causa, & de quorum juribus cognitum non fuit; ideo causas, & partes remittendas ad suos Judices ordinarios, neque in dicto pretio relaxando uni, vel alteri se intromittat, quia

causa

causa cognita, & decisa per ordinarios Judices, id tunc faciendum erit per illos, non per prædictum Magistratum, & ita sperant &c.

Quibus visis, cum in narrato negotio non agatur de Fisci nostri interesse, ut etiam sensit idem Fiscus, cujus votum, priusquam deliberaremus, exquisivimus; harum serie decernimus narratam causam ad Judicem competentem esse remittendam; Propterea mandamus dictis Quæstoribus nostris Redditum Extraordinariorum, ac aliis omnibus, ad quos spectat, & spectabit, ut ita servent, & servari faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xx. Aprilis MDCXIV.

Bellasius.

Ordo, quod dos non comprehendatur in confiscatione bonorum Uxoris.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux.

Dilecti nostri. Proposita fuerunt coram Senatu nostro, quæ nobis scripsistis de prætensione Fisci nostri adversus hæredem quondam Francisci Vicecomitis, quod jus sibi competat repetitionis dotis quondam Luciæ Vicecomitis ipsius Francisci olim Uxoris damnatæ pœna vitæ, & bonorum confiscationis erga ipsum Fiscum nostrum, & ponderatis rationibus tam pro Fisco, quam pro hærede in utramque partem adductis, & omnibus perpensis, in eam demum ivit sententiam, eam dotem in dicta confiscatione non venire; & ideò Fisco nostro nullum, secundum ea, quæ proponuntur, jus competere ad memoratam dotem consequendam. Propterea nos idem probantes, vobis mandamus, ut ita decl reris. Dat. Mediol. die xxvi. Maji MDCXXV.

Alexander Besutius.

A tergo. Spectabili, & Egregiis Juris Consultis, ac Egregiis Viris, Præsidi, & Quæstoribus Reddit. Extraordinariorum Dominii nostri Mediolani nostris dilectis.

A N N O T.

Publicatis bonis Uxoris, dissolutoque matrimonio, quamvis dos publicetur, Maritum lucrum dotale sibi debitum ex pacto, vel ex lege, prædeducere posse adversus Fiscum, sicuti contra hæredes Uxoris firmat Peregrin. *de Jure Fisci lib. 5. tit. 1. nu. 81*

Magnus Fossatus.

Ordo, ne molestetur occidens capitalem Exulem per milliaria quindecim in Territorio Dominii Veneti.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex,
& Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Non vos latet Senatum audita definitiva relatione de Joanne Fernandez Hispano eius fuisse sententiæ, ut pro mandato ab eo suscepto ad occidendum Martium Tonsum Cremensem Dominii Veneti capitalem Exulem, ulterius non molestetur, quia ex conventionibus cum Republica Veneta jamdiù initis huiusmodi damnatos liceat utroque in Dominio per milliaria quindecim persequi, & occidere; Quo verò ad condemnationem capitalem, quam contumax passus fuit ob præstitum auxilium Raptori Isabellæ Capræ nubilis, & honestæ, hancque contraventionem voluisse Ordinem illum unquam statuere inconsulto Illustri L. T. nostro; propterea que non videretur in dubium revocanda fides Don Philippi Spinolæ Equatui Cath. fractorum Præfecti attestantis se jussu Illustris Ducis Feriæ ipsi Fernandez salvumconductum concessisse, ut tuto in hanc Provinciam se tum conferret, cum fuit captus; Cum itaque ip e L. T. rescripserit ne ulterius Fernandez ob narratas causas molestetur, sed dimittatur præstito illi competenti termino ad exeundum ab hoc Statu, vobis mandamus, ut eum dimittatis, terminumque dierum decem statuatis ad recedendam. Mediol. die xv. Maji MDCXXVII.

Belingerius Proveria.

A tergo. Egr. J. C. Capitaneo Justitiæ Mediolani nostro dilecto.

Confirmatio plurium Ordinum Collegii Causidicorum Mediolani.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ &c. Rex,
& Mediolani Dux III. &c.

Nomine Collegii Causidicorum, & Notariorum hujus Civitatis datæ nobis fuerunt preces, una cum nonnullis Ordinibus ab eodem Collegio confectis, quæ omnia sunt exempli sequentis videlicet.

P. R.

Ad tollendos nonnullos circa lites, abusus, condidit Collegium Causidicorum, & Notariorum Mediolani in die Festo Divo Thomæ Apostolo dicato xxi. Decembris

1628., qua die frequentius solet esse Collegium, Ordines, qui M. V. cum effectu exhibentur. Ut autem Ordines ipsi majus robur obtineant, Syndici ejusdem Collegii, & M. V. fer. ad eam confugiunt. Rogando dignetur Ordines ipsos approbare, & confirmare, suisque opportunis litteris mandare eorundem Ordinum observationem, indicta etiam pœna nullitatis in contrarium faciendorum, ut speratur &c.

MDCXXVIII. Die Festo D. Thomæ Apostolo dicato xxi. Decembris.

Congregatis &c. Dum de tollendis circa lites abusibus serio ageretur, propositum fuit, quòd licet per statuta cogatur interrogatus in judicio respondere interrogationi ad terminum secundo loco statuendum per Judicem, scilicet ad terminum præcepti interrogando, & jubendo. Item ille, cui fuerunt aliquæ positiones inthimatæ, respondere positionibus ad terminum sibi per Judicem assignandum, & nisi fiat responsio præcepti interrogando, & jubendo, Judex debeat positiones pronuntiare pro confessatis, ac Statutum 100. *sub rubrica de jurejurando* disponat, ut quando defertur à parte, alteri parti jusjurandum, statuatur terminus, qui non sit minor duorum dierum parti, cui defertur jusjurandum, ad deliberandum, eoque termino elapso, teneatur pars, cui delatum erit juramentum, jurare ad terminum per Judicem statuendum, qui non sit minor tribus diebus.

Nonnulli autem practicantes conantur introducere abusum, nempè ipsi interrogationibus, positionibus, & formis juramenti, subvertendo incontinenti, & in eodem papiro præceptum interrogando, & jubendo, vel terminum ad jurandum respectivè, id quod videtur adversari dispositioni Statutorum, & praxi inveteratæ.

Responderunt congregati omnes unanimes hos abusus omnino rejiciendos, nec tullerandos esse, & ideo, decernendum, prout communi voto decretum est, quod de cætero præcepta interrogando, & jubendo, ac termini ad jurandum, & separatim, ac diverso tempore ab ipsis interrogationibus, positionibus, & furma sacramenti, nempè post lapsum termini, ad deliberandum appositi in interrogationibus, positionibus, & forma sacramenti aptè referendo, transmittantur.

Rursùs propositum fuit, quod quamvis Statutum 85. *sub rubrica de probationibus, & testibus* disponat, ut testes super capitulis non recipiantur, nisi prius porrectis capitulis, & copia oblata, vel data parti, alioquin non valeat depositio testium. Nonnulli videntur uti abusu circa capitula ipsa: productis, siquidem positionibus subjiciunt in eis clausulam, quòd ubi respondeatur positionibus negativè, producens, ex nunc convertit positiones in capitula, & eas pro capitulis haberi vult, putantes ex illa clausula satisfactum productioni formali capitulorum ex Statuto requisita.

Et dixerunt congregati, non esse recedendum ab inveterata praxi statuentium menti adhærenti, ut nempè capitula separatim à positionibus producantur, & prævia partis citatione ad videndum capitula produci, in qua citatione scribantur nomina Notariorum de Pilastro ad numerum ab Ordinibus in hujusmodi materia præfixum, & copiam eorundem capitulorum eodem tempore præsentationis capitulorum, cum præambulo eorum productionis, dimittendam penès Actuarium alteri parti dandam.

Demùm quoque propositum fuit rolli debere alios abusus, qui contingunt ad Tribunalia, ubi est Judicum pluralitas, putà Consulum Justitiæ, & Syndicatorum Vicarii Prætorii, ac Executorum Cameræ, & Egr. D. Capitanei Justitiæ, dum litigantes citant Partem adversam coram illo Tribunali, nulla tamen nominata persona ex pluribus sedentibus, coram qua negotium sit introducendum, vel infrascripta alia peragenda.

Placuit proinde Congregatis publico etiam decreto decerni, ut citationes, quæ ad videndum fieri Ordinationem, vel concedi præceptum, vel dari cædulam confidentium, in qualibet lite instituendam coram Tribunali plurium Judicum firmentur, vel in eis nominetur in specie persona illius Judicis, coram quo negotium sit introductum, vel decidendum, vel à quo causa sit committenda.

Cæterùm pro majori hujusmodi Ordinum firmitate petendam esse ab Excellentissimo Senatu eorum approbationem.

Subscr. Marinus Riboldus de Besana Notarius in dicto Coll. Coad. Subscripsit &c.

Et omnibus coram Senatu lectis, cum per suprascriptos Ordines praxis corrupta ad pristinam integritatem Statutorum dispositioni consonam restituatur.

Senatus non tantùm illos approbandos esse decrevit, sed laudandam ipsius Collegii sollicitudinem, & prudentem ejus curam, quam etiam excitandam judicavit, ut ad cæteros, si qui irrepserunt, abusus tollendos, mentem erigat, & Senatui ipsi, quæ digna correctione, ejusque auctoritate indigere adverterit, non desinat suggerere. Propterea nos ejusdem Ordinis sententiam sequentes, memoratos Ordines, prout jacent, approbamus, & confirmamus, indicta pœna nullitatis, si illis contraventum fuerit. In quorum fidem præsentes nostro sigillo munitas fieri, & registrari jussimus. Dat. Mediolani die xv. Junii MDCXXIX.

Alexander Besutius.

Ordo,

Ordo, ut ommissa per Causidicum forma juramenti præscripti à N. C. in contradictione ad Cridas facta, Clientulus admitti nequeat lapso tempore ad denuo contradicendum.

PHILIPPUS IV. Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

LEctis coram Senatu nostro precibus Margaritæ Villæ, & responso Agentium hujus Civitatis, unà cum utrinque replicatis, quæ sunt exempli sequentis videlicet:

Potentissime Rex.

Margarita Villa fidiss. M. V. ser. anno proximè præterito constituit suum Procuratorem specialem Hillarium Frottam Notarium Mediolanensem ad contradicendum Cridis provisionalibus publicatis ex ordine Vicarii Provisionum Civitatis Mediolani in causa apprehensionis bonorum quondam Fabritii Villæ debitoris ejusdem Civitatis, cujus Villæ ipsa Supplicans est creditrix librarum quinquemillium sexcentum, occasione Dotis ejus Matris, ut patet ex Instrumento in actis ipsius Vicarii producto, & in mandato ipsius contradictionis amplè extensa fuerunt juramenta ponenda in contradictione, juxta formam Nov. Constit., sed dictus Procurator in juramento facto super ipsa contradictione ommisit ea, quæ requirebantur, juxta privilegium Fisci, ob quam ommissionem Civitas opponit, ipsam contradictionem esse nullius momenti, quia servata non fuit forma ipsarum Nov. Constitut. *in tit. de jure, & privilegio Fisci*, quæ oppositio dura, & contra omnem juris æquitatem Supplicanti videtur, eo quia ipsam formam præscriptam jurandi illius Procuratori dedit, qui aliud fecit, quàm in mandatis habebat, & ob ejus incuriam, & ommissionem æquum non est, ut ipsa Supplicans privetur suo credito Dotali cum maxima ejus jactura. Propterea ad M. V. humil. confugit, supplicando dignetur decernere, Supplicantem admitti posse ad denuo contradicendum, juxta formam mandati per eam facti, non obstante, quòd sit lapsum tempus contradicendi, quia jam debito tempore contradixit, quod speratur &c.

Potentissime Rex.

Viderunt Syndici Civitatis Mediolani preces eisdem inthimatas ad instantiam Margaritæ Villæ, quibus breviter respondendo dicunt nullo modo ipsam Margaritam admitti posse ad denuo jurandum, cum jamdiù effluxum sit tempus præstitutum ad contradicendum Cridis publicatis de, & pro bonis apprehensis in præjuditium quondam Fabritii Villæ debitoris Civitatis, nec ex eo, quòd ipsa Margarita prætendat Procuratorem ab ea constitutum ad jurandum formiter aliud fecisse, quàm in mandatis habebat, se tueri potest, siquidem jus Civitatis ob contradictionem factam, non servata forma in aliquo non læditur, immo ex clara ipsarum Nov. Constit. dispositione *in tit. de jure, & privilegio Fisci*, quo utitur Civitas, *§. Id etiam amplius* habetur per contradicentem per se, vel ad id speciale mandatum habentem teneri jurare formiter, quod cùm factum non fuerit, nullus dubitandi locus relinquitur, quin omnis actio prætensa, per Margaritam Villam contra Civitatem Mediolani sit perhempta, & ex his concludunt Syndici Civitatis inanem esse petitionem Margaritæ, & illam fore obaudiendam, reservato jure adversus Procuratorem, qui erravit, si, & prout juris; Et propterea M. V. precantur dignetur decernere, partes uti debere juribus suis, & speratur &c.

Potentissime Rex.

Credit Margarita Villa fidiss. M. V. serv. suam petitionem fore concedendam, non obstante responsione per Syndicos data precibus à Supplicante porrectis, & Civitati jussu M. V. inthimatis; Etenim non inficiatur Supplicans, quòd juramentum non debuerit formiter præstari, sive ab ipsamet, sive à Procuratore habente speciale mandatum, juxta dispositionem allegati *§. Id etiam amplius*; sed dicit erratum, & hoc ipso petit admitti ad iterato contradicendum, quemadmodum pluriès factum fuit, ubi contigit errari in formula juramenti, & allegata dispositio *§. Id etiam, tit. de jure, & privilegio Fisci* in Nov. Constit. non statuit aliquid ad impediendum gratiam, quam potest facere Princeps, nec quicquàm refert, quòd lapsus ab ipsamet, vel ab ejus Procuratore processerit, quia sufficiat tempore debito fuisse contradictum, licet minus formiter. Quarè iterùm precatur M. V. dignetur decernere Supplicantem admitti posse ad denuo contradicendum, non obstante responsione supradicta per Syndicos Civitatis data, & ita &c.

P. R.

Non vident Syndici Civitatis Mediolani, quomodo Adversans admitti possit ad denuò contradicendum, cùm jam tempus effluxum sit, prout dictum fuit, quod repetere juvat, nec distinctio allata deseruit ipsi Adversanti, cùm sat ipsi Civitati sit, ut tempore opportuno formiter juratum non fuerit, quod autem per errorem, vel aliter id processerit, nil ad rem, siquidem dispositio Nov. Const. generaliter loquitur, & ita est accipienda, & per ommissionem juramenti, vel ob non servatam formam est acquisitum jus Civitati, & quotiescunque agatur de jure tertii, & de tollendo jure acquisito, Princeps non facit gratiam juribus vulgatissimis. Et propterea Syndici

Civitatis M. V. fidlis. servi, illam demùm precantur dignetur decernere partes uti debere juribus suis, cum alioquin subverteretur dispositio Nov. Const., & speratur &c.

Et omnibus diligenter, maturèque consideratis, Censuit is Ordo, Supplicantem esse obaudiendam, salvo ei jure contra Causidicom. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri, ac registrari jussimus. Dat. Mediolani die decimo Julii MDCXXXIV.

Comes Majoragius.

Ordo, ut in Judicio Cridarum recipiantur Contradictiones in libro relevatæ non obstantibus cassationibus factis.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilecti nostri. Visis inclusis precibus Jo. Petri Tadini, mandamus vobis, ut ubi nil obstet juridicum, dictas contradictiones ad Cridas in libro relevatas recipi curetis, non obstantibus cassationibus factis. Datum Mediolani die xii. Julii MDCLVI.

Jacobus Ivagnes.

A tergo. Nob. Viris Abbatibus Collegii Notariorum Mediolani nostris dilectis.

Ordo, quod Judices Mediolani exercere possint eorum jurisdictionem etiam in Ducatu pro causis civilibus.

CAROLUS II. Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Diligenter in Senatu perpensa fuerunt contenta in responso, per vos dato literis nostris emanatis super precibus tùm Judicum hujus Civitatis, tùm Camilli Gabryni, & Condominorum Bancarum Civilium, in quibus conquesti sunt de novitatibus vestris ad impediendam cum maximo detrimento expeditionem causarum, ut ex ipsarum precum tenore ad vos transmisso, plenè colligere potuistis; Cum autem fundamenta per vos addocta ad rem non facere nobis visa fuerint ex rationibus à nobis consideratis, vobis ex ipsius Ordinis sententia mandamus, audito priùs Fisci nostri voto, ut non obstantibus per vos deductis à memoratis novitatibus omninò abstineatis, nullumque præstetis impedimentum, quo minus dicti Judices eam istic exerceant jurisdictionem, quàm hactenus exercuerunt, nec ullo modo contendatis super actis expeditis ab hisce Judicibus apponere decreta, quod executioni mittantur, vel aliquam de illis cognitionem habere. Cæterùm cum à facto incæperitis, vos monemus, vobisque mandamus, ut in posterum à similibus abstineatis. Mediol. die xxi. Junii MDCLXXVIII.

Belingerius.

A tergo. Sapienti J. C. Vicario Seprii nostro dilecto.

Ordo, ne Consules cogantur denunciare alia delicta præter expressa in Ordinibus, utque Actuarii pro expensis Visitationum omnino observent dispositionem Ordinum.

CAROLUS VI. Romanorum, & Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilectè noster. Visis occlusis precibus Syndicorum Comitatus Novariæ, una cum voto Fisci nostri superinde excitati, mandamus vobis, ut Actuariis istius Officii vestri seriò præcipiatis, ne latum quidem unguem ab enunciatorum Ordinum observantia declinent, aliter sciant Senatum nostrum in eos severè animadversurum, & de peractis eundem Ordinem nostrum moneatis. Mediolani die vii. Maji MDCCXII.

Castellinus.

A tergo. Egr. J. C. Prætori Novariæ nostio dilecto.

P. R.

Excedunt omnino modum præjuditia, quæ per Notarios Actuarios Officii Prætorii Novariæ in dies illius Provinciæ Communitatibus inferuntur; pergravantur enim adeò gravibus expensis, sub prætextu Visitationum Cadaverum, vulneratorum, fracturarum, & similium, ut amplius nec simulare, nec pati possint Syndici generales dictæ Provinciæ fidiss. M. V. servi adeo ingens malum, quod ubi ulterius dissimoletur, pejus fiet.

Occasione Visitationum prædictarum, quas in casibus omnibus sivè privatis, sivè fortuitis, sivè incerti delinquentis, semper facere volunt dicti Actuarii, gravantur Communitates ipsæ expensis, & quidem pro integra Visitatione, & illas indistinctè exigunt à miserrimis Communitatibus, etiam ex quo faciliores fiunt solutiones.

Gravamen hujusmodi opportunam habuit providentiam per Edictum Excellentissimi D. Marchionis de Hynojosa Status vigilantissimi Moderatoris diei 13. Januarii 1614.

Intollerabilibos autem efficitur, quia non semel accidit plures eodem tempore fieri

Visita-

Visitationes, & pro singulis exigi expensas integras, nullo habito respectu, nec distantiæ loci, nec dietarum, quas consumunt.

Et hoc non attenta dispositione, quam maxima M. V. Clementia dignata est edicere, ut quotiescunque loca Visitationum sunt intra quatuor millia è loco Residentiæ, nihil penitus exigi debeat, ut habemus in sanctione diei 10. Martii 1665. tenoris sequentis, videlicet: (*ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus*.)

Pluries recursum habuerunt aliqui Consules Communitatum ad M. V., cui placuit dare Ordines opportunos, non tantum ad tollendos abusus, verum etiam ad gravatorum sublevamen, & indemnitatem, usque pro restitutione pecuniarum ablatarum, sed quemadmodum nimis frequentes sunt Consulum mutationes, ita vanissima fit executio Ordinum, siquidem mutato Consule, qui extorsionem passus fuerat, successores fortasse non edocti de excessu, necessariam adeo instantiam non sunt prosecuti, & sic elusæ remanserunt providentiæ, & subditi steterunt in præjuditio illato.

Processit hoc etiam ex eo, & quidem digno animadversione, quod pauperrimi Consules perterriti, ob metum molestiarum occasione denuntiationum, non audent pecunias quamvis indebitè solutas repetere, & ita providentiæ à pauperibus Communitatibus singulariter habitæ absque executione, ac fructu, ut plurimum evanuerunt.

Cum autem delictorum denuntiæ prætextum, & occasionem præbeant vexationibus, quæ dubio procul Justitiæ non conveniunt, his etiam animadvertendum venit, quandoquidem licet extra quamcunque dubitationem providere dignatus fuerit Senatus Excell. per sanctionem typis impressam diei 11. Augusti 1544., quæ pariter denuò necessè est imprimi, & est tenoris sequenti: (*ommittitur tenor, quia jam est suo loco impressus*.)

Attamen, dum ejusdem in hodiernam diem oblivio dissimulatur, exigit subditorum indemnitas, ut iterum renovetur, pro ea, qua decet, observantia, ad effectum, ut ultra in sanctione dispofita, non possint gravari à respectivis Jusdicentibus Consules locorum, seu alii, quorum curæ est denunciare delicta, minus affici molestiis in casibus ommissæ denunciæ aliorum delictorum, quæ denunciari non debent.

Quamobrem præfati Supplicantes continuis Consulum Terrarum lamentationibus excitati, ne ulterius subjaceant dicti Consules vexationibus, & expensis, sivè earundem periculis, pro bono totius Provinciæ, necesse habent ad M. V. confugere, illamque

Humil. exorant dignetur decernere: Primò, renovandos Ordines prædictos super denunciationibus delictorum faciendis, ad effectum ut ultra in illis expressa, non postulentur Antiani, seu Consules ab Officiis, nec ab Officio Civitatis, quia majoris Magistratus, denuntiare, minus molestentur in casibus ommissionum aliorum, cum ad expressa solumodo, ac limitatè teneantur.

Secundò, non posse Communitates gravari aliquibus expensis occasione quarumcunque Visitationum in casibus fortuitis, & privatis; in aliis vero casibus (ubi non adsint delinquentes) si locus Visitationis faciendæ non distat per quatuor milliaria nihil penitus exigi posse; si distat ultra quatuor milliaria non posse exigi à Communitatibus, nisi medietatem Visitationis in summa librarum octo: & ubi fieri contingat plures Visitationes eodem actu, gravari non posse Communitates de duplici Visitatione, sed ad unicam, & pro medietate tantum ut supra teneri, & ita servandum esse à dictis, & aliis Notariis, Actuariis sub pœnis M. V. bene visis, in modum, ut nihil petere, aut exigere audeant neque à spontè dantibus, & hoc modo Publicorum indemnitati, & Regentium providéatur, quod &c.

10. Aprilis 1712.

Junctis enunciatis documentis, nec non aliis antecedentibus, si quæ &c. subjiciat Egr. Fiscalis eductus, fin minus Egr. Cattaneus.

15. Aprilis 1712.

Ordines Senatus Excellentissimi 11. Augusti 1544., quorum renovatio petitur, impressi leguntur apud Garonum in sua Collectanea pag. 23., nec præter casus in eis expressos exigi debet à Consulibus Terrarum, quod delictorum denunciationes ad Majorem Magistratum deferant.

Alios Ordines suprema Senatus Excellentiss. providentia dispofuit, ne Communitates occasione Visitationum gravarentur; scilicet sub die 9. Junii 1611. apud eundem Garonum pag. 230., nec non qui à Supplicantibus exhibentur diei 10. Martii 1665. præter extensos in Proclamate D. Marchionis Don Joannis de Hynojosa, cum esset hujus Dominii Moderator anno 1614.

Ut autem observari per Notarios Novarienses debeant, necessaria non est eorundem renovatio, lex semper loquitur, nec abusiva consuetudo per aliquos contumaces introducta adeo sui est valitura momento, ut vel legem ipsam vincat, aut rationem, veluti textus loquitur *in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo*.

Præsens temporum calamitas, quibus prægrandi onerum sarcina Communitates gravantur, eo magis urget, ne illicitis extorsionibus adhuc depauperentur. Sentit itaque Fiscus dandas litteras Prætori Novariæ, ut Actuariis ejus Officii seriò præcipiat, ne latum

latum quidem unguem ab enunciatorum Ordinum obſervantia declinent, aliter ſciant Senatum Excellentiſſimum in eos ſeverè animadverſurum, & de peractis eundem Excelſum Ordinem mooeat; ſe tamen &c. Signat. Cattaneus.

Ordo circa permiſſam, vel prohibitam Convocationem Conſilii Communitatum abſque interventu Prætoris, ſeu ejus L. T.

MDCCXX. Die xi. Aprilis.

REferente Magnifico Marchione Regente Olivatio cenſuit Senatus ooo licere Communitati Varallis Pombii convocare Conſilium tam Generale, quam Ordinarium abſque interventu Prætoris, ſeu ejus Locum Tenentis, niſi in iis, quæ nullam Communitatis obligatiooem importare poſſunt, & requirunt inſtaotaneam provideotiam pro Regio ſervitio, ad normam decretorum Magiſtratus Redditnum Ordinariorum dierum primæ Februarii, & decimæ quartæ Maji 1706. datorum ad preces dictæ Communitatis non obſtantibus deductis.

Quoad proceſſum inſtructum contra eos, qui convenerunt io Domo Cancellarii abſque interventu Judicis, non eſſe ulterius moleſtandos abſque impenſa.

In reliquis tam reſpectu boni Regiminis dictæ Communitatis, quam correctionis ſupplicis libelli, & precum, nec non quorumcunque hinc inde deductorum Magoif. Regentem Hualte providere debere prout ſibi, & juxta mentem Senatus, quam habet.

APPENDIX ANNOTATIONIS.

Ad Ord. 18. Auguſti 1643. pag. 297.

PUblicato Proclamate diei 30. Auguſti 1721. circa Perſonas fruentes privilegio ſignari faciendi Domos pro earum habitatione; & exarata per Excellentiſs Senatum Conſultatione S. E. in favorem Amanuenſium ejus Cancellariæ excluſorum à dicto privilegio; declaratum fuit ab eadem S. E. dictos Amanuenſes poſſe frui memorato privilegio vigore ſequentis decreti:

1722. 16. Luglio.

Viſta da S. E la Conſulta del Senato degli 8. Gennajo dell' anno corrente in ordine a che ſi dichiari poſſano godere del Privilegio del Segno delle Caſe gli Uffiziali Amanuenſi del ſuo Tribunale.

L'E. S. fa paſſare la notizia al medeſimo Senato d'avere dichiarati compreſi li mentovati Uffiziali Amanuenſi nell' accennato godimento del Privilegio del Segno, però ſolamente li dieci del numero fiſſo, per conſiderarſi queſti per Uffiziali perpetui, ed in tale conformità S. E. ha incaricato al Capitano di Giuſtizia, che tenga preſente detta dichiarazione, e l'eſeguiſca eſſo, e ſuoi Succeſſori, ne' caſi, che s'offeriranno del Segno delle Caſe a favore delli dieci riferiti Uffiziali Amanuenſi, in tutto ſecondo gli altri incluſi nel Privilegio del Segno eſpreſſi nella Grida del 30. Agoſto dell'anno paſſato pubblicata in queſta materia.

Firmat. Ruſca. *Megnus Foſſatus.*



INDEX

INDEX
GENERALIS, ET ACCURATISSIMUS RERUM NOTABILIUM.



ABBAS

ACTA

Acta,

ALIENATIO

ALIMENTA

AMANUENSIS. *Vide* SCRIPTOR.

ANNATA

ANTIANUS

ANTIDOTARIUM

APPELLATIO = APPELLANS

& quando censeatur concessum. *In Annot. ad Ord.* 11. *Januar.* 1558. *nu.* 1., *& sequ. pag* 62.

Appellationum causæ coram Senatoribus instantiam non habent. *Ord.* 2. *Septembris* 1559. *pag.* 67.

Appellationum litteræ in causis Mercatorum præsentari debent eorum Abbatibus, & Officio. *Ord.* 20. *Junii* 1579. *pag.* 104.

Appellationis remedio ubi consuli possit, nullæ fiunt provisiones per Senatum, & partes ad eorum Judices remittuntur. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *In causa. pag.* 105., *Ord.* 11. *Aug.* 1616. §. *In causa principali. pag.* 220.

Appellationis causa super articulo principali an, & quando trahi possit ad Senatum. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *In causa. pag.* 105., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. §. *In causa appellationis. pag.* 220.

Appellatio non datur à sententia pro expulsione Fabri malleantis. *In Annot. ad Ord.* 18. *Aprilis* 1592. *nu.* 3. *pag.* 144.

Appellationi prosequendæ concessum triennium est continuum. *Ord.* 5. *Julii* 1600. *pag.* 181.

Appellationum causæ à sententiis utriusque Magistratus, Capitanei Justitiæ, & ejus Vicarii decidi debent à Senatu. *Ord.* 28. *Maji* 1604. *pag.* 185.

Appellationum in causis coram Senatu decerni debet etiam super expensis. *Ord.* 16. *Junii* 1606. *pag.* 192.

Appellantibus coram Senatu statui debet terminus mensis ad deponendum salarium. *Ord.* 3. *Junii* 1622. *pag.* 230.

Appellationibus frivolis non est deferendum. *In Schol. ad Ord.* 17. *Novemb.* 1627. *pag.* 243.

Appellatione admissa abstinendum est ab executione sententiæ. *Ord.* 1. *Martii* 1628. *pag.* 244.

Appellatio in causis Sportularum admittitur solum quoad devolutivum. *Ord.* 21. *Augusti* 1640. *pag.* 280.

Appellatione rejecta quoad utrumque effectum, appellans solvere debet totum salarium, quoties verò admittitur quoad devolutivum tantum, tunc salarium solvitur ab utroque pro medietate. *Ord.* 9. *Julii* 1665. *pag.* 330.

Appellatio non datur à lege generali Summi Pontificis, aut Principis supremi; licitum tamen est ab ea supplicare, & tunc supplicatio suspendit legis effectum. *In Annot. ad Ord.* 3. *Martii* 1667. *nu.* 5., *&* 6. *pag.* 332.

Appellationes admittendæ nec ne articulus proponi non debet coram Senatu in casibus spectantibus Judicibus inferioribus. *Ord.* 9. *Julii* 1675. *pag.* 369.

Appellatione rejecta quoad utrumque effectum taxatio expensarum fit per Secretarium hebdomadarium. *Ord.* 7. *Septemb.* 1682. *pag.* 410.

Appellatione interposita, causa omninò committi debet servata norma Formularii Senatus. *Ord.* 22. *Augusti* 1686. *nu.* 14. *pag.* 426.

Appellatione deserta non admittitur à Senatu audientia quoad effectum suspensivum. *Ord. eod. nu.* 21. *pag. ead.*

Appellatio quoad devolutivum tantum admittitur à sententia à Senatore domi lata in causa per Senatum avocata non excedente aureos centum de capitali. *Ord. eod. n.* 22. *pag. ead.*

APPROBATIO

Approbationis Documenta dari non debent Jusdicentibus, nisi constet de fidejussione præstita, & registrata in libro. *Ord.* 10. *Julii* 1687. §. *Censuit. pag.* 433.

AQUA

Aquarum concessiones factæ fœminis, aut aliis personis incapacibus, & in ipsis effectum sortitæ ante diem 7. Martii 1490., non comprehenduntur sub prohibitione, & locus est earum transmissioni in quemlibet. *Ord.* 25. *Septemb* 1555. *pag.* 54.

Aquas ex Flumine Olonæ derivare possunt omnes illi, qui buccas habebant tempore novissimorum Statutorum. *Ord. eod.* §. *Respondit Senatus. pag.* 55.

ARCHIVISTA

Archivista Senatus quæ servare debeat pro ejus muneris implemento. *Ord.* 2. *Aprilis* 1566. *pag.* 81.

Archivista non potest ulla exemplaria edere ex Archivio Senatus sine subscriptione Secretarii. *Ord.* 26. *Februarii* 1658. *pag.* 311.

Non debet permittere cuiquam perquisitionem Scripturarum extra locum Archivii, nec sine ipsius præsentia, nec Claves alicui tradere. *Ord.* 8. *Januar.* 1665 §. *Archivista. pag.* 328., *Ord.* 21. *Julii* 1673 §. *eod. pag.* 382.

Edere non potest Acta Senatus sine licentia Præsidis in scriptis. *Ord.* 19. *Septemb.* 1652. *pag.* 309.

ARMA

Arma vetita deferentes condemnari debent in pœnam Proclamatum. *Ord.* 11. *Februarii* 1559. *pag.* 64. = Ut sit locus pœnæ an deprehendi debeant cum Armis. *Ibidem in Schol. pag. ead.*

Armorum delatio ad effectum capiendi Bannitum non est punibilis. *Ord.* 9. *Januarii* 1595. *pag.* 153.

Armis illicitis quis uti potest ad factum licitum. *Ibidem in Schol.*

Armorum delatio in Urbe facta per venientem ex itinere non est punibilis. *Ord.* 24. *Januar.* 1595. *pag.* 153.

Arma Mediolani deferens Belga non molestatur. *Ord.* 18. *Decemb.* 1607. *pag.* 197.

Armorum delatio in honorem Festivitatis alicujus Sancti non est punibilis. *Ord.* 26. *Martii* 1677. *pag.* 373., *Ord.* 23. *Augusti* 1685. *pag.* 423., *Ord.* 9. *Aprilis* 1688. *pag.* 437.

Armorum delatio momentanea an sit excusabilis à pœna. *In Annot. ad Ord.* 26. *Martii* 1677. *n.* 1. *&* 4. *pag.* 373.

CAN-

CANCELLARIUS

Cancellarii Senatus quæ servare debeant pro eorum muneris implemento. *Ord. 2. Aprilis 1566. pag. 80., Ord. 8. Januarii 1665. pag. 327., Ord 21. Julii 1678. pag. 381.*

Cancellarii Senatus monere debent Secretarium hebdomadarium de decretis edendis in materia Jurisdictionis, vel alia gravi, & exemplari, ut illa in libro registrari faciat. *Ord. 22. Januarii 1629. pag. 248.*

Cancellarii Senatus advertere debent, ne admittantur geminatæ preces contra Ordinum dispositionem. *Ord. eod.*

Cancellarii, aliique Officiales Cancellariæ Senatus non debent extendere memorias super precibus petentium condemnari in pœnam extraordinariam ob minorem ætatem. *Ord. 13. Martii 1640. pag. 279.*

Cancellarius hebdomadarius Senatus privativè expedire debet privilegiorum approbationes, ac vota gratiarum. *Ord. 8. Januarii 1665. §. Approbationes. pag. 328., Ord. 21. Julii 1678. §. eod. pag. 382.*

Cancellarii Senatorum non possunt transcribi facere extra Cancellariam Acta causarum, & Scripturas Senatus. *Ord. eod. 1665. § Officiales. pag. 328., Ord. eod. 1678. §. eod. pag. 382.*

Cancellarii Senatorum post expeditas causas, debent Actorum processum tradere Archivistæ Senatus, facto prius Actorum Repertorio penès ipsos retinendo subscripto ab eodem Archivista. *Ord. 14. Julii 1667. pag. 338.*

Cancellarii Senatus retinere non possunt Minutas semel editas, sed eas reponere debent in Archivio. *Ord. eod.*

Cancellarii Senatus provinciales dare debent Thesaurario Senatus notitiam receptarum Relationum. *Ord. 17. Julii 1677. pag. 374., Ord. 17. Julii 1687. pag. 434., Ord. 27. Novemb. 1702.*, qui incipit *Audita, pag. 490.*

Cancellarius Registri tenetur exhibere Thesaurario Senatus Librum decretorum, & notulam aliarum expeditionum ad omnem ejus requisitionem. *Ordinibus iisdem.*

Cancellariis Senatus nihil debetur pro gratiis, quæ fiunt in Senatu à S. E. *Ord. 14 Januarii 1679. pag. 386.*

Cancellarii Delegatorum tenentur ad mensem à die inchoatorum processuum transmittere Thesaurario Senatus notulam eorundem. *Ord. 5. Junii 1685. pag. 422.*

Cancellarii Senatus edere non debent decreta, minutas, nec provisiones factas super precibus carentibus subscriptione juxta Ordines. *Ord. 22. Augusti 1686. nu. 32. pag. 427.*

Cancellarii Visitationum Carceratorum expedire debent litteras sibi commissas intra dies octo post quamlibet Visitationem. *Ord. 5. Martii 1716. pag. 509*

Cancellarii Senatus in mansione expeditionum Cancellariæ apponere debent clausulam *EX OFFICIO. Ord. 5. Martii 1732. pag. 528.*

CANON

Canonis remissio quomodo fieri debeat Emphyteutis. & Livellariis ob calamitates. *Ord. 9. Julii 1529. pag. 9.* = Et an propter bellum, & quid ubi renunciatum sit juri petendi remissionem, & beneficio legum. *Remissivè ibidem in Annot. nu. 2. pag. 10.*

CAPITANEUS

Capitaneus Modoetiæ non potest sibi eligere Locum Tenentem sine consensu Pheudatariorum. *Ord. 25. Septemb. 1682. pag. 411.*

Capitanei Devetus tenentur præstare Juramentum. *Ord. 10. Septemb. 1688. pag. 439.*

CAPITANEUS JUSTITIÆ

Est Judex competens Filiorum Senatorum. *Ord. 26. Januarii 1590. pag. 136.*

Potest cum voto Curiæ deliberare in causis connexis cum inservientibus in Castris. *Ord. 6. Julii 1617. pag. 226.*

In causis civilibus minus, quam fieri potest, delegari debet. *Ord. 22. Augusti 1685. n. 16. pag. 426.*

Est Judex privativus in causis criminalibus Almi Collegii Germanici, & Ungarici de Urbe. *Ord. 16. Decemb. 1704. pag. 496.*

CAPITULUM

Capitula observanda à Custode Carcerum pro executione ejus Officii. *Ord. 23. Augusti 1588. pag. 127., Ord. 16. Februarii 1669. pag. 346.*

Capitulum Deputatorum Locorum Piorum Burgi Legnani convocari debet monito Præposito ejusdem Burgi. *Ord. 27. Januarii 1672. pag. 355.*

Capitula produci debent separatim à Positionibus, & prævia Partis citatione ad videndum ea produci. *Ord. 15. Junii 1629. §. Et dixerunt. pag. 546. in Addit.*

CAPTURA = CAPTUS

Captura delinquentis operatur præventionem inter Judices contendentes procedere pro eodem delicto. *Ord. 7. Julii 1598. pag. 167.*

Capturæ locus non est in casu prioris evaginationis sine vulnere. *Ord. 11. Maji 1554. pag. 50.* = Quod videtur contra dispositionem Proclamatis. *Ibidem in Annot. pag. ead.*

Captura in casu abductionis lignorum contra quem decretari debeat. *Ord. 9. Septemb. 1573. pag 96.*

Capturæ concedi possunt à solis Judicibus, & à Notariis dari debent in scriptis Executoribus, & in processibus registrari. *Ord. 14. Maji 1580. §. Primo. pag. 108.*

Capturæ etiam ad instantiam Cummissariorum habentium auctoritatem exigendi in forma Regiæ Cameræ concedi debent servata dispositione N. C. *Ord. 23. Novemb. 1626. pag. 240., Ord.*

CARCERATUS

CARCER

CARNIFEX

CASTRUM

CASUS

CAVALCATA

204., *Ord.* 21. *Novemb.* 1667. *pag.* 338.

Cavalcatæ expensæ in præjuditium Rei exigun- tur etiam in bonis aprehensis. *Ibidem in Annot. nu.* 5. *pag.* 204.

Cavalcatæ expensæ exiguntur ab inditiatis ad Reatum. *Ord.* 8. *Julii* 1647. *pag.* 301., *Ord.* 21. *Novemb.* 1667. *pag.* 338.

CAUPO

Caupones non possunt tenere in eorum Hospitiis, excepta itineris causa, Meretrices sub pœna trium ictuum funis. *Ord.* 20. *Septemb.* 1556. *pag.* 59. = Aliter incurrunt etiam pœnam Interdicti, & alias graviores arbitrio Episcopi. *Ibidem in Annot. nu.* 2. *pag. ead.*

CAUSA

Causæ avocandæ ad Senatum quænam sint. *Ord.* 18. *Decemb.* 1534. *pag.* 13., *& in Annot. ad eund. Ord. pag.* 14., *Ord.* 18. *Septemb.* 1566. *pag.* 85.

Causæ pauperum Actorum nullam habent instantiam. *Ord.* 18. *Decemb.* 1534. *§. Insuper. pag.* 13.

Causæ levis momenti non sunt avocandæ ad Senatum, sed remittendæ Judicibus ordinariis. *Ord.* 18. *Decemb.* 1534. *§. Quo vero.* Et ibidem *in Annot. nu.* 1. *pag.* 13. Et quænam dicantur parvi momenti. *Ibidem remissivè in Annot. nu.* 13. *pag.* 14.

Causæ, in quibus licitum est Ecclesiasticis agere vel coram Judice Ecclesiastico, vel Laico habentur in Concordia jurisdictionali diei 2. Junii 1615. *pag.* 212.

Causæ annui redditus aureorum mille spectant ad Senatum, & admittitur coacervatio quantitatum ad formandam dictam summam, etiam si agatur contra diversas personas. *In Annot. ad Ord.* 18. *Decemb.* 1534. *nu.* 15. *pag.* 14. = Nec fit deductio canonum, aut onerum. *Ibidem nu.* 17. = Et sufficit quod talis summa verificetur ex jure supervento pendente lite. *ibidem nu.* 18.

Causæ ut avocentur ad Senatum, attenditur solum petitio, non autem illius veritas. *In Annot. ad d. Ord. nu.* 19. *pag. ead.*

Causa avocatur à Senatu, si inter bona controversa adest quota Pheudi. *Ibidem in Annot. nu.* 21. *pag.* 15.

Causa minoris redditus aureorum mille avocatur à Senatu, si sit inter Magnates. *Ibidem in Annot. nu.* 22. *pag. ead.*

Causas redditus aureorum mille cognoscendi jurisdictio an sit privativa Senatus, vel cumulativa cum aliis Judicibus ordinariis. *Ibidem in Annot. nu.* 23. *pag. ead.*

Causa coram Senatu decisa super possessorio, debet continuari coram eodem etiam in petitorio. *Ibidem in Annot. nu.* 20. *pag. ead.*

Causæ criminales inchoari debent intra dies quindecim à die delati criminis, & intra sexaginta perfici, aliter monendus est Senatus de causa dilationis. *Ord.* 14. *Novemb.* 1550. *pag.* 37., *Ord.* 24. *Octob.* 1563. *pag.* 72.; 3. *Maji* 1707. *pag.* 499.; 9. *Junii* 1714., qui incipit *Plures. pag.* 508.

Causarum commissiones quomodo fieri debeant. *Ord.* 2. *Augusti* 1566. *pag.* 84.

Causæ DD. Senatorum avocantur ad Senatum, vel ad Capitaneum Justitiæ juxta eorum arbitrium. *In Annot. ad Ord.* 18. *Septemb.* 1566. *nu.* 1. 2. *pag.* 85.

Causæ Filiorum, & Ablaticorum DD. Senatorum avocantur ad Senatum. *Ord.* 18. *Septemb.* 1566., *& ibidem in Annot. nu.* 3., *&* 4. *pag. ead.* = Vel ad Capitaneum Justitiæ. *Ord.* 26. *Januarii* 1590. *pag.* 136.

Causæ Filiorum legitimatorum DD. Senatorum avocantur ad Senatum. *In Annot. ibidem. n.* 5. *pag.* 86.

Causæ Uxorum DD. Senatorum avocantur ad Senatum tàm vivente, quàm mortuo Marito durante viduitate. *In Annot. ibid. n.* 6. *pag. ead.*

Causæ Locorum Piorum, quibus competit privilegium habendi Senatorem in Conservatorem, avocantur ad Senatum. *Ord.* 22. *Octob.* 1566. *pag.* 86.

Causæ ad Senatum avocari non debent, nisi ubi Judices jure ordinario providere non possint, & re in Senatu proposita. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. Non avocentur. pag.* 105., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. *§. eod. pag.* 220.

Causæ Datiorum, aut aliæ Fiscales spectantes ad Magistratus introduci non debent in Senatum. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. Non introducantur. pag.* 106., *Ord.* 11. *Aug.* 1616. *§. eod. pag.* 221.

Causæ litterarum Cambii introduci non debent in Senatum. *Ord.* 15. *Jan.* 1580. *§. Idem fiat. pag.* 106., *Ord.* 11. *Aug.* 1616. *§. eod. pag.* 221.

Causa semel in Senatu audita, iterum audiri non debet, & surrepta audientia quænam sit pœna. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. Audit. pag.* 106., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. *§. eod. pag.* 221.

Causæ referri inceptæ, & antiquiores expediri prius debent. *Ord.* 17. *Aprilis* 1581. *§. Avemo. pag.* 112.

Causæ decidi nequeunt, nisi præsente Senatore, vel Quæstore, qui interfuerunt relationi. *Ord. eod. §. Ancora. pag.* 113.

Causæ inhibitionum factarum Officialibus Pheudalibus à Maiori Magistratu expediri debent termino dierum viginti. *Ord.* 10. *Novemb.* 1583. *pag.* 119.

Causa expulsionis Fabri malleantis cognosci potest summariè, de plano, & diebus feriatis etiam in honorem Dei. *In Annot. ad Ord.* 18. *Aprilis* 1592. *nu.* 1., *&* 2. *pag.* 144.

Causæ, quæ agitari possunt tempore feriarum Vindemialium, quænam sint. *Ord.* 3. *Septemb.* 1593. *pag.* 145.

Causa ad Senatum est avocabilis, etiam si agatur de diversis summis, & de diversis personis, dummodo eadem sit causa. *Ord.* 16. *Decemb.* 1620. *pag.* 230.

Causarum instantiæ suspenduntur tempore Epidemiæ. *Ord.* 5. *Maji* 1631. *pag.* 251.

Causa redditionis rationum de administratione substantiæ redditus aureorum mille est avocabilis

CAUSIDICUS

CENSUS = CENSUARIUS

CESSIO

CÆDES

CHOREA

CITATIO

COMMUTATIO

CONCUBINARIUS = CONCUBINATUS

CONCORDIA

CONDEMNATIO

CONDEMNATUS

CONDUCTOR

CONFESSIO

CONFISCATIO

CONFRATERNITAS

CONSILIARIUS

CONSILIUM

CONSTITUTIONES MEDIOLANI

CONSUL

Con-

CONSULES JUSTITIÆ MEDIOLANI

CONSULTATIO

CONSULTOR

CONTRADICTIO

CONTRASCRIPTOR

CONTUMAX

COPIA

CREDITOR

debent. *Ord.* 10. *Aprilis* 1555. *pag.* 53.

Creditores tenentur termino dierum quatuor justificare fugam, vel fugæ suspicionem debitorum ad eorum instantiam detentorum, quo elapso debitores relaxari debent, & creditores censentur condemnati in expensis. *Ord.* 15. *Junii* 1556. *pag.* 58.

Creditoria solo juramento probatur debitoris fuga, vel illius suspicio. *In Annot. ad d. Ord. nu.* 1. *pag. ead.*

Creditor non cogitur accipere bona in solutum, ubi ipsi possit satisfieri in pecunia. *Ord.* 4. *Martii* 1614. *pag.* 210.

CRIDÆ

Cridis Fiscalibus ubi contradictum sit tempore debito, dispensari potest, ut fieri possit productio Instrumentorum etiam post lapsum termini. *Ord.* 21. *Maji* 1523. §. *Censuit. il primo. pag.* 8.

Cridæ fiscales, & provisionales non præjudicant Dominia directis, si non fit ab ipsis contradictum, quando directa dominia specificè non sint confiscata, aut vendita, & è converso. *Ord. eod.* § *Censuit. ultimo. pag. ead.*

Cridæ fiscales non præjudicant non natis. *Ord.* 19 *Octobris* 1585. *pag.* 124. = Idem quoad Cridas provisionales. *Ibidem in Annot. nu.* 2. *pag. ead.* = Et quomodo procedat = *Ibidem in Annot. nu.* 1.

Cridæ fiscales non habent locum inter privatas personas Cridis contradicentes, inter se litigantes. *Ord.* 15. *Octob.* 1603. *pag.* 184.

Cridæ fiscales ut non præjudicent pro bonis à condemnato donatis, sufficit quod Donans constituerit se possidere bona donata nomine Donatarii. *Ord. eod.*

Cridis fiscalibus contradici potest, non obstante, quod in contradictione non exprimatur certa summa, & non possit jurari ad formam N. C. *Ord.* 26. *Februarii* 1639. *pag.* 273.

Cridis fiscalibus ut contradici possit per Procuratorem nomine absentis, vel Minorum Infantium dispensatio quomodo concedi debeat. *Ord.* 18. *Februarii* 1641. *pag.* 282.

Cridis non potest de novo contradici per Clientem elapso tempore, si per ejus Procuratorem ommissa sit forma Juramenti præscripti à N. C. *Ord.* 10. *Julii* 1634. *pag.* 547.

Cridarum in Judicio recipi debent Contradictiones in libro relevatæ, non obstantibus cassationibus factis. *Ord.* 12. *Julii* 1656. *pag.* 548. *in Addit.*

CURIA

Curiæ frequenter, & statutis saltem diebus convocari debent, & ubi non fiant, de impedimento monendus est Præses Senatus. *Ord.* 16. *Decemb.* 1687. §. *Expedit. pag.* 436.

CURIALIS

Curiales gaudent privilegio Fori, & quinam dicantur. *Ord.* 18. *Decemb.* 1534. §. *Decretum est. pag.* 13., & *Remissivè ibidem in Annot. nu.* 24. *pag.* 15.

CUSTOS CARCERUM

Ab ingredientibus sivè spontè, sivè aliter Carcerea, non potest accipere nisi solidos decem, dumodo ibi pernoctent, secus nihil omnino accipere potest. *Ord.* 26. *Novembris* 1541. §. *Senatus. pag.* 18.; 1. *Octo.* 1561. *pag.* 69., *Ord.* 16. *Februar.* 1669. *pag.* 346. = Nec pariter quicquam exigere potest ab iis, qui traducuntur ad Rochetam. *Ibidem pag.* 18.

Retinere non potest Carceratus post absolutionem, vel datas pœnas ob impensam victualium. *Ord. eod.* 1541. §. *eod.*, *ibique in Annot. nu.* 2., & *Ord.* 1. *Octob.* 1561. *pag.* 69., & 27. *Maji* 1591. *pag.* 142., *Ord.* 16. *Februar.* 1669. *pag.* 346.

Quid exigere possit à Carceratis pro alimentis eisdem subministratis. *Ord.* 17. *Augusti* 1553. *pag.* 42., *Ord.* 16. *Februarii* 1669. *pag.* 346.

Aufugere faciens Reum de delicto non gratiabili, est capax gratiæ. *In Annot. ad Ord.* 9. *Augusti* 1565. *nu.* 15. *pag.* 78.

Quænam capitula observare debeat pro executione ejus Officii. *Ord.* 23. *Augusti* 1588. *pag.* 127., *Ord.* 16. *Februarii* 1669. *pag.* 346.

Exigere potest pro custodia solidum unum singulis diebus. *Ord.* 21. *Maji* 1679. *pag.* 393.

DATIO IN SOLUTUM

Dationi in solutum bonorum immobilium locus non est, nisi prius distractis bonis mobilibus. *Ord.* 1. *Julii* 1602. *pag.* 181. = Intellige exceptis necessariis pro usu Debitoris; & limita quando ex venditione mobilium colligi nequit summa sufficiens pro solutione debiti. *Ibidem in Annot. n.* 5., & 6. *pag.* 182.

DATIUM

Datiariæ rei favore Decreta edita servari debent, etiam si allegetur solitum, cujus initii memoria non extet. *Ord.* 14. *Decemb.* 1532. *pag.* 12.

DEBITOR

Debitor si solvat ejus debitum post lapsum tempus Creditori præscriptum ad illud petendum, non potest illud repetere. *In Annot. ad Ord.* 28. *Martii* 1546. *nu.* 12., & *seqq. pag.* 30.

Debitor uti suspectus de fuga detentus, relaxari debet, ubi intra quatuor dies à Creditore non justificetur fuga, vel illius suspicio, & tali casu reintegrari debet de expensis. *Ord.* 15. *Junii* 1556. *pag.* 58.

Debitoris fuga, vel illius suspicio probatur solo juramento Creditoris. *In Annot. ad d. Ord. nu* 1. *pag. ead.*

Debitor fugitivus, & non securus intelligitur, qui non est paratus satisdare, vel non satisdat

DECENDIUM

DECLARATIO

DECRETUM

tibus ferenda ad Judices, sed factis minutis edi debent litteræ. *Ord.* 22. *Januarii* 1629. *pag.* 248.

Decreta Senatus secretò custodienda sunt. *Ord.* 16. *Octob.* 1637. *pag.* 268.

Decretum S. Congregationis Concilii Tridentini circa impetrantes, & obtinentes dignitates, & beneficia Ecclesiastica publicatum fuit in toto Mediolani Dominio. *Ord.* 13. *Novemb* 1673. *pag* 364. = Refertur per extensum in *Ord.* 28. *Januarii* 1678. *pag.* 377.

Decretum faciendæ propositionis in Curia, ubi casus indigeat, redigi debet in libris processuum. *Ord.* 16. *Decemb.* 1687. §. *Expeditio*. *pag.* 435.

Decretum si fiat de diligentiis peragendis pro perfectione processuum, exprimi debet dies injunctæ diligentiæ. *Ord. eod.* §. *Inolevit*, *pag. ead.*

DECRETUM GRATIOSUM
Vide INDULTUM.

DEFENSIO

Novæ defensiones non conceduntur, quando eas petentes convicti sint. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *Novæ*. *pag.* 107.

DELATOR

Alicujus fraudis commissæ per Judices, vel Notarios in præjuditium Justitiæ, & Sportularum, lucratur tertiam partem pœnæ infligendæ fraudatoribus. *Ord.* 14. *Maji*, & 27. *Junii* 1693. *pag.* 455., *Ord.* 27. *Novembr.* 1702. *pag.* 489.

DELEGATIO

Delegationis Litteræ cum processu Delegatis præsentari debent à Partibus intra dies quindecim. *Ord.* 10. *Novemb.* 1583. *pag.* 119.

Delegationis ex Officio Litteræ mitti debent Delegatis intra quindecim dies à Secretario Senatus. *Ord. eod.*

DELEGATUS

Delegati post terminatam causam processum consignare debent Judicibus Ordinariis. *Ord.* 10. *Novemb.* 1583. *pag.* 119. = Vel eorum Actuariis. *Ord* 26. *Septemb.* 1635. *pag.* 261., *Ord.* 10. *Januarii* 1698. §. *primo in primis pag.* 481.

Delegati in causis criminalibus interesse debent Visitationibus Carceratorum, vel mittere Notarios edoctos. *Ord.* 31. *Augusti* 1506. *pag.* 193.

Delegati in construendis processibus criminalibus uti debent opera Notariorum approbatorum, & tenentur dare notitiam Thesaurario Senatus processuum, quos construunt. *Ord.* 17. *Julii* 1677. *pag.* 374., *Ord.* 17. *Julii* 1687. *pag.* 434., *Ord.* 27. *Novemb.* 1702. qui incipit *Audita*, *pag.* 490.

Delegati in causis criminalibus curare debent, ut eorum Cancellarii rubricent libros processuum in Officio Judicum Ordinariorum, & illuc mittant notulam causarum, & nomina processatorum, *Ord.* 30. *Junii* 1687. §. *Octavo*. *pag.* 431.

DELEGATUS SPORTULARUM

Delegatus Sportularum inspicere potest libros rerum criminalium cujuslibet Officii, & facere omnia ea, quæ necessaria sunt pro executione delegationis. *Ord.* 18. *Augusti* 1628. *pag.* 248., *Ord.* 2. *Augusti* 1678. *pag.* 382., *Ord.* 28. *Septemb.* 1679. *pag.* 394.

Cogere potest Prætores, Notarios, aliosque habentes libros, & acta criminalia ad ea exhibenda intra brevem terminum sub pœna Senatui arbitraria. *Ord.* 14. *Januarii* 1639. *pag.* 272.

Quam auctoritatem habeat pro exactione Sportularum. *Ord* 14. *Decemb.* 1650. *pag.* 305., *Ord.* 23. *Januarii* 1665. *pag.* 328. = Ad quæ animadvertere debeat occasione visitationum. *Ord.* 10. *Januarii* 1698. *pag.* 480.

Potest quocumque tempore, & ad quæcunque Officia accedere pro visitatione librorum, & exactione Sportularum. *Ord.* 17. *Julii* 1677. *pag.* 374.

Accedere debet ad visitationem librorum re participata cum Thesaurario Senatus, & ex ejus ordine in scriptis. *Ord.* 21. *Julii* 1677. *pag.* 374., *Ord.* 20. *Julii* 1695. *pag.* 469. = Nunc vero habita facultate toties quoties à DD. Senatoribus Delegatis. *Ord.* 5. *Decemb.* 1711. *pag.* 505.

Reversus à visitatione librorum tenetur de gestis monere Thesaurarium Senatus. *Ord. eod. pag.* 469.

Debet monere Thesaurarium Senatus de taxis per ipsum factis ad instantiam Partium. *Ord. eod.*

In revolvendis libris processuum criminalium diligenter advertere debet, an factæ sint liberationes, condemnationes, aut decreta contra Ordines. *Ord.* 18. *Martii* 1678. *pag.* 379.

Jurare debet coram Præside Senatus de servando secreto. *Ord.* 14. *Januarii* 1679. *pag.* 388.

Diligenter inspicere debet an factæ sint ordinationes absque impensa, vel editæ, & non registratæ in libris in præjudicium Sportularum. *Ord.* 14. *Januarii* 1679. *pag.* 389.

Uti non potest præceptis pœnalibus contra Prætores Regios, & Curiales Mediolani inconsulto Præside Senatus, & in Curiis Papiensi, & Cremonensi inconsultis Prætoribus. *Ord.* 5. *Junii* 1685. *pag.* 421.

Notitiam delictorum, quæ contingunt in locis pheudalibus, desumere debent ex libris Officiorum Majoris Magistratus, in quibus registrantur denunciæ delatæ per Consules. *Ord.* 5. *Junii* 1685. *pag.* 422.

Non potest manum apponere parcellis Sportularum ab ipso relevatis, nisi re partecipata

DELICTA

DENUNCIA

DEPOSITUM

DEPUTATUS

DIES FESTUS

DIETÆ

DILA-

DILATIO

DISPENSATIO

DOCTOR

DOCTORATUS

DOMUS

DONATIO

DOS

ECCLESIA

EXECUTOR

EXEMPLUM

EXPENSA

Expensæ

Expensæ factæ occasione processus solvi debent à Reo, non obstante gratia obtenta. *Ord. 31. Julii 1597. pag. 541. in Addit.*

EXUL

Citari perhemptoriè debet saltem in formam absentis, ut sententia contra eum lata valida sit. *Ord. 20. Martii 1596. pag. 158.*

Impunè occidi potest per milliaria quindecim in Territorio Dominii Veneti ob conventionem cum hoc Dominio. *Ord. 15. Maji 1627. pag. 545. in Addit.*

FABER

MAlleans an possit expelli à Doctore, Scholaribus, Religiosis, & Infirmis. *Ord. 18. Aprilis 1592. pag. 143., & ibi in Annot. nu. 4. & sequ. pag. 144.*

FACTOR

Factores Civium subsunt Majori Magistratui, dumodo habitent cum eorum Dominis, & ab ipsis alimenta recipiant. *In Annot. ad Ord. 2. Januarii 1564. nu. 8. pag. 74.*

FACTUM

In causis ordinariis coràm Senatu concordari deber, & deinde subscribi à Causidicis. *Ord. 22. Augusti 1686. nu. 17. pag. 426.*

FACULTAS

Citandi præceptis pœnalibus an, & quando concedatur à Senatu. *Ord. 11. Augusti 1616. §. Ordinationes. penult. pag. 222.*

Facultas laborandi die Festo *Vide* DIES FESTUS.

FALSITAS

Falsitatum querelæ, & denunciæ contra Notarios recipi debent privativè per Cancellarium Collegii Causidicorum, & Notariorum. *Ord. 26 Junii 1613. pag. 207.*

In Falsitatum causis contra Notarios incidentibus processus construi debet ab Actuario causæ principalis. *Ord. 26. Novemb. 1613. pag. 209.*

FAMULUS

Famuli Pheudatariorum subsunt Minori Magistratui. *Ord. 29. Julii 1557. pag. 60., & in Annot. ad Ord. 2. Januarii 1564. nu. 13. & 14. pag. 74., Ord. 21. Aprilis 1589. pag. 135.*

Famuli Civium an subsint Majori, vel Minori Magistratui. *In Annot. ad Ord. 2. Januarii 1564. nu. 7. pag. 74.*

Famuli Colonorum Civium subsunt Majori Magistratui. *In dicta Annot. nu. 11. pag. ead.*

Famuli Civium, & Nobilium Ruri habitantium ultra tempus præscriptum à N. C. tenentur solvere onera personalia. *In Annot. ad Ord. 11. Decemb. 1590. nu. 2. pag. 140.*

FATALE

Incipit à die interpositæ appellationis. *Ord. 12. Augusti 1599. pag. 174.*

FERIÆ

Vindemiarum continuæ sunt, & incipiebant die 24. Septembris, & durabant usque ad diem 20. Octobris. *Ord. 3. Septemb. 1593. pag. 145.* = Nunc verò incipiunt die 14. Septembris, & durant per totum mensem Octob. *Ibidem in Annot. pag. 149.*

Feriarum tempore quænam causæ agitari possint. *Ord. eod.*

Feriæ unde dicantur, quot sint earum species, & an ipsis partes renunciare possint pro expeditione causarum. *Ibidem in Schol. pag. 146.*

PHEUDATARIUS

Pheudatariis potest concedi jus appellationis à sententiis eorum Prætorum, & quando censeatur concessum. *In Annot. ad Ord. 11. Januarii 1558. nu. 1. & sequ. pag. 62.*

Pheudatarii habere debent tutos Carceres in eorum Jurisdictione. *Ord. diei ult. Maji 1550. pag. 35., Ord. diei 3. Junii 1683. pag. 414.*

Pheudatariis, vel Communitatibus an spectet Carcerum constructio. *In Annot. ad d. Ord. 1550. nu. 4. & sequ. pag. 35.*

Pheudatarii tenentur ad impensam pro parandis Cippis, Catenis, Compedibus, & aliis similibus, & pro custodia Carceratorum. *Ibidem in Annot. nu. 10. & 11. pag. ead.* = Et possunt cogere subditos urgentissimis de causis ad custodiendos Carceres, soluto ipsis justo salario. *Ibidem in Annot. n. 13. pag. ead.*

Pheudatarii sine licentia Senatus non possunt in eorum Jurisdictionibus publicari facere Proclamata Gubernatorum. *Ord. 12. Martii 1555. pag. 53.* = Nisi scandalum immineret, vel causa dilationem non pateretur. *Ibidem in Annot. sub nu. 1. pag. ead.*

Pheudatariis si concedatur facultas publicari faciendi Proclamata Gubernatorum in eorum Jurisdictionibus, apponi debet reservatio partis pœnæ favore Fisci Regii. *Ibidem in Annot. nu. 3. pag. ead.*

Pheudatarii Coloni subsunt Prætori Conpheudatarii. *Ord. 20. Januari 1556. pag. 55.*

Pheudatariis vetitum est exigere fidelitatem à subditis Majoris Magistratus. *In Annot. ad Ord. 17. Septemb. 1573. nu. 2. pag. 96.*

Pheudatarii non possunt eligere in Prætorem, & Notarium non subditum huic Dominio, & eum, qui non obtinuerit liberationem præteritorum Officiorum, nec litteras Præturæ tradere nisi prius data fidejussione de stando Syndicatui. *Ord 9. Januar. 1610. pag. 200., Ord. 3. Aprilis 1642. pag. 292., Ord. 15.*

 Fi-

FIDEJUSSOR = FIDEJUSSIO

FIDES *Vide* ATTESTATIO

FILATORIUM

FILIUS

HONORARIUM

IMBOTATUS

IMMUNITAS

IMMUNITAS ECCLESIÆ
Vide
REUS IN CRIMINALIBUS.

IMMUNITAS = IMMUNIS OB NUMERUM DUODECIM LIBERORUM

INCERTITUDO

INDICIUM

INDULTUM

Indul-

INFANS

INFORMATIO

INJURIA

INQUISITIO = INQUISITUS

INSTANTIA

Instan-

INSTRUMENTUM

JUDEX

JURAMENTUM

Statuto Mediolani cap. 446. vol. 1. servanda est in Donationibus. *Ord.* 3. *Septemb.* 1583. *pag.* 117. = Quod sufficiat Juramentum requisitum à Nov. Constit. *Ord.* 11. *Octob.* 1585. *pag.* 123. = Quomodo conciliari possit uterque Ordo. *In Annot. ibidem. n.* 3. & 4. *pag.* 124.

Juramento præstito pro relato, res non dicitur amplius integra, & qui non juravit in termino non est admittendus ad jurandum etiam vigore litterarum Senatus, quod ubi res sit integra, refectis expensis admittatur. *Ord.* 19. *Januarii* 1589. *pag.* 134.

Juramentum Senatorum de non revelandis votis quomodo intelligatur. *Remissivè in Annot. ad Ord.* 10. *Novemb.* 1627. *pag.* 243.

Juramentum præstandum à quibuscunque Officialibus recipi, & registrari debet gratis. *Ord.* 10. *Julii* 1687. §. *Censuit. pag.* 433.

Juramentum præstandum est à Referendariis, Capitaneis Devetus, Commissariis Bladorum, eorumque Contrascriptoribus. *Ord.* 10. *Septemb.* 1688. *pag.* 439.

Juramentum præstandum ab Officialibus pro recta administratione quid continere debeat. *Ibidem in Annot. n.* 2. *pag.* 440.

Juramento accipitur Officii administratio, & fine illo exercens Officium tenetur pœna criminis læsæ Majestatis. *Ibidem in Annot. n.* 3. *pag. ead.*

Juramentum quare præstetur manus tactu, & quid significet manus extensio in eo præstando. *Remissivè ibidem n.* 4. *pag. ead.*

JURISDICTIO

Jurisdictio Regia in eo potissimum consistit, ne Laicus trahatur coram Judice Ecclesiastico. *In Annot. ad Ord.* 26. *Januar.* 1633. *n.* 1. *pag.* 256.

Jurisdictione Regia turbata à Curia Ecclesiastica quænam competant remedia. *Remissivè ibidem in Annot. n.* 3. *pag. ead.*

Jurisdictionem Regiam turbantes quas pœnas incurrant. *Ibidem in Annot. n.* 4. *pag. ead.*

Jurisdictio Judicum Mediolani extenditur usque ad circuitum Plateæ Castri Portæ Jovis. *Ord.* 7. *Aprilis* 1728. *pag.* 254.

JUS

Juri canonico standum est, quando agitur de materia respiciente salutem animæ. *In Annot. ad Ord.* 28. *Martii* 1546. *nu.* 2. *pag.* 29.

Jus cogendi Subditos ad locandum Domus Officialibus, sive Curialibus, est de Regalibus. *In Annot. ad Ord.* 4. *Septemb.* 1561. *n.* 1. *pag.* 69.

Jura exhibenda ex decreto Senatus recipi non debent per Secretarium lapsis octo diebus à die ordinationis inthimatæ. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *Cum in. pag.* 106.

LECTORES GYMNASII TICINENSIS

Vacare non debent à lectione ea die, qua aliquis Scholaris Doctorandus est. *Ord.* 25. *Februarii* 1551. *pag.* 39.

De jure sunt Judices Scholarium, sed de consuetudine non servatur. *In Annot. ad Ord.* 27. *Januarii* 1581. *nu.* 4. *pag.* 109.

Cavere debent à nimia tarditate in prælegendo, & à cumulatione Doctorum receutiorum. *Ord* 9. *Maji* 1591. *pag.* 142.

Ipsis debetur Immunitas à die designatæ Lecturæ. *Ord.* 5. *Novemb.* 1604. *pag.* 188.

Eorum Fictabiles, aut Coloni gravari non possunt Militum hospitatione pro portione ad ipsos spectante. *Ord.* 27. *Augusti* 1627. *pag.* 241.

Eorum Immunitas ab omnibus oneribus extraordinariis, & patrimonialibus servanda est etiam pro oneribus impositis ex causa belli, & defensionis Provinciæ. *Ibidem in Annot. nu.* 5. *pag.* 242.

Immunitas integra juxta solitum servari debet, quibus expresse non fuit denegata, vel limitata. *Ord.* 1. *Decemb.* 1631. *pag.* 252.

Nullum aliud munus exercere possunt. *Ord.* 9. *Decemb.* 1637. *pag.* 269., *Ord.* 11. *Januarii* 1700. *pag.* 485.

Non debent quempiam admittere ad Doctoratum, nisi ex Matricula constet per debitum tempus studuisse in Gymnasio Ticinensi. *Ord* 4. *Septemb.* 1638. §. *In oltre. pag.* 270., *Ord.* 1. *Martii* 1651. §. *eod. pag.* 306., *Ord.* 12. *Januarii* 1661. §. *eod. pag.* 319., *Ord.* 22. *Aprilis* 1667. § *In oltre*, & §. *Dichiarandosi. pag.* 333., *Ord.* 16. *Novembris* 1670. §§. *Iisdem. pag.* 351.

Debent tenere domi Academias privatas pro repetendis Lectionibus datis Scholaribus. *Ord.* 22. *Aprilis* 1667. §. *E desiderando. pag.* 334., *Ord.* 16. *Novemb.* 1670. §. *eod. pag.* 352.

Monere debent Scholares ne clamoribus, aut rumoribus turbent lectiones, & de delinquentibus debent certiorem facere Prætorem Papiæ. *Ord.* 15. *Aprilis* 1679. *pag.* 390.

Non debent aliquem promovere ad Doctoratum, qui fit inhabilis. *Ord. eod.*

Attestationes pro tempore, quo studuerint Scholares, quomodo facere debeant. *Ord. eod.*

Prohibentur dictare Scholaribus puncta, quæ ab Urna extrahuntur pro Doctoratu. *Ord. eod.*

Possunt dictare etiam domi, dummodo nihil diminuatur de consuetis lectionibus, & fiat post finitas lectiones aliorum Lectorum. *Ord. eod.*

LEGATUM

Legata facta à peste infectis exequi non debent inconsulto Senatu. *Ord.* 27. *Novemb.* 1576. *pag.* 101.

LEX

Lex constituitur circa ea, quæ frequenter, non quæ raro accidunt. *In Annot. ad Ord.* 30. *Augusti* 1550. *nu.* 2. *pag.* 36.

Lex posterior, ut corrigat præcedentem, requiritur clausula derogatoria. *In Annot. ad Ord.* 11. *Octob.* 1585. *nu.* 1. *pag.* 123.

MER-

NEGLIGENTIA

NIX

NOMEN

NOMINATIO

NOTARIUS

NOTIFICATIO

NOTIFICATOR *Vide* DELATOR.

NOTULA

NULLITAS

OCIOSUS

OSTIARIUS

PACTUM

PARABOLA

PARTUS

PATER

PENSIO

PENSIONANS

PERHEMPTORIUM

PESTIS

PETENS

POSSESSIO IMMEMORABILIS

vide PRÆSCRIPTIO

PRÆCEDENTIA

PRÆCEPTUM

Præ-

1542. *Ibidem in Annot. nu.* 4. *pag. ead.*
Præscriptio non currit favore possessoris malæ fidei. *In Annot. ad Ord.* 28. *Martii* 1546. *n.* 1. *pag.* 29.
Præscriptio immemorabilis non obstat Fisco in causis conductionis aquarum. *Ord.* 30. *Octob.* 1550. *pag.* 36. = Quomodo hoc intelligi debeat. *Ibidem in Annot. nu.* 1. *& seq. pag. ead.*
Præscriptio immemorabilis considerari potest in vim meræ præscriptionis, & in vim tituli præsumpti, & quoad titulum habetur pro legitimo, & indubitato documento. *Ibidem in Annot. nu.* 7. *& 8. pag. ead.*
Præscriptio immemorabilis indubitanter obstat etiam Fisco, quoties probatur non ex Testibus, sed ex Scripturis authenticis. *Ibidem in Annot. nu.* 13. *pag.* 37.
Præscriptio actionis criminalis currit etiam ignoranti. *Ord.* 22 *Septemb.* 1594. *pag.* 150.
Præscriptionis exceptio potest opponi per tertium. *In Schol. ad Ord.* 15. *Octob.* 1603. *pag.* 184.
Præscriptio non currit in materia Sportularum. *Ord.* 17. *Julii* 1677. *pag.* 374.

PRÆTOR

Prætores Pheudales procedere possunt in casibus ad se spectantibus, licet delicta sint denunciata Majori Magistratui. *Ord.* 11. *Augusti* 1544. *in fine*, *pag.* 23.
Prætoris Pheudalis cognitio pro summa aureorum trium à Nov. Const. concessa procedit tantum quoad onera in genere expressa, non autem quoad alia. *In Annot. ad Ord.* 8. *Januarii* 1555. *nu.* 2. *pag.* 52.
Prætor Mediolani, & Varisii sunt Major Magistratus Vallis Travaliæ. *Ord.* 17. *Septembris* 1573. *pag.* 96.
Prætores Pheudales consulere debent Auditores, ubi dubitent circa modum procedendi. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. Idem de Officialibus. pag.* 107., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. *§ eod. pag.* 222.
Prætores Pheudales procedere possunt, ubi causa inhibitionis per Majorem Magistratum ipsis factæ non expediatur intra dies viginti. *Ord.* 10. *Novemb.* 1583. *pag.* 119.
Prætor Mediolani quomodo sedere debeat in Visitatione Carceratorum. *Ord.* 16. *Decemb.* 1585. *pag.* 124.
Prætores Pheudales, postquam fuerint admissi, scribere debent ad Secretarium Provinciæ nomen, cognomen, & patriam suam, & mittere attestationem præstitæ fidejussionis. *Ord.* 9. *Januarii* 1610. *pag.* 200., *Ord.* 8. *Novemb.* 1677. *pag.* 375.
Prætores Pheudales in levioribus consulere debent Auditorem Pheudi. *Ord.* 30. *Aug.* 1618. *pag.* 228.
Prætores Pheudales, qui consuluerunt Auditorem, an habito ejus voto, hoc sequi teneantur. *Ibidem in Annot. nu.* 1., *& sequ. pag. ead.*
Prætores Pheudales renuentes parere Majori Magistratui personaliter detineri possunt. *Ord.* 2. *Septemb.* 1620. *pag.* 229.
Prætores à muneribus recedentes tenentur dimittere Successoribus omnes libros, processus, & scripturas retroacti temporis. *Ord.* 26. *Octob.* 1623. *pag.* 233.
Prætores in eodem loco fungi nequeunt etiam munere Notarii. *Ord. eod.*
Prætores, tàm Regii, quàm Pheudales exercere nequeunt, nisi obtenta liberatione prioris Syndicatus. *Ord.* 28. *Novemb.* 1629. *pag.* 250., *Ord.* 10. *Julii* 1687. *pag.* 433., *Ord.* 27. *Novemb.* 1702. *pag.* 489.
Prætores Pheudales elapso biennio non possunt in Officio confirmari, nisi prius exhibito assensu Communitatis, reportata Senatus confirmatione, & præstito juramento in manibus Præsidi Senatus. *Ord.* 3. *Aprilis* 1642. *pag.* 292., *Ord.* 28. *Novemb.* 1647. *pag.* 301., *Ord.* 8. *Novemb.* 1677. *pag.* 375., *Ord.* 20. *Novemb.* 1681. *pag.* 405., *Ord.* 10 *Julii* 1687. *pag.* 433., *Ord.* 27. *Novemb.* 1702. *pag.* 489. 490. 492.
Prætorum Locum Tenentes non possunt esse exteri. *Ord.* 3. *Aprilis* 1642. *pag.* 292., *& aliis supra cit.*
Prætores Pheudales non debent se ingerere in Viis Regiis, quoad earum refectiones. *Ord.* 15. *Junii* 1650. *ibique in Annot. pag.* 305.
Prætor Vallis-Cuvii procedere potest contra homines Vicecomitales, renuente eorum Prætore Capturas, vel præcepta subscribere. *Ord.* 25. *Februarii* 1667. *pag.* 331.
Prætor Derthonæ singulo mense debet visitare Carceratos cum interventu Protectorum. *Ord.* 29. *Februarii* 1668. *pag.* 341.
Prætores Pheudales cogere possunt Communitates ad subministrandum, qui custodiant Carceratos, expensis tamen Pheudatarii. *Ord.* 22. *Aprilis* 1668. *ibique in Annot. pag.* 342.
Prætores Pheudales esse nequeunt, qui Laureati sunt extra Gymnasium Ticinense. *Ord.* 14. *Novemb.* 1669. *pag.* 347.
Prætores Pheudales procedere debent in causis referibilibus Senatui, non obstante quavis gratia per Reos obtenta à Pheudatariis. *Ord.* 4. *Septemb.* 1681. *pag.* 404., *Ord.* 10. *Julii* 1687. *pag.* 433.
Prætor Papiæ in causis sibi delegatis uti potest Actuario sibi beneviso, aut proprio Cancellario, communicatis tamen utilibus Actuario, cui spectabat constructio processus. *Ord.* 1. *Februarii* 1683. *pag.* 412.
Prætores Pheudales statim ac pervenerint ad locum eorum Officii mittere debent notulam Bannitorum ad Judicem Majoris Magistratus eorum Provinciæ. *Ord.* 16. *Januarii* 1684. *§. Statim. il secondo. pag.* 417.
Prætores Pheudales tenentur monere Præsidem Senatus de eorum electione, & de persona Notarii, quo utuntur pro constructione processuum. *Ord.* 5. *Junii* 1685. *pag.* 422.
Prætores tàm Regii, quàm Pheudales semper remanent obligati ad debitum Sportularum, non obstante liberatione obtenta à Syndicatu. *Ord.* 17. *Julii* 1688. *§. Quoad quartum. pag.* 439.
Prætor Pheudalis cognoscit de crimine commisso super Via Regia existente intra Territorium

PRÆVENTIO

PRINCEPS

PRIOR

PRIVILEGIUM = PRIVILEGIATUS

PROBATIO

PRO-

PROCESSUS

PROCLAMA

PRONOTARIUS

PRO-PRÆSES

PROTOPHYSICUS

PRO-

PROROGATIO

Prorogationes, & suspensiones tam citra partium consensum, quam aliter factæ, deferendæ sunt ad Cancellarium deputatum, & quando. *Ord. 1. Junii* 1545. *pag.* 25.
Prorogationes Instantiæ impetrari debent servata forma N. C., *Ord.* 11. *Aprilis* 1566. *pag.* 81. = Item expresso tempore litis contestatæ. *Ord.* 31. *Maji* 1566. *pag. ead.*
Prorogatio Instantiæ nulla est ommissa mentione prorogationis jam obtentæ cum clausula perhemptoriè, vel alio æquivalenti. *Ord.* 14. *Junii* 1566. *pag.* 83.
Prorogationes Termini ad redimendum an, & quando concedantur. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. Prorogationes. pag.* 105., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. *§. eod. pag.* 221.
Prorogatio Termini pro cognoscendo an causa sit appellabilis non conceditur; *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. In causis. pag.* 106., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. *§. eod. pag.* 221.
Prorogationes an, & quando concedantur forensibus, qui acquisiverunt bona in Dominio cum clausula, ut veniant intra annum ad habitandum. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. Non concedantur. pag.* 106., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. *§. eod. pag.* 221.
Prorogationes Instantiæ deferendæ sunt intra tempus limitatum ad Receptorem Cancellariæ Senatus. *Ord.* 5. *Junii* 1635. *pag.* 260.
Prorogationi, vel restaurationi Instantiæ locus non est elapso triennio. *Ord.* 28. *Novembris* 1680. *pag.* 402.

PROTECTORES CARCERATORUM MEDIOLANI

Possunt ad eorum libitum inspicere Librum, in quo descripta sunt nomina singulorum Carceratorum. *Ord.* 26. *Novemb.* 1541. *§. Provideant in fine. pag.* 17.
Eorum Jurisdictio versatur tantum circa ritudinem Capturatum. *Ord.* 29. *Januarii* 1554. *pag.* 46., *Ord.* 4. *Junii* 1587. *pag.* 125.
Eorum Officium biennale est, & quomodo fieri debeat eorum electio. *Ord.* 30. *Martii* 1554. *pag.* 48., *& ibidem in Annot. pag.* 49.
Quomodo sedere debeant in Visitatione Carceratorum. *Ord.* 16. *Decemb.* 1585. *pag.* 124., *Ord.* 6. *Maji* 1684. *pag.* 420.
In causis Mercatorum Alemanorum nullam jurisdictionem habent. *Ord.* 28. *Februar.* 1612. *pag.* 205.
Relaxare non debent debitores detentos sub fidejussione absque causæ cognitione, & inaudita parte. *Ord.* 23. *Martii* 1626. *pag.* 237.
Alloqui possunt quoscunque Reos detentus. *Ord.* 8. *Augusti* 1642. *pag.* 292., *Ord.* 11. *Aprilis* 1651. *pag.* 307.
Incumbere debent diligenter eorum muneri, & præcipuè executioni decretorum, quæ fiunt in Visitationibus. *Ord.* 10. *Januar.* 1678. *pag.* 376., *Ord.* 23. *Januarii* 1679. *pag.* 389.
Eorum munus, in quo consistat; quot modis Carcerati liberari possint è Carceribus, & quid pro eorum defensione servandum sit. *Remissivè in Annot. ad Ord.* 10. *Januar.* 1678. *pag.* 376.
Quo ordine votare debeant in Congregatione Malæ Mansionis. *Ord.* 9. *Aug.* 1709. *pag.* 501.

PROVISIO

Provisio Officiorum non biennalium, ac Beneficiorum Regii Patronatus reservata est R. M. *Ord.* 6. *Augusti* 1545. *§. E negli altri., & §. Il medesimo. pag.* 27.
Provisio pro tollenda aliqua exceptione non conceditur, nisi parte audita, & re in Senatu proposita. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. *§. Si petatur. pag.* 105., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. *§. eod. pag.* 220.
Provisiones, ut Judices causarum Civilium faciant relationes in Senatu, aut verbum cum Senatore, non conceduntur. *Ord. eod. §. Non fiant. pag. ead.*
Provisiones variæ pro recta Justitiæ administratione, & Sportularum exactione. *Ord.* 27. *Novemb.* 1690. *pag.* 446.

QUERELA = QUERELATUS

Querelatus non potest querelare querelantem. *Ord.* 10. *Julii* 1570. *pag.* 91. = Et quomodo procedat. *Remissivè ibidem in Annot. n.* 2. *pag.* 92. = Admittitur ad querelandum ex ordine Judicis. *Ord.* 30. *Junii* 1687. *§. Sexto. pag.* 432.
Querelæ criminales registrari debent in libris ab Actuariis. *Ord.* 9. *Septemb.* 1573. *pag.* 95.
Querelæ falsitatum contra Notarios recipi debent privativè per Cancellarium Collegii Causidicorum, & Notariorum. *Ord.* 26. *Junii* 1613. *pag.* 207.

QUÆSTOR

Quæstorum vota quomodo admitti debeant in revisione sententiæ Magistratus eorum Consilio Secreto. *Ord.* 18. *Octob.* 1583. *pag.* 118.
Quæstorum Uxores habent Judicem competentem Capitaneum Justitiæ. *Ord.* 2. *Augusti* 1595. *pag.* 156.

RAPTUS

Mulieris factus non causa libidinis, non est casus reservatus quoad gratiam. *In Annot. ad Ord.* 9. *Augusti* 1565. *n.* 8. *pag.* 77.

RATIO

Administrationis tutelæ semel reddita, iterum exigi non debet. *In Schol. ad Ord.* 20. *Novemb.* 1578. *pag.* 103. = Fallit si sit reddita inordinatè, & minus sincerè. *Ibidem in Ord., & Schol.*
Rationes dicuntur invalidè, & minus sincere redditæ, si non. fiot inserti calculi. *Ibidem in Annot. n.* 1. *pag. ead.*

Rationes administrationis Confraternitatum, & Locorum Piorum reddi debent Superioribus Ecclesiasticis visitantibus in loco ipsarum Confraternitatum, & Locorum Piorum, & non alibi. *Ord.* 20. *Septemb.* 1687. *pag.* 434.

Rationes administrationis redditùum Confraternitatum Laicarum reddi debent etiam Judici Laico. *Ord.* 22. *Aprilis* 1672. *pag.* 360., *Ord.* 29. *Julii* 1673. *pag.* 362.

RATIONATOR

Fisci conveniri debet coram Capitaneo Justitiæ. *Ord.* 20. *Maji* 1582. *pag.* 115.

REBELLIO

Rebellionis fit Reus, qui inservit in Militia alienis Principibus, sed tamen est capax gratiæ. *In Annot. ad Ord.* 9. *Augusti* 1565. *n.* 16. & 17. *pag.* 78.

RECEPTATIO

Banniti facta, inscio Domino Domus, non est punibilis respectu ipsius Domini. *Ord.* 3. *Novemb.* 1565. *pag.* 79.

Receptatio Banniti, ut fit punibilis, debet esse cum scientia vera, & propria, nec sufficit præsumpta. *In Annot. ad dict. Ord. pag. ead.*

RECEPTATOR

Prorogationum quæ servare debeat pro ejus muneris implemento. *Ord.* 2. *Aprilis* 1566. *pag.* 81.

RECURSUS

Quoad Recursus petentium, ut nulla ratio habeatur rescriptorum à parte adversa obtinendorum, nisi petente monito, & re in Senatu proposita, servanda est dispositio Formularii Cancellariæ Senatus. *Ord.* 22. *Augusti* 1686. *nu.* 27. *pag.* 427.

RECUSATIO *Vide* SUSPICIO.

RECTOR

Rectoris Gymnasii Ticinensis electio demandatur à Senatu. *Ord.* 15. *Junii* 1535. *pag.* 15., *Ord.* 27. *Januarii* 1581. *pag.* 109.

Rectoris vices supplens honorandus est, sicut ipse Rector. *In Annot. ad d. Ord.* 15. *Junii* 1535. *pag.* 15.

Rector Gymnasii Ticinensis sponte se examini subjiciens pro Doctoratu, nullum honorarium solvere debet. *Ord.* 28. *Maji* 1556. *pag.* 57.

Rectores Gymnasii Ticinensis examinari debent pro Doctoratu, sed absque solutione alicujus honorarii. *Ord.* 1. *Junii* 1556. *pag.* 57.

Rector Legistarum Gymnasii Ticinensis præcedere debet Rectorem Artistarum. *Ord.* 18. *Septemb.* 1561. *pag.* 69.

Rector Scholarium in Universitate potest esse Clericus. *In Annot. ad Ord.* 27. *Januarii* 1581. *nu.* 2. *pag.* 109.

Rector Universitatis præcedit Episcopum adhuc Scholarem. *Ibidem in Annot. nu.* 3. *pag. ead.*

Rector Universitatis est Judex Scholarium, & quomodo procedat. *Ibidem in Annot. nu.* 4. *pag. ead.*

REDUCTIO *Vide* CENSUS

REFERENDARIUS

Referendarii tenentur præstare Juramentum. *Ord.* 10. *Septemb.* 1688. *pag.* 439.

REGALIA

Donata non transeunt ad fœminas, hæredesve extraneos Donatarii. *Ord.* 13. *Novemb.* 1490. *pag.* 1. = Quando verò transeant. *Ord.* 6. *Decemb.* 1490. *ibique in Annot. pag.* 3.

RELATIO

Relationes causarum criminalium antiquiores semper prius expediri debent. *Ord.* 26. *Novemb.* 1541. §. *Advertantque. pag.* 16.

Relationes statuum causarum criminalium in scriptis quomodo fieri debeant. *Ord.* 22. *Junii* 1565. *pag.* 76. = Cujus observantia demandatur etiam in *Ord.* 18 *Junii* 1737. *pag.* 537.

Relationes solum statum causæ continentes referri debent summatim una cum provisione petita. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. § *In causis. pag.* 106. *col.* 2., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. §. *eod. pag.* 222.

Relationes prohibitæ executionis in causa civili; in causa Blasphemiæ; & de priori evaginatione quando fieri debeant Senatui. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *Non audiantur.* & §§. *sequ. pag.* 107., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. §§. *eisd. pag.* 222.

Relationes criminales quomodo fieri debeant per Judices. *Ord.* 15. *Januarii* 1580 §. *Moneantur. pag.* 107., *Ord.* 11. *Aug.* 1616. §. *eod. pag.* 222.

Relationes citationum, maximè perhemptoriarum in causis criminalibus describi debent in libris. *Ord.* 14. *Maji* 1580 §. *Quarto. pag.* 108.

Relationibus causarum præsentes esse debent Partes, Procuratores, & Advocati. *Ord.* 17. *Aprilis* 1581. §. *Ordiniamo. pag.* 112.

Relatio causæ suspenditur absente aliquo Senatore, vel Quæstore, qui interfuit quando fuit incepta. *Ord. eod.* §. *Ancora. pag.* 113.

Relationes damnandorum ad remum fieri debent cum distincta expressione ætatis, habitudinis corporis, vel morbi, si quo laborent. *Ord.* 11. *Decemb.* 1591. *pag.* 143., *Ord.* 16. *Januarii* 1684. §. *Caveant. col.* 2. *pag.* 417.

Relationes definitivæ proponi debent in Senatu, nisi agatur de pœna levi, & concordent vota Curiæ. *Ord* 28. *Maji* 1604. *pag.* 185.

Relationes, quæ fiunt Senatui, continere debent mentionem omnium delictorum Reo adscriptorum.

rorum. *Ord.* 3. *Martii* 1608. *pag.* 199.

Relationes definitivæ criminales Senatui factæ, relinqui debent in actis Offitii. *Ord.* 13. *Februarii* 1610. *pag.* 201.

Relationes causarum criminalium dum mittuntur ad Senatum, quæ præstanda sint ab Actuariis. *Ord.* 15. *Februarii* 1623. *pag.* 232.

Relationes cujuslibet causæ, quæ fiunt Senatui, registrari debent apud Acta cujuslibet Officii. *Ord.* 26. *Octob.* 1623. *pag.* 233.

Relationes processuum fieri debent insertis relationibus inthimationum, & fidejussionibus. *Ord.* 12. *Junii* 1629. *pag.* 249.

Relationes status causæ transmitti debent ad Senatum cum voto Curiæ. *Ord.* 4. *Martii* 1632. *pag.* 252.

Relationes fieri debent cum expressione existentiæ Reorum in Carcere, vel eorum relaxationis ex Ordine Senatus factæ, tum etiam remissionis partis. *Ord.* 15. *Decemb.* 1635. *pag.* 262., *Ord.* 22. *Junii* 1683. *pag.* 414.

Relationes definitivæ fieri debent prorsus omissis superfluitatibus. *Ord.* 18. *Decemb.* 1635. *pag.* 262.

Relationes status condemnationum quo tempore præsentari debeant à petentibus admitti ad novas defensiones. *Ord.* 22. *Junii* 1648. *pag.* 303.

Relationes status condemnationis transmittendæ Senatui, quomodo confici debeant. *Ord.* 19. *Augusti* 1665. *pag.* 330.

In Relationibus definitivis exprimi debet ætas delinquentium. *Ord.* 23. *Julii* 1700. *pag.* 486.

Relationes definitivæ fieri debent cum Indice omnium resultantium ex processu. *Ord.* 26. *Novemb.* 1700. *pag.* 486.

Relationes status condemnationum transmitti debent ad Senatum cum Indiciis, & Actibus inthimationum, Inquisitionis, banni, & citationum perhemptoriarum per extensum. *Ord.* 7. *Maji* 1701. *pag.* 487.

Relationes status causarum, vel condemnationum, aliaque rescripta in causis criminalibus consignari non debent partibus interesse habentibus. *Ord.* 9. *Augusti* 1702. *pag.* 489.

Relationes definitivæ transmitti debent etiam absque solutione Sportularum ob Impotentiam debitorum. *Ord.* 7. *Junii* 1723. *pag.* 519.

Relationes inthimationum recipi debent ab Actuariis civilibus etiam si factæ sint à Satellitibus diversi Officii. *Ord.* 16. *Aug.* 1724. *pag.* 519.

RELIGIOSUS

Religiosi gaudent privilegio trahendi Reos ad Senatum in eorum causis. *Ord.* 18. *Decemb.* 1534. §. *Pheudales. pag.* 13., *ibique in Annot. nu.* 3. *pag.* 14.

REMISSIO

Remissio pensionis, sive canonis quomodo facienda sit Emphyteotis, & Livellariis ob calamitates. *Ord.* 9. *Julii* 1529. *pag.* 9. = Et an propter bellum; & quid ubi renunciatum fit juri petendi remissionem, & beneficio legum. *Remissive in Annot. n.* 2. *pag.* 10.

Remissione partis offensæ non obstante, quando criminaliter procedendum sit. *Ord.* 16. *Septemb.* 1541. *pag.* 15.

Remissio pro obtinendo Indulto necessaria est iis, qui ob auxilium homicidio in rixa commisso præstitum, pecuniaria pœna mulctati sunt. *Ord.* 10. *Maji* 1554. *pag.* 50.

Remissione in casu vulneris obtentâ ab offenso, adhuc procedendum est ad condemnationem abusus armorum, & prioris evaginationis. *Ord.* 9. *Septemb.* 1573. *pag.* 95.

Remissio pensionum Domuum, Tabernarum, & similium quomodo facienda sit Conductoribus ob pestem. *Ord.* 17. *Julii* 1577. *pag.* 101., *Ord.* 11. *Septemb.* 1577. *pag.* 102.

Remissione partis non obstante procedendum est ex officio ad pœnam abusus armorum. *Ord.* 12. *Maji* 1580. §. *Nono. pag.* 108.

Remissiones pro Schacho operantur prout in casibus furti. *Ord.* 6. *Julii* 1613. *pag.* 208.

Remissio non prodest pro furto in loco sacro, etiam si furtum non fiat, vel attentetur de re sacra. *Ord.* 6. *Aprilis* 1628. *pag.* 245.

Remissiones fieri debent ob casum pestis. *Ord.* 31. *Maji* 1631. *pag.* 251.

Remissiones partium, quibus tolluntur delicta, recipi non possunt à Notariis sine decreto Judicis, & Sportularum solutione, & præsentari debent Thesaurariis Sportularum. *Ord.* 10. *Januarii* 1686. §. *Tertio. pag.* 423., *Ord.* 5. *Maji* 1707. §. *Ad septimum. pag.* 500.

REPETITIO

Indebitè soluti non habet locum existente obligatione naturali. *In Annot. ad Ord.* 28. *Martii* 1546. *n.* 13. *pag.* 30.

RESCRIPTUM

Rescriptorum posteriorum nulla ratio haberi debet, nisi facta sit mentio anteriorum. *Ord.* 22. *Septemb.* 1569. *pag.* 89.

Rescriptum mandans, ut summariè, & facti veritate attenta procedatur, non excludit consilium Sapientis, ubi peti possit; nec censetur dare jurisdictionem, ut quis extra forum suum trahatur ad litigandum, nisi sit specificè expressum. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *Quod rescripta. pag.* 104., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. §. *Quod rescripta. pag.* 220.

Rescriptum ut quis extra forum suum trahatur ad litigandum concedi non potest, nisi ex justa causa, parte vocata, ac etiam re in Senatu proposita. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *eod. pag. ead.*, *Ord.* 11. *Aug.* 1616. § *eod. pag. ead.*

Rescripta præsentari debent Judici causæ intra sex dies juridicos, parte citata. *Ord.* 15. *Januarii* 1580. §. *Impetrantes. pag.* 105., *Ord.* 11. *Augusti* 1616. §. *eod. pag.* 220.

Rescripta data Senatoribus, vel Prætoribus Cremonæ, & Papiæ, ut provideant; prout sibi convenire videbitur, non tribuunt delegatio-

SALA-

SALARIUM

SALVUSCONDUCTUS

SATELLES

SCACHUM

SCEPTRUM

SCHOLARIS

SCRIPTOR

SCRIPTURA

SECRETARIUS

SENATOR

Se-

SENATUS

SENEX *Vide* ÆTAS.

SENTENTIA

SEPULCHRUM

SEQUE-

SEQUESTRUM

SIGILLUM

SYNDICATOR

SYNDICUS

SODOMIA

SOLLICITATOR

SPATIUM

SPOLIUM

SPORTULA

sub

STATUTUM

STEMMA

STUPRUM

SUBCONDUCTOR

SUBDITUS

SUBHASTATIO

SUCCUMBENS

SUPERSEDENTIA

SUPERSESSORIA

SUPPLICATIO *Vide* PRECES.

SUSPENSIO

SUSPICIO

Suspicio

tes

TERMINUS

Termi-

TESTAMENTUM

TESTES

TITULUS

TRANSUMPTUM

TRIBUNALE

VALLIS

VENDITIO = VENDENS

Ven-

APPENDIX AD INDICEM.

FINIS.



